Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO
L.
V. 44

Digitized by Google

L·V 44

Digitized by Google

LUCÆ HOLSTENII
VATICANÆ BASILICÆ CANONICI
ET
BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI

CODEX REGULARUM
MONASTICARUM ET CANONICARUM
Quas
SS. Patres Monachis, Canonicis & Virginibus Sanctimonialibus
ſervandas præſcripſerunt.
Collectus olim à S. BENEDICTO Anianenſi Abbate:
Nunc autem
Auctus, amplificatus & in ſex Tomos diviſus.

TOMUS QUINTUS
REGULAS AC STATUTA
Recentiorum Ordinum & Congregationum,
quibus S.Eccleſia, Chriſti Sponſa, exornatur,

ADDITAMENTIS VII.
(quorum Elenchus folio ſequenti exhibetur)
comprehenſa
exhibens;
Obſervationibus critico - hiſtoricis
A
P. R. P. MARIANO BROCKIE
S. T. D. Priore ac Seniore Monaſterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonæ
illuſtratus:
Eoque piè defuncto
Ab alio ejusdem Cœnobii, Nationis & Inſtituti Aſceta
Indice neceſſario
inſtructus.

DI TORINO

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Sumptibus IGNATII ADAMI & FRANCISCI ANTONII VEITH Bibliopolarum.
ANNO MDCCLIX.

ELENCHUS

Additamentorum Tomi V.

Additamentum.	*Sæculum.*	*Pagina.*
XXXVIII. Conſtitutiones Monachorum Benedictinorum Congregationis *Montis Oliveti.* -	XIV.	1.
XXXIX. Conſtitutiones *Canonicorum Regularium S. Auguſtini*, Habitûs *S. Antonii* Abbatis. -	XIII.	119.
XL. Statuta Candidi & Canonici Ordinis *Præmonſtratenſis.* - - -	XII.	163.
XLI. Conſtitutiones Congregationis Clericorum Regularium *Theatinorum*, vulgò *Cajetanorum.*	XVI.	342.
XLII. Conſtitutiones Congregationis *Clericorum Regularium Minorum.* - -	XVI.	415.
XLIII. Conſtitutiones Congregationis Clericorum Regularium *S. Pauli decollati*, vulgò *Barnabitarum.* - - -	XVI.	449.
XLIV. Regula Ordinis *S. Spiritûs in Saxia.* -	XIII.	495.

ADDIT. XXXVIII.

Digitized by Google

ADDITAMENTUM XXXVIII.

CONSTITUTIONES MONACHORUM BENEDICTINORUM CONGREGATIONIS MONTIS OLIVETI.

OBSERVATIO CRITICA.

ITerum *adducimus aliam inſignem* Diſciplinæ Benedictinæ *propaginem*, *nimirum* Congregationem Olivetanam, *ſic appellatam ac* Monte Oliveto, *in Comitatu Heinenſi diœceſis Pientinæ ſito; qui quidem quindecim mille paſſibus à* Senis *diſtans*, *hodie dicitur* Mons Olivetus Major. *Hujus Congregationis primus Inſtitutor*, *erat* Joannes Ptolomæus, *ſive* Folomæus, *ex priſco Ptolomæorum ſanguine apud* Senas *oriundus*, *unde ab Antiquis nuncupari ſolet* Joannes de Senis. *Ille enim à nobiliſſimis Parentibus liberaliter educatus*, *& Equeſtri dignitati præclaram ſcientiarum liberalium notitiam adjiciens*, *perfectus Philoſophus & Juriſperitus evaſit.*

Cùm autem aliquando celebrem Diſputationem coram honoratiſſimo Auditorio inſtituiſſet, *repente oculis captus*, *vanitatem ſæcularis dignitatis & ſcientiæ contemnere cœpit*, *volens ſe deinceps ſoli DEO conſecrare*, *& cœleſtibus ſcientiis inſiſtere. Hinc per miraculum lumini reſtitutus*, *cathedram aſcendens*, *loco ſcientificæ lectionis*, *coram frequenti Nobilium Senenſium multitudine*, *facundum de vanitate Mundi ſermonem habuit*, *& ſtatim*, *bonis omnibus abdicatis*, *& in pauperes erogatis*, *in ſolitudinem* Acconæ *ſeceſſit*, *ipſum concomitantibus duobus Nobilibus Reipublicæ Senenſis Patriciis. Hi fuerunt*, Ambroſius Picolominius, *&* Patricius de Patriciis, *qui tanto miraculo & Concivis ſui facundia capti*, *cum illo in deſertum fugere*, *& deinceps vitam eremiticam ducere voluerunt.*

Digitized by Google

Dum igitur hi tres Nobiles Patricii Senenſes , locum aptum pro ſeceſſu à mundanis curis quærerent , pervenerunt ad Acconæ Eremum, *tunc Ptolomææ gentis patrimonium & quindecim mille paſſibus à civitate Senenſi diſtans , procul ab hominum conſortio remoti. In hoc ergo horridæ ſolitudinis loco , inter montium juga arboribus cooperta , ſed præterfluente torrente irrigata , hi tres Nobiles Eremitæ cellas ſimul ac humile Oratorium erigere cæperunt , atque ibidem arctiſſimæ vitæ Eremiticæ Diſciplinam exercebant.*

Aſſiduis enim ſed voluntariis jejuniis , flagellis , vigiliis , ac chameuniis , cæteriſque corporis macerationibus , aſperrimam , ſed divinarum ac cæleſtium rerum contemplationibus ſuaviſſimam vitam duxerunt , quod tandem ad perfectiones Chriſtianæ culmen perveniſſe viderentur , in omnibus veterum Sanctorum Anachoritarum veſtigia ſequentes.

Verum , neque in hoc Eremo diu latere potuit tam eximium Chriſtianæ perfectionis exemplum ; nam fama ſanctitatis per vicinas villas vulgata , multos ad eorum auſteram vitam ſectandam invitavit , quod tandem , Acconiæ Deſertum *pluribus Piiſſimis Inquilinis repleri cæperit. Qui etiamſi vitam intaminatam ducerent , attamen eorum famam denigrare conati ſunt quidam nefarii homines , illos apud ſummum Pontificem accuſantes , quaſi de fide Catholica male ſentirent. Tunc autem temporis , Sedem S. Petri occupaverat ab anno MCCCXVI.* Joannes XXII. *qui ,* Avenione *curiam tenens , ad ſed vocavit hos tres Nobiles Eremitas , quorum agnita innocentia , mores & doctrinam approbavit , illóſque ad* Guidonem Aretinum Epiſcopum *remiſit , in cujus diœceſi tunc* Acconæ Eremus *ſitus erat , præcipiens , ut iiſdem quamdam ab Eccleſia approbatam Regulam Monaſticam , pro norma vitæ Eremiticæ præſcriberet.*

Aretinus igitur Epiſcopus mandato Pontificio morem gerens , triduano indicto jejunio , dum Deum ardentius deprecaretur , in ſomno à Deipara Virgine præmonitus , ipſis Regulam S. Benedicti *cum habitu candido obſervandam præſcripſit , juxta quam , Monaſterium erigerent & ordinarent , mandavit. Hic eſt famoſus ille* Epiſcopus Guido Tarlatus , *qui Ludovicum Bavarum Imperatorem à ſummo Pontifice Romano excommunicatum corona ferrea poſtea Mediolani coronavit , & ipſe ab* Joanne XXII. Papa *excommunicatus. Qui tamen ante mortem Eccleſiæ reconciliatus , piiſſimam vitam finivit , precibus & interceſſione ſanctorum illorum Eremitarum præcipue adjutus , quibus multa bona præſtitit , & illorum primum Monaſterium fundavit , prout ejuſdem diploma pro condendo Monaſterio* Montis-Oliveti *adducit Ughellus in ſua Italia ſacra , tom. 1. col. 425. quam & hic apponere lubet.*

Diploma Guidonis Epiſcopi Aretini pro condendo Monaſterio Montis - Oliveti

Guido *miſericordia divina Epiſcopus Aretinenſis.*

Nobilibus , & diſcretis Viris Bernardo quondam D. Mini de Ptolomæis , & Patricio quondam Franciſci de Patriciis de Senis , dilectis nobis in Domino ſalutem.

Potentia Dei ex alto progrediens , eorum corda illuſtrat , quos elegit , & mentes eorum gratia ſuper inducens ad opera charitatis extollit eas quotie in virtutes ; & ut poſſint electi quietius in illius contemplatione perſiſtere , qui elegit , Deo ſe dedicant & ſua exponunt , & exhibent ſervitio JEſu Chriſti , ut in illis ſic expoſitis & collatis ædificentur Eccleſiæ , divina celebrentur Myſteria , & ipſum Corpus Chriſti pro redemptione humani Generis traditum paſſioni , orationibus inſtitutis in Altari per Sacerdotes Catholicos immoletur. Sane percepimus Bernarde , ac Patrici Dilecti noſtri , quod in operibus charitatis , ſic hactenus inſudaſtis , ſic in pœnitentiæ propoſito laudabiliter perſtitiſtis , quod divina gratia inflammati poderia veſtra de Accona , & Melanino in præſentia , & coram Capitulo Eccleſiæ cathedralis Aretinenſis Deo contuliſtis in Virginis glorioſæ , ad cujus reverentiam Monaſterium in Accona conſtruatur , ſub Regula S. Benedicti & obſervantia Monachali , & divina in illo celebrentur Myſteria ad laudem ipſorum ,

& animarum veſtrarum, & Chriſtianorum ſalutem fidelium, ac profectum. Poſtulantes humiliter, ut aliquibus diſcretis Viris ſuper dèdicatione perſonarum veſtrarum & Sociorum, quam hodie Deo & B. Mariæ Matri ejus ſub præſcripta Regula diſpoſuiſtis facere in Monaſterio ſuprà dicto & ſuper benedicendis veſtibus albis, quas geſtare intenditis, & ſuper indoendis ipſis juxta morem ſolitum Monachorum, nec non ſuper viderido in Accona, & ordinando locum ibidem conſtruendo Monaſterio magis aptum; & ſuper infigendu in illo crucem, benedictionem ſive orationem proferendo, ac per nos benedicendum lapidem primarium imponendo, vices noſtras committere deberemus. Inſuper exemptiones ipſius Monaſterii, & alia in petitione veſtra contenta, per privilegium noſtrum de aſſenſu Capituli noſtri concedere dignaremur. Nos autem conſiderantes veſtra merita probitatis, & quod ex tranſactis operibus digne laudis inſignia reportatis, conſiderantes, quod ex dedicatione veſtra & erectione Monaſterii Eccleſia Dei extolletur, augebitur cultus divinus, Ipſequè Chriſtus & ejus Mater laudabitur multipliciter in chordis & organis plurimorum, petitionem veſtram ex certa ſcientia duximus admittendam, & contenta in petitione ipſa de conſenſu præſcripti Capituli ad hæc præſentis, quanto plenius valeat approbamus, & per præſens privilegium concedimus & largimur. Et ut petita per vos, & in petitione veſtra contenta, continue fidelibus plenius pateſiant, & conceſſio noſtra, & largitio petitorum omnibus clarius innoteſcat, mandamus ipſa, præſente privilegio deſcribenda. Committimus enim vicem & auctoritatem noſtram Religioſo, & diſcreto Viro D. Joanni Monacho Abbatiæ de Saxo noſtræ diœceſis, nunc in cathedrali Eccleſia noſtra reſidenti ad Altare in Eccleſia ipſa conſtructum per Cionem. . quod dedicationem, quam vultis facere vos præſcripti Bernardus, Patricius, & Ambroſios Deo, & B. Mariæ de Oliveto de Accona, in monaſterio cooſtruendo ibidem ſub Regula B. Benedicti, & habitu, & obſervantia Monachali, recipiat vice noſtra, & albas veſtes, quas geſtare vultis, benedicat, & induat illas vobis. Item committimus vicem, & auctoritatem noſtram diſcreto Viro Presbyterio Reſtauro Capellano Eccleſiæ de Morello, & nunc apud Domum fraternitatis ſanctiſſimæ Trinitatis de Aretio commoranti, quod vadat ad Podere de Accona, & locum magis aptum Monaſterio conſtruendo in illo deſignet, crucem figat ibidem, benedicat illum cum oratione ſolita in his, & per benedicendum lapidem primarium ibi ponat. Concedimus inſuper auctoritate hujus privilegii, & largimur de aſſenſu Capituli ſupradicti, quod in prædicto loco de Accona noſtræ diœceſis ſito in comitatu Senenſi, in Parochia ſancti Angeli de Luco plebatu plebis de ſaltu diœceſis ſupradicti Monaſterium erigatur cum campanili, & campanis ad honorem Virginis glorioſæ ſub Regula Beati Benedicti, & obſervantia Monachali, & vocatur Monaſterium S. Mariæ de Oliveto in Accona, prout exſtitit poſtulatum. Item quod locus, ſive Monaſterium ipſum per Abbatem dumtaxat regatur, & gubernetur in perpetuom, & nunquam per Laicos ſive Clericos ſæculares, ſed ſemper per Abbates, & Monachos permanſuros ibidem in Regula B. Benedicti ſervetur, & obſervantia Monachalis vigeat in eodem. Item ut Abbas, Monachi, Converſi, & alii familiares, qui pro tempore fuerint in Monaſterio ipſo liberius & quietius valeant Domino famulari, Monaſterium ipſum liberum facimus, & exemptum ab omni ſolutione decimarum, jure cathedratico, datiis, collectis, impoſuiſtis, & aliis occurrentibos oneribus, & factionibus quibuſcunqoe, & ab omni lege jurisdictionis & diœceſani. Decernentes ac mandantes ipſos, ſeu Monaſterium ipſum in prædictis, vel aliquo prædictorum, nullo tempore aliqualiter moleſtandos; confirmatione Abbatum dicti Monaſterii, viſitatione, ac confirmatione ipſius, & degentium in eodem nobis dumtaxat, noſtriſque Catholicis ſucceſſoribus reſervatis. Item quod apud ipſum Monaſterium ſit, & eſſe poſſit Cæmeterium, ubi & in quo ſepeliantur Abbates, Monachi, Converſi & Familiares omnes Monaſterii ſupradicti. Item pro amplianda ipſius Monaſterii libertate, quod Abbas nunc eligendus in ipſo, & qui fuerit ibidem pro tempore, per ſe, vel alium, cui commiſerit vices ſuas, poſſit, & liceat ſibi confeſſiones Monachorum, Converſorum, & Familiarium omnium dicti Monaſterii audire, & eis pro commiſſis imponere pœnitentiam ſalutarem, corrigere, & abſolvere ipſos omnes, & ſingulos, prout fuerit decens. Item quud Abbas, & Monachi Monaſterii præfati poſſint in ipſo Conſtitutiones facere in iis, quæ ſpectarent ad ipſum Monaſterium, quas utiles & exemptas providerint pro eodem. Item quod Abbas, qui pro tempore fuerit in Monaſterio ſupradicto, poſſit & liceat ſibi cooſiteri ſacerdoti, cui voluerit, & cuncta Sacramenta, & abſolutionem percipere ab eodem, & ordines ab Epiſcopo Catholico, quem ad hoc duxerit eligendum, hoc eſt, licitum ſit, & poſſint Monachi, Converſi, & familiares, qui pro tempore fuerint in eodem de licentia

tamen Abbatis Monaſterii ſupradicti. Præmiſſa verò conceſſa, & largita per nos & unumquodque ipſorum valere volumus, & tenere ſine juris præjudicio alieni. Non enim per ipſa volumus, nec intendimus alicui præjudicium generari. Addentes, quod Abbas, Monachi, Converſi & familiares Monaſterii præſati, nec poſſint, nec debeant Parochianos aliarum Eccleſiarum recipere ad divina, vel eis Eccleſiaſtica conferre, ſine licentia Rectoris expreſſa illius Eccleſiæ, de qua eſſent Parochiani, qui vellent audire prædicta, vel ipſa recipere ab eiſdem. In cujus rei teſtimonium præſens privilegium ſcribi mandavimus per Guadagnum cameræ noſtræ ſcribam & noſtri pendentis ſigilli munimine inſigniri. Datum & actum in Civitate Aretii in ſala Epiſcopalis Palatii, ſub anno Domini a Nativitate 1319. Indictione 2. tempore S. P. D. Joannis XXII. die lunæ Menſis Martii præſentibus Pertuldo Maſcii de Petra mala.

Quamvis autem hoc Epiſcopi Aretini diploma datum ſit anno MCCCXIX. tamen Odericus Raynaldus refert ex MS. vaticano hunc ſacrum Ordinem jam anno MCCCXVII. exordium ſumpſiſſe, ſic enim ſcriptum reperit: in Italia in comitatu Senenſi & diœceſi Aretina cœpit Ordo Montis-Oliveti, ſub Regula S. Benedicti per Bernardum de Ptolomæus & duos ſocios Senenſes. *Sed forſan vaticanum MS. loquitur de primo ſeceſſu iſtorum ſanctorum Virorum ad Eremum* Acconæ, *quando illi cellulas humiles erigere cæperunt. Certum enim eſt, ex prædicto diplomate nullum Monaſterium eos adhuc poſſediſſe, nec regularem diſciplinam introduxiſſe. Illi enim Eremitæ poſt acceptum ab Epiſcopo ſuprà allatum diploma, in unum congregati Cænobium ædificare cæperunt, in eodem quidem loco, ubi novæ plantationis prima jacta ſunt fundamenta, illudque in omnibus ſecundum* ſacræ Regulæ *præſcriptum ordinaverunt, jam non ſolum Eremitæ, ſed & veri Cænobitæ Benedictini.*

Dum autem de eligendo Abbate agerent, hancque dignitatem B. primævo Inſtitutori offerrent, aſt ille eandem acceptare renuens, non niſi ternis Moderatoribus admonitus regimen novi Monaſterii inire voluit, quod tamen haud diu retinuit, prout mox videbimus. Atque talia primordia habuit hoc pium Inſtitutum, quod deinceps nominari ſolet: Congregatio ſanctæ Mariæ de Monte Oliveto, *denominationem ſumens à miraculoſo patrocinio Deiparæ Virginis, & olivis Arboribus in illo monte frequenter creſcentibus, vel ad imprimendam Inquilinis memoriam Paſſionis Chriſti, qui in monte Oliveto diram ſuam paſſionem exordiri voluit, in agonia poſitus, & ſudorem ſanguineum emittens. Et quidem ſanctiſſimus Inſtitutor glorioſiſſimam Deiparam Virginem ſemper debito* Hyberduliæ *cultu, cujus cæleſti interceſſione apud Deum, & ad lumen oculorum reſtitutus eſt, & Regulam Monaſticam ſimul ac habitum candidum ſuſcipere meruit, unde non ſolum hoc primum, ſed & omnia hujus Inſtituti Cænobia DEO conſecrantur in honorem Deiparæ Virginis.*

Hoc igitur Montis Oliveti Monaſterium *erectum non eſt, niſi poſt annum MCCCXIX. quando jam* B. Joannes Ptolomæus *creatus Abbas, nomen ſæculare mutavit in* Bernardum, *in omnibus ſanctiſſimi Melliflui Doctoris mores, & arctiſſimam* Regulæ Benedictinæ *diſciplinam obſervans. Quamvis enim ab anno MCCCXIII.* Beatus Bernardus Ptolomæus, *cum piiſſimis ſuis Sociis, in* Acconæ Eremo *rigidiſſimam vitæ Eremiticæ diſciplinam exercuerit, nunc autem ipſe ac Socii ſub Abbatis poteſtate conſtituti, nihil de hucuſque corporis macerationibus remiſerunt. Ipſe enim ac reliqui omnes Diſcipuli ab omni uſu carnium abſtinebant, frequenter jejunabant, & tempore jejunii: nec ovorum aut lacticiniorum uſum admittebant, ſed ſolo pane & aqua contenti erant; humi ſupra duram mattam abſque omni tecto cubabant, media nocte ad vigilias nocturnas cantandas ſurgebant, neque illis finitis, requiem laſſis corporibus concedere voluerunt, ſed per integrum diem in cantandis horis canonicis vel rerum cæleſtium meditationibus, aut manuum operationibus inſiſtentes, tempus conterebant, levem refocillationem in menſa ſumentes.*

Quamvis autem hi piiſſimi Viri cum tanto rigore vitam tranſegerint, quod, non mortales homines ſed tanquam Angeli terreſtres apparerent, attamen ad eorum conſortium obtinendum plurimi Religioſi Viri in dies concurrere ſolebant, præſertim poſtquam ſummus Pontifex Joannes XXII. *hoc pium Inſtitutum auctoritate Apoſtolica approbare voluit, prout ſequens authentica Bulla anno MCCCXXIV. data teſtatur.*

BUL-

Google

Bulla Joannis XXII. Papæ, confirmans Congregationem S. Mariæ de Monte-Oliveto

JOANNES *Epiſcopus Servus Servorum.*

Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Mariæ de Monte-Oliveto in Accona, Ordinis S. Benedicti, Aretinæ diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam Ordo rationis exigit, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eopropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrente aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo, divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ inpræſentiarum rationaliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem decimas, grangias, curtes, vineas, domos, prata, nemora, poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte, ac pacifice poſſidetis; vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva prædictis decimis moderatione concilii Generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & Confirmationis infringere, vel ei auſu, temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis DEI ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat Avenione 16. Kal. Pont. noſtri. A. 8.

Sed, ante acceptam hanc Bullam Pontificiam, jam plurima Monaſteria juriſdictioni hujus Congregationis ſunt ſubjecta; nam in civitate Senenſi, quidam Civis inſigne Cœnobium conſtruxerat, quemadmodum & Guido Epiſcopus Aretinus *unum in urbe Epiſcopali & aliud in vicinia erexerat. Tanta autem erat bonum Monachorum abſtinentia & corporis mortificatio, quod determinaverint, nunquam vinum bibere etiam in ſolennioribus feſtis, unde & vineas nullas excolebant, ſeu dolia aliaque vaſa vinaria ubique fregerunt, ut nulla occaſio pro conſervando generoſo hoc liquore in ſuis Monaſteriis daretur. Cum verò per tam rigoroſam abſtinentiam, aliaque dura jejunia, vires corporis adeo deficerent, quod Eccleſiaſticis muniis & divino officio inſervire haud ſufficerent, ideo ſequentes S. Pauli Apoſtoli ad Timotheum conſilium, moderatus uſus vini aqua delibuti in prandio ipſis conceſſus eſt.*

Atque etiamſi poſtea, per omnia hujus Inſtituti Cœnobia, uſus optimi vini omnibus ſit permiſſus, attamen, exertis verbis prohibetur Abbatibus aut aliis Monaſteriorum Superioribus, meliora vina in ſuos uſus conſervare, ſed ut in omnibus obſervetur eadem quantitas & qualitas cibi & potus. Sic Lauet, pag. 2. cap. 30. *per antiquas Conſtitutiones ſtatutum fuiſſe teſtatur.* Meliora vina pro Monachorum uſu ſerventur, pejora vendantur. Abbas uno eodemque vino bene aqua diluto utatur cum ſuis Monachis, neque ei liceat ſeorſim aliquod vini dolium pro ſe tantum ſervare. Si vinum emendum erit, ematur illud, quod melius erit.

Verum, ut ad externum hujus piæ Congregationis Regimen revertamur, illam ab Abbatibus Generalibus *jam ab exordio gubernatam reperimus, qui tamen non erant perpetui; etiamſi enim Beatus ejusdem Inſtitutor ſub primis quidem annis Regimen in ſe ſuſcipere recuſaverit, attamen à fratribus coactus, circa annum MCCXXXII. hoc officium ſubivit, poſtquam nimirum primi illius Socii Piiſſimi*, Ambroſius Picolominius, & Patricius de Patriciis, *immo* Simon de Thure *ſucceſſive ſed optime, ab anno MCCCXX. præfuiſſent. Sub hujus ſanctiſſimi Viri moderamine mirum in modum crevit hoc Inſtitutum, quod, non ſolum in vicinis locis plurima Cœnobia erecta ſint, verum etiam in primarias Italiæ civitates illud introductum fuerit. Sic anno MCCCXXXIV.* Florentiæ, Voloterræ, Campreuæ, *& alibi in celebrioribus urbibus eximia Monaſteria ſunt erecta.*

Dum autem B. Bernardus Ptolomæus, *ſanctiſſime Monachos ſuos regeret, jam anno MCCCLXVIII. per Italiam peſtifera lues ſerpere cæpit; quæ contagioſo morbo homines utriusque ſexus aggreſſa, illos ſæpius omni auxilio ſpirituali & temporali deſtitutos ex hac aura eripuit. Quorum miſerabilis ſtatus miſertus & ipſe cum ſuis Monachis fervore charitatis Chriſtianæ æſtuans dilectam ſolitudinem reliquit, & animarum periclitantium incolumitati ſe, ſuosque devovit, donec ipſe lethali morbo correptus, ad Cælites volavit, prædicto anno & XX. die Auguſti, poſtquam ſeptuageſimum ætatis & trigeſimum quintum Converſionis annum inverat. Cum ipſo etiam multi Diſcipuli peſtifera illa lue correpti piiſſimas animas DEO reddiderunt, in Monaſterio Senenſi ſepulti.*

Poſt mortem autem ſanctiſſimi Inſtitutoris, immediate ſuperſtites Monachi in ſuum Abbatem Generalem elegerunt virum piiſſimum Franceſchinum Fracozzanum de Aretino, *qui haud longo tempore Regimen Monaſteriorum tenuit. Atque etiamſi ejus ſucceſſor anno MCCCLX.* Beatus Raynerius de Siena *electus, piiſſime cuncta Congregationis Cænobia gubernaverit usque ad annum MCCCLXIX. attamen reperimus omnes* Abbates Generales *deinceps fuiſſe tantum biennales, poſtea triennales, prout nunc ſingulis trienniis novus Generalis eligi ſoleat, licet auctoritate Pontificia ſuffulti, nonnulli per plures annos Generalatum tenuerint, prout* Reverendiſſimus Dom. Domicius Pueronius de Cremona, *anno MDCLX. per* Urbanum VIII. Papam, *iterum Generalatus triennium inire mandatur. Reperimus tamen aliquando hos Abbates Generales per integrum quadriennium in Regimine conſtitutos fuiſſe, quos autem deinceps ſolum triennales futuros decrevit ſummus Pontifex* Sixtus V., *prout ſequens Bulla teſtatur, data anno MDLXXXVII.*

Bulla Sixti V. Papæ, qua conſtituit ſingulis trienniis & quidem in Dominica III. poſt Paſcha Abbatem Generalem Congregationis Montis-Oliveti eſſe eligendum.

Sixtus Papa V. *Dilecto filio noſtro Antonio Tit. SS. Jo. & Pauli Presbytero Cardinali Caraſæ nuncupato, Congregationis Montis-Oliveti Ordinis ſancti Benedicti Protectori.*

Dilecte fili noſter, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex relatione circumſpectionis tuæ, ſub cujus protectione congregatio Montis Oliveti ſancti Benedicti jamdiu eſt, nobis innotuit ejuſdem Congregationis regimen commodius adminiſtratum iri, ſi Officium Abbatis Generalis, quod ex novis conſtitutionibus à te tanquàm Protectore ipſius Congregationis editis, & per fel. rec: Gregorium Papam XIII. prædeceſſorem noſtrum confirmatis, ad quadriennium durare deberet, ad brevius tempus, biennii ſcilicet, vel ſaltem triennii reſtringeretur. Quare nos, qui ipſius Congregationis rectam adminiſtrationem & felices in Domino progreſſus paternis affectibus deſideramus, conſtitutionum, & litterarum confirmationis dicti prædeceſſoris tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ex certa ſcientia noſtra ſtatuimus, & ordinamus, ut exnunc in perpetuum Officium Abbatis Generalis dictæ Congregationis triennio terminari debeat, nec ad longius tempus quiſquam eligi, aut electus ipſius Generalatus Officium ullo modo adminiſtrare, vel retinerere poſſit: Quinimò modernum Generalem, qui ad quadriennium electus fuerat, exnunc prout extunc, cum primum triennium abſolverit, videlicet uſque ad celebrationem Capituli Generalis, quod tertia Dominica poſt Paſcha præſentis anni pro electione novi Generalis, & deinceps ſingulis trienniis eadem Dominica haberi, & novum Generalem eligi volumus, & mandamus, ab eodem Generalatus officio prorſus abſolvimus, & illo abdicamus ac abſolutum, & abdicatum eſſe, ipſumque officium ceſſare: Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter Iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus in præmiſſis per quoſcunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca eidem circumſpectioni tuæ injungimus, ut univerſis, & ſingulis Viſitatoribus Abbatibus dictæ Congregationis, & Provinciæ, ad quos ſpectat, Capitulum Generale pro novo Gene-

rali

rali eligendo in dictam tertiam Dominicam poſt Paſcha præſentis anni in Monaſterio Montis Oliveti Cluſurarum celebrandum, diſcretorumque electionem, prout moris eſt, ſecundum dictas conſtitutiones indicere, & intimare cures, nec non prædicta omnia ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolatè obſervari auctoritate noſtra facias: Inobedientes quoſcunque per cenſuram Eccleſiaſticam, aliaque juris, & facti remedia, omni, & quacunque appellatione remota compeſcendo: Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis, & illius Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæterisque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die vii. Februarii. Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Tho. Thom. Gualterutius.

Et quamvis hi Abbates Generales ſolummodo per breve tempus, Regimen Monaſteriorum retinere permiſſi ſint, tamen quidam Monachi execrabili ambitionis typho moti, per Principes, Nobiles, aliaſque perſonas in dignitate conſtitutas, ſummopere laborabant, ad hoc nobile officium pervenire, aliaſque Ordinis dignitates aſſequi, adeo à primæva piorum Inſtitutorum humilitate diſceſſerant. Contra quos ambitioſos Monachos non propria induſtria ſed Magnatum favoribus tales Dignitates ambientes, ſequentem Bullam edidit ſummus Pontifex Gregorius XIII., *quæ ante Capitula Generalia celebrata publice ſingulis vicibus legitur, & eſt ſequentis tenoris.*

Bulla Gregorii XIII. Papæ excommunicans omnes Monachos Congregationis Montis Oliveti, qui ex favoribus Magnatum aſſequi conantur Dignitates quaſcunque in eadem Congregatione vacantes, atque ipſos Magnates cum Monachis ad hunc illicitum ambitionis modum quomodocunque concurrentes, eadem pœna & Interdictione aſtringens.

Gregorius *Papa XIII. ad perpetuum rei memoriam.*

CUM nihil ita alienum ſit ab inſtituto perſonarum, quæ ſub obedientiæ jugo Altiſſimo famulari ſe aſtrinxerunt, atque effrænata illa dominandi libido, omnes, quas poſſumus vias exquirimus, per quas illa repreſſa, & à cordibus dictarum perſonarum eliminata eædem perſonæ quietius, & tranquillius debitum eidem Altiſſimo exhibeant famulatum. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti Monachi ad Prælaturas, & officia dictæ Congregationis improbè aſpirantes non vereantur, quod ſua nequeunt induſtria aſſequi, illud favoribus Potentum, & Magnatum extorquere. Nos præmiſſis de aliquo opportuno remedio providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, omnes, & ſingulos dictæ Congregationis Monachos cujuſcunque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & litteraturæ exiſtentes, & quacunque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas tam majores, quam minores, & alia quæcunque, & quomodocunque nuncupata officia dictæ Congregationis aſſequenda intenti, ad Principum ſecularium, vel Eccleſiaſticorum, aliorumve Prælatorum, aut perſonarum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium favores per ſeipſos, aut interpoſitas perſonas recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque viis directe, vel indirecte, palam, vel occultè ad dignitates, ſeu officia in eadem Congregatione obtinenda aſpiraverint, vel alis minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiverint, illorumque complices, & fautores, necnon omnes dictæ Congregationis Monachos etiam Abbates, Generales, Viſitatores, & Vicarios, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis

nis deputati erunt, quovis illi titulo deſignentur, quibus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ ne id faciant, diſtrictius inhibemus, qui aliquos precibus, litteris, aut ſavoribus Principum, vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium exiſtentium cujuſcunque gradus, ſtatus, ordinis, vel præeminentiæ fuerint, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali dignitate, ſeu Cardinalatus honore, ſeu Ducali, vel Regali, Imperiali ſublimitate cenſeantur, adducti, ſeu quos pactis, pollicitationibus, aut aliis quibuſcunque minus legitimis viis ambire, aut procurare compererint, ad cujuſvis generis Prælaturas, dignitates, officia, adminiſtrationes, & gradus promovere præſumpſerint, laqueo excommunicationis latæ ſententiæ, à qua non niſi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolvi nequeant, innodamus. Decernentes Monachos, dignitates, aut officia hujuſmodi ambientes, illorumque fautores, & complices ad quaſcunque Prælaturas, dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione obtenta, & obtinenda perpetuo inhabiles, ac Prælaturis, dignitatibus, adminiſtrationibus, vel officiis eo ipſo privatos, prout nos etiam eos privamus, ac voce tam activa, quàm paſſiva carere, necnon electiones & promotiones, ſic, ut præfertur, injuſtè, & indebitè extortas, aut factas, nullas, invalidasque eſſe, & adverſus eos, qui his minus legitimis rationibus ad quodcunque regimen, aut officium ſe eligi, vel aſſumi obtinuerint, per ejusdem Congregationis Superiores quandocunque procedi, & rei veritate, etiam per indicia, & probabiles conjecturas (legitimè tamen) cognita, condignis pœnis tanquam publicè dictæ Congregationis quietis perturbatores affici poſſe, & debere. Et ita per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, illis, & illorum Superioribus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat motu, & ſcientia ſimilibus latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe volumus. Contrariis quibuſcunque, aut ſi prædictis Congregationi, & Monachis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Ac ut harum litterarum notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus illas ſingulo quoque Anno in Capitulo dictæ Congregationis, ſive illud Generale, ſive non Generale fieri contingat, publicè legi, illaſque in dicto Capitulo lectas ſic arctare, ac ſi legitime unicuique intimatæ fuiſſent, illorumque exemplis, vel impreſſis manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis ipſius Congregationis, vel alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti obſignatis eandem prorſus fidem haberi, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die iiii. Aprilis. 1579. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Cæ. Glorierius.

Nec

Nec ſane mirari debemus, quosdam ambitioſos homines, quorum filii aut conſanguinei in hac celeberrima Congregatione Profeſſionem Religioſam emiſerant, omnimodo anhelaſſe, ut illi ad tales Dignitates pervenirent, præſertim ad Generalatus honorem, qui tunc magnæ dignitatis erat; cum Monachi plerumque ex primariis Nobilitatis Italicæ familiis orti fuerint, atque in ſæculo magnum Nomen obtinuerint. Sic enim ſummus Pontifex Pius II. ex Picolominiorum & Ptolomæorum gente oriundus, multa Privilegia huic piæ Congregationi contulit, quia primi Inſtitutores ex his nobilibus familiis prodierunt, prout ipſe in ſua Bulla anno MCDLXII. data teſtatur, quæ reperitur in magno Bullario Rom. tom. 1. ſed ob prolixitatem hic omittitur. Et quidem tunc temporis Monachi Montis Oliveti per totam Italiam diſperſi, magnifica ubique poſſidebant Cænobia, atque etiamnum hodie Abbas Generalis, ſub ſua jurisdictione habet octoginta Monaſteria plerumque magnifica, quorum ampliſſimum ſemper erat primarium totius Congregationis Caput, quod meritò nomen Oliveti Majoris obtinuit. In hoc enim ampliſſimo Cænobio legimus Carolum V. Imperatorem, bis mille Aulicis & Militibus ſtipatum liberaliter hoſpitio ſuſceptum fuiſſe, & ibidem aliquo tempore devotionis ergo degiſſe. Sic etiam ſæpius ſummi Pontifices Romani cum ſuis Cardinalibus & Prælatis domeſticis hoſpitati ſunt & liberaliter ſuſcepti, prout de Pio II. Papa conſtat, qui ſibi aliisque omnibus de ſuo comitatu uſum carnis prohibuit etiamſi tota fera quinta ibidem permanſerit, ne ipſi Monachi à ſua abſtinentia à carnibus perturbarentur, vel incommodum aliquod ſuſtinerent.

Ac ſane cuncta hujus celeberrimæ Congregationis Cænobia, in ſex Provincias per Italiam & Siciliam diviſa, ob magnifica ædificia & ampliſſimas poſſeſſiones, reliqua Sacrorum Ordinum Monaſteria ſuperare videntur. Nam, Neapolitanum Cœnobium, magnificentiſſimum eſt, ſive ædes ſacras, ſive profanas contemplemur, illud quippe inhabitant octoginta Monachi cum Abbate, cujus etiam annui redditus ſuperant viginti mille ſcuta Romana; talibus divitiis cumulatum ab Alphonſo Neapolitano Rege qui devotionis cauſa ſæpius ibidem receſſum à mundanis curis quæſivit, atque ipſis Monachis ad menſam inſervire volebat. Pari quoque modo de aliis Cænobiis per primarias Italiæ civitates diſperſis loquendum eſt, qualia ſunt, Monaſterium S. Michaelis in Boſco Bologniæ; Monaſterium S. Victoris Mediolani; Monaſterium S. Petri Eugubii; Monaſterium S. Mariæ Florentiæ, Monaſterium S. Pontiani Lucæ; Monaſterium S. Georgii Ferrariæ; Monaſterium S. Mariæ in Organo Veronæ; Monaſterium S. Benedicti Paduæ; Monaſterium Sancti Sepulchri Placentiæ; Monaſterium S. Laurentii Cremonæ. Taceo hic plura alia Cænobia per civitates Siciliæ & per alia Italiæ loca probis Monachis erecta; adducta enim ſufficiunt, ad declarandam hujus Sacræ Congregationis Magnificentiam.

Interim raro ad exteras gentes arcta illorum Monachorum diſciplina pervenit; etiamſi enim Piiſſimus Imperator Sigismundus, tanquam Hungariæ Rex, eosdem in hoc Regnum introduxerit, atque, ad ipſius inſtantiam, B. Bernardus de Vercellis ibidem duo ſatis ampla Cænobia erexerit, nttamen, ob nimiam ab Italia diſtantiam, & hæc duo eximia Monaſteria ad alios ſacros Ordines tranſierunt.

Verum, non obſtante tanta Monaſteriorum magnificentia, Religioſi hujus Congregationis Viri ſemper in magno honore erant, ob rigidam Benedictinæ Regulæ obſervantiam, & veteris diſciplinæ Monaſticæ arctam cuſtodiam, quod ſæpius ad reformanda alia celeberrima Monaſteria Benedictina vocati fuerint. Sic poſtquam Monachi celeberrimi Monaſterii S. Juſtinæ apud Paduam, diſciplinam Monaſticam negligentes in magnam morum relaxationem lapſi ſint, ad introducendam Regulæ Benedictinæ debitam obſervantiam, miſſi ſunt Montis Oliveti Monachi, qui ibidem aliquo tempore vixerunt, & diſciplinam reſtituerunt, donec tandem Reſpublica Veneta illud Cænobium antiquis Monachis nigris reddere voluit.

Nam, auctoritate ſummi Pontificis Martini V. circa annum MCCCCXVII. conſtitutus eſt hujus loci Piiſſimus Abbas, Ludovicus Barbo nobilis Venetus, qui & hoc Monaſterium Paduanum ad veteris diſciplinæ Monaſticæ obſervantiam reduxit, atque omnes Monachos nigros per Italiam diſperſos ad obſervandam Regulam Benedictinam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam reportavit.

Hinc emanavit exordium celeberrimæ Congregationis Benedictinæ ad S. Juſtinam nominatæ, quæ nunc Caſſinenſis dicitur; ſub cujus juriſdictione Deo militant omnia ampliſſima Cœnobia Benedictina proprie ſic dicta per Italiam diſperſa, in quibus arcta ſed diſcreta Sacræ Regulæ obſervantia cuſtoditur. Referunt etiam Montis-Oliveti Annales, Abbatem MontisCaſſini Andream, anno MCCCLXX. obtinuiſſe à Raynerio Abbate Generali Olivetanæ Congregationis, quoſdam viros Religioſos ad reſtaurandam collapſam ibidem diſciplinam Monaſticam, ſed Reverendiſſimus Domnus Eraſmus Gatula, in ſuo Chronico Caſſinenſi, ad prædictum annum, de tali reformatione ab Olivetanis facta, altum ſilentium tenet. Agnoſcit tamen hunc Piiſſimum Abbatem Caſſinenſem ex Congregatione Camaldulenſi vocatum ab Urbano V. Papa, reformationem morum apud Caſſinenſes introduxiſſe, atque, ex aliis Benedictinis Congregationibus ſacram Regulam ſtricte obſervantibus, vocaſſe optimos Viros Religioſos; nec ambigere licet quin etiam ex Montis Oliveti piiſſima Congregatione ad tam Religioſum opus proſequendum quidam admiſſi fuerint.

Utut ſit, hoc unum certum videtur, quod hæc pia Montis Oliveti Congregatio, ob Inquilinorum ſanctimoniam, hoc tempore & deinceps magnum nomen apud Italos obtinuerit. Et licet ab exordio, Religioſi illi Viri, ſolummodo nominarentur Eremitæ Montis Oliveti, verum ſucceſſu temporis, & illi, veri Monachi Benedictini appellati ſunt, utpote ſacræ Regulæ acerrimi obſervatores, nec aliter ab aliis Monachis Benedictinis diſtincti, niſi colore habitus, cùm illi candidis veſtibus ſemper incedere ſoleant. Hinc, ob intaminatos ſuos mores, à ſummis Pontificibus Romanis & Imperatoribus eximia Privilegia obtinuerunt, nam, non ſolùm Monaſteria eorum ſunt immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, & ab omni juriſdictione Epiſcopali declarantur libera, ſed & de omnium aliorum Religioſorum Sacrorum Ordinum immunitatibus & exemptionibus gaudere poſſunt, & cujuſcunque alterius Ordinis Inquilini, ad hanc ſacram Congregationem tranſire valent, exceptis ſolis Carthuſianis. Deinde Imperator Carolus V. magnificum Montis Oliveti Cœnobium, tanquam caput totius Congregationis, ſub immediata Imperii protectione ſuſcepit, prout ejusdem Imperiale Diploma datum apud Villam-Francam anno 1538. teſtatur.

His igitur Privilegiis & immunitatibus cumulatus Sacer hic Ordo, ab Abbate Generali, cum ſuo Vicario, & ſex Viſitatoribus, gubernatur, qui omnes alternative ex ſex Provinciis eliguntur, ſingulis autem annis, hi Superiores in unum conveniunt, ad conſtituendum Diffinitorium, & illi Diffinitores ſimul cum reliquis, omnia negotia ad Regimen totius Congregationis neceſſaria tractare ſolent, nam in Capitulo Generali Abbas Generalis ſimul ac Vicarius, & Viſitatores eliguntur, quod ſingulis trienniis celebrari debet. Quod Monaſteriorum Superiores attinet, & illi plerumque Abbatiali dignitate ſunt inſigniti, quamvis triennium ſolummodo Regiminis in uno eodemque Monaſterio obtineant, quo tempore uſum Pontificalium habent, quamvis ab Epiſcopis Benedictionem Abbatialem requirere non ſoleant. Sunt etiam in hac Congregatione Abbates Titulares, qui nullam jurisdictionem in Monaſteriis participant, ſed ſolum hoc nomine honoris gratia gaudent, & in omnibus Capitulis Generalibus ſedent ac votum paſſivum ad ipſum Generalatum obtinent.

Horum Abbatum titularium numerum duodenarium inſtituiſſe dicitur ſummus Pontifex Leo X. ita ut quælibet ex ſex Provinciis habeat duos tales Abbates, qui tamen aliquod officium Regulare in Monaſteriis peregiſſe cum honore ſupponuntur. Verum ex ſequentibus Authenticis documentis ad calcem ipſarum Conſtitutionum impreſſis clarius percipi poſſunt omnia ad externum hujus Sacri Ordinis Regimen pertinentia. Quæ proin ante ipſas Conſtitutiones hic apponere conſultum cogitavimus, obſervato ordine & titulo cujusvis documenti.

De

Caput I.

De loco, & tempore Capituli Generalis, Annualiſque celebrandi.

CUm omnes, qui Capitulo Generali intereſſe debent, undique ſint colligendi, ſtatuimus hanc ipſam collectionem celebrandam in noſtro Monaſterio principali Montis Oliveti, in agro Senenſi, cùm ob eximiam Monaſterii devotionem, quod Ordinis origo, & fundamentum fuit, tum ob loci opportunitatem, in quem commodius conveniri poſſe exiſtimamus, quaſi in locum ad umbilicum poſitum ad univerſam Italiam.

Declaramus autem alibi utrumque Capitulum, tam Generale, quàm Annuale poſſe celebrari, ſi quando (quod Deus avertat) bellorum, famis, aut peſtis, & id genus, diræ neceſſitatis impedimenta intercederent: Cujus rei declarationem Abbati, & Vicario Generalibus, nec non Viſitatoribus Ordinis diſcutiendam, & decernendam imponimus, ut eorum pars major ubi concurretit, exiſtentibus causis ut ſupra, ibi Capitulum celebretur. Pro illius autem celebratione dies octo ſufficere exiſtimamus, hujuſmodique temporis moderationem, aut protractionem in Abbatis Generalis, & Viſitatorum arbitrio eſſe volumus.

Tempus verò Capituli celebrandi opportunum dicimus, & ſtatuimus in tertia Dominica die poſt ſanctum Reſurrectionis Paſcha, ut ſtatim feſtis ſolemnibus celebratis, poſſint omnes liberius abſcedere; hujuſmodique Capituli Generalis celebratio, quolibet triennio fiat; ſingulis autem annis Capitulum breve eodem tempore celebretur.

Si autem infra triennium, ob mortem, vel aliam ob cauſam Abbatis Generalis vacatio contingat, tunc Vicarius Generalis Abbatis Generalis officio fungatur uſque ad novi ejuſdem Generalis electionem; quæ electio tertia Dominica proxima poſt paſcha celebretur, atque in illius celebratione Vicarius Generalis eas functiones exerceat, illaque omnia peragat, quæ perageret, perinde ac ſi Generalis Abbas eſſet; Qui tamen Vicarius hoc tantum caſu ea vice in Abbatem Generalem eligi non poſſit.

Quòd ſi hujuſmodi vacatio poſt menſis Februarii initium accidat, ob temporis brevitatem, ac ad majorem Patrum commoditatem Capitulum Generale ad primam menſis Octobris Dominicam produci decernimus.

Eo autem tempore, quo Vicarius Generalis Abbatiatus Generalis munere fungitur non ſedeat in ipſius Generalis ſubſellio in ſignum quod vacet; neque Abbates inſtituere, vel deſtituere poſſit, ſed tantum eos de loco ad locum amovere, & ab adminiſtratione ſuſpendere valeat, ac Monaſteriorum Superiores, ſi ita neceſſitas poſtulaverit deputare.

Caput II.

Qui ſint legitime interfuturi Capitulo Generali, ſinguloque Capitulo infra triennium.

IN primis Reverendiſſimus Pater Abbas, & Vicarius Generales Ordinis, & Viſitatores omnes, item omnium Monaſteriorum noſtrorum Abbates munere ſuo fungentes, veniat item Procurator Ordinis in Romana Curia: Præter ſupradictos, cùm ſinguli Monachi ex ſingulis locis Ordinis noſtri ad Capitulum Generale accedere nequeant, ſingula Monaſteria Diſcreto vices, & voces tam in electione Generalis, quàm in ceteris in Capitulo peragendis committant.

In ſingulo quoque anno infra triennium, Capitulum breve celebretur, quo cum Generali Abbate Vicarius, & Viſitatores tantum conveniant; præter hos nemo, nec in vicina quidem loca ſe conferre præſumat, niſi quis forte ab iiſdem fuerit requiſitus; quòd ſi quis contra auſus fuerit, nec à Patribus audiatur, ſed ei quam Patres definierint pœnæ ſit obnoxius: Quod etiam, ac multo magis in Capitulo Generali ſervandum eſſe intelligimus.

Caput III.

De qualitate & electione Diſcreti.

DIſcretus eligatur is, qui ad Capitulum proficiſci valeat, & ſtato die pervenire: Ideo decrepiti, & infirmi, qui equitare non poſſunt, ab electione penitus excludantur. Non ſit Abbas titularis, ſeu Benemeritus, qui in electione Reverendiſſimi Abbatis Generalis votare minimè poteſt, juxta Sacrum Conc. Trid. Nec ſit is, qui pro gravi ætate, vel qui ex ſpeciali gratia, ſit ab exercitiis Monaſterii immunis, aut voce activa, vel paſſiva privatus.

Sit Sacerdos, & profeſſus ſaltem per quinque annos, quique in Congregatione laudabiliter ſe geſſerit, & electionis tempore publicam ob aliquod patratum crimen pœnitentiam à Reverendiſſimo Abbate Generali, vel à Viſitatoribus in actu

actu viſitationis ſibi impoſitam non agat, vel qui de aliquo delicto gravi, tunc juſſu ejuſdem Reverendiſſimi Generalis inquiratur.

Si autem de qualitatibus præmiſſis dubitari contigerit, tunc certior fiat Reverendiſſ. General. cujus judicio relinquatur definitio.

Electio fiat die ſequenti Epiphaniæ in Monaſteriis, quæ per ſe eligere poſſunt; in aliis vero ubi cæteri Monachorum ſunt expectandi, prædicta electio fiat per totam octavam, niſi grave aliquod impedimentum occurrat; & tunc Vicarius loco ejuſdem Abbatis, cui præcipitur ſub privationis Abbatiatus pœna, ut quem eligi mallet, directè vel indirectè, per ſe, vel per alium indicare nequeat; ſimiliter ex his qui ad munus Diſcreti, vel ad ejus electionem concurrunt, nullus poſſit alicui offerre ſuum votum, nec ad Abbatis beneplacitum, neque ullo pacto inter ſe mutuò promittere ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ, nec non officii, ac dignitatis, ſi aliquam habuerit; tunc inquam Vicarius poſt primam convocet in Capitulo, aut loco conſueto omnes ad Diſcreti munus idoneos, omneſque illos, qui in ejuſmodi electione activa voce gaudebunt; nempe Abbates titulares, vel Benemeritos, & eos qui aliqua ex ſpeciali Gratia (ut dictum eſt) immunes eſſent ab exercitiis Monaſterii; Clericos quoque, qui ſacris ordinibus initiati ſunt, & qui laudabiliter, ac religioſè in Congregatione vixerint: & legat eis hoc Capitulum, adhorteturque eos, ut omnes interſint Miſſæ conventuali, quæ Miſſa cantetur de Spiritu Sancto pro ipſo Diſcreto eligendo: Deinde fiant, quæ in ritu cerimonialium ordinantur.

His expletis, Vicarius aſſiſtentibus ſibi duobus ſenioribus Monaſterii Sacerdotum omnium idoneorum ad Diſcreti munus nomina, & patrias fideliter ſcribat, vel ſcribere faciat, in æqualibus æque plicatis ſchedulis, eaſque in urnam conjiciat: Deinde in aliam urnam totidem, absque ulla inſcriptione æquales, æque item plicatas conjiciat ſchedulas, tribus dumtaxat exceptis, in quorum ſingulis ſignum Crucis inſcribat.

In urnam ſchedulis conjectis, iisque bene per Vicarium, & ſeniores diſcuſſis, prodibit junior in Monaſterio, ab eis hac de cauſa vocatus, atque omnibus inſpicientibus ex alterutra urna ſchedulam unam extrahet, tunc qui ſchedulas illas ſignatas obtinuerint clara voce publicabuntur, ſtatimque ex illis tribus ſchedulis ſcriptis, & nominatis, Vicarius, & alii fratres congregati, vocem activam in hujuſmodi electione habentes per vota ſecreta illum eligant in Diſcretum, qui ex illis tribus ſacerdotibus ex urna Cruce extractis, magis idoneus videbitur; hoc tamen ordine ſervato, ut primum de ſeniori à die profeſſionis per dicta vota ſecreta experimentum fiat, deinde de aliis ordinatè.

Si verò contigerit, quòd ex illis tribus extractis duo, vel omnes habeant æqualia vota, tunc eorum nomina in urnam iterum conjiciantur in ſchedulis ſcripta, ut ex ea extrahatur unica tantum ex illis ſchedulis, & cujus nomen in ea fuerit deſcriptum, ille Diſcretus legitimè electus exiſtimabitur.

Diſcreti itaque eligantur modo præſcripto, & eligantur tantummodo in illis Monaſteriis, in quibus actu reſident octo Monachi.

In illis verò Monaſteriis in quibus minor fuerit congregatio Monachorum, tempore quo Diſcretus eſt eligendus, Vicarius, vel Superior ceterique vocem activam, & paſſivam habentes ad Monaſterium ſibi præſcriptum accedant, & ibi cum Monachis dicti Monaſterii fiat electio dicti Diſcreti modo ſupradicto, ita ut nihil interſit (quoad hunc electionis actum) inter Monachos utriusque Monaſterii,& etiam ſi plura Monaſteria in unum concurrant.

Hoc ubi confectum fuerit, à loci Superiore per literas quàmprimum hujus rei Generalis Abbas certior fiat; Qui ſtatim ex libris ubi eorum nomina, & crimina perpetrantium adnotantur, doceatur an electus aliquem patiatur defectum, ut ſi ſic repererit continuò per ſuas literas Abbati illius Diſcreti non ritè electi præcipiat, ut quàmprimum ad alterius Diſcreti electionem deveniat, modo, & forma, ut ſupra.

Caput IV.

De munere Diſcreti.

Diſcreto ſic electo, illius munus erit, poſtquam Diſcretus denuntiatus fuerit, infra illud tempus, quo ad Capitulum proficiſcatur, diligenter perquirere quomodo Abbas in charitate, in diſcretione, & ſollicitudine ſe geſſerit: Vicarius in divinis, & domeſticis: Celerarius ſi fidelis & prudens in rebus Monaſterii fuerit: ac demùm de omnibus cùm circa mores, tùm circa regulares obſervantias inquirat. Et ſi quæ corrigenda, vel proviſione digna judicaverit, Abbati Generali noviter electo denuncianda, vel in ſcriptis explicet, vel ore

ore ad os ſecretò ei tamquam Patri illa denunciet.

Hæc omnia Abbas Generalis cum toto Banchetto inter ſe ipſos prudenter diſcutient, & quæ correctione exiſtimaverint digna, cum Dei timore, & charitate diſponant, & corrigant, ne in deterius dilabatur.

Diſcretus verò in litteris Monachorum perferendis, & reddendis, ac in ſuprafcriptis explicandis, ſi in aliquo defecerit, vel falsò aliquid dixerit, ab Abbate Generali, & Banchetto acriter, & ſecundùm defectus qualitatem puniatur.

Caput V.

Quid in Monaſteriis agere debeant ii, qui ad Capitulum non accedunt.

QUi Capitulo Generali non ſunt interfuturi, in aſſignatis Monaſteriis Divino cultui, & orationibus vacent, maxime vero pro felici rerum noſtrarum ſucceſſu Deum orare ſinceris affectibus, & devote non deſiſtant.

Publicæ verò orationis ea de cauſa faciendæ forma, & modus talis erit, ut feria quinta ante præfinitum diem Dominicum, qui tertius à Paſcha eſt, celebretur Miſſa Spiritus Sancti, niſi aliquod ſolemne feſtum id impediat; feria ſexta celebretur Miſſa Beatæ Mariæ Virginis; Sabbato celebretur Miſſa Beati Benedicti; Quibus diebus ſingulis poſt Miſſarum ſolemnia, Pſalmi Pœnitentiales cum Litaniis dicantur.

Cum primum verò res in Capitulo per Patres determinatas eſſe probabiliter exiſtimari poterit, agantur gratiæ Deo, & celebretur Miſſa Sanctiſſimæ Trinitatis.

Ut autem antiquæ conſuetudini nihil derogetur, ſuis olim ſtatutis diebus Miſſæ conſuetæ celebrentur.

Quæ quidem obſervatio rituum, & ſacrificiorum etiam ſervetur infra triennium, quando breve celebratur Capitulum.

Porrò diſtricte mandamus, ne quivis locorum Superiores prædictis diebus vagari Monachos permittant, nec minus extra clauſtra pernoctare, præter Cellerarios in caſu neceſſitatis; Quod ſi fecus, & abſque urgenti neceſſitate id permiſerint, voce activa, & paſſiva nec non officio eo ipſo privari intelligantur tam ipſi Superiores, quàm Cellerarii ſi extra clauſtra pernoctaverint, ſimiliter quivis alius Monachus, qui foris vagatus fuerit.

Caput VI.

Euntes ad Capitulum, & in eo degentes munera non dent, nec accipiant, niſi ut infra.

NUllus Abbas, aut Viſitator, ſive Diſcretus, nemo denique ex euntibus ad Capitulum, munus aliquod quovis prætextu, & colore, dare, aut accipere præſumat, niſi abſolutis omnibus Comitiis: Poſtea verò parva munuſcula (& hæc ex Reverendiſſ. Patris Generalis aſſenſu, & facultate, ac ſervata Bulla S. D. N. Clementis VIII.) elargiri inter ſe ipſos, & dari, & accipi poſſe permittitur.

Caput VII.

De Proviſore, & Hebdomadario Capituli Generalis, deque eorum officio.

OMnibus qui Capitulo ſunt interfuturi undique collectis, die Sabbati qui memoratum diem Dominicum præcedit, Abbas, & Vicarius Generales cum Viſitatoribus eligant Patrem unum induſtrium, & idoneum, quem inſtituant Capituli Proviſorem, cujus quidem auctoritas ſuper omnia diſpenſanda, & adminiſtranda erit, poteritque ob diligentiorem rerum adminiſtrationem, atque laborum ſuorum levamen duos alios Abbates ſui coadjutores eligere.

Idem Abbas Generalis cum toto Banchetto Hebdomadarium Capituli inſtituat, qui tam in Eccleſia, quàm in Cœnaculo primus (niſi Generalis Abbas adeſſet) intonet voces.

Conſtituatque omnes alios miniſtros Abbas Generalis, tam in Eccleſia, quàm in Cœnaculo pro quotidianis famulatitiis; Qui omnes ita diſpoſiti Proviſori obedire ſtudeant, per quem admoniti omnes ad prandium conveniant, & Lector primæ menſæ ad primum ſignum poſt prandium ſurgens, & ſtans, diſtinctè legat Altaris Miniſtros, Cantores, & cæteros Officiales, ut ordinatè cuncta ſuccedant.

At ne quis de ignorantia ſe ſe excuſet, Proviſor Capituli pagellam diſtributiones ejuſmodi continentem, ad Templi, vel Cœnaculi valvas affigat, ut ab omnibus inſpectari poſſit.

Omnia ſint illi curæ, ut ritè procedant, præcipuè verò det operam, ut Horæ Canonicæ in Eccleſia tam diurno, quàm nocturno tempore perſolvantur; idque exactè ſervetur, diſpertito onere (ſi hoc opportunum duxerit) modò huic, modo illi Provinciæ alternatim matutinas

cæteraſque horas diei canonicas abſolvendas committat: Miſſæ verò, majori, & Veſperis, etiam Abbas, & Vic. Generales, ac Viſitatores quantum eis permiſſum fuerit, interſint. Ut autem libentius Proviſori obtemperent, cæteri omnes indulgentias, ſive licentias ab eo Monachi accipiant, & recognoſcant; atque inobedientes ab eo (ut placuerit) corrigi poſſint.

Adhortamur quoque, ut omnes cùm Abbates, tùm Diſcreti ſingulis diebus, vel ſaltem tertio die ad gratiam, auxiliumque divinum facilius impetrandum, Altaris ſacrificium offerant. Qui verò non ſunt ſacerdotes die Dominico ſacram Euchariſtiam ſumant.

Provideat inſuper Proviſor ne aliquis (quoad Generale Capitulum duraverit) carnibus veſcatur, ſed omnes, etiam Abbas Generalis, in refectorio comedant. Juſta verò cauſa ab ipſo Proviſore cognita, Monachis indulgeri poſſit carnis eſus; Ægris ſcilicet, qui actu ob infirmitatem decumbunt, nec omnibus, ſed iis qui in gravi vitæ periculo conſtituti ſunt; cum cæteri his paucis diebus ovis, & aliis veſci poſſint: Conſilium autem Medici ad hoc proviſor exquirat, & ſequatur.

Caput VIII.

De Oratore.

Sabbato proximo diei Dominicæ poſt Veſperorum ſolemnia, quibus intereſſe omnibus præcipitur, cum in locis ſuis quietè, tranquilloque animo conſederint omnes, unus cui fuerit antea demandatum, aſſurgens procedat in medium, ac genuflectat ad pedes Reverendiſſimi Abbatis Generalis, & ab eo benedictione accepta, in locum hujus rei cauſa apparatum ſe ſe recipiat; inde ſtans, orationem habeat luculentam ſed brevem; perſpicuam ſed religioſam, non fucatam, vel blandientem: ſed electionem viri probi, Deum timentis, juſti, ſapientiſque ſimpliciter ſuadentem.

Caput IX.

De Abdicatione Abbatis Generalis, & penes quem interim ſit authoritas, quouſque novus Generalis deligatur ac de dubiis vocibus approbandis, vel reprobandis.

Prima die Capituli ſacris peractis, juxta ceremoniarum ritum, tertioque ſigno campanellæ dato, ut ſi qui forte non adeſſent, mox convenirent, & omnibus in locis ſuis quietè aſtantibus, Abbas Generalis pro gravitate rei, quæ ſibi placuerit de ſe dicat, modò temporis anguſtiæ ratio habeatur, & veniam ſi quæ ſcienter, vel imperitè commiſerit deprecetur; tunc prompta fronte, ac libenti animo hæc verba promat.

Ego Dominus N. de tali loco hactenus Generalis Abbas noſtræ Sacræ Religionis, nunc completo tempore mei officii ſponte cedo, & renuntio eidem Generalis Abbatiatus mei officio mihi injuncto, & competenti, tam ex electione, quam ex confirmatione, & mihi tradita poſſeſſione.

His dictis ſtatim ſe humi proſternat in medio Chori; unde Vicarius Generalis aſſurgens, eum reverenter ſuſcipiat, & prope ſe collocet, ſtatim partes omnes Curæ univerſalis apud ſe retenturus, donec alius Generalis Abbas electus fuerit.

Tunc excluſis vocem ibi non habentibus, claudantur januæ, ne quis inde egrediatur, neve alius ingrediatur.

His ita diſpoſitis, per Vicarium Generalem, vel per Proviſorem intimetur ſi quis fortè cauſas haberet, cur quiſpiam aſſidentium ſit improbandus, ne vocem habeat in electione novi Generalis: quod ſi nemo allaturus hujuſmodi cauſas alicujus improbandi aſſurrexerit, tunc omnia ſuffragia vera, ac legitima habeantur: at ſi quæ vota dubia eſſent, num forent improbanda, ne longius negotium protrahatur, per majorem partem Capituli, vel admittantur, vel reprobentur.

Si verò compertum fuerit Conventum miſiſſe non legitimè electum, vel non ſervatis ſervandis, declaratus in Diſcretum, & qui eum elegerunt per Abbatem, & Vicarium Generales, & Viſitatores ita ſeverè puniantur: ut id in poſterum non præſumant, interimque ſuffragium in electione Generalis, ferre non poſſit.

Caput X.

De Apoſtolico Diplomate legendo, & uno tantum ſuffragio in Scrutinio ferendo.

His omnibus peractis, Vicarius Generalis cunctis audientibus legat diſtinctè, & apertè, ſermone prius latino, deinde italico propter minus peritos, Statutum Apoſtolicum infra poſitum, ut facilè quæ pœnæ iis infligantur, qui indecenti affectu non ratione ducti ſuffragarentur electioni celebrandæ, intelligant omnes.

Apo-

Apoſtolicum Diploma ex Aurea Bulla Pauli III.

AD comprimendam peſtiferam ambitionem, quam inimico fallente ſæpe incurrunt, Deum præ oculis non habentes; ut quos Dei timor non revocat à malo, gravior pœna coerceat à peccato: Statuimus, & ordinamus, quod Abbas Generalis Ordinis Montis Oliveti exiſtens pro tempore ſuo durante, vel ceſſante, vel quomodolibet Abbatiatus officio expirante, vel alius quicumque per ſe, vel per alium, ſeu alios, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, publicè, vel occultè circa electionem futuri Abbatis Generalis hujusmodi, nequaquam ſeorſum inordinata, vel indecenti affectione, quæ fortiſan ex odio, vel amore privato procederet, tractaturus procurare, vel ſollicitare, vel ad hoc quod de aliqua ſingulari perſona tunc futura in proximo, vel quandocumque celebraretur electio quemquam inducere, ſeu exhortari præſumat; Alioquin tam ipſe, quàm in ea parte ſibi adhærentes, vel complices præter Excommunicationis ſententiam, quam incurrant eo ipſo ſi contrafecerint, & à qua non niſi conſultis Generali Abbate, Vicario, & Viſitatoribus, poſſint abſolvi (præterquàm in mortis articulo conſtituti) incurrunt etiam pœnas de quibus Generali, Abbati, Vicario, & Viſitatoribus expedire videbitur, veſtram, & ipſorum conſcientiam onerando.

Hoc itaque perlecto, Vicarius Generalis quibusdam præmiſſis, brevem ſermonem habeat, quo mentes itidem diſponat, ut religiosè, ac piè ſentiant de tractanda electione; in primisque formidinem incutiat, nè Decreto Pontificis, vel tantillum impingant, tot pœnas ſi contrafecerint ſubituri.

Et claris verbis percipiat in virtute ſanctæ Obedientiæ authoritate Sedis Apoſtolicæ, etiam ſub pœna majoris Excommunicationis ipſo facto incurrendæ, juxta formam ſupradicti Apoſtolici Statuti, ſi quis potius promiſſionis, vel alicujus commodi gratia, quàm Dei intuitu, electioni ſuffragetur; ſed hic eligatur, qui exiſtimabitur pacificum ſtatum, Divinum cultum, & animarum ſalutem, quibusvis aliis curis, actionibus, rationibusque antepoſiturus.

Præcipiat quoque ſub iisdem pœnis, ut ſupra, ne quis audeat, vel præſumat ponere in vaſe congruo, & ad hoc præparato niſi unam duntaxat ſchedulam.

Mox alternatim, ac religiosè flexis genibus, Deo fundantur preces, prout habentur in ritu cerimoniarum.

CAPUT XI.

De Scrutatoribus eligendis.

PRecibus expletis, Prælati, & Diſcreti cujuslibet Provinciæ congregentur ſeorſum, ita ut una Provincia ſit eodem tempore in Capitulo, altera in Sacriſtia, in choro altera, alia poſt chorum, reliquæ in loco vulgariter dicto Paradiſo, ita ut una non perturbet aliam, & votis ſecretis quælibet Provincia eligat tres Prælatos, qui nec ſint Vicarius Generalis, nec Viſitatores hoc modo.

Quilibet Prælatus, & Diſcretus ſcribat ſeorſim in ſchedula nomina trium Prælatorum illius Provinciæ, & plicata ſchedula, ponat eam in vaſe ad hoc præparato, ex quo vaſe extrahantur ſchedulæ à Viſitatore Provinciæ, cæteris inſpicientibus, & antiquior Prælatus, ſchedula prius alta voce perlecta, adnotet in folio nominatos, atque ita tres illi Prælati, qui plura ſuffragia habuiſſe inventi fuerint, electi intelligantur à Provincia. Et in choro congregato Capitulo nominentur, omnes ſic electi ab unaquaque Provincia; Atque eorum nominibus à Scriba Congregationis in ſchedulis adnotatis, tunc ponentur in vaſe præparato tres ſchedulæ unius Provinciæ citra montes, & ſorte extrahantur à Proviſore Capituli, aſſiſtentibus Vicario Generali, & Viſitatoribus, ac diligenter inſpicientibus, quòd ſchedulæ ſint æquè plicatæ, ne fraus aliqua committatur, & qui primus exierit, eſto ſcrutator. Deinde ex alia Provincia ultra montes idem fiat: Et ſic alternatim ex unaquaque Provincia.

Mox Vicarius Generalis convocet ad ſe delectos Scrutatores, & auctoritate Apoſtolica, totiusque Capituli, qua per illud tempus fungitur, ſub atteſtatione Divini judicii, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipiat, ut fideliter, ac ſincerè tractent, & peragant negotium tam arduum ſibi commiſſum, & præcipuè ſecretum teneant ſcrutinium, nec audeant ſeu præſumant alicui aliquid dicere, ne quid inde ſcandali exoriatur. Demum ab eis exigat expreſſum, & publicum jusjurandum, quo polliceantur ſumma integritate omnia ſcrutaturos.

Illud

Illud autem omnino animadvertatur, ut ſcilicet electionis tempore ſuffragia omnia clara voce, ita ut ab omnibus intelligi poſſint proferantur; Et ad hoc ſex ſcrutatores uni menſæ in medio chori, ſive principio aſſidebunt, cæteris etiam ſuis locis ſedentibus, atque tacentibus. Primus autem Scrutatorum ſubmiſsè lecta ſchedula, illam alteri, præbebit alterque alteri, & ſic usque ad ſextum, qui illam deinde alta voce aliis leget.

Sed ut ad exhibendas hujus Congregationis Conſtitutiones properemus, animadvertendum eſt, & illas duplicis generis eſſe, ex variis Capitulorum Actis & ſancitis collectas, ſed ſemper juxta Regulam Benedictinam *ordinatas. Sic primi generis Conſtitutiones, dividuntur quidem in duas partes, quarum prima continet omnia Statuta ad externum Congregationis Regimen ſpectantia, præſertim illa, quæ ad varios gradus & dignitates pertinent; altera dein pars reſpicit* Regulam S. Benedicti, *atque Morale & internum Monachorum & Monaſteriorum Regimen. Adeoque etiamſi hæc Sacra Regula jam in ipſo* Codice Regularum *exhibita ſit, attamen eandem iterum hic exhibere cogimur, cum cuilibet capiti adjuncta ſint hujus Benedictinæ Congregationis ſalutaria Statuta, quæ ſunt quaſi quædam explicationes in ipſam Regulam.*

Secundi generis Conſtitutiones, eodem modo diſtribuuntur in duas partes, continentque veterem & novam Diſciplinam Monaſticam, apud iſtos Monachos, ante & poſt annum MDLXIV. introductam. Nam, prima pars complectitur omnia, quæ pertinent ad antiquos ritus & ceremonias totius Ordinis ex qua veterem Diſciplinam ab his Monachis uſitatam percipimus; præſertim addiſcimus cunctas cæremonias ad eligendos totius Congregationis Officiales, olim admiſſas, ſicuti etiam & ritus ſalutares ad devote peragendum divinum Officium in omnibus Monaſteriis olim exercitatos. Secunda denique pars complectitur omnes fere novas Reformationes in Capitulo Generali introductas an MDLXIV. quæ quidem ſatis denotare videntur arctam diſciplinam Monaſticam apud hos Monachos adhuc laudabiliter obſervatam.

Etiamſi enim hæc pia Montis Obliveti *Congregatio adhuc ſub* Regula S. Benedicti *Deo militare glorietur, tamen hodierni illius Inquilini eandem variis novis Conſtitutionibus mitigatam obſervant. Nam, tribus in ſeptimana diebus, nimirum Dominica, feria tertia, & feria quinta, carnes comedere ſolent, neque ad Profeſſionem Religioſam admittunt Novitios, niſi quodam Generis nobilitate inſignitos. Sunt etiam & aliæ Conſtitutiones apud ipſos introductæ per Privilegia Pontificia, quæ etiamſi* ſubſtantiam Sacræ Regulæ *non deſtruant, attamen rigidæ veteri diſciplinæ Benedictinæ haud conformes videntur. Hæc autem omnia ex ipſis Conſtitutionibus clarius pateſcent, quæ quidem in unum volumen congregatæ, prodierunt* Romæ *anno MDCII. atque illas tam veteres quàm novas poſtea ſequenti anno approbatas, in modum Regulæ & normæ Monaſticæ ſtricte obſervandas mandavit Eminentiſſimus Cardinalis Sfondratus totius Ordinis apud Sedem Apoſtolicam Protector, prout ſequens ejusdem authenticum Mandatum teſtatur.*

Mandatum Cardinalis Sfondrati Congregationis Montis Oliveti Protectoris, circa ſequentium Conſtitutionum obſervantiam.

PAULUS SFONDRATUS *S. R. E. Presbyter Cardinalis F. F. S. Cæcilia, Congregationis Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti Protector.*

Cum ſint nonnulla, quæ hodie, non ut olim Conſtitutionibus ſancita fuerant, ſed ita uſu ipſo docente, Patribusque univerſis Congregationis conſentientibus, mutata ſerventur, nonnulla etiam fuerint juſtis ex cauſis addita, eaque nondum impreſſa, ſed manuſcripta circumferantur, cùmque à variis Pontificibus, jam varia ſint edita decreta, quorum omnium impreſſio, uti neceſſaria, multam utilitatem, tam Superioribus quàm Monachis ipſis allatura ſit; ne etiam poſt hac aliquis ulla ſe excuſatione, quaſi ea ignoraret, tueri poſſit; idcirco ea omnia ſic mutata, ſive addita, una cum ſupra dictis decretis typis mandari

dari juſſimus, atque in fine harum Conſtitutionum nunc iterum æditarum apponi; cum ea item declaratione, ut cætera, quæ tam in his Conſtitutionibus, quas novas vocant, quam in iis, quas antiquas communiter appellare conſueverunt, continentur, his tamen nobis minimè adverſantia omnino ſervari debeant, maxime verò ſi in his dubium aliquod oriatur, quod ex illis definiri poſſit. Conſtitutiones igitur ipſas ſic auctas & in aliquibus locis immutatas, tanquam juri & Regulæ ac rationi conſonas, nec non dictæ Congregationis conſervationi utiles, ad unguem obſervare volentes, auctoritate Apoſtolica deſuper nobis conceſſa, modernis & pro tempore exiſtentibus Abbati Generali, Vicario Generali, Viſitatoribus, Abbatibus, cæteriſque totius Congregationis Religioſis in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub privationis officiorum, & dignitatum pœnis, aliiſque etiam gravioribus noſtro arbitrio infligendis, quatenus ipſas & in eis contenta quæcunque, prout ad ipſos ſpectat inviolabiliter obſervent, & ab aliis obſervari faciant. Præcipimus & mandamus Abbati Banchetto, ac Capitulo etiam Generali ſublata facultate, ac poteſtate in præmiſſis aut quolibet eorum, ullo modo diſpenſandi, aut habilitandi, irritumque & inane omnino decernentes, quidquid in contrarium quovis prætextu, vel colore actum, vel procuratum fuerit. Privilegiis, ſtatutis, decretis, ordinationibus, conſtitutionibus, facultatibus, formis, conſuetudinibus, hactenus in præmiſſis obſervari ſolitis, cæteriſque in contrarium quovis modo facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ in ædibus noſtris die 12. Octobris 1603.

Si vero vel paucis contemplemur hanc Congregationem, ſive ſub veteri vel nova Diſciplina Benedictina florentem, tunc & illam magno pietatis & doctrinæ flore in Eccleſia conſpicuam extitiſſe agnoſcere debemus. Quamvis enim integram ſacri Ordinis hiſtoriam contexere non præſumamus, verùm, ex hucuſque dictis de primæva ejuſdem Inſtitutione, omnino patejcit, quanta cum ſanctitatis & doctrinæ fama primi Inquilini floruerint. Nam, præter ſanctiſſimi Inſtitutoris duos primos Socios, P. Patricium de Patriciis, *&* P. Ambroſium Picolominium, *& alii plures inter Beatos numerantur, qui etiamſi publicis Sanctorum faſtis non inſcribantur, tamen cultu Duliæ venerari merentur, ob varia miracula ad eorum ſacras tumbas patrata, præſertim* B. Hieronymus de Mantua, *cujus ſacrum corpus, poſt centum à morte annos, de ſepulchro elevatum, inventum eſt incorruptum. Pari modo loquendum eſt de ſanctiſſimo Inſtitutore, cujus ſacrum Nomen haud ante tempora* Innocentii XI. Papæ *Martyrologio Romano inſcriptum erat, licet pii ejus Diſcipuli ſemper ejuſdem ſacram memoriam ad XXI. Auguſti ſolenni Liturgia celebraverint, atque ſummus Pontifex* Alexander VIII. *illius feſtum ab omnibus* Benedictini Ordinis *Religioſis celebrandum, ſub ritu Feſti duplicis, ad dictum diem mandaverit.*

Sunt etiam quædam Monaſteria Sanctimonialibus fœminis repleta, quæ huic piæ Congregationi ſunt ſubjecta, atque eamdem diſciplinam Monaſticam, & eundem candidum habitum ubique obſervant, niſi quod ſacræ illæ Virgines Caput nigro velo tegere ſoleant. Sunt etiam & aliæ ſanctimonales fœminæ ſecundum Conſtitutiones Religioſorum Patrum Montis Oliveti *viventes, quæ olim ad* Congregationem Corporis Chriſti *pertinebant. Hæc enim pia Congregatio* ſub Regula S. Benedicti *exordium ſumpſit, circa idem tempus, quo* Montis Oliveti Ordo *incepit. Nam, anno MCCCXXVIII. quidam pius Sacerdos nomine* Andreas Paulus de Aſſiſia, *cum licentia* Epiſcopi de Nocera in Umbria *prima fundamenta hujus Congregationis Benedictinæ poſuit, inſtituens, ut ejuſdem Monachi ſpecialem devotionem erga* ſanctiſſimum Corpus Chriſti *in adorabili Euchariſtiæ Sacramento præſens gererent, frequentes publicas Proceſſiones inirent, & Sanctimoniales in ſuis clauſtris hoc maxime adorabile Sacramentum perpetuis temporibus expoſitum cum omni debita reverentia & pompa conſervarent. Hujus eximiæ Congregationis Cœnobia pro utriuſque ſexus Religioſis erecta olim quindecim numerabantur a proprio Generali gubernata, quæ tamen poſtea plerumque ad* Ordinem Montis Oliveti *tranſierunt. Sub hujus etiam Congregationis Jurisdictione, Deò militant,* oblatæ Nobiles Virgines *& Matronæ à* S. Franciſca *Nobili Vidua inſtitutæ, quæ etiamſi non ſint proprie dictæ ſanctimoniales fœminæ, utpote nullis votis Religioſis devinctæ, ſed libertatem ad relinquendum Clauſtrum & ineundum Matrimonium ſemper retinent. Cùm tamen & illæ Nobiles Virgines & Matronæ quamdiu in Clauſtro manent, vivere debeant juxta* Regulam S. Benedicti *&* Conſtitutiones Ordinis Mon-

Montis Oliveti, *ſic & merito directioni* Piorum Patrum Olivetanorum *ſunt ſubjectæ, a quorum ſacris admonitionibus, & conſiliis omninò dependere debent. Sed ad tradendas ſalutares Conſtitutiones properemus, quas ſub ſequenti titulo Romæ impreſſas & ſummi Pontificis Gregorii XIII. anno MDLXXIII. auctoritate roboratas exhibemus.*

CONGREGATIONIS
MONTIS OLIVETI CONSTITUTIONES,
Quarum Pars Prima Gradus ac Dignitates reſpicit, altera verò D. Patris Benedicti Regulam.

De Qualitatibus Diſcreti.

QUi eſt eligendus Diſcretus, ſit in primis in tali ſtatu, quod poſſit ad Capitulum proficiſci, & pervenire ſtatuto die; atque ob id decrepiti, & infirmi, qui equitare haud poſſunt, ab eligendorum numero, penitos excludantur. Sit Sacerdos, qui ad minus per ſeptem annos poſt emiſſam profeſſionem in Congregatione laudabiliter vixerit. Non ſit ex iis, qui electionis tempore publicam ob aliquod patratum crimen, pœnitentiam ab Abbate Generali ſibi impoſitam agat; vel qoi de aliquo delicto gravi, tunc juſſu ejuſdem Abbatis Generalis legitimè inqoiratur. Si autem de qualitatibus præmiſſis dubitabitur, judicio Capituli id relinquatur.

De Electione Diſcreti.

DEcem dies ante, quàm Abbas ad Capitulum Generale proficiſcatur, uſitato modo, & in loco conſueto, ſolitis peractis precibus, Vicarius Sacerdotes omnes ad Diſcreti munus idoneos congregabit; congregatorumque nomen, & patriam fideliter per ſe, aut per aliom ſcribet, in æqualibus æquè plicatis ſchedulis, easque in Urnam conjiciet. Deinde in aliam Urnam totidem absque ulla inſcriptione æquabiles æquè itidem plicatas conijciet ſchedulas, tribus dumtaxat exceptis, In quarum ſingulis crucis ſignum intus inſcribet. Io Urnam ſchedulis injectis, iisque benè per Vicarium diſcuſſis, prodibit, qui erit junior in Monaſterio, atque omnibus ioſpicientibus ex alterutra Urna ſchedulam unam extrahet; eorum verò nomina, qui ſchedulas illas ſigno crucis inſcriptas ſorte obtinuerint (ſoperiore ordine ſervato) in Urnam conijciantur, & in aliam Urnam tres ſchedulæ, una crucis ſigno ſignata; duæ verò albæ inijciantur, quæ (ut antea) ex Urnis eliciantur. Ex quibus tribus, is omninò legitimè, & unà omnium voce Diſcretus electus cenſeatur, cui ſorte obvenerit ſchedula illa ex tribus, ſigno crucis inſcripta.

Diſcreti eligantur modo præſcripto, & eligantur tantummodo in iis Monaſteriis, in quibus acto Abbas, Officiales, & Monachi juxtà has Conſtitutiones reſident. In iis verò Monaſteriis, in quibus minor fuerit congregatio Monachorum, tempore, quo Diſcretus eligendus eſt, Vicarius ab Abbate vicinioris Monaſterii de tempore electionis edoctus, ad ſtatutum diem illos ſacerdotes, qui idonei reperti fuerint, ad munus Diſcrèti, in unum convocabit; è quibus unus eligator, qui eorum nomina deferat ad proximum Monaſterium; quæ unà cum ſchedulis in Urnam pro eligendo diſcreto proijciantur, ita, ut oihil, quoad hunc electionis actum, interſit inter Monachos utriusqoe Monaſterii, etiam ſi plura Monaſteria in unum concurrerent.

De Munere Diſcreti.

DIſcreto ſic lecto committantur vices, & voces, tam in electione Abbatis Geoeralis, quàm in reliquis in Capitulo pertractandis, atque illus munus erit; poſtquam Diſcretus renunciatus fuerit, infra illos decem dies, qui poſt electionem ſupererint, ante quàm proficiſcatur ad Capitulum, diligenter perquirere, quomodo ſe Abbas in charitate, in diſcretione, & ſollicitudine, Vica-

rius

rius in divinis, & domeſticis; Cellerarius in ſubſtantiis, & rebus Monaſterii curandis; quomodo ſe Magiſter Novitiorum, Lectores ſtudiorum, cæterive omnes in proprio munere, & in divino obſequio ſe geſſerint: obſervet in quibus Regulæ, & Conſtitutionum obſervantiæ fuerint omiſſæ. A ſingulis Monachis petat, ſi quid à Capitulo Generali, & Abbate Generali eligendo, deſiderent: ſi quid contra Abbatem, Monaſteriique præpoſitos, & alios Monachos, aut contra Viſitatores, & Abbatem Generalem præteritum habent, atque omnium Monachorum poſtulata in ſcriptis, & ab illis ſubſcripta accipiat, ac deferat ad Abbatem Generalem, poſtquam fuerit electus. Si quis Monachus voluerit ad ipſum tantùm Generalem Abbatem novum, ſive ad novos Viſitatores tantùm ſcribere, illius litteras accipere, ac fideliter ferre, & reddere Diſcretus teneatur, quas litteras nemo aperire præſumat, niſi ille, ad quem ſcriptæ ſunt, & uniuſcujuſque negotium ſibi commiſſum procuret. Ita denique Diſcretus edoctus, atque inſtructus, accedat de ſingulis Monaſterii rebus, ut de omnibus rationem reddere poſſit; ut quæ correctione indigent, corrigantur, remediumque & auxilium feratur iis, quæ illis indigent. Diſcretus verò in litteris Monachorum perferendis, ac reddendis, ſeu illorum poſtulatis explicandis, & procurandis, ſuoque munere toto obeundo negligens, aut parum fidelis repertus, ſuſpenſionis ab omni officio, ac vocis activæ, & paſſivæ per annos quatuor privationis pœna mulctetur. At ſi Diſcretus fuerit Vicarius, aut Cellerarius, aut Magiſter Novitiorum, eo caſu Abbas inquirat de illius munere. In illo Capitulo prædictis Diſcretis nullum Congregationis munus demandari poſſit.

Euntes ad Capitulum, & in eo degentes munera non ferant, aut accipiant.

NUllus Abbas, Diſcretus, Viſitator, nemo denique ex euntibus ad Capitulum, munus aliquod, cujusvis generis, aut valoris, quovis prætextu, & colore afferre, aut dare præſumat. Nullus è contra Abbas etiam Generalis, Viſitator, Diſcretus, ac privatus Monachus tale munus accipiat, ſub pœna privationis officii, & vocis activæ, & paſſivæ per ſexennium; ſed pro viatico neceſſaria tantùm in pecunia, & aliis bonis ſecum gerant. Contra hos munerum datores, & acceptores diligens inquiſitio fiat, qua durante, inquiſitus voce activa, & paſſiva careat.

De Capitulo Generali celebrando.

DIebus Capituli major obſervantia in omnibus Monaſteriis totius Congregationis exerceatur; omnes ſuis clauſtris contineantur. Feria quinta ante ſtatutum diem Dominicum, qui tertius à Paſcha eſt, celebretur Miſſa Spiritus ſancti, niſi ſolemne feſtum id impediat. Feria ſexta Miſſa B. Virginis, Sabbato Miſſa B. Patris Benedicti: ſingulis iiſdem diebus Pſalmi pœnitentiales cum Letaniis dicantur. Cùm primum verò res in Capitulo per Patres determinatas eſſe probabiliter exiſtimari poterit, agantur gratiæ Deo, & celebretur Miſſa Sanctiſſimæ Trinitatis. Omnes præterea ſacerdotes toto hoc tempore quotidie Miſſam celebrent pro felici ſucceſſu Capituli generalis: & die Dominico qui non ſunt Sacerdotes Sacram Euchariſtiam ſumant. Qui vices Abbatis hoc tempore in Monaſteriis gerent, curabunt præfata omnia obſervari: ſin minus, per biennium voce activa, & paſſiva, & omni dignitate careant.

Cùm primum ad Capitulum omnes convenerint, Proviſor induſtrius ab Abbate Generali, & Viſitatoribus eligatur per vota ſecreta, penes quem auctoritas ſuper omnia diſpenſanda, & adminiſtranda ſit, huic Monachi omnes, ſive de gremio, ſive extra gremium Capituli obedient; ejus locus juxta Viſitatores cenſeatur, durante Capitulo.

Præcipitur etiam, ut nemo (quoad duraverit Generale Capitulum) carnibus veſcatur, omneſque etiam Abbas Generalis in Refectorio comedant. Juſta verò cauſa ab ipſo Proviſore cognita, Monachis (idque raró) indulgeri poſſit. Cum ægris, qui actu ob infirmitatem decumbunt, indulgendum fuerit, conſilium Medici Proviſor ſequi debeat; infirmorumque cibi verè ægrotantium ſint; ne infirmitatis prætextu Regulæ obſervantia relaxetur.

Omnes Abbates & Diſcreti venientes ad Generale Capitulum quotidie Matutinis, Miſſæ majori, & Veſperis interſint, ſingulisque diebus altaris ſacrificium offerant; vel ſaltem tertio quoque die. Generalis verò Abbas, & Viſitatores majori ſaltem Miſſæ, & Veſperis quotidie interſint, quos hortamur in Domino, ut quantum in ipſis erit, Miſſam ſingulis diebus celebrent. Declaramus autem omnia, quæ in Capitulo Genera-

li obſervari ex noſtris Conſtitutionibus ordinamus, etiam in cæteris Capitulis, & Dietis quandocumque celebrandis, ad unguem cuſtodiri debere, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ per quadriennium.

Cùm virtute aureæ Bullæ tota Congregatio ſit diviſa in duas ſectiones, Citra, & Ultra montes Appenninos; decernimus in ſex Provincias dividi, tres Citra, & tres Ultra, videlicet: Provinciam Hetruriæ, Regni Neapolitani, & Marchiæ, Lombardiæ, Dominii Veneti, & Romandiolæ, nec in plures, nec in pauciores redigi poſſit Congregatio. Monaſteria verò ſint illius Provinciæ, intra cujus limites continentur. Cùm verò ad Capitulum Generale proficiſcendum fuerit, ex unaquaque harum Provinciarum cum ſuis Diſcretis, ii tantummodo Abbates ad dictum Capitulum veniant, qui præſunt Monaſteriis, in quibus ſit Officialium, & Monachorum numerus in Conſtitutionibus aſſignatus.

Solitis fuſis precibus, & abdicatione à ſuperiore Abbate Generali, facta Dominica II. poſt Paſcha, prælectaque Bulla Gregorii XI. ad compeſcendum peſtiferam ambitionem, ſex ſcrutatores ex præſcripto aureæ Bullæ eligantur; deinde ad novi Abbatis Generalis electionem per vota ſecreta ex eadem aurea Bulla procedant, à cujus præſcripta forma circa modum non diſcedatur, & ſenior ex ſcrutatoribus uſitato more illum pronunciet, cujus Generalatus dignitas duret à die electionis per quadriennium, quo tempore elapſo, dictus Abbas diſponat ſui officii abdicationem, quam humiliter, ac animo volenti immediatè, & omni prorſus dempta mora poſtulet. Quod ſi renuerit, ac ſubterfugerit (quod Deus prohibeat,) mox ſit, & eſſe intelligatur privatus dicto officio. Attamen, ſi vacatio officii Abbatiatus infra tempus per mortem obtingat, vel alia cauſa, ſi qua tam urgens orirетur, tunc Vicarius pro tempore generalis unà cum ſex Viſitatoribus dignitatem Abbatiatus retineat, & exerceat ad electionem uſque novi Generalis, in cujus locum nequeat ipſe Vicarius eodem capitulo creari, & tunc antiquior ex Viſitatoribus in Capitulo Generali loco Vicarii præſit.

In electione quæ per ſchedulas uſitato more fit, unuſquiſque, qui vocem habet in Capitulo eligendi, ponat ſchedulam ſuam bene plicatam in Urnam, in qua ſit deſcriptum nomen, & Patria eligendi, vocatus unuſquiſque per ordinem à Proviſore Capituli, ut hactenus fieri conſuevit. Hæc corrigantur, quòd nemo poſſit accipere dictam ſchedulam ſcriptam ab aliquo, neque poſſit ipſe ſcribere, niſi ſolus per ſe, quam ſecretò ſecum habeat, & ſuo tempore in Urnam immittat. Omnes ſchedulæ, quando extrahuntur à ſcrutatoribus videantur, quibus viſis, ſtatim combutantur. Si vota fuerint æqualia, antiquior profeſſione eligatur, ſi non fuerit major dimidia parte, obſervetur quòd per auream Bullam præcipitur ſupraſcripto modo; ut omnes ſeorſum ſecretò ſchedulas ſcribant. Abbas Generalis ſuperioris anni, neque in Capitulo in electione, neque publicè, neque privatim poſſit in Generalem aliquem nominare. Nec idem Abbas Generalis poſſit habere tractatum, neque privatis ſermonibus agere pro electione ſui ſucceſſoris, neque id facere poſſit per ſe ipſum, neque per alios quicumque ſint Congregationis, aut extra. Quòd omnes vocem habentes in hac electione ſint liberi, neque nimis terreantur, aut precibus promiſſisvè flectantur.

Quòd Viſitatores non poſſint voces ſuæ nationis congregare, vel alterius negotii prætextu, ſeu quæſito colore illis ſignificare, quem Generalem vel ipſi, vel alii deſiderarent in ſucceſſurem, nec ab illis exquirere eorum voluntates; licet dicant quòd in eorum libera voluntate ſit eligendi quem maluerint, nec poſſint dicti Viſitatores, nec alii accipere iſtorum promiſſa, & oblationes ſuffragiorum, & illas Abbati Generali offerre, nec alii. Hujuſmodi nationum conventicula omnino improbantur, & expreſsè prohibentur.

Exactiſſima inquiſito fiat per ſcrutatores contra delinquentes in ſupradicta electione. Inquiſitus, tempore inquiſitionis voce activa, & paſſiva careat, etiam in omnibus reliquis negotiis Congregationis. In eandem verò pœnam incidant, qui has prenſationes, & tractatus tempore Capituli, aut ante quovis modo fecerint.

Convictus in Capitulo, vel extra aliquem colloqoutum eſſe ex dictis Prælatis, & Diſcretis per ſe, vel per alios, ut ſibi, vel alteri ſuffragium, ſeu nominationem præbeat, necnon qui promiſerit ſuffragium ſuum, ſeu nominationem, ipſo facto qui in hoc inciderit, ſit privatus in perpetuum voce activa, & paſſiva, etiam ſi Generalis, ſeu Viſitatores præteriti tale crimen commiſerint. Novus verò Abbas Generalis ſtatim ac electus fuerit, teneatur unà cum ſcrutatoribus facere inquiſitionem de prædictis, ac declaratoriam ferre contra eos, qui præ-

prædicta tractaſſe, vel attentaſſe conv cti fuerint.

Qualis debeat eſſe qui ſit habilis ad Generalatum, optimè deſcribitur in cap. 2. & 64. à D. Patre Benedicto, hancque deſcriptionem electores reſpiciant; ut quantum fieri poſſit, qui eligitur reſpondeat qualitatibus ibi deſcriptis, quibus hæc inſuper addantur.

Primò, ut virtute aureæ Bullæ obſervetur alternativa; ut ſi qui ad dignitatem Generalatus pervenerit, fuerit Citra Appenninos Montes, eum ſubſequatur alius Generalis, qui ſit Ultra dictos Montes, & ſic alternatim electio fiat.

Eorum verò qui Generales fuerunt, nemo Generalis creari poſſit; niſi duodecim anni peracti fuerint.

Neque ex eadem Civitate oriundus ad Generalatum promoveri poſſit; niſi dicto duodecim annorum ſpatio elapſo. Advertatur tamen in Generalis electione, ut ex tribus provinciis, quibus ſecundum Bullam auream competit viciſſim hoc munus, is potiſſimum eligatur (ſi tamen idoneus fuerit repertus) qui ex illa ſit provincia, quæ ex tribus, Generalatus officio diutius caruerit. Neque ob hoc prohibetur, quin ratio haberi poſſit illorum, qui fuerint ex duabus reliquis provinciis, quibus tunc temporis alternativa competit.

Sit ſacris litteris præditus, quoad fieri poſſit; morum gravitate ornatus; qui nunquam fuerit Apoſtata. Non ſit criminoſus, vel alicujus delicti infamis; ſit profeſſus in Religione viginti annis; & qui ante Generalatus tempus proximè non fuerit Viſitator; & qui munera, quæ geſſerit in Congregatione, laudabilitér obierit.

In prædictis qualitatibus per Generale Capitulum minimè diſpenſari poſſit.

Abbas Generalis in omnibus negotiis in Banchetto decernendis ſemper duobus votis gaudeat, tam ſi ſecretis, quàm ſi vivis ſuffragiis res agatur.

Abbas Generalis præteritus non remaneat Viſitator, nullamque poſt abdicationem auctoritatem, juriſdictionemve habeat in adminiſtratione ſui ſucceſſoris, aliorumque officialium Congregationis; nec in aliquo ſe intromittere poſſit. Habeat tamen uſitatum locum in dicto Capitulo tantùm. Præterito tamen Abbati Generali conceditur, ut abſoluto illius ſyndicatu, ac ratione reddita ſuæ adminiſtrationis, remaneat Abbas illius Monaſterii, quod ſibi ex ſua Provincia magis placuerit pro eo tempore, quo reliqui Abbates aliis Monaſteriis præficiuntur. Nec niſi octo annis elapſis Viſitator fieri poſſit.

Electo Abbate Generali, eodem die Vicarius Generalis eligatur, qui præditus ſit iis omnibus ornamentis, quibus Abbatem Generalem præditum eſſe debere dictum eſt; præter ætatem, quæ ad minus ſit decem & octo annorum profeſſionis; eligatur autem ex illa Provincia, quæ diutius eo vacaverit, ſecundum diſtinctionem Citra, & Ultra. Vicariatus officium duret eo tempore toto, quo durabit Abbatis Generalis munus. Habeat Vicarius Generalis vocem in omnibus electionibus Prælatorum, & Officialium, atque in his omnibus, quæ in Banchetto tractantur, ejusque ſuffragium intelligatur requiri ſemper, cùm Viſitatorum ſententia, conſenſus, vel conſilium requiri oportuerit. Si Abbas Generalis fuerit ex Provincia Citra Montes, Vicarius ſit ex Provincia Ultra Montes Appenninos, & è contra, idque mutua viciſſitudine perpetuò obſervabitur. Eligendus verò erit Vicarius Generalis, per vota ſecreta à toto Capitulo, prout dictum eſt in electione Generalis, qui exacto ſuo officio, immediatè Viſitator non poſſit eſſe.

Poſtquam fuerit electus Vicarius Generalis, eligantur ſtatim ſex Viſitatores per vota ſecreta à toto Capitulo, ad inſtar Generalis. Quorum qualitates ſint, ut ex qualibet Provincia unus eligatur Viſitator, qui ſacris litteris præditus ſit (quoad fieri poſſit) & moribus gravis; ſit ſaltem decem & octo annorum profeſſionis. Non ſit criminoſus, & alicujus delicti infamis. Sit etiam corpore habilis ad hoc exercendum munus, eodemque duret tempore, quo Generalis. Non ſit ex eadem Civitate, ex qua ſit Abbas Generalis, vel Vicarius Generalis. Perfecto ſuo officio, poterit (ſi videbitur) præteriti muneris optimà reddita ratione, præfici Monaſterio, cui ante annos octo minimè præfuerit, & per octo annos Viſitator iterum, aut Generalis nequeat creari, neque poſſit præfici alicui ex Monaſteriis Principalibus in ſua Provincia.

Procurator Generalis eligatur in Banchetto, ipſo Abbate Generali proponente duos ad minus, quos idoneos, & requiſitis qualitatibus in tali munere ornatos noverit, ex quibus is cenſeatur electus, qui majorem partem ſuffragiorum, medietatem tamen votorum excedentium, obtinuerit. Eligatur autem ex illa Provincia, quæ diutius eo vacaverit ſecundùm diſtinctionem Citra, & Ultra.

Procuratoris munus duret per quadriennium, ita tamen, ſi tempore Capituli Generalis videbitur Banchetto pro bono Congregationis, ad alios quatuor annos illius munus prorogare, & confirmare liberè, & licitè poſſit. Quando verò Procurator generalis elapſo quadriennio ſui officii mutari contigerit, obſervetur alternativa; ut unà vice ſit ex Provincia Ultra Montes, & altera vice ex Provincia Citra; ut in Generalis electione ſervatur.

In reliquis, ſit vir induſtrius, & bonis moribus, ac litteris præditus, qui in Religione quindecim ante annos ſit profeſſus. Non ſit Abbas, ſed vocem habeat in Capitulo Generali; tamen, ſi fuerit Abbas retineat dignitatem, & præeminentiam Abbatiarus.

Procuratoris locus erit poſt omnes Abbates, ſupra Scribam, & reliquos Officiales Congregationis; ſed ſi fuerit Abbatiali dignitate inſignitus, poſt omnes Viſitatores primus immediatè ſedebit.

Scriba, ſeu Cancellarius Generalis eligatur in Banchetto (prout dictum eſt in electione Procuratoris Generalis.) Servetur alternativa; ut non ſit ex illa Provincia, ex qua erit Abbas Generalis; illius verò munus duret per quadriennium. Hujus locus erit poſt Procuratorem Generalem ſupra cæteros Congregationis Officiales; niſi fuerit Abbas, quo caſu ſuum locum tenebit in ordine.

In Scriba verò hæc requiruntur: Ut bonis moribus ornatus, duodecim ante annos in Religione ſit profeſſus.

In electione ſupradictorum omnium tractatus, nominationes, & prenſationes omnes prohibentur, ſub eiſdem pœnis, ſub quibus prohibitæ fuerunt in Abbatis Generalis electione. Electi ipſi ſubjaceant iiſdem pœnis, quando ea ſervata non fuerint, quæ in Abbatem Generalem eligendo, ſervari debere ſtatutum eſt.

Si ex prædictis aliquis deficiet, alius ſubſtituetur hoc pacto. Abbas Generalis tres nominabit Viſitatoribus, & Vicario Generali ex nominatis, qui per vota ſecreta majorem dimidia ſuffragantium partem habuerit, is approbatus, & electus cenſeatur; ita tamen, ut qui ab Abbate Generali nominabuntur, antequam de iis ſuffragia ferantur, ſint per vota ſecreta approbati à toto Banchetto.

Abbates in Capitulo Generali eligantur, peracta electione Generalis, Vicarii, & Viſitatorum, nominatis ſcilicet, tribus ad ſingula Monaſteria ab Abbate Generali, & à toto Banchetto approbatis per vota ſecreta; deinde qui ex iis majorem dimidia partem ſcrutinio eorumdem habuerit, is cenſeatur legitimè Abbas electus. Itque intelligatur ſolùm in Abbatibus novis creandis, & in iis, qui privati habilitati fuerunt: nam in Abbatibus, qui in ſuo munere ſe benè, & laudabiliter geſſerunt, ſatis erit, ſi ex iis duos tantùm ad ſingula Monaſteria Abbas Generalis proponat in Banchetto, ex quibus, is electus cenſeatur, qui ſecretis ſuffragiis plura vota obtinuerit. Abbas verò Generalis abſtineat, ne annuat quem ipſe ex præpoſitis malit.

Debet Abbas eſſe in Religione profeſſus ſaltem quindecim annis. Sit litteris, & honeſtis moribus ornatus; nullius delicti infamis, & qui munus Vicarii, Cellerarii, Magiſtri Novitiorum, aliaque omnia Monaſterii exercitia laudabiliter geſſerit. Ex numero autem Vicariorum, Magiſtrorum, Theologorum, vel Lectorum eligantur; dummodo per debitum curſum temporis officia ſua exercuerint, etiam ſi non exegerint totum curſum temporis in ſolo Magiſtratu, vel Vicariatu; ſed partim in Vicariatu, & partim in Magiſtratu; inter quos æquè habeatur ratio Cellerariorum, & Scribæ Monaſterii Montis Oliveti majoris, & ſi in aliqua patria vacaverit per mortem, vel alia de cauſa aliqua Prælatura, & non adſint ex illa patria Officiales, & Theologi (ut præfertur) tunc eligatur in Abbatem aliquis ex illa patria boni nominis, habens cætera requiſita. Reliquas qualitates habeat quantum fieri poteſt, juxta cap. 2. Reg. & cap. 63. & 64. in quibus à D. Patre Benedicto qualis debeat eſſe Abbas deſcribitur. Lectores tamen in ſacra pagina, & qui ſaltem per quatuor annos reliquas artes laudabiliter docuerint, & Magiſtri Novitiorum excipiuntur, qui licet prædicta munera non obierint, dummodo ætatem & qualitates requiſitas habeant, Abbates creari poſſint. Qui hoc munus poſtulaverit, eo ipſo jure cenſeatur excluſus: ſimiliter & ii, pro quibus ab aliis poſtulatum ſit, in pœnam inhabilitationis incurrant, juxta Breve Pii Quarti ſub Datum Romæ ſecunda Junii. 1565. Horum officium uſ drien io duret, quo peracto, per quatuor ſequentes annos Abbates in eodem Monaſterio omninò eſſe non poſſint. Si quis tamen poſt expletum quadriennii tempus in adminiſtratione ſuſcepti muneris cæteris prudentior, utilior, & laudabilior inventus fuerit, is denuò (ad tempus tamen ab Abbate Generali amovibilis) de conſenſu majoris partis Banchetti eidem Monaſterio præfici poterit. Sed id rarò fiat, & non niſi ex urgentiſſima neceſſitate. Quæ tamen tota ex evidenti illius

lius Monaſterii utilitate pendeat, & in ſcriptis legitimè conſtet. Si obire mortem aliquem contigerit durante officio, ad reliquum uſque Capituli Generalis tempus alius ſupradicto modo in demortui locum ſubrogetur. Si præſcripta forma omiſſa, aut neglecta fuerit in eligendo Abbate, ipſo jure, cenſeatur nulla electio. Viſitatores autem, qui tali interfuerunt electioni, per tres menſes ſuſpendantur ab officio. Nemo officialium duas adminiſtrationes occupare queat; & ubi quis fuerit Abbas cum adminiſtratione, ibi nequeat eſſe immediatè Cellerarius cum aliquo titulo.

Titularii Abbates omnes omnino antiquati intelligantur; Tituli tamen ſeorſum ſerventur propter eos, qui ob ingraveſcentis ætatis imbecillitatem, onus adminiſtrationis ferre non valent. Quorum quamdiù vixerint, ſi fuerint de Congregatione benemeriti, ob probitatem laudabilis vitæ, & adminiſtrationis, ſemper habenda erit ratio, ne aliquo titulo careant.

Abbas, Vicarius, & Cellerarius conſtituantur tantummodo in iis Monaſteriis, quæ præter Cellerarium, & Abbatem, poſſunt alere octo Monachos, ultra oblatos, & alios miniſtros conſuetos. In iis vero Monaſteriis, in quibus Abbas, & reliqui officiales (ut ſupra dictum eſt) eſſe non poſſunt; curet Generalis Abbas de totius Banchetti conſenſu per vota ſecreta; ut illis aliquis Vicarius præficiatur, & tot Monachi, quot cultui Divino adminiſtrando ſufficere judicabit, qui tamen non ſint ex iis, qui ſtudiis vacent, & majori obſervantiæ apti dignoſcantur.

Rehabilitationes infra tempus inhabilitationis, Reintegrationes à perpetua inhabilitatione, præter eorum, qui fuerunt Abbates Generales, & Viſitatores ob eorum malam adminiſtrationem condemnati, qui omni prorſus ſpe rehabilitationis, & reintegrationis carebunt; non poſſint fieri, niſi à toto Capitulo Generali, proponente id Abbate Generali, qui antequam ferantur ſuffragia, proponat cauſam à ſe, vel à prædeceſſore fuiſſe cognitam, quam in Capitulo explicet, quæ ſit ex neceſſitate, vel utilitate Congregationis; nec aliter, nec alio modo, ipſo non poſtulante, nec alio pro ſe ipſo procurante, ſed quod de neceſſitate, vel utilitate Congregationis evidentiſſimè conſtet, idque conſtare ſit prius approbatum per duas partes Viſitatorum per vota ſecreta. Abbas Generalis deinde poterit proponere in Capitulo Generali; quòd ſi ſuffragia in ſui favorem medietatem ſuperabunt, legitimè reſtitutus, & rehabilitatus erit capax omnium munerum Congregationis.

Obligationes, alienationes, & alia negotia Congregationis, quæ in Capitulo Generali pertractanda ſunt, uſitato more peragantur; digeſtis prius omnibus in Banchetto de conſenſu majoris partis ipſorum.

Scrutatores verò, ſeu ſyndici ſtrictam exigant rationem ab Abbate Generali præterito; Perquirant diligenter à Diſcretis Monaſteriorum, ſi habeant aliquid opponendum, & litteras ab aliquibus Monachis Monaſteriorum. Similiter Abbates, Viſitatores, & omnes vocentur ad hoc examen faciendum; ſi habuerint aliquid contra prædictum Abbatem Generalem præteritum. Inquiratur circa mores dicti Abbatis Generalis; ſi ſcandalum dedit alicui; ſi obſervavit Conſtitutiones; ſi noluit procedere contra aliquem ſibi delatum; ſi non totam ſuam operam poſuit, ut Conſtitutiones executioni mandarentur. Negligentia verò probata, vel delicto, pœnas in illum ſtatuant, juxta Conſtitutiones. In illis verò caſibus, in quibus pœnæ non ſunt expreſſæ, in illum animadvertant juxta qualitatem delicti. Si damnatur per negligentiam; perpetuò inhabilis declaretur ad Generalatus munus. Si alicujus culpæ reus erit, vel quòd executioni non mandaverit Conſtitutiones, vel quòd dolo, vel injuria aliquem gravaverit; declaretur inhabilis ad quodlibet munus Congregationis per decennium. Hujuſmodi judicium fiat brevi manu, & ſine ſtrepitu, & figura judicii per ſecreta ſuffragia, duabus ipſorum partibus concurrentibus. Similiter ſi parum fidelis in illis pecuniis, quas rempore ſui officii habuit, pœnæ fraudis ſubjiciatur, & teneatur ad reſtitutionem, & perpetuò inhabilis ad tale munus declaretur. Quod ſi ſumma eſſet talis, ut non haberet unde eam reddere poſſet; luat carcere ad tempus declarandum per ſyndicos: fraudis pœnæ erit obnoxius, ſi ſupra quinquaginta ſcutos rationem reddere non poteſt.

Poſtremò peragatur inquiſitio eodem modo (quo ſupra) contra Viſitatores præteritos ab eiſdem ſyndicis, vocatis omnibus Diſcretis, & Abbatibus, & pœnæ declarentur in illos, qui reperti fuerint negligentes, vel delinquentes, ſecundùm Conſtitutiones. In illis caſibus, in quibus non ſunt expreſſæ pœnæ, iis feriantur pœnis, quæ contra Abbatem Generalem (ut ſupra) poſitæ ſunt, præterquam in caſu negligentiæ, in quo per octen-

octenniom inhabiles ad omoe munos declarandi eruot, & futuri. Contra Viſitatores inquiratur io primis, ſi delatores in actu viſitationis revelarunt, vel noo correxerunt, quæ corrigenda erant; in qoos ſeveriſſimè ſecundùm Conſtitutiones animadvertatur. Cogantur etiam reddere rationem omoium, qoæ ad eorum manus pervenerunt, ut dictum eſt de Generali.

Ut aotem ſcrutatores, & ſyndici magis intenti ſint, ad eorum munos peragendum, ſciant, quòd ſi deliquerint, vel ſegnes erunt ſeveriſſimè puoientur per Abbatem Generalem novum, ſi delictum aliquod commiſerint, voce activa, & paſſiva perpetuò careant. Si negligentes fuerint, per ſexeonium ad hoc munus, & ad Prælaturam inhabiles erunt, & declarentur, Hujusmodi verò declaratio fiat per Abbatem Generalem, de conſenſu majoris partis Viſitatorum per ſecreta ſuffragia, præter pœnam excommunicationis per ipſos ſcrutatores, & ſyndico ipſo facto iocurreodam, ſi illud dolo commiſerint.

Conſtituatur examen, & Inquiſitio contra Abbates Monaſteriorum, & idcirco ab Abbate Generali vocentur omoes Diſcreti, qoi reddant ratiooem admioiſtrationis ſuorum Abbatum, & aliorum Officialium, & Miniſtrorum Monaſterii. Proponant gravamina, ſi quæ proponenda erant. Primùm in ſcriptis quæ corrigenda ſunt, corrigantur per ipſum Abbatem Generalem de conſenſu, & conſilio Viſitatorum. Ab eodem etiam Abbate Generali in delinquentes, ac negligentes Abbates pœnæ ſecundùm Cooſtitutiones; at ſi in aliquibus caſibus noo eruot in iis expreſſæ; ſuo arbitrio, de conſenſu tamen duarum partium Viſitatorum, qui ſecretò per fabas ſuffragia ſerent, irrogentur.

Si contra Abbates extra Capitulum Generale hujosmodi judicium fieri contigerit; pœnæ itidem io eos irrogentur de conſeoſu duarum partium Viſitatorum.

Viſitatores meminerint ſe de hujusmodi judiciis rationem reddituros in diſtrictu Dei judicio; præter pœnam ſuſpenſionis arbitrio Judicum, quam omnino incurrant, ſi aliod quàm juſtitiæ admioiſtrationem (ut ſupra) reſpexeriot.

Contra Abbates tantùm, & noo alios inſeriores, procedatur cauſa cognita ſummariè tamen, & ſine ſtrepitu, & figura judicii.

Si contigerit quòd aliquis Abbas privetur ex qoacumque cauſa; hoc (ut dictum eſt) modo inquiſitus, judicatus, ac privatus, præter privatiooem cenſeatur inhabilis per ſex annos; ita ut eligi noo poſſit per dictum tempus ad Abbatiatus munus. Excipiuntur privati ob aliquod enorme delictum, vel ſcandalum, ſive inſamiæ, aut propter illos caſus, quorum gratia de jure communi tradendi eſſent curiæ ſeculari, qui non modo ſint declarati inhabiles perpetuò ad quodcumque munus, dignitatem, & hooorem Coogregationis; ſed io facinoroſorum librum relati, numquam per Capitulum etiam Geoerale poſſint reſtitui, & rehabilitari.

Abbas verò Generalis, & Viſitatores pœnas, & correctiones tam viſitationis, quam omnium, quæ in aliis examinibus, & ioquiſitionibus ab iſtis Syndicis eruot ſancitæ, exequi in illos teneaotur, & de hujusmodi executione in illorum Syndicatu rationem reddere. Si verò præſati Abbas Generalis & Viſitatores negligentes erunt; pœnam ſuſpenſionis officii per annum incurrant. Si non erunt in officio, inhabilitationis in hujusmodi, & quodcomque aliud munus per ſex annos. Abbas Generalis poſſit officiales deſtituere pru demeritis, & de novo inſtituere cum præſentia, vel ſaltem cooſilio (ſi commode fieri poterit) Viſitatoris illius Provinciæ, in qua deſtituendi, vel inſtituendi ſuerint usque ad primum Capitulum futurum, io quo confirmentur, vel alii eligantur juxta Cooſtitutiooes.

Ad Capitulom annale nemo accedat, niſi vocem io Capitulo habeat, vel acceſitus ab Abbate Generali, qood celebrari debet ſingulis annis, ſolito tempore; id eſt Dominica quarra poſt Paſcha, ad quod Viſitatores omnes, & Procurator Generalis accedant. At ſi iotra annum gravis aliqua neceſſitas urgebit, Abbas Generalis illud convocare curet, ſi cum tribus Viſitatoribus id expedire videbit. Ad Generale quoque Capitulom non accedant, oiſi qui in eo vocem habent.

In Capituio annali aſſigneotur novæ familiæ, & eligaotur Vicarii, Cellerarii, & Magiſtri Novitiorum, de quibus propriis locis dicetur. Magiſtri non cooſtituantur, oiſi ubi fuerit cura Novitiorum. In aliis verò Monaſteriis noo cooſtituantur, & qui ſunt ab hodie in antea caſſi iotelligantur.

No-

Novæ familiæ eligantur more ſolito, hoc addito, ad evitanda diſpendia Congregationis; quòd non poſſint fieri; niſi ſingulò quadriennio. Qui verò dant operam rei literariæ, non poſſint amoveri ab illo Monaſterio; niſi prius expleverint curſum illius artis. Si verò neceſſariò amoveri aliquis contigerit; aſſignetur in Monaſterio, ubi explere poſſit curſum, quem cœpit; ne ſtudia interrumpantur. Monachi, & Officiales, qui permanſerint in aſſignato Monaſterio, infra quadriennium poſſint tempore Capituli annalis amoveri ex urgenti neceſſitate, & evidenti utilitate; ſi ita videbitur Abbati Generali de Viſitatorum conſilio; ita tamen, ut raró (quoad fieri poterit) hujuſmodi mutationes fiant. Si ejiciendus, & ad aliud Monaſterium mittendus eſt ob aliquod grave ſcandalum datum, res in eodem Capitulo proponatur per Abbatem; ad hoc ut re bene perſpecta, veluti criminoſus dimittatur.

Singulis Monaſteriis aſſignentur tot Monachi, quot redditus Monaſterii alere poſſunt.

Abbas Generalis nihil poſſit peragere extra Capitulum in negotiis Congregationis magni momenti; niſi de conſenſu majoris partis Viſitatorum per ſecretum ſcrutinium. Quæ vero agenda erunt, ab ipſo Abbate Generali proponantur.

Generalis Abbas novas taxas impoſitionum facere poſſit juxta uſitatum morem Congregationis.

Nihil idem poſſit alicui Monaſterio applicare ſine conſenſu majoris partis Capituli Generalis per ſecreta ſuffragia. Sed ſinat, ut quodlibet Monaſterium habeat, quòd ſibi competit. Si verò aliquid alicui Monaſterio ſupererit, non poſſit applicari, niſi de conſenſu (ut ſupra) ſed pro neceſſitatibus Congregationis reſervetur, & erogetur.

Cætera verò corrigere poſſit; delinquentes punire, ac reliqua omnia facere, quæ ad regimen Monaſteriorum pertinent, de conſenſu ſemper majoris partis Viſitatorum: præter illas correctiones, quas contigerit fieri in actu viſitationis, circa executionem, & obſervantiam Conſtitutionum, in quibus Abbas Generalis conſilium tantùm Viſitatorum, qui ſecum erunt in viſitando, requirat, ac privationibus Abbatum exceptis, quæ faciendæ erunt in Banchetto (ut dictum eſt) cum conſenſu majoris partis.

Duo illi, qui eligendi ſunt, ut computa Cellerariorum videant, eorumque rationes diſcutiant, eligantur ab Abbate Generali de conſenſu majoris partis Viſitatorum, ſi in Capitulo hoc ſit peragendum, & quicquid contra eos pronunciatum fuerit, obſervetur. Hujuſmodi diſcuſſio fiat coram ſuis Abbatibus, præſtito tamen juramento prius illis ſuper libros, & computa, quæ oſtendunt (ut fieri decet) pœnæ juxta Conſtitutiones feriantur.

INCIPIT PROLOGUS REGULÆ
SANCTISS. P. N. BENEDICTI ABBATIS,
Eximii Confeſſoris Patris Monachorum, ſub qua omnes Monachi Congregationis Montis Oliveti militant.

Auſculta ò fili præcepta magiſtri, & inclina aurem cordis tui, & admonitionem pii patris libenter excipe, & efficaciter comple; ut ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergo nunc meus ſermo dirigitur, quiſquis abrenuncians propriis voluntatibus Domino Chriſto vero regi militaturus, obedientiæ fortiſſima, atque præclara arma aſſumis. In primis, ut quidquid agendum inchoas boni, ab eo perfici, inſtantiſſima oratione depoſcas. Ut qui nos jam in filiorum dignatus eſt numero computare, non debeat aliquandò de malis actibus noſtris contriſtari. Ita enim ei omni tempore de bonis ſuis in nobis parendum eſt, ut non ſolum ut iratus pater ſuos non aliquando filios exhæredet; ſed nec ut metuendus dominus, irritatus malis noſtris, ut nequiſſimos ſervos perpetuam tradat ad pœnam, qui eum noluerint ſequi ad gloriam.

Reſurgamus ergo tandem aliquando, excitante nos ſcriptura, ac dicente: Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Et apertis oculis noſtris ad deificum lumen attentis auribus audiamus, divina quotidie clamans quid nos admoneat vox dicens: Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Et iterum: Qui habet aures audiendi, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis. Et quid dicit?

dicit? Venite filii, audite me; timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis; ne tenebræ mortis vos comprehendant. Et quærens Dominus in multitudine populi ſui, cui hæc clamat, operarium ſuum, iterum dicit: Quis eſt homo qui vult vitam, & cupit dies videre bonos? Quod ſi tu audiens, reſpondeas: Ego. Dicit tibi Deus: Si vis habere veram, & perpetuam vitam; prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: diverte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & ſequere eam. Et cum hæc feceritis, oculi mei ſuper vos, & aures meæ ad preces veſtras, & antequàm me invocetis, dicam: Ecce adſum. Quid dulcius nobis hac voce Domini invitantis nos, fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis Dominus viam vitæ.

Succinctis ergo fide, vel obſervantia bonorum actuum lumbis noſtris, & calciatis in præparatione Evangelii pacis pedibus, pergamus itinera ejus: ut mereamur eum, qui nos vocavit in regno ſuo, videre. In cujus regni tabernaculo ſi volumus habitare; niſi illuc bonis actibus currendo, minimè pervenitur. Sed interrogemus cum propheta Dominum dicentes ei: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo; Poſt hanc interrogationem fratres, audiamus Dominum reſpondentem, & oſtendentem nobis viam ipſius tabernaculi, & dicentem. Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Qui non fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit adverſus proximum ſuum. Qui malignum diabolum aliqua ſuadentem ſibi, cum ipſa ſuaſione ſua à conſpectibus cordis ſui reſpuens, deduxit ad nihilum, & parvulos cogitatus ejus tenuit, & alliſit ad Chriſtum.

Qui timent Dominum de bona obſervantia ſua non ſe reddunt elatos; ſed ipſa in ſe bona, non à ſe poſſe; ſed à Domino fieri exiſtimantes, operantem in ſe Dominum magnificant, illud cum propheta dicentes: Non nobis Domine, non nobis; ſed nomini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus apoſtolus de prædicatione ſua ſibi aliquid imputavit, dicens: Gratia Dei ſum id, quod ſum. Et iterum ipſe dicit: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Unde & Dominus in Evangelio ait: Qui audit verba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum viro ſapienti, qui ædificavit domum ſupra petram. Venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: quia fundata erat ſupra petram. Hæc complens Dominus, expectat quotidie, his ſuis ſanctis monitis, factis nos reſpondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum hujus vitæ dies ad inducias relaxantur, dicente Apoſtolo: An neſcis quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam prius Dominus dicit: Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat. Cùm ergo interrogaſſemus Dominum fratres de habitatore tabernaculi ejus, audivimus habitandi præceptum; Sed ſi compleamus habitatoris officium; erimus hæredes regni cælorum.

Ergo præparánda ſunt corda noſtra, & corpora ſanctæ præceptorum obedientiæ militatura, & quod minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominum, ut gratiæ ſuæ jubeat nobis adjutorium miniſtrari. Et ſi fugientes gehennæ pœnas, ad vitam volumus pervenire perpetuam; dum adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus: & hæc omnia per hanc lucis vitam vacat implere; currendum, & agendum eſt modo quòd in perpetuum nobis expediat. Conſtituenda eſt ergo à nobis dominici ſchola ſervitii. In qua inſtitutione nihil aſperum, nihilque grave nos conſtituturos ſperamus. Sed & ſiquid paululum reſtrictius dictante æquitatis ratione emendationem vitiorum, vel conſervationem charitatis proceſſerit; non illico pavore perterritus refugias viam ſalutis, quæ non eſt niſi anguſto initio incipienda. Proceſſu vero converſationis, & fidei dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei; ut ab ipſius nunquam magiſterio diſcedentes, in ejus doctrina uſque ad mortem in Monaſterio perſeverantes, paſſionibus Chriſti per patientiam participemus, ut regni ejus mereamur eſſe conſortes. Amen.

IN-

INCIPIT REGULA EJUSDEM.

CAPUT I.

De Generibus, vel Vita Monachorum.

MOnachorum quatuor genera eſſe, manifeſtum eſt. Primum cœnobitarum, hoc eſt, monaſteriale, militans ſub regula, vel Abbate. Deinde ſecundum genus eſt anachoretarum, id eſt eremitarum horum, qui non converſionis fervore novitio; ſed monaſterii probatione diuturna, didicerunt contra diabolum multorum ſolatio jam docti, pugnare, bene inſtructi fraterna ex acie ad ſingularem pugnam eremi, ſecuri jam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio contra vitia carnis, vel cogitationum (Deo auxiliante) pugnare ſufficiunt. Tertium vero monachorum teterrimum genus eſt ſarabaitarum, qui nulla regula approbati, experientia magiſtra ſicut aurum fornacis; ſed in plumbi natura molliti, adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, aut terni, aut certè ſinguli ſine paſtore, non dominicis, ſed ſuis incluſi ſunt ovilibus, & pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint, hoc putant non licere. Quartum verò genus eſt monachorum, quòd nominatur Gyrovagum, qui tota vita ſua per diverſas provincias, ternis, aut quaternis diebus, per diverſorum cellas hoſpitantur, ſemper vagi, & nunquam ſtabiles, & propriis voluptatibus; & gulæ illecebris ſervientes, & per omnia deteriores ſarabaitis. De quorum omnium miſerrima converſatione melius eſt ſilere, quàm loqui. His ergo omiſſis, ad cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum (adjuvante Domino) veniamus.

CAPUT II.

Qualis debeat eſſe Abbas.

Abbas, qui præeſſe dignus eſt monaſterio, ſemper meminiſſe debet; quod dicitur, & nomen majoris, factis implere. Chriſti enim agere vices in monaſterio creditur, quando ipſius vocatur pronomine, dicente Apoſtolo: Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Ideoque Abbas nihil extra præceptum Domini (quod abſit) debet docere, aut conſtituere, aut jubere. Sed juſſio ejus, vel doctrina fermento divinæ juſtitiæ in diſcipulorum mentibus conſpergatur. Memor ſit ſemper Abbas, quia doctrinæ ſuæ, vel diſcipulorum obedientiæ, utriuſque rei in tremendo judicio Dei facienda erit diſcuſſio. Sciatque Abbas culpæ paſtoris incumbere, quidquid in ovibus pater familias utilitatis minus potuerit invenire. Tantùm iterum liber erit, ut (ſi inquieto, vel inobedienti gregi paſtoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus univerſa fuerit cura exhibita) paſtor earum in judicio Domini abſolutus, dicat cum propheta Domino, Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi; ipſi autem contemnentes ſpreverunt me. Et tunc demum inobedientibus curæ ſuæ ovibus pœna ſit, eis prævalens ipſa mors.

Cum ergo aliquis ſuſcipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina ſuis præeſſe diſcipulis, id eſt, omnia bona, & ſancta factis amplius, quàm verbis oſtendere; ut capacibus diſcipulis mandata Domini verbis proponat; duris vero corde, & ſimplicioribus factis divina præcepta demonſtret. Omnia verò, quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis factis indicet non agenda; ne aliis prædicans, ipſe reprobus inveniatur; ne quando illi dicat Deus peccanti: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos poſt te. Et qui in fratris tui oculo feſtucam videbas, in tuo trabem non vidiſti. Non ab eo perſona in Monaſterio diſcernatur. Non unus plus ametur, quàm alius; niſi quem in bonis actibus, aut obedientia invenerit meliorem. Non præponatur ingenuus ex ſervitio convertenti; niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Quod ſi ita juſtitia dictante, Abbati viſum fuerit, de cujuslibet ordine id faciat; ſin aliter propria teneant loca. Quia ſive ſervus, ſive liber, omnes in Chriſto unum ſumus, & ſub uno Domino æqualem ſervitutis militiam bajulamus. Quia non eſt apud Deum perſonarum acceptio. Solummodo in hac parte apud ipſum diſcernimur; ſi meliores aliis, in operibus bonis, & humiles inveniamur.

Ergo æqualis ſit omnibus ab eo charitas, una præbeatur omnibus ſecundum merita diſciplina. In doctrina namque ſua Abbas Apoſtolicam debet illam ſemper formam ſervare, qua dicit: Argue, obſecra, increpa, id eſt miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta, di-

dirum magiſtri, piumpatris oſtendat affectum. Id eſt indiſciplinatos & inquietos debet durius arguere; obedientes autem, & mites, & patientes, ut in melius proficiant, obſecrare. Negligentes autem, & contemnentes, ut increpet, & corripiat admonemus. Neque diſſimulet peccata deliuqueutium; ſed mox ut cœperint oriri, radicitus ea (ut prævalet) amputet, memor periculi Hely ſacerdotis de Sylo. Et houeſtiores quidem, atque intelligibiles auimos prima, vel ſecunda admouitione verbis corripiat, improbos autem, & duros, ac ſuperbos, vel inobedientes verberum, vel corporis caſtigatione, in ipſo initio peccati coerceat, ſciens ſcriptum: Stultus verbis non corrigitur. Et iterum, percute filium tuum virga, & liberabis animam ejus à morte.

Meminiſſe debet ſemper Abbas quod eſt, meminiſſe quod dicitur, & ſcire; quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quàm difficilem, & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſervire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium ſuaſionibus, & ſecundum uniuſcujuſque qualitatem, vel iutelligentiam, ita ſe omnibus conformet, & aptet; ut non ſolùm detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur; verum etiam in augmentatioue boni gregis gaudeat. Ante omnia ne diſſimulans, aut parvi pendens ſalutem animarum ſibi commiſſarum, plus gerat ſolicitudinem de rebus tranſitoriis, atque terrenis, & caducis, ſed ſemper cogitet, quia animas ſuſcepit regendas, de quibus & rationem redditurus eſt. Et ne cauſetur de minori forte ſubſtautia, meminerit ſcriptum: Primùm quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omuia adjicientur vobis. Et iterum, uihil deeſt timentibus eum. Sciatque quia qui ſuſcipit animas regendas, præpatet ſe ad rationem reddendam. Et quautùm ſub cura ſua fratrum ſe habere ſcierit numerum, agnoſcat pro certo, quia in die judicii ipſarum omnium animarum eſt redditurus Domino rationem ſine dubio, addita & ſuæ animæ. Et ita timens ſemper futuram diſcuſſionem paſtoris de creditis ſibi ovibus, cum de alienis ratiociniis cavet, redditur de ſuis ſollicitus. Et cum de admonitionibus ſuis emeudationem aliis ſubminiſtrat; ipſe efficitur à vitiis emendatus.

Caput III.

De adbibendis ad conſilium Fratribus.

QUotiens aliqua præcipua agenda ſunt in Monaſterio, convocet Abbas omuem Congregationem, & dicat ipſe unde agitur. Et audiens conſilium fratrum, tractet apud ſe prudenter, & quod utilius judicaverit, faciat. Ideo autem omnes ad couſilium vocari diximus; quia ſæpe juniori Dominus revelat, quod melius eſt. Sic autem dent fratres conſilium cum omni humilitatis ſubjectione; ut nou præſumant procaciter defendere, quod eis viſum fuerit; ſed magis in Abbatis pendeat arbitrio, & quod ſalubrius eſſe judicaverit; ei cuncti obediant. Sed ſicut diſcipulis convenit obedire Magiſtro, ita & ipſum providè, & juſtè condecet cuncta diſponere. In omnibus igitur omnes magiſtram ſequantur regulam; neque ab ea temere declinetur à quoquam. Nullus iu Monaſterio proprii ſequatur cordis voluntatem. Neque præſumat quiſquam cum Abbate ſuo protervè intra, aut extra Monaſterium contendere. Quod ſi præſumpſerit, regulari diſciplinæ ſubjaceat. Ipſe tamen Abbas cum timore Dei, & obſervatione Regulæ omnia faciat, ſciens ſe procul dubio de omnibus judiciis ſuis æquiſſimo judici Deo rationem redditurum. Si qua verò miuora agenda ſunt iu Monaſterii utilitatibus, ſeniorum tantùm utatur conſilio, ſicut ſcriptum eſt: Omnia fac cum conſilio, & poſt factum nou pœnitebis.

De arduis, & præcipuis rebus ſpectantibus ad totam Congregationem, ad Capitulum Generale; de iis verò, quæ ad ſingula Monaſteria pertinent, ad Abbatem Generalem, & Viſitatores in actu Viſitationis referatur, ac de illis decernatur.

Stabilium bonorum, ac mobilium pretioſorum venditiones, alienationes, permutationes, & obligationes, ſuper illis idoneis teſtibus examinatis, & conſtito de evidenti utilitate Monaſterii juxta Conſtitutiones, & Privilegia per fel. rec. Pauli, & Julii II. eidem Congregationi conceſſa, fiant. Pignora, & contractus æris alieni, ſi centum ſcutorum ſummam non exceſſerint; de conſenſu majoris partis Capituli, Generali Abbate, & Viſitatoribus in actu viſitationis conſultis, habitaque in ſcriptis illorum licentia fiant; ſi ſummam ſcutorum centum exceſſerint; ad Generale Capitulum (permutationibus exceptis) reſervata cenſeantur, quavis Apoſtolica facultate non obſtante. Circa ſimplices locationes, ſervetur conſuetudo locorum totius Congregationis; & quæ ſunt ſupra triennium, fiant ſemper in Capitulo, & cum ejus conſenſu.

Pro Monaſterii neceſſitate nequeat Abbas, ultra ſummam triginta ſcutorum in annos ſingulos æs alienum contrahere ſuper illius reddìtibus.

Cum primùm ad ſuum Monaſterium Abbas venerit; videat, ſi illud ære alieno gravatum eſt, & cum ſenioribus rationem omnino ineat, qua ſublevetur, ne pro prima vice à Generali corripiatur, deinde tamquam negligens corrigatur.

Commiſſiones more Hetruſco damnentur.

Sedi Apoſtolicæ annuatim perſolvenda, ſtatuto tempore haud ſolvere differat Abbas, niſi ob aliquod juſtum impedimentum ei ab Abbate Generali in ſcriptis fuerit indultum, ſin minus, prima vice per ſex menſes ſuſpenſus, ſecunda vice munere privetur.

Seculares, Procuratores, Patronos, Notarios, Medicos, & Aromotarios, non quos ipſe Abbas voluerit, ſed ex magis peritis, majori Capituli ſui parte conſentiente, vel ſaltem ſeniorum magis idoneos eligat, quo conſulto Monachum etiam ad lites, & cauſas eligat.

Caveat tam Generalis, quàm particularis Abbas, ne in proponendis in Capitulo rebus, nutu, verbis, aut aliquo modo demonſtrent, quid fieri ſibi magis placeat, ſed proponant tantùm, & audiant omnes, & communi conſilio prudenter omnia tractent, ac ſtatuant, quod major pars utilius judicabit. Si ſecus, primò publicè corripiatur, ſecundò per ſex menſes ſuſpendatur.

Abbas nihil omnino peragere, ſtatuere, aut in Capitulis Generalibus, aut Abbati Generali, & Viſitatoribus etiam tempore viſitationis proponere poſſit de iis, quæ ad Monaſterii regimen pertinent, ſine conſenſu majoris partis ſeniorum Capituli, præter punitiones, & correctiones Monachorum, & obſervantiam Conſtitutionum, quorum tamen requiratur in caſibus gravioribus conſilium tantùm. Monaſterii ſeniores declarantur eſſe Vicarius Cellerarius, Magiſter Novitiorum, Procurator, & ſenior ſecundum profeſſionem. In arduis verò caſibus ad totum Monaſterium ſpectantibus (juxta Regulam) ſuum Capitulum conſulat.

Procuratori Generali Romæ aſſignentur omnino neceſſaria pro expenſis publicis faciendis, qui dati, & accepti rationem, finito ſuo munere, in ſcriptis exactè reddere teneatur.

CAPUT IV.

Quæ ſunt Inſtrumenta bonorũm operum.

IN primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum tanquam ſeipſum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiſcere, non falſum teſtimonium dicere, honorare omnes homines, & quod ſibi fieri quis non vult, alii ne faciat. Abnegare ſemetipſum ſibi, ut ſequatur Chriſtum. Corpus caſtigare, delicias non amplecti, jejunium amare, pauperes recreare, nudum veſtire, infirmum viſitare, mortuum ſepelire. In tribulatione ſubvenire, dolentem conſolari, à ſeculi actibus ſe facere alienum. Nihil amori Chriſti præponere. Iram non perficere. Iracundiæ tempus non reſervare. Dolum in corde non tenere. Pacem falſam non dare. Charitatem non derelinquere. Non jurare omnino, ne forte perjures. Veritatem ex corde, & ore proferre. Malum pro malo non reddere. Injuriam non facere, ſed & factam patienter ſufferre. Inimicos diligere. Maledicentes ſe, non remaledicere, ſed magis benedicere. Perſecutionem propter juſtitiam ſuſtinere. Non eſſe ſuperbum. Non violentum. Non multùm edacem. Non ſomnolentum. Non pigrum. Non murmuroſum. Non detractorem. Spem ſuam Deo committere, bonum aliquod in ſe cùm viderit, Deo applicet, non ſibi; malum verò ſemper à ſe factum ſciat, & ſibi reputet. Diem judicii timere; gehennam expaveſcere. Vitam æternam omni concupiſcentia ſpirituali deſiderare. Mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere. Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire. In omni loco Deum ſe reſpicere pro certo ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo advenientes, mox ad Chriſtum allidere, & ſeniori ſpirituali patefacere.

Os ſuum à malo, vel pravo eloquio cuſtodire. Multùm loqui non amare. Verba vana, aut riſui apta non loqui. Riſum multum, aut exceſſum non amare. Lectiones ſanctas libenter audire. Orationi frequenter incumbere. Mala præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. De ipſis malis de cætero emendare. Deſideria carnis non peficere, voluntatem propriam odiſſe. Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiam ſi ipſe (quod abſit) aliter agat, memor illius dominici præcepti: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Non velle dici ſanctum antequam ſit, ſed prius eſſe, quò verius dicatur. Præcepta Dei factis quotidie adimplere. Caſtitatem amare. Nullum odiſſe. Zelum, & invidiam non habere. Contentionem non amare. Elationem fugere, ſeniores venerari. Juniores diligere in Chriſti amore, pro inimicis orare. Cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire. Et

de Dei miſericordia nunquam deſperare. Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis. Quæ cùm fuerint à nobis die, noctuque inceſſabiliter adimpleta, & in die judicii reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum. Officina verò, ubi hæc omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt monaſterii, & ſtabilitas in congregatione.

Caput V.

De Obedientia Diſcipulorum.

PRimus obedientiæ gradus eſt obedientia ſine mora. Hæc convenit his, qui nihil ſibi Chriſto charius exiſtimant propter ſervitium ſanctum, quod profeſſi ſunt, ſeu propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ. Mox ut aliquid imperatum à majore fuerit, ac ſi divinitus imperetur; moram pati neſciunt in faciendo. De quibus Dominus dicit: In auditu auris obedivit mihi. Et idem dicit doctoribus: Qui vos audit, me audit. Ergo hi tales relinquentes ſtatim, quæ ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes, mox Exoccupati manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede jubentis vocem facti ſequuntur. Et velut uno momento prædicta Magiſtri juſſio, & perfecta diſcipuli opera in velocitate timoris Dei, ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit. Ideo anguſtam viam arripiunt, unde Dominus dicit: Anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, ut non ſuo arbitrio viventes, vel deſideriis ſuis, & voluptatibus obedientes, ſed ambulantes alieno judicio, & imperio in cœnobiis degentes, Abbatem ſibi præeſſe deſiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur ſententiam, qua dicit: Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus, qui miſit me. Sed hæc ipſa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, ſi quod jubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cum reſponſo nolentis efficiatur. Quia obedientia, quæ majoribus præbetur, Deo exhibetur. Ipſe enim dixit: Qui vos audit, me audit. Et cum bono animo à diſcipulis præberi oportet: quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo ſi obedit diſcipulus, & non ſolùm ore, verùm etiam in corde ſi murmuraverit, etſi impleat juſſionem, tamen acceptum jam non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis. Et pro tali facto nullam conſequitur gratiam: immo pœnam murmurantium incurrit, ſi non cum ſatisfactione emendaverit.

Nemo à ſuo ſuperiore ſibi delatum munus recuſet, etiam ſi longè inferius eſſet, quàm ſua conditio poſtularet; memor Redemptoris hominum verbi. Filius (inquit) non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & quantò major es, humilia te in omnibus.

Abbati, & Superioribus unusquiſque, etiam in minimis obediat, qui vel in minimo inobediens fuerit; ſi primò cum charitate correctus, non ſe emendaverit, ſecundò gravioribus pœnis Superiorum arbitrio puniatur.

Caput VI.

De Taciturnitate.

FAciamus quod ait propheta: Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Hic oſtendit propheta, ſi à bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debet taceri, quantò magis à malis verbis propter pœnam peccati debet ceſſari. Ergo quamvis de bonis, & ſanctis, & ædificationum eloquiis, perfectis diſcipulis propter taciturnitatis gravitatem rara loquendi concedatur licentia: quia ſcriptum eſt, in multiloquio non effugies peccatum. Et alibi: Mors, & vita in manibus linguæ. Nam loqui, & docere magiſtrum condecet; tacere, & audire diſcipulo convenit. Et ideo ſi qua requirenda ſunt à priore, cum omni humilitate, & ſubjectione, & reverentia requirantur, ne videatur plus loqui, quàm expedit. Scurrilitates verò, vel verba otioſa, & riſum moventia, æterna clauſura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium diſcipulum aperire os non permittimus.

Si quis nulla loci, temporis, & Perſonæ habita ratione Monaſticæ diſciplinæ, ac gravitatis oblitus, obſcæna loquutus fuerit, & impudica in fratris, ſeu proximi ſcandalum protulerit, bis in pane, & aqua jejunet, ſi incorrigibilis extiterit, in carcerem detrudatur. Sub eadem pœna unusquisque in publicis, & privatis congreſſibus, ac ſermonibus modeſtiam ſervet; ineptias, & vaniloquia, contentiones, & vociferationes fugiat.

Abbas frequenter Monachorum Cellas adeat, & inſpiciat, ne quis libros damnatos, & vana, laſcivaque tractantes habeat, ſi quos invenerit, hujusmodi comburat, ac detentorem acerrimis pœnis puniat.

CA-

Google

Caput VII.

De Humilitate.

Clamat nobis ſcriptura divina fratres dicens: Omnis, qui ſe exaltat humillabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur. Cùm hæc ergo dicit, oſtendit nobis omnem exaltationem, genus eſſe ſuperbiæ. Quod ſe cavere Propheta indicat, dicens: Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Sed quid? Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltavi animam meam. Sicut ablactatus ſuper matrem ſuam, ita retribues in animam meam. Unde fratres ſi ſummæ humilitatis culmen volumus attingere; & ad exaltationem illam cæleſtem, ad quam per præſentis vitæ humilitatem aſcenditur, volumus velociter pervenire, actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigenda eſt, quæ in ſomno Jacob apparuit, per quam ei deſcendentes Angeli, & aſcendentes monſtrabantur. Non aliud ſine dubio deſcenſus ille, & aſcenſus à nobis intelligitur; niſi exaltatione deſcendere, & humilitate aſcendere. Scala vero ipſa erecta, noſtra eſt vita in ſeculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad cælum. Latera enim ejuſdem ſcalæ dicimus noſtrum eſſe corpus, & animam, in quibus diverſos gradus humilitatis, vel diſciplinæ vocatio divina aſcendendos inſervit.

Gradus primus Humilitatis.

Primus itaque gradus humilitatis eſt; ſit timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, oblivionem omnino fugiat, & ſemper ſit memor omnium, quæ præcepit Deus. Et qualiter contemnentes Deum in gehennam pro peccatis incidunt. Et vitam æternam, quæ timentibus Deum præparata eſt, animo ſuo ſemper revolvat. Et cuſtodiens ſe omni hora à peccatis, & vitiis. Id eſt cogitationum, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ, ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Exiſtimet ſe homo de cælis à Deo ſemper reſpici omni hora, & facta ſua in omni loco ab aſpectu divinitatis videri, & ab angelis omni hora Deo nunciari. Demonſtrat nobis hoc Propheta; cùm cogitationibus noſtris ita Deum ſemper præſentem oſtendit, dicens: Scrutans corda, & renes Deus. Et Item. Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Et item dicit: Intellexiſti cogitationes meas à longe. Et quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam ut ſolicitus ſit circa cogitationes ſuas perverſas, dicat ſemper humilis frater in corde ſuo. Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſervavero me ab iniquitate mea. Voluntatem verò propriam ita facere prohibemur, cùm dicit ſcriptura nobis. Et à voluntatibus tuis avertere. Et item, rogamus Deum in oratione; ut fiat illius voluntas in nobis.

Docemur ergo meritò noſtram non facere voluntatem, cùm cavemus illud, quod dicit ſcriptura. Sunt viæ, quæ videntur hominibus rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit. Et cùm cavemus illud, quod de negligentibus dictum eſt. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluptatibus ſuis. In deſideriis verò carnis Ita nobis Deum credamus ſemper eſſe præſentem, cùm dicit Propheta Domino: Ante te omne deſiderium meum. Cavendum ergo eſt ideo malum deſiderium: quia mors ſecus introitum delectationis poſita eſt. Unde ſcriptura præcipit dicens: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergo ſi oculi Domini ſpeculantur bonos, & malos, & Dominus de cælo ſemper reſpicit ſuper filios hominum; ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum, & ab Angelis deputatis nobis quot die, die, noctúque Domino factori noſtro opera noſtra nunciantur; cavendum eſt omni hora fratres (ſicut dicit in Pſalmo Propheta) ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora aſpiciat Deus, & parcendo nobis in hoc tempore, quia pius eſt, & expectat nos converti in melius, ne dicat nobis in futuro. Hæc feciſti & tacui.

Secundus humilitatis gradus eſt; ſi propriam quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectetur implere, ſed vocem illam Domini imitetur dicentis: Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus, qui me miſit. Item dicit ſcriptura: Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.

Tertius humilitatis gradus eſt; ut quis pro Dei amore omni obedientia ſe ſubdat majori, imitans Dominum, de quo dicit Apoſtolus: factus obediens usque ad mortem.

Quartus humilitatis gradus eſt; ſi in ipſa obedientia duris, & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis, tacita conſcientia patientiam amplectatur, & ſuſtinens, non laſſeſcat, vel diſcedat, dicente ſcriptura. Qui perſeveraverit usque in finem, hic ſalvus erit.

erit. Item. Confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Et oſtendens fidelem pro Domino univerſa etiam contraria ſuſtinere debere; dicit ex Perſona ſufferentium: Propter te morte afficimur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Et ſecuri de ſpe retributionis divinæ, ſubſequuntur gaudentes, & dicentes: Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Et item alio loco ſcriptura: Probaſti nos (inquit) Deus; igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poluiſti tribulationes in dorſo noſtro. Et ut oſtendat ſub Priore debere nos eſſe, ſubſequitur, dicens: Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Sed & præceptum Domini in adverſis, & in injuriis per patientiam adimplentes, percuſſi in maxillam præbent & aliam, auferenti tunicam dimittunt & pallium, angariati mille paſſus, vadunt & duo milliaria, & cum Paulo Apoſtolo falſos fratres, & perſecutiones ſuſtinent, & maledicentes ſe, benedicunt.

Quintus humilitatis gradus eſt; ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo advenientes, vel mala à ſe abſcondité commiſſa, per humilem confeſſionem Abbati non celaverit ſuo. Hortatur nos de hac re ſcriptura dicens: Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo. Et item dicit: Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus. Et item propheta. Delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitias meas non operui. Dixi, pronunciabo adverſum me injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Sextus humilitatis gradus eſt, ſi omni vilitate vel extremitate contentus ſit monachus, & ad omnia quæ ſibi injunguntur, velut operarium ſe malum judicet, & indignum, dicens cum propheta: Ad nihilum redactus ſum, & neſcivi, ut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Septimus humilitatis gradus eſt; ſi omnibus ſe inferiorem, & viliorem non ſolùm ſua linguâ pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu, humilians ſe, & dicens cum propheta: Ego autem ſum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abjectio plebis. Exaltatus ſum, & humiliatus, & confuſus. Et item; Bonum mihi quod humiliaſti me, ut diſcam mandata tua.

Octavus humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat Monachus, niſi quod communis Monaſterii Regula, vel majorum cohortantur exempla.

Nonus humilitatis gradus eſt, linguam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens, usque ad interrogationem non loquatur, monſtrante ſcriptura: quia in multiloquio non effugietur peccatum, & quod vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.

Decimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſit facilis, ac promptus in riſu. Quia ſcriptum eſt: Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.

Undecimus humilitatis gradus eſt, ſi cùm loquitur Monachus, leniter, & ſine riſu, humiliter cum gravitate, vel pauca verba, & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt: Sapiens verbis innoteſcit paucis.

Duodecimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſolum corde Monachus, ſed etiam corpore humilitatem videntibus ſe, ſemper indicet. Id eſt in opere, in Monaſterio, in oratorio, in horto, in via, in agro, vel ubicumque, ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus, reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimans, jam ſe tremendo judicio Dei præſentari exiſtimet, dicens ſibi ſemper illud, quod publicanus ille Evangelicus fixis in terram oculis, dixit: Domine non ſum dignus ego peccator levare oculos meus ad cælum. Et iterum cum Propheta: Incurvatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaque. Ergo his omnibus humilitatis gradibus aſcenſis, Monachus mox ad charitatem Dei perveniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem, per quam univerſa, quæ prius non ſine formidine obſervabat, absque ullo labore, velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire, non jam timore gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona, & delectatione virtutum, quæ Dominus jam in operarium ſuum mundum à vitiis, & peccatis Spiritu Sancto dignabitur demonſtrare.

Mira hæc humilitatis tractatio ob oculos Monachis verſari debet, & ſuperborum conatibus seriò reſiſtat Abbas: ſicut enim omnium fundamentum virtutum eſt humilitas, ita initium omnis peccati eſt ſuperbia.

Caput VIII.

De Officiis divinis in noctibus.

Hyemis tempore, id eſt, à Calendis Novembris usque ad Paſcha, juxta conſiderationem rationis octava hora noctis ſurgendum eſt, ut modico amplius de media nocte pauſetur, & jam digeſti ſurgant. Quod verò reſtat poſt vigilias, à fra-

à fratribus, qui Pſalterii, vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſerviatur. A Paſcha autem usque ad ſupradictas Calendas Novembris, ſic temperetur hora vigiliarum agenda, ut parviſſimo intervallo, quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito, mox matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.

Hyberno tempore, dum frigus erit, ne cui detur occaſio eundi ad coquinam, à qua præter deputatos omnes arcendi erunt, accendatur ignis in aliqua apta aula, in qua commodè omnes Monachi extra tempus exercitii, & divini officii convenire, ac ſtare poſſint, ut caleſiant, ibique tempore ſilentii illud obſervent, extra tempus ſilentii illa tantùm loquantur, quæ Monachos decent. Qui ſecus fecerit, in pane, & aqua jejunet, converſus verò, & oblatus ignis accendendi debitis horis curam gerat.

CAPUT IX.

Quot Pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis.

HYemis tempore præmiſſo in primis verſu: Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. In ſecundo ter dicendum eſt, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Cui ſubjungendus eſt tertius Pſalmus, & Gloria. Poſt hunc, Pſalmus nonageſimus quartus cum Antiphona, aut certè decantandus. Inde ſequatur Ambroſianum. Deinde ſex Pſalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, & dicto verſu, benedicat Abbas.. Et ſedentibus omnibus in ſcamnis, legantur viciſſim à fratribus in codice ſuper analogiam tres lectiones, inter quas tria reſponſoria canantur; duo reſponſoria ſine Gloria dicantur. Poſt tertiam vero lectionem, qui cantat, dicat Gloriam Quam cùm incipit cantor dicere, mox omnes de ſedilibus ſurgant ob honorem, & reverentiam ſanctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigiliis divinæ auctoritatis, tam veteris teſtamenti, quam novi: ſed & expoſitiones earum, quæ â nominatiſſimis, & orthodoxis, catholicisque Patribus factæ ſunt. Poſt has verò tres lectiones cum reſponſoriis ſuis, ſequantur reliqui ſex pſalmi cum Alleluja canendi. Poſt hos lectio Apoſtoli ſequatur, ex corde recitanda, & verſus, & ſupplicatio Litaniæ, id eſt Kyrie eleiſon, & ſic finiantur vigiliæ nocturnæ.

CAPUT X.

Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur.

A Paſcha autem usque ad Calendas Novembris omnis (ut ſupra dictum eſt) pſalmodiæ quantitas teneatur: excepto quòd lectiones in codice propter brevitatem noctium minimè legantur; ſed pro ipſis tribus lectionibus una de veteri teſtamento memoriter dicatur, quam breve reſponſorium ſubſequatur, & reliqua omnia (ut ſupra dictum eſt) impleantur. Id eſt ut nunquam minus à duodecim pſalmorum quantitate ad vigilias nocturnas dicatur; exceptis tertio, & nonageſimo quarto pſalmo.

A Reſurrectione usque ad Calendas Septembris ſexta hora elapſa, ad matutinum pulſetur; à Calendis verò Septembris usque ad Calendas Novembris ſeptima hora, idque à Calendis Martii usque ad Reſurrectionem obſervabitur.

Matutinum, & Laudes Officii B. Mariæ à Reſurrectione, usque ad Calendas Novembris, propter noctium brevitatem, extra Chorum recitari ab uno quoque poſſint.

Quod reliquum eſt tempus poſt Matutinum, optimè facient Monachi, ſi in piis meditationibus ſacræ Scripturæ, lectione, aliisque ſanctis exercitiis, & celebraturi in Miſſæ præparatione conſument, idque ut faciant obnixè hortamur in Domino; ne ab Abbate increpentur.

Vacationes à Matutino ita pro ſua diſcretione ab Abbate dentur, ut omnes ſint illarum participes, neque ob eas cultus omnino divinus deſeratur.

CAPUT XI.

Qualiter Dominicis diebus, Vigiliæ agantur.

DOminico die temporius ſurgatur ad vigilias, in quibus vigiliis teneatur hæc menſura. Id eſt modulatis (ut ſupra diſpoſuimus) ſex Pſalmis, & dicto verſu reſidentibus cunctis diſpoſitè, & per ordinem in ſubſelliis, legantur in codice (ut ſupra diximus) quatuor lectiones cum reſponſoriis ſuis, ubi tantùm in reſponſorio quarto dicatur à cantante, Gloria. Quàm cùm incipit, mox omnes cum reverentia ſurgant. Poſt quas lectiones ſequantur ex ordine alii ſex Pſalmi cum antiphonis; ſicut anteriores, & verſus, poſt quas iterum legantur aliæ quatuor lectiones cum reſponſoriis ſuis ordine quo ſupra. Poſt quas iterum dicantur tria cantica de Prophetis, quæ

inſtituerit Abbas, quæ cantica cum Alleluja pſallantur. Dicto etiam verſu, & benedicente Abbate, legantur aliæ quatuor electiones de novo teſtamento ordine, quo ſupra. Poſt quartum verò reſponſurium incipiat Abbas hymnum: Te Deum laudamus. Quo dicto, legat Abbas lectionem de Evangelio cum honore, & tremore ſtantibus omnibus. Qua perlecta, reſpondeant omnes, Amen. Et ſubſequatur mox Abbas Hymnus: Te decet laus. Et data benedictione, incipiant matutinos. Qui ordo vigiliarum omni tempore, tam æſtatis quàm hyemis æqualiter in die Dominico teneatur, niſi forte (quod abſit) tardius ſurgatur: quia tunc aliquid de lectionibus breviandum eſt, aut reſponſoriis, quod tamen omnino caveatur, ne proveniat. Quod ſi contigerit; dignè inde ſatisfaciat in oratorio, per cujus evenerit neglectum.

Abbas, vel Major in Choro, Te Deum laudamus, Evangelium, Te decet, reverenter dicat, oratio autem ab Hebdomadario dicatur, & cætera (de more) obſervari faciat.

Reſponſoria lectionum non ab ipſo lectore, ſed ab Hebdomadario legantur, verſus verò à lectore dicatur, qui poſtea ab Hebdomadario repetatur. At lector dicat: Jube domne benedicere. At ſi Matutinum decantabitur, ſecus fiet: quia tunc reſponſoria à Choro, & verſus à Cantoribus dicerentur.

Caput XII.

Quomodo Matutinorum ſolemnitas agatur.

In matutinis Dominico die, in primis dicatur ſexageſimus ſextus Pſalmus ſine Antiphona in directum. Poſt quem dicatur quinquageſimus Pſalmus cum Alleluja. Poſt quem dicatur centeſimus decimus ſeptimus, ſexageſimus ſecundus, deinde benedictiones, & laudes, lectio de Apocalypſi una ex corde, & reſponſorium, & Ambroſianum, & verſus, & canticum de Evangelio, Litaniæ, & completum eſt.

Caput XIII.

Qualiter privatis diebus Matutini agantur.

Diebus autem privatis matutinorum ſolemnitas ita agatur, id eſt ſexageſimus ſextus Pſalmus dicatur ſine Antiphona in directum, ſubtrahendo modicè, ſicut Dominica, ut omnes occurrant ad quinquageſimum, qui cum Antiphona dicatur. Poſt quem alii duo Pſalmi dicantur (ſecundum conſuetudinem) id eſt. Secunda feria Pſalmus quintus, & trigeſimus quintus. Tertia feria quadrageſimus ſecundus, & quinquageſimus ſextus. Quarta feria, ſexageſimus tertius, & ſexageſimus quartus. Quinta feria, octogeſimus ſeptimus, & octogeſimus nonus. Sexta feria, ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato autem centeſimus quadrageſimus ſecundus, & canticum deuteronomii, quod dividatur in duas Glorias. Nam cæteris diebus canticum unumquodque die ſuo ex Prophetis (ſicut pſallit Eccleſia Romana) dicatur. Poſt hæc ſequantur laudes, deinde lectio una Apoſtoli memoriter recitanda. Reſponſorium, Ambroſianum, verſus, canticum de Evangelio, Litaniæ, & completum eſt. Planè agenda matutina, vel veſpertina non tranſeant aliquando, niſi in ultimo per ordinem oratio Dominica omnibus audientibus dicatur à Priore propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri ſolent, ut conventi per ipſius orationis ſponſionem, qua dicunt, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab hujusmodi vitio. Cæteris verò agendis ultima pars ejus orationis dicatur, ut ab omnibus reſpondeatur, ſed libera nos à malo.

Caput XIV.

In Natalitiis Sanctorum qualiter vigiliæ agantur.

In Sanctorum verò feſtivitatibus, vel omnibus ſolemnitatibus (ſicut diximus Dominico die agendum) ita agatur, Excepto quòd Pſalmi, aut Antiphonæ, vel lectiones ad ipſum diem pertinentes, dicantur, modus autem ſupradictus teneatur.

Caput XV.

Alleluja quibus Temporibus dicatur.

A Sancto Paſcha, usque ad Pentecoſten ſine intermiſſione dicatur Alleluja; tam in Pſalmis, quàm in reſponſoriis. A Pentecoſte autem usque ad caput quadrageſimæ, omnibus noctibus cum ſex poſterioribus Pſalmis tantùm ad nocturnos dicatur. Omni verò Dominica extra quadrageſimam cantica, matutini, prima, tertia, ſexta, nonáque cum Alleluja dicantur, veſpera verò cum Antiphonis. Reſponſoria verò nunquam dicantur cum Alleluja niſi à Paſcha usque ad Pentecoſten.

Cap. XVI.

CAPUT XVIII.

Quo ordine ipſi Pſalmi dicendi ſunt.

IN primis ſemper diurnis horis dicatur verſus: Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me feſtina, & Gloria. Inde hymnus uniuſcujuſque horæ. Deinde prima hora Dominica dicenda quatuor capitula pſalmi centeſimi decimi octavi. Reliquis verò horis, id eſt tertia, ſexta, & nona: terna capitula ſupradicti pſalmi centeſimi decimi octavi dicantur. Ad primam autem ſecundæ feriæ, dicantur tres pſalmi, id eſt primus, ſecundus, & ſextus, & ita per ſingulos dies ad primam, uſque ad Dominicam dicantur per ordinem terni pſalmi uſque ad decimum nonum pſalmum; ita ſanè ut nonus pſalmus, & decimus ſeptimus partiantur in binas Glorias, & ſic fiat; ut ad vigilias Dominica ſemper à vigeſimo incipiatur. Ad tertiam verò, ſextam, & nonam ſecundæ feriæ novem capitula, quæ reſidua ſunt de centeſimo decimo octavo pſalmo, ipſa terna capitula per eaſdem horas dicantur. Expenſo ergo pſalmo centeſimo decimo octavo duobus diebus, id eſt dominico, & ſecunda feria; tertia feria jam ad tertiam, ſextam, vel nonam pſallantur terni pſalmi, à centeſimo nono uſque ad centeſimum vigeſimum, id eſt pſalmi novem. Qui pſalmi ſemper uſque ad Dominicam per eaſdem horas itidem repetantur: hymnorum nihilominus lectionum, vel verſuum diſpoſitione uniformi cunctis diebus ſervata, & ita ſcilicet, ut ſemper Dominica à centeſimo decimo octavo incipiatur.

Veſpera autem quotidie quatuor pſalmorum modulatione canatur. Qui pſalmi incipiantur à centeſimo nono, uſque ad centeſimum quadrageſimum ſeptimum, exceptis his, qui diverſis horis ex eis ſequeſtrantur, Id eſt à centeſimo decimo ſeptimo, uſque ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, & centeſimo trigeſimo tertio, & centeſimo quadrageſimo ſecundo. Reliqui omnes in veſpera dicendi ſunt. Et quia minus veniunt tres pſalmi, ideo dividendi ſunt qui in numero ſupradicto fortiores inveniuntur; id eſt centeſimus trigeſimus octavus, & centeſimus quadrageſimus tertius, & centeſimus quadrageſimus quartus. Centeſimus verò decimus ſextus (quia parvus eſt) cum centeſimo decimo quinto conjungatur. Digeſto ergo ordine pſalmorum veſpertinorum, reliqua: id eſt lectiones reſponſoria, hymni, verſus, vel cantica (ſicut ſupra taxavimos) impleantur. Ad completorium verò quotidie idem pſalmi repetantur; id eſt quartus, nonageſimus, & centeſimus trigeſimus tertius.

Diſpoſito ordine pſalmodiæ diurnæ, reliqui omnes pſalmi, qui ſuperſunt, æqualiter dividantur in ſeptem noctium vigilias, partiendo ſcilicet, qui inter eos prolixiores ſunt pſalmi, & duodecim per unamquamque conſtituantur noctem. Hoc præcipuè commonentes, ut, ſi cui fortè hæc diſtributio pſalmorum diſplicuerit, ordinet ſi melius aliter judicaverit: dummodo omnimodis id attendatur; ut omni hebdomada pſalterium ex integro numero centum quinquaginta pſalmorum pſallatur, & dominica die ſemper à capite repetatur ad vigilias. Quia nimis iners devotionis ſuæ ſervitium oſtendunt monachi, qui minus pſalterio cum canticis conſuetudinariis per ſeptimanæ circulum pſallunt: cùm legamus ſanctos Patres noſtros uno die hoc ſtrenuè impleſſe, quod nos tepidi utinam ſeptimana integra perſolvamus.

Nullus Clericus ſacris, aut minoribus Ordinibus inſignitus, vel profeſſus excuſetur à perſolvendis laudibus extra Chorum, ſi in illo adeſſe non poterit.

CAPUT XIX.

De diſciplina pſallendi.

UBique credimus Divinam eſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos, & malos. Maximè tamen hoc ſine aliqua dubitatione credimus, cùm ad opus Divinum aſſiſtimus. Ideo ſemper memores ſimus quod ait Propheta: Servite Domino in timore. Et iterum: Pſallite ſapienter, & in conſpectu Angelorum pſallam tibi. Ergo conſideremus qualiter oporteat nos in conſpectu Divinitatis, & Angelorum eſſe, & ſic ſtemus ad pſallendum; ut mens noſtra concordet voci noſtræ.

Ad hanc normam ſe omnes effingere procurent.

CAPUT XX.

De Reverentia Orationis.

SI cum hominibus potentibus volumus aliqua ſuggerere; non præſumimus, niſi cum humilitate, & reverentia; quanto magis Domino Deo univerſorum cum omni humilitate, & puritatis devotione ſupplicandum eſt? Et non in multiloquio; ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri ſciamus. Et ideo brevis debet eſſe, & pura

ra oratio; niſi forte ex affectu inſpirationis Divinæ gratiæ protendatur. In conventu tamen omnino brevietur oratio, & facto ſigno à Priore, omnes pariter ſurgant.

Divinum officium in Eccleſia in ſingulis Monaſteriis ordinetur, & recitetur (ſecundum rubricas majoris, & antiquioris Breviarii) Addantur D. Benedicti, & omnium Sanctorum octavæ, & dies, qui in Generali Capitulo feſti decreti fuerunt.

Infra octavam D. Benedicti fiat officium Quadrageſimale cum commemoratione octavæ in Miſſis, Veſperis, & Matutinis, & dicantur ſeptem Pſalmi pœnitentiales, & Pſalmi graduales; Dies autem octavæ fiat ſub duplici minori.

In Choro omnes illa utantur reverentia, & humilitate, quam D. Benedictus proponit.

Juvenes ne ſedibus hæreant; ſed iis tantum Seniores compoſitè innitantur.

Cùm Sanctiſſimæ Trinitatis nomen in gloria Patri, vel JESU, aut Mariæ invocatur, vel demum quando caput inclinandum eſt, adeo inclinetur; ut manus ad genua perveniant.

In canendo, moroſitates, & cauda illæ tollantur.

Abbas nullum Monachum, aut Laicum in Choro audiat; ſed ſi res poſtulabit, exeat de Choro, & illum audiat; quod privatus quiſque Monachus obſervabit.

Nulli in Choro ridere, loqui, oculos erectos diù tenere, literas, aut libros legere, ſigna ridendi: aut incompoſitas in canendo voces edere liceat; ſed vultu, ore, oculis, geſtu, atque habitu ita ſint compoſiti, ut reverentiam, humilitatem, devotionem, & attentionem in pſallendo præſeferant. Dum Chori altera pars pſallit, à non pſallentibus ſilentium, & attentio præſtetur, & non canentes, non incipiant cantare, niſi canentes decantandi finem fecerint. In canendo verò, falſis vocibus, aut contrapunctis (ut vocant) non utantur, ſed tantùm cantu plano, Monaſtico ante legilium ordine ſervato, abſque confuſione ſtetur. Quæ omnia Abbas in primis obſervet. Qui ſecus fecerit, acri animadverſione plectatur.

In Choro, ex ſecularibus non admittantur niſi ii, qui aliqua reverentia digni ſunt, cum quibus Abbas non loquatur; ſed Pſalmodiæ vacet, atque ob id (ſi facultas erit) ita Chorus muniendus curabitur, ut non omnibus aditus pateat, neque Monachi alios videre, aut videri ab aliis poſſint.

Cantus figuratus in Choro, & Dormitorio omnino prohibetur. In Clauſtro verò extra tempus ſilentii, & in aliis locis motecta decantari poterunt. In aliquibus etiam Feſtivitatibus (ſecularibus excluſis) arbitrio Abbatis permittitur in Eccleſia. Muſica inſtrumenta omnia pulſare non addiſcant Monachi, præter Monochordium, in organi modulatione impura, & laſciva, ne miſceantur.

Ex choriſtis aliquis clara, & intelligibili voce legat ea omnia, quæ organi pulſatione canuntur.

Curet Abbas, ut Diſciplina (ſicut antiquitus ſervari in Monaſteriis conſuevit) etiam in minori Congregatione tempore Adventus, Quadrageſimæ, & vigiliarum omnino poſt completorium.

Orationi mentali illa aſſignetur hora, quæ Abbati magis opportuna videbitur, quæ in Eccleſia ab omnibus (nemine) fiat, & ad minus dimidiæ horæ ſpatio duret.

A feſto Exaltationis Sanctæ Crucis, uſque ad Paſcha Domini Monachi omnes poſt primam, reliquo verò tempore anni poſt nonam, conſuetas accipiant ſtationes.

Oblati, & Converſi omnes ſingulis feſtis diebus ad Matutinum accedant, ſingulis diebus unæ (adminus) deſervient Miſſæ: quotidie ſtationes accipiant.

Omnes genuflectant, & adorent ſacratiſſimum Domini noſtri JESU Chriſti Corpus, dum ante Altare, aut locum, in quo illud aſſervatur, tranſeunt.

Divinum officium tam diurnum, quàm nocturnum omni tempore dicatur in choro; ſi ſecus, Abbas graviſſimis pœnis, inferiores jejunii panis, & aquæ, & aliis arbitrio Abbatis puniantur pœnis.

Cùm primum Abbas à Capitulo in ſuum Monaſterium pervenerit, curet, ut ſolemni more Miſſa celebretur pro univerſali commemoratione tum Monachorum, & Benefactorum defunctorum, tum etiam Congregationis devotorum, ac pro iis præſertim, qui litteras participationis orationum à Congregatione obtinuerunt, ſinguli Sacerdotes celebrent, Clerici ter mortuorum officium recitent, Converſi, & Oblati tercenties Pater noſter, & Ave Maria dicant, adjungentes requiem æternam in fine orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ.

Cùm aliquis ex Monachis, Novitiis, Converſis, vel Oblatis, & dictis Participantibus obierit (præter Miſſas Sancti Gregorii ubi defunctus fuerit celebrandas) in ſingulis Monaſteriis cùm de obitu auditum fuerit: ſinguli Monachi ter Miſſam celebrent pro defuncti anima, Clerici verò, & Oblati orent, ut ſupra dictum eſt.

Ex præſcripto antiquarum Conſtitutionum celebrentur Miſſæ pro Benefactoribus, celebrari ſolitæ.

In unoquoque Monaſterio Miſſa Beatæ Mariæ Virginis celebretur die Sabbati, at ſi fuerit impeditus ſolemni, aut duodecim lectionum feſto fiat illius commemoratio.

Detecto capite, & genuflexus unuſquiſque teneatur confiteri ſua peccata, confeſſarius verò ſedeat ſub pœna arbitrio Superioris irroganda.

Qui prædicta non obſervaverit, puniatur. Quod ſi Abbas in puniendo negligens fuerit, pœna in ipſum irrogetur.

CA-

Caput XXI.

De Decanis Monaſterii.

SI major fuerit congregatio, eligantur de ipſis fratres boni teſtimonii, & ſanctæ converſationis, & conſtituantur Decani, qui ſollicitudinem gerant ſuper Decanias ſuas in omnibus ſecundùm mandata Dei, & præcepta Abbatis ſui. Qui Decani tales eligantur, in quibus ſecurus Abbas partiatur onera ſua. Et non eligantur per ordinem, ſed ſecundùm vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam. Quod ſi quis ex eis aliqua fortè inflatus ſuperbia repertus fuerit reprehenſibilis; correptus ſemel, & iterum, & tertio, ſi emendare noluerit: dejiciatur, & alter in loco ejus, qui dignus ſit, ſubrogetur. Et de Præpoſito eadem conſtituimus.

Penes Decanos auctoritas ſit corrigendi, & ſalutares pœnitentias injungendi ſuis ſubditis, in quos eandem omnino habeant poteſtatem, quàm in Novitios habet Magiſter Novitiorum, apud quem immediatè ſedebunt.

Qui ex Novitiatu exibunt, tradantur curæ Decani, cui ſubſint quouſque Miſſam celebraverint.

Decanus verò det operam, ut ſibi commiſſus devotioni, & ſtudiis vacet, ni id præſtiterit, ab Abbate corrigatur.

Caput XXII.

Quomodo dormiant Monachi.

SInguli per ſingulos lectos dormiant. Lectiſternia pro modo converſationis ſecundùm diſpenſationem Abbatis ſui accipiant. Si poteſt fieri, omnes in uno loco dormiant. Si autem multitudo non ſinit; deni, aut viceni cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſolliciti ſint, pauſent. Candela jugiter in eadem cella ardeat uſque mane. Veſtiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus, & cultellos ad latus non habeant, dum dormiunt, ne fortè per ſomnium vulnerentur dormientes. Et parati ſint monachi ſemper; ut facto ſigno, abſque mora ſurgentes, feſtinent invicem ſe prævenire ad opus Dei, cum omni tamen gravitate, & modeſtia. Adoleſcentiores fratres juxta ſe non habeant lectos; ſed permixti ſint cum ſenioribus. Surgentes verò ad opus Dei, invicem ſe moderatè cohortentur propter ſumnolentorum excuſationes.

Nocturno tempore inſpiciat Abbas, ſi Monachi cum Biretulis laneis induti tunicella, ſcapulari, cinguloque cincti dormiant, iiſque nocturnum ſcapulare conficiendum curet; ſecus dormientem primò aqua, & pane jejunare præcipiat, ſecundò arctiori pœna emendare procuret.

Nemo ſæcularium, ac regularium cujuſvis Religionis, tempore ſilentii cellam alicujus Monachi, extra tempus ſilentii non niſi ex licentia Superioris ingrediatur. Cellæ verò oſtium apertum relinquatur eo tempore toto, quo inibi ſæcularis, aut regularis de licentia Superioris admiſſus commorabitur. Qui ſæculares, & regulares exſipiendi, & audiendi erunt ab unoquoque in Clauſtro tempore ſilentii.

Nullus Monachus alterius cellam adeat, ſine Superioris licentia ſub pœna jejunii in pane, & aqua.

Nemo, abſque licentia Superioris, in Cella privata confeſſiones audiat.

In Dormitorio ſemper ſilentium, & nocte lumen accenſum ſervetur.

Nemo arcam, aut repoſitorium cum clavi in cella habeat: præter ſuperiores pro Monaſterii rebus conſervandis.

Nullus Monachus, etiam ſi Abbas, & cujuſvis gradus fuerit, linteamina linea, cortoria, quæ trabaccas vocant, papiliones, cortinas, pulvillorum tegmina linea filo, aut ſerico ornata, anacliteria, & pulvinaria lanea habeat: ſed ea tantùm, quæ ſecundùm Regulam ex veteri Congregationis pio, ac religioſo inſtituto conceſſa ſunt, quæ bona, ſi quis habere inventus fuerit; prima vice iis priventur, & applicentur infirmariæ, ſeu foreſtariæ; ſecunda vice ultra privationem, & applicationem præfatam faciendam, per annum ſuſpendatur, ſi Abbas, aut Prælatus fuerit, ſi privatus Monachus, arbitrio Abbatis primò jejunet in pane, & aqua; ſecundò verò per annum voce activa, & paſſiva privetur cum ammiſſione bonorum.

Caput XXIII.

De excommunicatione Culparum.

SI quis frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in aliquo contrarius exiſtens ſanctæ regulæ, & præceptis ſeniorum ſuorum, contemptor repertus fuerit; hic ſecundùm Domini noſtri præceptum admoneatur ſemel, & ſecundò ſecretè à ſenioribus ſuis; ſi non emendaverit, objurgetur publicè coram omnibus; ſi verò neque ſic correxerit; ſi intelligit qualis pœna ſit, excommunicationi ſubjaceat. Si autem improbus eſt; vindictæ corporali ſubdatur.

Ad tollendam omnem murmurationem, ſi quis in judicium vocatus, delicta, quæ in aliquem protulerit, probare non poterit, talionis pœnam ſubeat, at ſi is fuerit, qui pro maledictis pari non poſſit affici pœna, per annum in carcere detineatur.

Si quis alterius fama detraxerit, maledi-cta palàm effundendo, ſi ea non conſtabunt, aut unde ille audierit non probabit, publicè corripiatur, & ter in pane, & aqua jejunet.

Abbas in primis à maledictis in ſuos fratres ſub gravioribus pœnis abſtineat.

Caput XXIV.

Qualis debeat eſſe modus Excommunicationis.

SEcundùm modum culpæ, excommunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura. Qui culparum modus de Abbatis pendeat Judicio. Si quis tamen frater in levioribus culpis invenitur, tantùm à menſæ participatione privetur, Privati autem à menſæ conſortio iſta erit ratio; ut in oratorio pſalmum, aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet uſque ad ſatisſactionem. Refectionem autem cibi poſt fratrum refectionem ſolus accipiat menſura, vel hora, qua providerit Abbas ei competere; ut ſi verbi gratia fratres reficiunt ſexta hora, ille frater nona; ſi fratres nona, ille veſpertina, uſque dum ſatisfactione congrua veniam conſequatur.

A Generali Abbate corrigatur Abbas, ſi quem ex ſubditis excommunicaverit; niſi prius ter contumacem, & inobedientem monuerit, & cauſam benè cognoverit.

Si quis ob aliquod delictum in excommunicationem inciderit; abſolvendus erit ab Abbate, vel Vicario, quibus abſentibus à Cellerario de conſenſu Patrum; niſi caſus enormis (ſcilicet percuſſionis in Fratres, & Laicos eſſet) qui Generali Abbati reſervatus extat.

Caput XXV.

De gravioribus Culpis.

IS autem frater, qui gravioris culpæ noxa tenetur; ſuſpendetur à menſa ſimul, & ab oratorio; nullus ei fratrum in ullo jungatur conſortio, neque in colloquio. Solus ſit ad opus ſibi injunctum; perſiſtens in pœnitentiæ luctu, ſciens illam terribilem Apoſtoli ſententiam dicentis: Tradite hujuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis; ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini. Cibi autem refectionem ſolus percipiat menſura, vel hora, qua providerit ei Abbas competere, nec à quoquam benedicatur tranſeunte, nec cibus, qui ei datur.

Si quis irato animo cum aliquo nocendi inſtrumento fratrem invaſerit; etiamſi percuſſionis non fuerit ſequutus effectus; per menſem in carcere detineatur, & per tres menſes, ſi in Monaſterii Superiores præfato animo irruerit. Prælati, ſeu Superiorum percuſſor manu, aut quavis alia re, etiam ſine ſanguinis effuſione, aut membrorum mutilatione per annum in carcere aſſervetur, & per ſex menſes ſi quem ex aliis inferioribus percuſſerit, ac voce activa, & paſſiva privatus intelligatur, ad quam non niſi per Capitulum Generale habilitari poſſit. Abbas, & Superiores Fratrum, ac ſubditorum percuſſores ſuis priventur muneribus. Si ex percuſſione ſanguis effuſus, aut mors ſequuta fuerit; Abbas Generalis pro delicti qualitate in percuſſorem ſeveriſſimè animadvertat.

Qui in damnum publicum Congregationis, & contra illius pacificum ſtatum, ac libertatem aliquid commiſerit. Si Prælatus, & Officialis exiſtat, ultra privationem officii, carceris pœnam ſubeat pro qualitate delicti, in quam incurrant, tam agentes, quàm conſentientes. Privati verò Monachi gravioribus pœnis ſubjaceant.

Qui Congregationis ſtatum, aut privata delicta aliis extra gregem patefecerit; ſi Prælatus fuerit, per ſex menſes ſuſpendatur, ſi Officiales, priventur officiis arbitrio Generalis, quæ poſtea per biennium demandari haud poſſint. Sacerdotes per triennium ad omne munus inhabiles declarentur. Clerici per triennium non promoveantur ad ulteriores Ordines, Converſi, & Oblati per duos menſes in carcerem conjiciantur.

Inter graviſſimas omnino culpas cenſeatur revelatio eorum, quæ in Monaſterio, & Congregatione tractantur. Quare ſi quis ea ſæcularibus, aut regularibus extra Congregationem revelaverit; Prælatus id fecerit, ſuſpendatur ab officio: ſi privatus Monachus, in carcere maneat arbitrio Superioris.

Publicè peccans, publicè corrigatur; ſi correctus infra triduum irrogatam pœnam ſubire neglexerit; infra aliud triduum duplicatam pœnitentiam agat; ſi ſecundò renuerit: intra aliud triduum ter eandem pœnitentiam agat; ſi contumax, & pertinax fuerit; veluti contemptor Regulæ in carceribus detineatur, quouſque reſipuerit.

Caput XXVI.

De his, qui ſine juſſione Abbatis junguntur excommunicatis.

SI quis frater præſumpſerit ſine juſſione Abbatis fratri excommunicato quolibet modo ſe jungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere; ſimilem ſortiatur excommunicationis vindictam.

Et hic in pane, & aqua jejunet.

CA-

Caput XXVII.

Qualiter debeat Abbas ſollicitus eſſe circa excommunicatos.

OMni ſollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres: quia non eſt opus ſanis medicus; ſed malè habentibus. Et ideo uti debet omni modo, ut ſapiens medicus, immittere quaſi occultos conſolatores ſenipetas. Id eſt ſeniores ſapientes fratres, qui quaſi ſecretè conſolentur fratrem fluctuantem, & provocent eum ad humilitatis ſatisfactionem. Et conſolentur eum; ne abundantiori triſtitia abſorbeatur. Sed ſicut ait Apoſtolus, confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus. Magnoperè enim debet ſollicitudinem gerere Abbas, & omni ſagacitate, & induſtria curare; ne aliquam de ovibus ſibi creditis perdat. Noverit enim ſe infirmatum curam ſuſcipiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem. Et metuat Prophetæ comminationem, per quem dicit Deus: Quod craſſum videbatis, aſſumebatis, & quod debile erat, projiciebatis. Et paſtoris boni pium imitetur exemplum, qui relictis nonaginta novem ovibus in montibus, abiit unam ovem, quæ erraverat, quærere. Cujus infirmitati intantùm compaſſus eſt; ut eam in ſacris humeris ſuis dignaretur imponere, & ſic reportare ad gregem.

Ad contumaces[illegible]em, & inobedientes metu pœna coercendos, [illegible] ſingulis Monaſteriis carceres ædificentur, omneſque Monachi, & ſubditi Superiori faveant, dum aliquis in carcerem mittendus eſt; at ſi caſu evenerit, quòd delinquens ſe minimè in carcerem duci patiatur; omnes Superiori auxilium ferant. Si quis ei auxilium ferre recuſaverit; per menſem in carcerem contrudatur. Poſtquam Abbas aliquem in carcerem concluſerit, triduo elapſo, è carceribus illum emittere nequeat abſque conſenſu Abbatis Generalis; ſi ſecus fecerit; per tres menſes ſuſpenſus intelligatur.

Caput XXVIII.

De his qui ſæpius correpti non emendaverint.

SI quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus, non emendaverit, acrior ei accedat correptio. Id eſt ut verberum vindicta in eum procedat. Quod ſi nec ita correxerit, aut fortè (quod abſit) in ſuperbiam elatus, etiam defendere voluerit opera ſua, tunc Abbas faciat quod ſapiens medicus. Si exhibuit fomenta, ſi unguenta adhortationum, ſi medicamina ſcripturarum Divinarum, ſi ad ultimum uſtionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & ſi viderit nihil ſuam prævalere induſtriam; adhibeat etiam (quod majus eſt) ſuam, & omnium fratrum pro eo orationem; ut Dominus, quia omnia poteſt, operetur ſalutem circa infirmum fratrem. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit; tunc jam utatur Abbas ferro abſciſſionis, ut ait Apoſtolus. Auferte malum ex vobis. Et iterum: Infidelis ſi diſcedit, diſcedat; ne una ovis morbida totum gregem contaminet.

Incorrigibilis declaretur per Abbatem Generalem de conſenſu majoris partis Viſitatorum, ac de incorrigibilitate conſtet per depoſitionem Abbatis, & Seniorum Monaſterii, eorum manibus ſubſcriptam.

Declarata alicujus incorrigibilitate, à Congregatione ejici poſſit, à qua ejectus nullo modo recipiatur niſi de conſenſu majoris partis Capituli Generalis, & receptus per ſex menſes in carcerem damnetur, & ſexta quaque feria corporis maceratione plectatur.

Caput XXIX.

Si debeant recipi Fratres egreſſi de Monaſterio.

FRater, qui proprio vitio egreditur, aut projicitur de monaſterio, ſi reverti voluerit; ſpondeat prius omnem emendationem vitii, pro quo egreſſus eſt, & ſic in ultimo gradu recipiatur; ut ex hoc ejus humilitas comprobetur. Quod ſi denuo exierit, uſque tertio ita recipiatur. Iam verò poſtea ſciat, omnem ſibI reverſionis aditum denegari.

E Monaſterio egreſſus non intelligatur Apoſtata, ſi habitum non dimiſerit, & infra quindecim dies redierit: ſed per menſem in hebdomada publicè in cænaculo abſque ulla diſpenſatione in pane, & aqua jejunet.

Si quis in Apoſtaſiæ labem prolapſus, ex Monaſterio ſuæ Provinciæ ad aliud Monaſterium Congregationis cujusvis Provinciæ confugerit; non poſſit recipi, & admitti; niſi conſulto Abbate Generali, & conſentiente majore parte illius Monaſterii, in quo profeſſionem emiſerit, & unde egreſſus fuerit: cujus Abbatis Generalis aſſenſus omnino requiratur in omnibus Apoſtatis recipiendis.

Si Apoſtata in Apoſtaſia degens, aliquem etiam ſacrum Ordinem ſuſceperit; in Monaſterio poſtea receptus, ab adminiſtratione ſuſcepti Ordinis ſuſpendatur, neque illius adminiſtratio ei concedatur, niſi de conſenſu Abbatis Generalis, & majoris partis Viſitatorum.

Cum Apoſtatis nemo loquatur, aut communicet.

Si

Si quis è monaſterio egreſſus, ad illud redire minimè curans, habitum Monachalem geſtaverit, cogatur ut redeat aut habitum deponat, omni opportuno adhibito remedio cum invocatione (ſi opus fuerit) brachii ſæcularis.

Apoſtatæ, poſtquam recepti fuerint, per ſex menſes in carcere maneant, neque ad quodvis (licet minimum) munus, niſi expleto decennio à die receptionis, reddantur habiles per Capitulum Generale, conſtito prius de illorum reſipiſcentia.

Ejecti de Monaſterio, ſi redierint; per annum in carcere detineantur, & perpetuo careant ſpe habilitationis ad quodvis parvum Congregationis munus, idque omnino ſervetur in fugitivis ob furtum aliquod commiſſum.

Si Novitius infra probationis annum ſua levitate aufugerit à Monaſterio, non recipiatur amplius; niſi de conſenſu in ſcriptis Abbatis Generalis.

Nullus Monachus Congregationem deſerat; niſi cum propoſito transeundi ad arctiorem Regulam.

Si quis Congregationem deſeruerit cum animo arctiorem ingrediendi, & illam non ingrederetur, ſed potius vagaretur, hic ſuo vitio, & inſtabilitate egreſſus, ſuaque Religionis deſertor dicatur, & tanquam talis puniatur.

Caput XXX.

De Pueris minori ætate qualiter corripiantur.

OMnis ætas, vel intellectus proprias debet habere menſuras. Ideoque quotiens pueri, vel adoleſcentiores ætate, aut qui minus intelligere poſſunt, quanta pœna ſit excommunicationis; hi tales cùm delinquunt, aut jejuniis nimis affligantur, aut acribus verberibus coerceantur; ut ſanentur.

Magiſtri ex præſcripto Regulæ Novitios corrigant, & in publico præſertim abſtineant; ne colaphis eos, aut alapis cedant. Ni abſtinuerint; primò ab Abbate publicè corripiantur, ſecundò regularibus pœnis afficiantur.

Caput XXXI.

Qualis debeat eſſe Cellerarius Monaſterii.

CEllerarius monaſterii eligatur de Congregatione ſapiens, maturus moribus, ſobrius, non multùm edax, non elatus, non turbulentus, non injurioſus, non tardus, non prodigus; ſed timens Deum, qui omni Congregationi ſit ſicut pater. Curam gerat de omnibus; ſine juſſione Abbatis nihil faciat; quæ jubentur, cuſtodiat; fratrem non contriſtet. Si quis autem frater ab eo aliqua fortè irrationabiliter poſtulat, non ſpernendo eum contriſtet; ſed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget; animam ſuam cuſtodiat, memor ſemper illius Apoſtolici præcepti: quia qui benè miniſtraverit, gradum bonorum ſibi acquirit. Infirmorum, infantium, hoſpitum, pauperumque cum omni ſollicitudine curam gerat, ſciens ſine dubio; quia pro his omnibus in die judicii rationem redditurus eſt. Omnia vaſa monaſterii, cunctamque ſubſtantiam, ac ſi altaris vaſa ſacrata, conſpiciat, nihil ducat negligendum, neque avaritiæ ſtudeat, neque prodigus ſit, aut extirpator ſubſtantiæ monaſterii. Sed omnia menſuratè faciat, & ſecundùm juſſionem Abbatis ſui. Humilitatem ante omnia habeat, & cui ſubſtantia non eſt, quæ tribuatur; ſermo reſponſionis porrigatur bonus: quia ſcriptum eſt. Sermo bonus ſuper datum optimum. Omnia, quæ ei injunxerit Abbas, ipſe habeat ſub cura ſua, à quibus eum prohibuerit, non præſumat. Fratribus conſtitutam annonam ſine aliquo typo, vel mora offerat; ut non ſcandalizentur, memor Divini eloquii, quid mereatur, qui ſcandalizaverit unum de puſillis. Si congregatio major fuerit; ſolatia ei dentur; à quibus adjutus & ipſe æquo animo impleat officium ſibi commiſſum. Horis competentibus dentur, quæ danda ſunt, & petantur, quæ petenda ſunt; ut nemo perturbetur, neque contriſtetur in domo Dei.

Cellerarii Monaſterior[illegible]ligantur in Banchetto per vota ſecreta, [illegible] conſenſu majoris partis ipſius. Generalis verò Abbas pro quolibet Monaſterio ad hoc munus duos idoneos nominabit, ex quibus electus cenſeatur, qui plura vota habuerit. Cellerarius, & Abbas ejuſdem Monaſterii poſſint eſſe ex eadem Patria.

Cellerarius ætatis ſit ſaltem vigintiocto annorum, & decem ante annos in Religione profeſſus, & ea corporis habitudine, ut poſſit equitare, & alios ſufferre labores, pro Monaſterii rebus melius procurandis. Nunquam aliquo crimine, & præſertim proprietatis ſit notatus. Cellerarii munus illis tantùm demandetur, qui illud neque per ſe, neque per alium poſtulaverit. Quod ſi poſtulatum fuerit, ad illud perpetuò inhabilis reddatur. Per quadriennium tantùm duret, quo elapſo, per alios quatuor annos idem munus in eodem Monaſterio exercere non poſſit.

In omnibus, quæ Regulæ, & Conſtitutionibus non adverſantur, ſuo Abbati ſit obediens ſub privationis, & ſuſpenſionis pœna arbitrio Abbatis.

In principio ſui officii cum Abbate, & Senioribus inſpiciet, & adnotabit exactè, quæ ſumma æris alieni, qui redditus exigendi ſibi à ſuo Prædeceſſore aſſignantur; ut ipſe poſtea exigere, & ſolvenda aliis perſolvere valeat; cùm illius, & Abbatis præcipua cura eſſe debeat;

ut

ut ſi Monaſterium æs alienum conflaverit; diſſolvatur quàm primùm. A ſuo prædeceſſore accipiat per inventarium libros, & ſcripturas omnes, quarum reddere rationem (quando opus fuerit) teneatur, & in fine ſui Cellerariatus ſucceſſori per inventarium tradere.

Munus Cellerarii erit, diligentiam, & ſtudium omne in procurandis, & conſervandis Monaſterii rebus, fidemque in illis diſpenſandis præſtare. In exigendis nummis, & annuis redditibus colligendis vigilans, & induſtrius in conſervandis, accuratus in iis erogandis, & diſpenſandis, parcus erit; nihil penitus ex ſe, ſed ex præſcripto Abbatis omnia erogando. Omnes hactenus expenſas, & redditus quotidianos in quinternis adnotandi, & in fine anni ad ſuum libitum in libro majori exſcribendi, necnon ſummas receptarum pecuniarum ita adnotandi, ut ex eadem partita appareat compenſationem factam cum aliquo creditore. Uſitata ratiõne ſublata, tres libros poſt hæc conficiendos curet, quorum primus il Giornale appellatur, & in quo Giornale quotidianas expenſas pro victu neceſſarias, & dati, & accepti rationes dietim inſcribere ſub pœna ſuſpenſionis, & privationis teneatur. Quas ita adnotabit; ut intuenti facilè ſit diſtinctè cernere, quid ſingulo quoque die pro qualibet minutiſſima re ſit expenſum. Alterum etiam conficiet librum, in quo ita clarè, & diſtinctè adnotabit quot per annum ex Monaſterii redditibus tritici, hordei, vini, olei, leguminum, & aliorum hujuſmodi menſuras collegerit; ut appareat, quo anno, quo die, quo menſe, à quo, & ex quo fundo illos fructus perceperit, in quibus ſingulis ſeorſum adnotandis, hunc ordinem ſervabit: ut in una pagina (ut vulgo dicunt) all'incontro ſit notatus exitus tali pacto, quòd appareat (ut dictum eſt) in adnotando introitu, quo tempore, qua cauſa aliquid erogatum, venditum aut conſumptum ſit. Tertium demum conficiat librum, qui magnus ſit, & dicatur; in quo ordine dicto ex una parte introitus, ex altera verò exitus ſcribatur, & per ſummas datam, & quomodolibet acceptam ex redditibus Monaſterii pecuniam adnotabit: ita diſtinctè, & apertè prout à quolibet fideli, diligenti, ac perito fieri ſolet; ut ex ſcriptura appareat quo tempore, qua de cauſa, & de cujus mandato ſit erogata, aut ex quo, & ob quam cauſam ſit accepta. In fine cujuslibet menſis teneatur Cellerarius tres præfatos libros Abbati, & Senioribus ad inſpicienda illius computa deputatis omnino afferre, & primo libro Giornale cum aliis duobus libris ſummabunt, quid ſingulo quoque die fuerit expenſum. Qua ſumma diligenter viſa, examinata, approbata, & ſubſcripta in fine paginæ dicti libri per Abbatem, & Seniores deputatos, poterit referri in libro magno. Idemque Reviſores inſpiciant diligenter, & inquirant quantum tritici, vini, olei, & hujuſmodi quolibet die, & toto menſe fuerit conſumptum, aut venditum, pro uſu, & neceſſitate Monaſterii, ac ſupputent in fine paginæ, & ſumma poſtea fideliter ipſis inſpicientibus in libro ſecundo à Cellerario eo ordine ſcribatur; ut exitus ex altera parte reſpondeat introitui, aliqua ipſorum Reviſorum nota appoſita; ut ipſi (quando opus ſit) facilè cognoſcere poſſint, ſi quid per Cellerarium de ſumma immutatum, aut auctum fuerit. Poſtremò inſpicient illum librum magnum dictum, in quo diligenter examinabunt datam, & acceptam pecuniam à Cellerario, & in eo per capita, & diſtinctè poterunt etiam per ſummas quid ſingulis diebus, aut ſingulo menſe (ſi magis placuerit ad evitandum laborem) adnotari ea omnia, quæ in Giornale, & ſecundo libro ſummata, & approbata fuerint per Reviſores, qui curabunt; ut hujuſmodi ſumma fideliter in libro magno referantur, & ad evitandam mutationem præfatam, utantur cautela, notam aliquam apponentes. In quo libro expenſi, & accepti ſumma apponetur ſubſcripta, & approbata, ab Abbate, & Reviſoribus. Superfluè in non neceſſariis, & abſque Superioris mandato à Cellerario erogata quæcunque, aut ſine licentia mutuata, aut vendita pro Monaſterio non admittantur à Reviſoribus. Si aliquam ſummam bis dolo malo adnotaverit in libris, aut aliquam fraudem in ejus adminiſtratione commiſerit; ſique ejus computa non fidelia, & vera inventa fuerint, privetur officio, & voce activa, & paſſiva per decennium, & in carceribus arbitrio Abbatis Generalis detineatur, & indemnitati Monaſterii provideatur. Cujus criminis, & fraudis; ſi conſcius fuerit Abbas, Abbatiali dignitate privetur. Nihil abſque conſenſu Abbatis agat, aut largiatur: ſi ſecus fecerit, primò, & ſecundò acriter monitus, & ſecundò acriter monitus, & increpatus coram aliquo è Senioribus, tertiò Cellerariatu omnino privetur. Si Abbas ipſum non privabit; arbitrio Generalis Abbatis ſuſpendatur à ſuo officio. Caſu quo Cellerarius ſit privandus, de manibus ipſius claves Cellerariæ auferantur, ac penes ſe Abbas retineat: donec certior factus Abbas Generalis de illius privatione; provideat de Cellerario novo, qua proviſio ad illum omnino ſpectat.

Sub privationis pœna Cellerarius æs alienum, ne contrahat, neque pecuniam mutuo accipiat, abſque licentia Abbatis in ſcriptis de conſenſu Capituli.

Cellerarius, & Abbas curent, ut in arcula duabus diverſis clavibus clauſa, quarum una penes Cellerarium, altera verò penes Abbatem aſſervetur quindennium annuatim ſedi Apoſtolicæ à Monaſterio debitum ſeponatur, & cuſtodiatur diligenter. Quam arcam Generalis, & Viſitatores in actu viſitandi, aperire poſſint, & inſpicere, ſi ſumma perſolvenda, inibi aſſervata fuerit, & ſi ſecus factum invenerint; Abbas per duos menſes ſuſpendatur, & Cellerarius officio privetur. In altera etiam arcula ſerventur pecunia cujuſcumque generis ab Abbate, vel Cellerario exacta, ſub duabus clavibus, quarum una ſit penes Abbatem, altera

verò penes Cellerarium, & tam pecunia, quæ mittuntur, quàm quæ extrahuntur, in libro etiam capſæ diligenter, & fideliter deſcribantur.

Det operam Cellerarius: ut cuique Monacho præſto ſint, & parata ea omnia, quæ pro ſuis neceſſitatibus dari ſolita ſunt, neque aliquem ullo pacto remoretur; ſed ſtatis, & neceſſariis temporibus in bonis, & non in pecunia neceſſaria dentur.

Infirmos quolibet die viſitet, iiſque neceſſaria omnia ſubminiſtret cum ea, quæ decet charitate, & ſollicitudine, ſi in hoc negligens fuerit poſt ſecundam correctionem, tertia vice per Abbatem ſuſpendatur ab officio, qui Abbas teneatur omni ſollicitudine in hoc invigilare, & certiorem reddere Abbatem Generalem de negligentia ipſius Cellerarii, ſub pœna ſuſpenſionis.

Cellerarius nullum mercaturæ, aut induſtriæ (ut dicunt) genus per ſe, aut per alium exerceat; nec etiam Monaſterii nomine.

Cellerarius nihil penitus pro ſe, ſuiſque neceſſitatibus, cum etiam veſtitu Abbate inconſulto expendat, qui acriter in eum animadvertat; ſi ſecus fecerit.

Monaſterii bona ſuis, & Abbatis conſanguineis, & affinibus minimè locet, aut iis quodvis minimum mutuet.

Si quid malè præter normam prædictam erogatum per Cellerarium in computis, & ab Abbate, & Senioribus approbatum, & admiſſum inventum fuerit, Cellerarius, Abbas, & Seniores tanquam fraudis conſcii, eadem pœna cum Cellerario puniantur.

Conficiantur duo inventaria omnium bonorum, tam ſtabilium, quàm mobilium Monaſterii, in principio officii Cellerariatus, quorum unum apud Abbatem, alterum apud Cellerarium aſſervetur, & in fine ſui Abbatiatus, Abbas teneatur invicem conferre dicta inventaria, & exigere rationem bonorum omnium à Cellerario unà cum Senioribus, quibus præſentibus, duo alia inventaria bonorum fiant; quorum unum Abbas ad Capitulum Generale profecturus ſecum portet; ut illud conſignare valeat Abbati ſucceſſori, alterum verò inventarium aſſervetur penes Seniorem Monaſterii, ad hoc, ut novus Abbas in principio ſui Abbatiatus, per inventarium ſibi traditum edoctus, poſſit inſpicere, an bona in eo contenta extent.

Et ſic perpetuò obſervetur ab uno quoque, Si verò bona non extabunt, puniatur ſeverè Cellerarius.

In principio cujuslibet anni, Cellerarius oſtendat Abbati omnem, quam penes ſe habebit pecuniarum ſummam, cui Abbati numquam nummos perſolvet, niſi cùm ad Capitulum, aut aliò pro Monaſterio profecturus eſt, in quibus caſibus neceſſaria tantùm erogabit, eique Abbati omnino prohibetur penes ſe retinere, pecuniam in quavis parva ſumma.

Cellerarius pro neceſſariis ad quotidianum victum coemendis, utatur aliquo oblato, aut commiſſo (ubi commodum fuerit) cui tantùm nummorum dabit, quantum ſatis erit ad neceſſaria illius diei, à quo ſingulis diebus dati, & accepti rationem exigat. Majores verò impenſæ pro rebus comparandis, quæ non ad diurnum uſum, ſed ad diuturnum in Monaſterio aſſervandæ erunt; fiant omnino per Cellerarium, & non per oblatum, ac (ſi fieri poterit) nihil niſi præſenti pecunia emat; bonorum verò ſibi creditorum pretia per menſem perſolvat.

Cellerarius ſingulis diebus feriatis ſaltem Miſſam audiat; diebus verò feſtis illam celebret. Quamvis talis eſſe, taliterque vivere deberet; ut quotidie celebrare poſſit. Et cum aliis Monachis ad Matutinum, & reliqua divina officia conveniat, quoad fieri poteſt.

Cellerario abſente Abbas Cellerariatus munus agat, iis ſervatis, quæ Cellerarius ex præſcripta norma præſens facere ſolitus erat; cùm autem Cellerarius reverſus fuerit; illi dati, & accepti rationem Abbas reddat.

Abbas, iique omnes, ad quos prædicta ſpectant, illa omnino obſervent, & obſervari faciant ſciens ſi ſecus fecerint, in caſibus, in quibus ſuperius certa pœna non eſt appoſita, in negligentiæ labem ſe incurſuros.

Qui in principali Montis Oliveti Cœnobio Cellerarius extiterit; ad Generalis Abbatis nutum abſque aliqua prælaturæ aſſignatione amoveri poſſit. illius tamen (ſi ſe benè in munere exercendo geſſerit) & poſtea benè, & laudabiliter vixerit, ratio habeatur; ut cùm in ſua Provincia aliqua Prælatura vacaverit (ſi Abbati Generali, & Viſitatoribus expediens viſum fuerit) illi tribuatur; cæteris qualitatibus in Abbate requiſitis in eo concurrentibus. Tandem hoc maximè curet Cellerarius, devotionis gratiam acquiſitamque conſervet; ne rerum exteriorum procellis obrutus, ſpiritum extinguat; ſed temporalia, quæ ex officio incumbunt, ſpiritualibus exercitiis condiens, ſe ipſum in ſpiritu juvare, proximosque, cùm quibus converſatur, meritò coædificare poſſit, atque hoc in omni tractatione intendat; ut Monaſterii negotia modeſtè gerens, non tantùm bona Monaſterii, quàm animas lucrifacere procuret; ne magis quæ ſua ſunt, quàm quæ JESU Chriſti quærere videatur.

Caput XXXII.

De ferramentis Monaſterii.

SUbſtantiæ monaſterii in ferramentis, vel veſtibus, ſeu quibuslibet rebus provideat Abbas fratres, de quorum vita, vel moribus ſecurus ſit, & eis ſingula (ut utile judicaverit) conſignet cuſtodienda, atque recolligenda. Ex quibus Abbas brevem teneat; ut cùm ſibi in ipſa aſſignata fratres viciſſim ſuccedunt; ſciat quid dat, aut quid recipit. Si quis autem ſordidè, aut negligenter res monaſterii tractaverit, corripiatur. Si non emendaverit; diſciplinæ ſubjaceat.

In

In quolibet Monaſterio fiat Archivium ſcripturarum, ad Monaſterium pertinentium, quarum omnium Index, & Inventarium fiat diligenter, & Archivicta ab Abbate ex Sacerdotibus eligendo conſignetur, duabus diverſis clavibus claudatur, quarum unam Abbas, alteram Archiviſta habeat, qui ex dicto Archivio nullam ſcripturam extrahant, niſi id Monaſterii neceſſitas, & utilitas poſtulet, ac ſi quando opus fuerit, quòd extrahatur, adnotetur diligenter quæ ſcriptura ſit, & cui conſignetur, ſub pœnâ ſuſpenſionis in Abbate, & quoad Archiviſtam ſub pœna inhabilitationis per tres annos ad quodcumque munus, ſi ſecus fecerint.

Monaſterii coquo cum inventario omnia aſſignentur, ac Cellerarius major inſpiciat, ſi fidelis in diſpenſandis, & accuratus eſt in conſervandis cibariis, iiſque omnibus, quæ illi concredita ſunt: liceat tamen Abbati (ſi ita ſibi videbitur) in unam aptam cellulam omnia cibaria congerere, cujus cellæ clavis aſſervetur penes ſe, aut Cellerarium, aut quem ipſe Abbas maluerit, ex qua depromantur quæ ſingulis diebus ſufficiunt, & coquo aſſignentur, cujus coqui correctio ad Abbatem ſpectat.

Mobilium, & immobilium bonorum omnium inventarium fiat. Mobilia bis in anno, immobilia ſemel in anno, quando Abbas voluerit, cum Senioribus viſitet, & cum Inventario conferat, inſpicientes quomodo tractentur, licet hæc reviſio propria ſit Cellerarii, & illius, cui bona aſſignata ſunt, qui illam ſæpius facere debebunt. Per Inventarium etiam aſſignentur bona, in principio unicuique Monacho advenienti dantur pro ſuo neceſſario uſu, quæ per Inventarium etiam reſtituantur, cùm à Monaſterio removentur. Si Abbas negligenter id curaverit, incidat in pœnam negligentiæ.

Caput XXXIII.

Si quid debeant Monachi proprium habere.

PRæcipuè hoc vitium radicitus amputetur de monaſterio; ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine juſſione Abbatis, neque aliquid habere proprium; nullam omnino rem, neque codicem, neque Tabulas, neque graphium; ſed nihil omnino, quippe quibus nec corpora ſua, nec voluntates licet habere in propria poteſtate. Omnia verò neceſſaria à patre monaſterii ſperare, neque quicquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiſerit. Omniaque omnibus ſint communia (ut ſcriptum eſt) nec quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat, vel præſumat. Quod ſi quiſquam hoc nequiſſimo vitio deprehenſus fuerit deprehenſus lectari; admoneatur ſemel, & iterum, ſi non emendaverit; correctioni ſubjaceat.

Pro inviolabili hujus Capituli obſervantia, omnes reditus à quolibet regulari Profeſſo Congregationis auferantur, licet ſibi ex cauſa donationis, aut de jure provenirent, ſed quicquid acquirit regularis Profeſſus, applicetur Monaſterio, in quo Profeſſus eſt, juxta Regulam, & Sacros Canones, atque ſacri Tridentini Concilii decretum, quod pro expreſſo hic habeatur: Incipit enim: Nemini igitur Regularium. Seſſione vigeſima quinta. Cap. 2.

Mercaturas, & (ut vocant) induſtrias nullus Profeſſus per ſe, aut per alium exerceat, ſub pœna proprietarii.

Nullus (cujusvis gradus, & dignitatis) in ſua cellula tabulas pictas profanas habeat, ſed eas tantummodo, quæ nec magni pretii, nec magni ornamenti, ſed piæ ſint, & devotæ Imagines. Vaſa tam antiqua, quàm moderna, calata, anaglypha, Toreumata, aulææ, & parietum omnia ornamenta, Tapetia, & alia omnia ex ſerico contexta, aurea, & argentea vaſa, & ornamenta in qualibet minima re, etiam in gladiolis, & furculis, corona (vulgo dicta) ex coralio, aut ex ſuffimentis facta, arca, ſella; quæ ad luxum potius, quàm ad neceſſitatem ſunt, repoſitoria ornata, ac ceroſtrota omnia, unà cum pretioſis omnibus probibita cenſeantur, ac iis nemo poſthac utatur, ſed Infirmariæ, & Foreſtariæ ſtatim applicentur, ſi verò pretioſa ſint, aut delicata, & quæ Monachos non deceant, in utilitatem Monaſterii convertantur. Veſtes neceſſaria tantùm concedantur, ſuperfluis remotis. Libri ab Abbate Monachis permittantur ad uſum, ſecundùm uſitatum morem Congregationis. Ita tamen poſſideantur ab unoquoque, ut ſi Superiori videbitur; illos a poſſidentibus auferre ſine aliqua illorum repugnantia, aut mœrere fieri poſſit, etiam ſi dicti libri aliena pecunia, & non Monaſterii comparati fuerint, ſed omnino Monaſterio applicati cenſeantur.

Equi, Muli, aut aliqua Jumenta propria non alantur, ſed communiter iis omnes utantur, quando opus fuerit equitare pro rebus Monaſterii. Bona omnia mobilia, & immobilia à quovis, etiam ſi Abbas Generalis ſit, poſſeſſa Monaſterio, in quo bona illa acquiſita fuerint, ſi non ex Monaſterii bonis, ſed undequaque provenerint: Sacriſtiæ Monaſterii, in quo profeſſus fuerit, applicentur, illorumque uſus, & proventus ſtatim poſt applicationem factam ad Monaſterium, vel Sacriſtiam pertineat.

Nullus Abbas concedat Profeſſo, ut pecuniam, vetita ſupellectilia, ac bona mobilia & immobilia retinere poſſit, nec ipſe apud ſe nomine Profeſſi retineat, ſed ſtatim quòd ei eſt aliquid ob-

la-

latum, ſub pœna preprietarii Monaſterio applicet, poterit tamen pro ſua diſcretione Abbas de iis pecuniis, quæ aliquis Profeſſus dono accipiet, aut jure acquiret pro illius neceſſitatibus, & libris coemendis ei erogare aliquid, ſed ita fiat, ut intelligat Monachus ea non ſibi dari tanquam ſua, ſed Monaſterii.

Nemo ex Profeſſis cujuscumque gradus, & dignitatis cubiculum, aut cellam propriam habeat, licet ſui non Monaſterii ſumptibus ædificatam, ex quibus neme bona mobilia, & immebilia magni momenti, poſt emiſſam Profeſſionem adepta quovis titulo, aut quæſito colore, ſuis propinquis, vel aliis etiam ejusdem Congregationis Profeſſis denet, aut tribuat.

Abbas pecuniam propriam, aut Monaſterii non habeat, niſi in caſibus præmiſſis, & ſi expleto ſuo officio ex eis aliquid ſupererit, ſuo ſucceſſori conſignet: quod etiam de Celleraria ſtatutum eſſe intelligatur, quoad conſignationem integram ſucceſſori faciendam.

Ex Præfeſſis nemo à propinquis, aut ab amicis immoderatè, aut cum anxietate aliquid petat, etiamſi neceſſaria petat.

Nemo ad invicem aliquid emat, vendat, aut commutet, aut donet ex quavis cauſa, ſed Abbas unicuique neceſſaria tribuat.

Si quæ alicui eleemoſynæ ex quavis cauſa traditæ fuerint, eas in communem uſum redigat, at ſi pro Miſſis celebrandis tributa fuerint Sacriſtæ aſſignentur.

Viſitatores, & Abbates, ac Superiores non punientes proprietarios, tamquam effracteres voti præter excommunicationem, à qua non niſi ab Abbate Generali, & in Articulo mortis ab alio abſolvi poſſint, incurrant in pœnam carceris arbitrio Abbatis Generalis, & jejunii in pane, & aqua per annum bis in hebdomada quarta, & ſexta feria, & inhabilitationis à quocumque munere per ſex annos, quæ pœna à nemine remitti poſſit.

Caput XXXIV.

Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere.

Sicut ſcriptum eſt, dividatur ſiogulis prout cnique opus erit. Ubi noo dicimus, ut Perſonarum (quod abſit) acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio Ubi qui minus indiget; agat Deo gratias, & non contriſtetur. Qui verò plus indiget; humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro Miſericordia, & ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicunque cauſa in aliquo qualicumque verbo, vel ſignificatione appareat. Quod ſi deprehenſus fuerit quis, diſtrictiori diſciplinæ ſubdatur.

In victu, veſtitu, iisque omnibus, quæ ad Monaſticam vitam traducendam pertinent, nullum ferè ſit diſcrimen inter minimum Profeſſum, & quemvis Superiorem, etiam ſi Abbas ſit Generalis, cùm omnia æquè diſtribuenda ſunt, ſub pœna proprietarii, niſi in quantum uniuscujusque neceſſitas urgens arbitrio Superioris poſtulaverit.

Caput XXXV.

De Septimanariis coquinæ.

Fratres ſic ſibi invicem ſerviant, ut nullus excuſetur à coquinæ officio, niſi aut ægritudine, aut in cauſa gravis utilitatis quis occupatus fuerit: quia ex inde major merces acquiritur. Imbecillibus autem procurentur ſolatia, ut non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundùm modum Congregationis, aut poſitionem loci. Si major Congregatio fuerit, Cellerarius excuſetur à coquina, vel ſi qui (ut diximus) majoribus utilitatibus occupantur. Cæteri verò ſibi ſub charitate invicem ſerviant. Egreſſurus de ſeptimana, Sabbato munditias faciat. Linteamina, cum quibus ſibi fratres manus, ac pedes tergunt, lavet. Pedes verò tam ipſe qui egreditur, quàm ille, qui intraturus eſt, omnibus lavent. Vaſa Miniſterii ſui munda, & ſana Cellerario reconſignet, qui Cellerarius item intranti conſignet, ut ſciat quid dat, aut quid recipit.

Septimanarii autem ante unam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos bibere, & panem, ut hora refectionis ſine murmuratione, & gravi labore ſerviant fratribus ſuis. In diebus tamen ſolemnibus, usque ad Miſſas ſuſtineant. Intrantes autem, & exeuntes hebdomadarii, in Oratorio mox matutinis finitis Dominica, omnium genibus provolvantur, poſtulantes pro ſe orari. Egrediens autem de ſeptimana, dicat hunc verſum: Benedictus es Domine Deus, qui adjuviſti me, & conſolatus es me. Quo dicto tertiò, accipiat benedictionem egrediens; Subſequatur ingrediens, & dicat: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina. Et hoc idem tertiò repetatur ab omnibus, & accepta benedictione, ingrediatur.

Hebdo-

Hebdomadarius coquinæ ſero, & mane ſaltem coquinam viſitet, ac diligenter curet, ut coquus ſuum expleat munus in ferculis parandis, & vaſibus abluendis, quæ benè lota, ac munda in menſa ordine apponantur. Si coquus in his hebdomadario non paruerit, ab Abbate corrigatur.

Nullus Monachus coquinam ingrediatur præter hebdomadarium, & huic exercitio ſecundùm Regulam deputatum.

Cùm autem coquinæ exercitium in rei litterariæ ludum ſit mutatum, in qualibet Congregationis Provincia commodius ad hoc eligatur Monaſterium, in quo ſtudium erigatur, & in eo Grammatices, Humanitatis, Logices, Philoſophiæ, & pro Scholarium capacitate, Theologiæ lectores idonei, & probatæ fidei, & doctrinæ undique conquiſiti, conducantur, in quibus conducendis ſumptui, ne parcat Abbas: nam ſæculares lectores conduci poterunt; ſi in ipſa Congregatione idonei ad hoc munus non reperientur. In quo Monaſterio omnes ſtudentes illius Provinciæ alantur, ex quo per ſeptennium exire non cogantur; niſi ob aliquod delictum, infirmitatem, aeris intemperiem, aut eo quod non eſſent apti ad litteras perdiſcendas, judicio Magiſtri ſtudiorum.

A lectoribus in unaquaque Profeſſione illæ lectiones legendæ erunt, quæ in ſtudiis publicis legi ſolitæ ſunt, & quæ magis conferunt Scholaribus, prout Magiſtro ſtudiorum videbitur. In Theologia verò doctrinam omnino B. Thomæ lectores ſequantur.

Pro utilitate Scholarium Magiſter ſtudiorum eligatur ab Abbate, cujus partes in primis erunt, diligenter inſpicere, ut lectores in legendo, & Scholares in addiſcendo omnem curam ponant, & indicere vacationes, ac ſi lectores negligentes fuerint, & Scholares lectionibus, & aliis litterariis exercitationibus non aderint, nec ſtudiis (ut par eſt) operam dederint, Abbatem certiorem reddere de uniuscujusque progreſſu in re litteraria, ad hoc, ut deſides regularibus pœnitentiis corrigere, & lectores monere poſſit.

Qui ſtudia neglexerint, neque poſt monitiones, & correctiones ſe emendaverint, novis veſtibus conſuetis priventur, ac vetuſtis tantùm utantur, nullo Congregationis publico munere fungantur, ac ſi ſacris initati non fuerint, non initientur, niſi prius examinati (juxta ſacri Tridentini Concilii decretum) idonei reperti fuerint.

Abbas verò, & Vicarius lectionibus, & diſputationibus aderunt aliquando, & Scholarium cellas adibunt, obſervantes, ſi horæ deputatæ in ſtudiis conſumuntur, illosque liberaliter tractent, & ad ſtudia ſemper hortentur, & alacres reddant aliquo honeſto diſcrimine poſito inter diligentes, & negligentes.

Studentibus hæ immunitates concedantur, ut Miſſæ, Veſperi, & Matutino, tantùm diebus feriatis, feſtivis verò omnibus diurnis ac nocturnis horis interſint, & à reliquis Regularibus exercitiis immunes ſint. Dum tamen panis conficitur, omnes adſint, ſed curet Abbas, ut ea fiat hora, quæ illorum ſtudia non impediat, in locis verò ſtudentibus carentibus inſtitutio regularis ſervetur.

Lectores artium, & ſacræ paginæ actu munus hoc legendi exercentes, feriatis diebus gaudeant omnibus immunitatibus; dummodo mane Miſſæ, aut interſint, aut illam celebrent. Si verò lectores qui erunt, actu Grammaticem, & Rhetoricam profitentur, Matutinis, & Miſſæ tantùm intereſſe teneantur.

Ne Monaſterium, in quo ſtudium erectum fuerit, ob Scholarium immunitates aliquid incommodi capiat in ſolitis exercitiis neceſſariis obeundis; præter ſtudentes in illo, ſolita familia aſſignetur, ſtudentes enim ſupernumerarii erunt, & pro annuo victu, & veſtitu uniuscujusque Scholaris annuatim perſolvantur vigintiquinque ſcuti ab illo Monaſterio, è quo Scholares fuerint, quibus etiam à proprio Monaſterio libri neceſſarii coemendi erunt, qui libri exſtabunt perpetuò ad uſum Scholarium illius Monaſterii, à quo empti fuerint.

Feſtis diebus arbitrio Abbatis legatur toto Monaſterio lectio, vel caſuum conſcientiæ, vel ſacræ Scripturæ.

E ſtudentibus ſi quis Logicæ, aut Philoſophiæ lector creatus fuerit, ſi ſacerdos erit, poſt Decanos ubique ſedebit, ſi Clericus, ſi Theologus creatus fuerit, poſt Vicarium ſedeat, ac licet inferiora munera non obierit, Abbas immediatè creari poſſit, ſi legitimam ætatem, & alias qualitates habuerit.

Ubi fuerit major Congregatio, in recreatione Monachi in duas partes dividantur, quarum una orationibus, & divinis officiis vacabit, altera verò honeſta recreatione animum relaxabit, per vices ordine ſervato fiat vacatio. Hujusmodi recreationibus laici nullo modo interſint, ſi quis autem eos advocaverit, pro prima vice ſemel in pane, & aqua jejunet. Abbas verò ab Abbate Generali, & à Viſitatoribus in actu Viſitationis arguatur. Tam intra, quàm extra Clauſtra recreatio fiat, cui aliquis præſit, ac curet, ut ſermones, geſtus, & actus ii ſint, qui nullam redoleant relaxationem regularis obſervantiæ.

Alearum, taxillorum, & cartarum ludus prohibetur, ſi quis iis luſerit, luat in corpore.

Pro ſtudentium commoditate det ex nunc operam Abbas Generalis unà cum Viſitatoribus in actu Viſitationis, ut quodlibet Monaſterium ex redditibus aliquid annuatim ſeponat pro libris cœmendis in unaquaque Profeſſione, tum Græcis, tùm Latinis, ut paulatim in unoquoque Monaſterio Bibliotheca publica erigatur,

& libris ornetur, cui applicati cenſeantur libri decedentium Monachorum, eorum præſertim, qui in illo Monaſterio Profeſſi ſunt.

Studentes in iis, quæ ad ſtudium pertinent (ut par eſt) obediant Magiſtro ſtudiorum.

Abbas unà cum Vicario, & Magiſtro ſtudiorum det operam, ne horæ ſtudiis conceſſæ otio, aut ſomno eradocantur, & præſertim Matutino expleto.

Abbas ſub pœna ſuſpenſionis, ab officio per annum, Vicarius, & Magiſter ſtudiorum ſub pœna privationis officii, & inhabilitationis ad quodcunque munus per tres annos, præfata omnia curent obſervanda.

Caput XXXVI.

De infirmis Fratribus.

INfirmorum cura ante omnia, & ſuper omnia adhibenda eſt, ut ſicut re vera Chriſto, ita eis ſerviatur: quia ipſe dixit: Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et quod feciſtis uni de his minimis meis, mihi feciſtis. Sed & ipſi infirmi conſiderent, in honorem Dei ſibi ſerviri, & non ſuperfluitate ſua contriſtent fratres ſuos ſervientes ſibi. Qui tamen patienter portandi ſunt, quia de talibus copioſior merces acquiritur. Ergo cura maxima ſit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis ſit cella per ſe deputata, & ſervitor timens Deum, & diligens, ac ſollicitus. Balneorum uſus infirmis quotiens expedit, offeratur; ſanis autem, & maximè juvenibus, tardius concedatur. Sed & carnium eſus infirmis, omninoque debilibus pro reparatione concedatur. At ubi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. Curam autem maximam habeat Abbas, ne à Cellerariis, aut ſervitoribus negligantur infirmi: quia ad ipſum reſpicit, quicquid à diſcipulis delinquitur.

Locus aptus infirmariæ in quolibet Monaſterio omnino deputetur, in quo (juxta Monaſterii qualitatem) plures ſint ædificatæ cellulæ, in quibus non admittantur, niſi ii, qui judicio Medici verè ægrotabunt. In unaquaque cellula ſit lectum cum laneis anaclynteriis, & pulvinaribus, ac lineis linteaminibus, adſint conopea, ſeu cortina, & tegumenta, aliaque neceſſaria ad parandum lectum, ſub quo ſit etiam curricula, in qua in caſu neceſſitatis cubare poſſit ille, qui ægroto deſervit.

E Sacerdotibus Infirmariæ præfectus eligatur quolibet anno ab Abbate, eique duo oblati, vel converſi pro Infirmariæ rebus procurandis aſſignentur, ac detur inſuper Præfecto Hebdomadarius Infirmorum, qui omnes Præfecto obediant, ſub gravibus pœnis.

Infirmariæ Præfectus pro Infirmorum uſu habeat lineas ſubuculas, capitis tegumenta, & linteamina, quæ tot ſint, ut ſæpius pura, & alba apponi poſſint. Habeat promptuarium, in quo diverſa aromata, & alia condita habeat, & reponat ad uſum infirmorum, ipſe ſubſcribat ſchedulas eorum omnium, quæ juxta præſcriptum Medici pro infirmis ab aromatario accipienda ſunt, eaſque manu Præfecti ſubſcriptas Cellerarius admittat in computis aromatarii.

Si infirmus ſtatim ac ægrotat, ſua peccata confiteri noluerit, ut ſacram Euchariſtiam ſumat, poſt ſecundam vicem Medicus eum non viſitet, cúmque convaluerit, arbitrio Abbatis pluries in pane, & aqua jejunabit.

In infirmaria Coquina etiam conſtituatur, quæ vaſibus aneis, fictilibus, ſeu ſtanneis, ac vitreis cyathis ſit inſtructa, coquus etiam deputetur, qui infirmis tantùm deſerviat.

Abbas curet, ut infirmaria iis omnibus referta ſit, quæ ad infirmorum uſum pertinent. Quæ ad infirmariam ſpectant, ea omnia ab Abbate per inventarium conſignentur Præfecto, qui elapſo anno rationem reddat ſuæ adminiſtrationis, ac rerum acceptarum ab aromatario Monaſterii, & juxta inventarium reddat ea omnia bona, quæ ſibi aſſignata fuerunt, ut novo ineunte anno accepti, & expenſi ratio habeatur.

Nullus infirmus Medicum conſulat abſque licentia Superioris, ut ipſe ſciat quo quiſque morbo laboret.

Nemo adeat balnea, niſi de præcepto Medici ſæpius repetito.

Nemo in Mari, vel in Flumine ſe abluat, aut in iis natet.

Nemo cujuſvis gradus in cellis infirmariæ ſtare poſſit, niſi infirmi, Abbas verò, & ii omnes, qui ægrotabunt, in infirmaria decumbant, atque ea diligentia, & ſollicitudine omnibus ſerviatur, ut neceſſaria ſubminiſtrentur, ne plus Abbati ægroto tribuatur, quàm cuivis minimo ægrotanti tribueretur.

In Infirmaria ſit etiam Oratorium, in quo Miſſa celebretur.; ut illam infirmi auſcultare poſſint. Sit etiam parvulum Refectoriolum pro convaleſcentibus.

Abbas, Vicarius, & Cellerarius ſingulis diebus, ac diverſis horis infirmos viſitent, inſpiciant quæ parantur pro iis, & ſi quid deeſt, interrogent, & curent, ut ſtatim fiat, jubeantque Medicum præſtò eſſe in infirmis curandis.

In Monaſteriis, quæ longè abſunt à Civitatibus (ſi fieri commodè poterit) dum quis ægrotat, curetur, ut adſit ſemper Medicus, & officina pariter cum pharmacis neceſſariis.

Si Abbas in iis negligens fuerit, per annum à munere ſuſpendatur; Vicarius, & Cellerarius priventur. Præfectus verò gravibus afficiatur pœnis.

Mo-

Monachorum quorumcunque (cujusvis gradus) ſupellectilia omnia, mappæ, ac capitis tegumenta linea ; quæ contra Regulam, & Conſtitutiones ſunt, applicentur infirmariæ illius Monaſterii, in quo ſunt illa acquiſita. Si verò non conſtabit in quo Monaſterio ſint aquiſita, applicentur infirmariæ illius Monaſterii, in quo eſt Profeſſus, idque obſervetur in hujusmodi ſupellectilibus Monachorum decedentium.

Caput XXXVII.

De Senibus, vel Infantibus.

Licèt ipſa natura humana trahatur ad Miſericordiam in his ætatibus, ſenum videlicet, & infantum, tamen & regulæ auctoritas eis proſpiciat. Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, & nullatenus eis diſtrictio regulæ teneatur in alimentis ; ſed in eis pia conſideratio, & præveniant horas canonicas.

Senes illa hora reficiantur, quam poſtulabit illorum ætatis neceſſitas.

Caput XXXVIII.

De Hebdomadario Lectore.

MEnſis fratrum edentium lectio deeſſe non debet, nec fortuito caſu qui arripuerit codicem, legere audeat ibi, ſed lecturus tota hebdomada, Dominica ingrediatur. Qui ingrediens poſt Miſſas, & communionem, petat ab omnibus pro ſe orari, ut avertat ab eo Deus Spiritum elationis. Et dicatur hic verſus in oratorio tertiò ab omnibus, ipſum tamen incipiente : Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et ſic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum. Summumque fiat ſilentium ad menſam, ut nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis ibi audiatur. Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus, & bibentibus, ſic ſibi invicem miniſtrent fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, ſonitu cujuscumque ſigni potius petatur, quam voce, ne præſumat ibi aliquis de ipſa lectione, aut aliud eo quicquam requirere, ne detur occaſio, niſi fortè Prior pro ædificatione voluerit aliquid breviter dicere. Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum prius, quàm incipiat legere, propter communionem ſanctam, & ne forte grave ſit ei jejunium ſuſtinere. Poſtea autem cum coquinæ hebdomadariis, & ſervitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent, ſed qui ædificent audientes.

Lector è peritioribus ab Abbate per hebdomadam eligatur, qui quousque Monachi accumbent, lectionem proſequatur. Mane legatur ſacra Scriptura eo ordine, quo in Breviario legitur. Veſperi verò legautur Homiliæ ſanctorum Patrum in ſcripturam, nonnunquam etiam liber aliquis vulgari lingua, Dionyſii Carthuſiani, vita Chriſti, vita Patrum, Gerſon de imitatione Chriſti, & ſimiles. Hebdomadarius menſæ inſerviens dum omnes comedent, ne diſcedat, ſed ſemper adſtet.

Curet Abbas, ut menſæ albis mantilibus, & mappis pro diſcumbentium numero, cyathis, aliisque vaſibus benè lotis ſint inſtructæ, ac mappæ bis in hebdomada omnibus muteutur.

In ſecunda menſa ſervetur ſilentium, & adſit lectio vulgaris alicujus libri ſpiritualis.

Silentii fractores in prima, & ſecunda menſa acriter corripiantur.

Ut hæc omnia executioni mandentur ; Abbas annuum Refectonarium eligat, cui mappæ, mantilia, cyathi, aliaque vaſa per inventarium aſſigueutur, qui curet, ut omnia mundentur, & munda apponantur in menſa, & illorum omnium in fine anni rationem reddat. Si in his negligens fuerit, arbitrio Abbatis corrigatur, ſi id Abbas prætermiſerit, publicè à Generali, & Viſitatoribus arguatur.

Caput XXXIX.

De Menſura Ciborum.

SUfficere credimus ad refectionem quotidianam, tam ſextæ, quàm nonæ omnibus menſis coacta duo pulmentaria, propter diverſorum Infirmitates, ut fortè qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus ſufficiant. Et ſi fuerint Inde poma, aut naſcentia leguminum, addatur & tertium. Panis libra una pro penſa ſufficiat in die, ſive una ſit refectio, ſive prandii, & cœnæ. Quòd ſi cœnaturi ſunt ; de eadem libra tertia pars à Cellerario reſervetur, reddenda cœnaturis. Quòd ſi labor fortè factus fuerit major, in arbitrio, & poteſtate Abbatis erit (ſi expediat) aliquid augere, remota præ omnibus crapula, ut nunquam ſurrepat monacho indigeries. Quia nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano, quomodo crapula. Sicut ait Dominus noſter. Videte, ne graventur corda veſtra crapula, & ebrietate Pueris verò minori ætate non eadem ſervetur quantitas, ſed minor quàm majoribus, ſervata in omnibus parcitate. Carnium verò quadrupedum omnino ab omnibus abſtineatur comeſtio, præter omnino debiles, & ægrotos.

Quo-

Quolibet menſe poterit Abbat ſingulos Monachos bis carnium eſu reficere, ſed dividat ſuos Monachos in duas claſſes, ex quibus modo una, modo altera reficiatur, totaque hac menſura, & ſingulorum Monachorum refectio quatuor tantùm vicibus abſolvatur in menſe.*

Nemo ex Officialibus, aut privatis Monachis extra Refectorium ſeorſum veſci poſſit, ſed omnes una comedant, at ſi quis extra Refectorium de licentia Superioris, aut aliqua juſta cauſa comederit, ea comedat, qua aliis Monachis appoſita fuerunt, cùm diſſimilia, & exquiſita, & delicata omnino prohibeantur.

Itinerantes Monachi Regulam omnino obſervent.

Qua pro integro anno ad Monachorum victum ex frumento, vino, & oleo, leguminibus, aliisque rebus neceſſaria ſunt, Abbas ex annuis redditibus conſervari faciat, & ex iis melioribus, pro uſu Monachorum retentis, catera, qua ſuperſunt, ſuo arbitratu poſtea vendenda proponat. Si qua emenda erunt pro victu Monachorum, omnem adhibeat diligentiam, ut meliora emantur, ſi ſecus fecerit Abbas, negligens habeatur, privati verò Monachi acriter corripiantur.

Caput XXXX.

De Menſura Potus.

Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius ſic, alius verò ſic. Et ideo cum aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura victus aliorum conſtituitur. Tamen infirmorum contuentes imbecillitatem, credimus heminam vini per ſingulos ſufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerationem abſtinentiæ, propriam ſe habituros mercedem ſciant. Quòd ſi aut loci neceſſitas, vel labor, aut ardor æſtatis amplius popoſcerit, in arbitrio Prioris conſiſtat, conſiderando in omnibus, ne ſubrepat ſatietas, aut ebrietas, licèt legamus vinum omnino monachorum non eſſe. Sed quia noſtris temporibus id monachis perſuaderi non poteſt, ſaltem, vel hoc conſentiamus, ut non usque ad ſatietatem bibamus, ſed parcius: quia vinum apoſtatare facit etiam ſapientes. Ubi autem neceſſitas loci expoſcit, ut nec ſupraſcripta menſura ioveoiri poſſit, ſed multò minus, aut ex toto nihil, benedicat Deum, qui ibi habitant, & oon murmurent. Hoc autem ante omnia admonemus, ut absque murmurationibus ſint.

Meliora vina pro Monachorum uſu ſerventur, pejora vendantur. Abbas uno eodemque vino bene aqua diluto utatur cum ſuis Monachis, neque ei liceat ſeorſum aliquod vini dolium pro ſe tantùm ſervare, ſi vinum emendum erit, ematur illud, quod melius erit.

Si quis in ebrietatem inciderit, ter correctus, præter diſciplinas regulares, declaretur perpetuò inhabilis ad quodcunque Congregationis munus.

Caput XXXXI.

Quibus horis oporteat reficere Fratres.

A Sancto Paſcha, usque ad Pentecoſten ad ſextam reficiant fratres, & ad ſeram cœnent. A Pentecoſte autem tota æſtate, ſi labores agrorum oon habent monachi, aut nimietas æſtatis oon perturbat, quarta, & ſexta feria jejunent usque ad nonam, reliquis verò diebus ad ſextam tardent. Quæ ſexta prandii, ſi opera in agris habuerint, aut æſtatis fervor nimius fuerit, continuanda erit, & in Abbatis ſit providentia. Et ſic omnia temperet, atque diſponat, qualiter animæ ſalventur, & quod faciunt fratres absque ulla murmuratione faciant. Ab idibus autem Septembris, usque ad nonam ſemper reficiant fratres. In quadrageſima verò usque ad Paſcha, ad veſperam reficiant, ipſa tamen veſpera ſic agatur, ut lumine lucernæ non indigeant reficientes, ſed luce adhuc diei omnia conſumentur. Sed & omni tempore, ſive cœnæ, ſive refectionis, hora ſic temperetur, ut cum luce diei fiant omoia.

A Dominica Reſurrectionis, usque ad feſtum Pentecoſtes (juxta Regulam) Monachi reficiantur.

Regularia jejunia ſerventur ſecunda, quarta, & ſexta feriis, & Sabbato, in quo lautior aliis jejuniis refectio fiat, niſi in illis aliquod ſolemne feſtum inciderit.

In Adventu, & Quadrageſima, qua inchoabit feria ſecunda Quinquageſima, omnibus feriis, prater dies Dominicos jejunabitur.

Prædictis omnibus diebus jejunii refectiones Veſpere fiant moderatè in Refectorio, in quibus nihil cocti, aut panis apponatur, ſed carica tantùm, amigdalæ, nuces, & ſimilia pſirophagia, prater poma, & naſcentia leguminum cum menſura, & ex his tantùm unicuique apponatur, quod ſatis ſit ad vinum ſemel, aut bis ad ſummum bibendum, extra Refectorium nihil alicui detur. Senibus verò, & aliis ſtomacho, aut aliis infirmitatibus laborantibus, parum panis concedatur. Qui jejunare, ob infirmitatem nequeunt, ſeorſum cibum, & potum moderatè ſumant.

Feria ſexta Paraſceva in refectione nihil cocti apponatur, ſed aqua tantùm, vel vinum cum pane, pſirophagiis, acetariis, olivis, & aliis hujusmodi, de ſero (ſi fieri poterit) refectio non ſumatur, aut ſi ſumenda fuerit, ſit minor conſueta.

Qui

Qui pocnlenta, & eſculeuta miniſtrant, nihil prorſus diebus jejunii alicui (cujusvis gradus) de illis dent extra Refectorium, ſub gravi pœna, idque Abbas obſervari faciat, ne reperiatur negligens.

In Refectionibus jejuniorum legatur aliquid per Ordinem è collationibus Patrum, & lectio daret uſitato more.

A Dominica Reſurrectionis usque ad feſtum Sancta Crucis, hora 23. reliquo tempore poſt dimidiam noctis horam refectio fiat.

Ante Adventum, & Quadrageſimam ſolita fiant recreationes modo, quo ſupra ſtatutum eſt, atque hac omnia, ſub gravibus pœnis obſerventur.

Caput XXXXII.

Ut poſt Completorium nemo loquatur.

OMni tempore ſileotio debent ſtudere monachi, maximè tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore, ſive jejunii, ſive prandii, ſi tempus fuerit prandii, mox ut ſurrexeriot à cœna, ſedeant omnes io unum, & legat unus collationes, vel vitas Patrum, aut certè aliquid, quod ædificet audientes, non aotem eptaticum, aut regum. Quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc ſcripturam audire, aliis verò horis legantur. Si autem jejunii dies fuerit; dicta Veſpera parvo intervallo, mox accedaot ad lectionem collationum (ut diximus) & lectis quatuor, aut quinque foliis, vel quantum hora permittit, omnibus in unum occurrentibus per hanc moram lectionis, ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in uoum poſiti compleant. Et exeuntes à completorio, nulla ſit licentia denuò cuiquam loqui aliquid. Quòd ſi inventus fuerit quisquam prævaricari hanc taciturnitatis regulam, graviori vindictæ ſubjaceat, excepto ſi neceſſitas hoſpitum ſuperveoerit, aut fortè Abbas alicui aliquid juſſerit. Quod tamen & ipſum cum ſumma gravitate, & moderatione hoeſtiſſimè fiat.

Iis omnibus qua in hoc capite continentur ad unguem ſervatis, poſt completorium lector collationum talis ſit, qui pro rudibus vulgari ſermone ſummatim exponere poſtea poſſit ea, qua latinè lecta fuerunt, & tamdiu duret, ut unusquisque ex ea lectione aliquid fructus capere poſſit, ac fieri poterit, unusquisque lectionem prius videat. Clauſtra, & Dormitorium perluſtrent Abbas, & Vicarius, qui primò, ac ſecundò ſilentio effractores, quos invenerint, gravibus verbis increpabunt, tertiò verò gravi pœna coerceant.

Poſt Completorium Abbas non permittat quemquam ex Monachis ſuam cellam ingredi, niſi qui neceſſitatis cauſa cum ipſo Abbate colloqui vellet, ibique ſilentium ſervetur, ne alii perturbentur, nullum ad ſe comitatus gratia admittat Abbas, ſi ſecus fecerit, à Generali, & Viſitatoribus in actu viſitationis publicè corrigatur. Poterit tamen Abbas diſpenſare cum Monachis ſuis, ut ſoli, aut cum ſocio per horam recreationis cauſa, deambulare poſſint per hortos, extra tamen tempora probibita. Aeſtatis tempore poſtquam ſignum ſalutationis Angelica pulſatum fuerit, unusquisque in ſua cellula cubitum eat: ut Matutini hora vigil reperiatur. Si in hoc Abbas, aut Vicarius negligentes erunt, à Generali, & Viſitatoribus in actu viſitationis puniantur.

Qui in aliquo Sancta Regula obſervantiam fregiſſe ſe cognoverit, expletis matutinis laudibus, in Capitulo humi proſtratus de quolibet ſuo delicto ſuam dicat culpam, & niſi accepto ſigno, & pœnitentia, ſe erigere non præſumat.

Septimanarii qui pro tempore extitere, ſimili modo expleto officio negligentias commiſſas proferant, ac culpam dicant.

Superior mandet Hebdomadario, ut illos abſolvat, hac ſervata forma:

Dominus nos abſolvat, & ego auctoritate, qua fungor, abſolvo vos à vinculo excommunicationis inſcienter incurſa, à participationa excommunicatorum, à transgreſſione Regula, & Conſtitutionum noſtrarum. In nomine Patris, &c. ℟. Amen. Qua dum ita dicuntur, Pralatus quoque ſit proſtratus, à quo facto ſigno, omnes ſurgant.

Quolibet die Veneris unusquisque ſigillatim accipiat à Superiore pœnitentiam, uno ſe proſtrante, altero verò ſigno ſurgente; Demum Pralatus ſe etiam proſternat, & culpam dicat, & tunc omnes unà ſe proſternentes, alternatim Pſalmos Miſerere mei, & De profundis recitent. Inde, ſub ſilentio dicatur Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo. Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum, &c. Poſtea Superior abſolutionem dari mandet, & Hebdomadarius ſolus ſurgens, abſolvat (ut ſupra) & dato ſigno, omnes conſurgant.

Silentii verò non ſervati quolibet die certis horis culpa dicatur, tempore videlicet jejunii poſt ſextam, æſtivo tempore poſt Primam, & horam nonam, & Superior pœnitentiam injungat. At ſi Superiori (quod rarò agendum eſt) ſilentio indulgere videbitur, hoc exprimat verbum, Benedicite. Fratres verò hu-

humiliter, & reverenter reſpondeant. Deus id eſt concedat nobis, ut in noſtris colloquiis, & actionibus ſemper benedicatur ipſe, & nos ſemper benedicamus. Is qui ſupradictas caremonias neglexerit, corripiatur ab Abbate, & regulari ſubjaceat diſciplinæ.

CAPUT XXXXIII.

De his, qui ad opus Dei, vel ad menſam tardè occurrunt.

AD horam divini officii, mox ut auditum fuerit ſignum, relictis omnibus, quæconque fuerint io maoibus, ſumma cum feſtinatione curratur, cum gravitate tamen, ut ſcurrilitas noo inveniat fomitem. Ergo nihil operi Dei proponatur. Quòd ſi quis ad nocturnas vigilias poſt gloriam Pſalmi oonageſimi quarti, quem propter hoc omnino protrahendo, & moroſè volumus dici, occurrerit; non ſtet in ordine ſuo in choro, ſed ultimus omnium, aut io loco quem talibus negligentibus ſeorſum conſtituerit Abbas, ut videatur ab ipſo, vel ab omnibus, usque dum completo opere Dei, publica ſatisfactione pœnireat. Ideo autem eos in ultimo, aut ſeorſum judicavimus debere ſtare, ur viſi ab omnibus, vel pro ipſa verecundia ſua emendentur. Nam ſi extra oratorium remaneant, erit fortè talis, qui ſe, aut coliocet, & dotmiat, aut certè ſedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno. Sed ingrediatur intrò, ut nec totum perdat, & de reliquo emendetur.

Diutois autem horis, qui ad opus Dei poſt verſum, & gloriam primi Pſalmi, qui poſt verſum dicitur, occurrerit; lege, quam ſupradiximus, in ultimo ſtet, nec præſumat ſociari choro Pſallentium, usque ad ſatisfactionem, niſi forte Abbas licentiam dederit permiſſione ſua, ita tamen ut ſatisfaciat reus ex hoc. Ad horam verò refectionis, qui ante verſum non occutterit, ut ſimul omnes dicant verſum, & orent, & ſub uno omnes accedant ad menſam, qui per negligentiam ſuam, aut vitium non occurrerit, usque ad ſecundam vicem pro hoc corripiatur. Si denuò non emendaverit, non permittatur ad menſæ communis participatiooem, ſed ſequeſtrarus à conſortio omnium reficiat ſolus, ſublata ei portione ſua vini, usque ad ſatisfactiooem, & emendationem. Similirer autem patiatur, qui & ad illum verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum dicitur. Nec quisquam præſumat ante ſtatutam horam, vel poſtea quicquam cibi, vel potus percipere. Sed & ſi cui offertur aliquid à Priore, & accipere tenuerit; hora, qua deſideraverit, hoc quod prius recuſavit, aut aliud omnino non percipiat, usque ad emendationem congruam.

Venientes ad Matutinum abſoluto Pſalmo, Venite exultemus, & in diurnis officiis primo Pſalmo illius hora, ſedeant (ut in hoc capitulo ſtatutum eſt) abſoluta verò hora illa, in qua negligens fuit, proſtratus in terra à Superiore coram omnibus veniam petat. Qui in tali negligentia perſeveraverit, poſt tertiam vicem in pane, & aqua jejunet quarta, & ſexta ſequenti feria, & quoties ter correctus fuerit, toties hanc pœnam ſubeat. Idem ſervetur in lectione collationum.

Dum divinum celebratur Officium, nemo è Choro exeat, niſi in caſu neceſſitatis, de licentia Superioris. Cùm verò quis vocatur à Sacriſta, pro Miſſa celebranda, vel ad legendas collationes Patrum, & ad alia in Refectorio, advolvet ſub pœna qualibet vice panis, & aquæ.

Omnes adſint, dum prima menſa benedictio fit, qui niſi neceſſitatis cauſa, & de licentia Superioris aberit, jejunet, & poſt tertiam correctionem, ſi præſtò non aderit, ſedeat in prima poſt omnes extra ſuum locum, eique vinum ſero, & mane non apponatur per hebdomadam.

Nullus Monachus extra Refectorium absque licentia ſui Superioris comedere audeat.

CAPUT XXXXIV.

De his, qui excommunicantur, quomodo ſatisfaciant.

QUi pro gravioribus culpis ab oratorio, & à menſa excommuoicatur, hora qua opus Dei in oratorio perceiebratur, ante fores oratorii proſtratus jaceat, nihil dicens; niſi tantum poſito in terra capite, & proſtratus, pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus ſe projiciat. Et hoc tamdiu faciat, usque dum Abbas judicaverit, ſatisfactum eſſe. Qui cùm juſſus ab Abbate venerit, provolvat ſe ipſius Abbatis pedibus, deinde omnium veſtigiis fratrum, ut orent pro eo. Et tunc ſi juſſerit Abbas, recipiatur in choro, vel in ordine, quo Abbas decreverit, ita ſanè, ut Pſalmum, aut lectionem, vel aliud qui non præſumat in oratorio imponere, niſi iterum Abbas jubeat. Et omnibus horis dum completur opus Dei, projiciat ſe in terram, in loco, in quo ſtat, & ſic ſatisfaciat, usque dum ei jubet itetum Abbas, ut quieſcat jam ab hac ſatisfactione. Qui verò pro levibus culpis excommunicantur, tantum à menſa in oratorio ſatisfaciant, usque ad juſſiooem Abbatis. Et hoc ſemper faciant,

ciant, usque dum benedicat, & dicat ſufficit.

Caput XXXXV.

De bis, qui falluntur in Oratorio.

SI quis, dum pronunciat Pſalmum, reſponſorium, aut Aotiphonam, vel lectionem, fallitur; niſi cum ſatisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, majori viodictæ ſubjaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Infantes verò pro tali culpa vapulent.

Qui in bis erraverit, ſtatim pro qualibet vice tellurem ſummis tangat digitis, at ſi ſæpius erraverit, nec erubuerit, ab Abbate uſque ad emendationem diverſis regularibus afficiatur pœnis.

Caput XXXXVI.

De bis, qui in aliquibus rebus levibus delinquunt.

SI quis, dum io labore quovis, in coquina, in cellario, io Monaſterio, in piſtrino, io horto, in arte aliqua, dum laborat, vel in quocunque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdiderit, vel aliud quid exceſſerit, & non veniens cootiouò ante Abbatem vel Congregationem ipſe ultrò ſatisfecerit, & prodiderit delictum ſuum, cùm per alium cognitum fuerit; majori ſubjaceat emendationi. Si animæ verò peccati cauſa latens fuerit, taotùm Abbati, aut ſpiritualibus Senioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera, non detegere, ac publicare.

In Capitulo (ſecundùm Regulam) exprimantur culpæ.

Nihil inter ſe Monachi ſub ſigillo Confeſſionis dicant.

Caput XXXXVII.

De ſignificanda bora operis Dei.

NUncianda hora operis Dei die noctuque ſit cura Abbati, ut aut ipſe nunciet, aut tali ſollicito fratri iojungat hanc curam; ut omnia horis competentibus compleaotur. Pſalmos autem, vel Antiphonas poſt Abbatem ordioe ſuo, quibus juſſum fuerit, imponant. Cantare autem, & legere non præſumat, niſi qui poteſt ipſum officium implere, ut ædificeotur audientes. Quod cum humilitate, & gravitate, & tremore fiat, ab eo, cui juſſerit Abbas.

Sacriſta ſit ſacris initiatus, ubi ad hoc munus exercendum Sacerdos commodè baberi non poſſit, bonis moribus, & litteris præditus, diligens, & ætate gravis, qui ſedulò, & cum Dei timore ſuum obeat munus.

Sacriſtiæ oſtium ſæcularibus præſertim manè claudatur, ut celebraturi abſque confuſione, & ſtrepitu ſe ad Miſſam præparare, orare, & peccata confiteri valeant. In Sacriſtia poſſint fieri capitulariter adhortationes, & monitiones, in illis Monaſteriis, in quibus non eſt locus, ubi Monachi congregari commodè poſſint, contractus autem ibi non conficiantur.

Sacriſta Monachorum defunctorum, Miſſarum, quæ celebrandæ ſunt ob eleemoſynas oblatas, & anniverſariorum pro Benefactoribus ſingulis annis perſolvendorum indicem edat, qui in oratorio proponatur, ut unuſquisque Sacerdos ex indicis inſpectione in memoriam revocet, quid ipſe perſolvere debeat. Miſſarum verò celebrandarum index afferatur Abbati, cujus erit inter ſuos Monachos dividere, quot quiſque Monachus celebraturus ſit, ut unusquiſque particeps fiat.

Sacriſta novas hoſtias conficiat, ſaltem ſingulis 15. diebus, ac ferrea illa inſtrumenta, quibus hoſtiæ conficiuntur, pura conſerventur, ac manibus (ut decet) puris, & mappis in illis conficiendis utatur, idque ſervabit cum hoſtias tangere opus fuerit, quas ſemper aptas, & in promptu habeat, ac proiis adaptandis, forpicem puram, ad hunc tantùm uſum habeat.

Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſingulis ſaltem 15. diebus mutet, quod in vaſe argenteo ſupra corporale mundiſſimum intra cuſtodiam ſervetur, in cujus conſpectu lampas perpetuò ardeat. Sanctorum reliquias debito honore aſſervet; ſingulis annis ſanctum oleum renovet, curetque, ut clavibus claudantur hæ cuſtodiæ, in quibus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Sanctorum reliquiæ, & ſanctum oleum aſſervantur.

Sacrarium, in quo manus lavant celebraturi, efficiat, ut mundum ſit, & in eo pura aqua immiſceatur, cum puris manutergiis, quibus ad tergendum manus, & os tantùm ibi pura, & alba aſſervanda ſunt. Miniſtri verò, qui celebranti deſerviunt, & celebrantes ipſi moneantur; ne illis pannis lineis ad alium uſum, quàm ad ſacrum utantur.

Sacriſta librum conficiat, in quo oblatas eleemoſynas, & alia omnia, quæ ſecundùm Conſtitutiones, vel alio quovis modo Sacriſtiæ applicata fuerunt, ſcribat, & ex oblatis neceſſaria, & utilia Sacriſtiæ emat, quæ ſupererint, Abbati conſignet pro publica Monaſterii utilitate; ſingulis verò annis dati, & accepti rationem reddat.

Pro Sacrificio purum, & bonum apponatur Vinum.

Tempore Viſitationis curet, à Viſitatore habere nomina Monachorum illo anno defunctorum; ut in indicem eos referre valeat.

Quæ Sacriſtia pro defunctis ſæcularibus in Eccleſiam illatis debentur, modeſtè petat Sacriſta, & accipiat; ne diſſenſio ob hoc oriatur, & in petendo, nimis cupidus videatur, & ſcandalum laicis præbeat.

Det operam Abbas; ut miſſalia nuper edita ſecundùm Romanæ Eccleſiæ uſum emantur.

Sacriſta vaſa omnia ſacra munda, ſacraſque veſtes nitidas, & alia Eccleſiæ, & Altarium paramenta expolita habeat, diſciſſaque reſarciat. Altaria verò iis ornet paramentis, quæ tempori conveniunt.

In Sacriſtia ſacra tantùm aſſerventur res, & ad ſacrum uſum pertinentes; prophana omnia ab illa arceantur; ne cum ſacris miſceantur, neque ibi reponantur.

Cùm Eccleſiæ fores patent, & divinum officium in Choro non recitatur; non permittat Monachos per Eccleſiam vagari, nec in illa ſtare; niſi orent, illoſque loqui prohibeat, neque è ſuo oſtio intra Monaſterium aliquem ingredi ſinat; niſi eſſet perſona digna, & alicujus eminentis qualitatis, & ſtatus.

Cortinæ, aliaque paramenta ad uſum, & ornatum Eccleſiæ deputata, neque intra, neque extra Monaſterium pro alio uſu deſerviant; ſed pro ornatu, & uſu tantùm Eccleſiæ, & Sacriſtiæ reſerventur, neque pro aliis Eccleſiis ornandis accommodari poſſint; etiam ſi ſecus quivis Superior Congregationis juſſerit.

Curet Sacriſta, ut Pauperes eleemoſynam petentes per Eccleſiam non vagentur; ſed in portis ſtent.

Sacriſtæ munus durabit ad libitum Generalis, vel Abbatis Monaſterii, cavetur tamen, ne per biennium officii abſolutionem petere quis Sacriſta poſſit, prædicta omnia obſervet Sacriſta, eaque Abbas ſub pœnis ſuo arbitrio infligendis, obſervari faciat; ne ipſe negligens reperiatur.

CAPUT XXXXVIII.

De opere manuum quotidiano.

OTioſitas inimica eſt animæ. Et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. Ideoque hac diſpoſitione credimus utraque tempora ordinari. Id eſt, ut à Paſcha uſque ad Calendas Octobris manè exeuntes à prima, uſque ad horam penè quartam laborent, quod neceſſarium fuerit. Ab hora autem quarta, uſque ad horam quaſi ſextam lectioni vacent; poſt ſextam autem ſurgentes à menſa, pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio, aut fortè qui voluerit ſibi legere, ſic legat; ut alium non inquietet. Agatur nona temporius mediante octava hora; & iterum quod faciendum eſt, operentur uſque ad veſperam. Si autem neceſſitas loci, aut paupertas exegerit; ut ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur. Quia tunc verè Monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum vivunt; ſicut & Patres noſtri, & Apoſtoli. Omnia tamen menſuratè fiant propter puſillanimes.

A Calendis autem Octobris uſque ad caput quadrageſimæ, uſque ad horam ſecundam plenam lectioni vacent; hora ſecunda agatur tertia, & uſque ad nonam omnes in opus ſuum laborent, quod eis injungitur. Facto autem primo ſigno horæ nonæ, disjungant ſe ab opere ſuo ſinguli, & ſint parati cùm ſecundum ſignum pulſaverit. Poſt refectionem autem vacent lectionibus ſuis, aut pſalmis.

In Quadrageſimæ verò diebus à mane uſque ad tertiam plenam lectioni vacent, & uſque ad decimam plenam operentur, quod eis injungitur. In quibus diebus Quadrageſimæ accipiant omnes ſingulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant, qui codices in capite quadrageſimæ dandi ſunt. Ante omnia ſanè deputentur unus, aut duo ſeniores, qui circumeant monaſterium horis, quibus vacant fratres lectioni, & videant; ne fortè inveniatur frater accidioſus, qui vacet otio, aut fabulis, & non ſit intentus lectioni, & non ſolum ſibi inutilis ſit, ſed etiam alios extollat. Hic talis, ſi (quod abſit) repertus fuerit, corripiatur ſemel, & ſecundò, ſi non emendaverit; correptioni regulari ſubjaceat taliter; ut cæteri metum habeant. Neque frater ad fratrem jungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes, exceptis his, qui variis officiis deputati ſunt. Si quis verò ita negligens, & deſidioſus fuerit, ut non velit, aut non poſſit meditari, aut legere, injungatur ei opus, quod faciat; ut non vacet. Fratribus infirmis, aut delicatis talis opera, aut ars injungatur, ut nec otioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur; ut effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt.

Studentes immunes ſint ab hujuſmodi exercitiis, quibus tantùm adſcripti ſint ii, qui ſtudiis operam dare noluerunt. Si ſecus Abbatis incuria ſactum fuerit; pro prima vice à Viſitatoribus, & Generali in acta Viſitationis corripiatur; ſecunda per ſex menſes ab officio ſuſpendatur, tertia verò privetur.

Ii verò, qui ſtudiorum curſum peregerant, hujuſmodi exercitiis non ſint obligati, ſed interſint tantùm in confectione panis. Exercitiorum verò loco erunt lectiones, meditationes, & ſacrarum ſcipturarum ſtudia. In Exercitiis faciendis, ſi quis ſolus, aut cum aliis

ea

ea faciet, aliquid ſpirituale dicat, ſubmiſſa ſaltem voce, ſi non poterit clara.

CAPUT XXXXIX.

De Quadrageſimæ obſervatione.

LIcèt omni tempore vita monachi Quadrageſimæ debeat obſervationem habere, tamen qoia paucorum eſt iſta virtus; Ideo ſuademus iſtis diebus Quadrageſimæ, omni puritate vitam ſuam cuſtodire, omoes pariter negligentias aliorum temporum.his diebus ſaoctis diluere. Quod tunc dignè fit; ſi ab omnibus vitiis nos temperemus; orationi cum fletibus, lectioni, & compuoctioni cordis, atque abſtioentiæ operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſervitutis ooſtræ; orationes peculiares, ciborum, & potus abſtinentiam, & unuſqoiſque ſuper menſuram ſibi ind.ctam, aliquid propria voluotate cum gaudio ſancti Spiritus offerat Deo. Id eſt ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum ſpiritualis deſiderii gaudio ſanctum Paſcha expectet. Hoc ipſum tamen, quod uousquiſque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cum ejus fiat oratione, & voluntate. Quia quod ſine permiſſione patris ſpiritualis fit; præſumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia ageoda ſunt.

Det operam Abbat, ut hoc tempore ipſe, ac ſui omnes perſteut, ac invigilent magis in orationibus, jejuniis, & bonis operibus, ſæcularium ingreſſus vitando, nec exeundi è Monaſterio licentia detur, niſi id neceſſitas expoſcat, nihilque penitus his diebus de obſervantia Regulæ remittat Abbas, qui ſecus fecerit, acriter corripiatur.

CAPUT L.

De Fratribus, qui longe ab Oratorio laborant, aut in via ſunt.

FRatres, qui omnino longè ſunt io labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita eſt; agant ibidem opus Dei, ubi operaotur cum tremore divino, flectentes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt; non eos prætereant horæ conſtitutæ; ſed (ut poſſuot) agant ſibi, & ſervitutis penſum non oegligant reddere.

Nequeat Monachus aliquò proficiſci abſque Generalis, & Viſitatorum in actu viſitationis diſpoſitione; niſi aliquis Monachus neceſſitate coactus fuerit, petere aliquod Monaſterium infra limitem ſuæ Provinciæ. Huic enim Viſitator illius Provinciæ, vel Abbas illius Monaſterii (urgenti neceſſitate cognita) licentiam illi concedere valeant. Secus autem ſi extra Provinciam ſit iturus: quia tunc ab Abbate Generali licentiam obtinebit. Abbas verò, & Viſitator non pro eorum arbitratu huc, atque illuc proficiſcantur, ſed ex aliqua urgenti, & rationabili cauſa pro Monaſterii, & Congregationis utiliate, quam cauſam Abbas omnino exponat Senioribus ſui Monaſterii.

CAPUT LI.

De Fratribus, qui non ſatis longe proficiſcuntur.

FRatres, qui pro quovis reſponſo proficiſcuntur, & ea die ſperaot reverti ad monaſterium, noo præſumant foris manducare; etiam ſi à quovis rogentur; niſi fortè eis ab Abbate ſuo præcipiatur. Quòd ſi aliter fecerint, excommunicentur.

Nullus Prælatus, aut Superior feſtis diebus (niſi neceſſitas urgeat) ſinat Monachos ad Urbem accedere, & carniſprivii, aut alio tempore nunquam permittat ſuos, publicis ſpectaculis adeſſe. Si quis autem iis interfuerit, bis in pane, & aqua jejunet. Abbas verò qui ad dicta ſpectacula viſenda, Monachum exire ullo tempore permiſerit, duplici afficiatur pœna ab Abbate Generali, & Viſitatoribus.

Monachi de Monaſterio ad Monaſterium migrantes, dum in itinere fuerint, in Urbibus, & locis ubi Monaſteria Congregationis fuerint, extra Monaſterium apud Parentes, aut alibi non pernoctent.

Qui abſque litteris ſui Prælati ſigillo munitis, ex quibus conſtet de licentia, ſeu mandato Abbatis Generalis ſeu Vicarii Generalis, vel viſitatorum in actu viſitationis, aliquod Monaſterium adierit, etiam ſi verbis aſſerat ſe hujuſmodi licentiam habere: recipiatur in Monaſterio, ſed in carceribus detineatur, donec Superiori illius denuncietur, pro veritate eruenda.

In dandis licentiis Monachis, ut poſſint ad Urbem, aut aliò accedere, hac diſcretione utatur Abbas, ut ex Monachis ſemper tres partes in Monaſterio remaneant, non ſemper iiſdem licentiam exeundi detur, ſed modo his, modo illis. Socium præterea adjungat, non eum, quem egrediens poſtulaverit, aut ſecum ducere aliàs ſolitus ſit, ſed quem ipſe Abbas judicabit, ut juveni ſenex, & ſeni juvenis jungatur.

Dum per Civitates equitant, utantur equis, & mulis non multi, ſed mediocris pretii, & decenter ornatis.

Caput LII.

De Oratorio Monaſterii.

ORatorium hoc ſit, quod dicitur; nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei, omnes cum ſummo ſilentio exeant, & agatur reverentia Deo, ut frater, qui fortè ſibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed ſi aliter vult ſibi fortè ſecretus orare, ſimpliciter intret, & oret, non in clamoſa voce, ſed in lachrymis, & intentione cordis. Ergo qui ſimile opus non facit, non permittatur expleto opere Dei remorari in oratorio (ſicut dictum eſt) ne alius impedimentum patiatur.

In Eccleſia negocia non peragantur, non deambuletur, neque uſitati, congreſſus habeantur.

Ante, & poſt quamlibet horam canonicam aliqua morula fiat, per octavam horæ partem, poſtquam omnes Monachi convenerint, in qua, ſi erit in principio horæ canonicæ, omnes genuflexi aliqua brevi oratione à Deo petent diſpoſitionem, benè ipſum, & ſincerè laudandi, tum ad ipſorum, tum etiam ad totius Eccleſiæ Sanctæ utilitatem. In fine verò illius horæ canonicæ, genuflexi quoque, petant veniam de negligentia commiſſa in laudibus perſolvendis, Morula hæc incipiat, & finiat dato ſigno per Abbatem, ſeu alium Superiorem, neque aliquis ſurgat, niſi accepto ſigno. Idem ſervent ii, qui in Chorum tardè veniunt. Quando in Chorum ventum eſt, unuſquiſque genuflectat, & genuflexus maneat, donec ſignum à Superiore datum fuerit, ſurgendi, & horam canonicam incipiendi. Quæ Abbas ſub gravibus pœnis obſervet, & obſervari faciat.

Caput LIII.

De hoſpitibus ſuſcipiendis.

OMnes ſupervenientes hoſpites, tanquàm Chriſtus, ſuſcipiantur: quia ipſe dicturus eſt. Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domeſticis fidei, & peregrinis. Ut ergo nunciatus fuerit hoſpes, occurratur ei à Priore, vel à Fratribus cum omni officio charitatis, & primitus orent pariter, & ſic ſibi ſocientur in pace, quod pacis oſculum non prius offeratur, niſi oratione præmiſſa, propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus, ſive diſcedentibus hoſpitibus, inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terra, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur. Suſcepti autem hoſpites ducantur ad orationem, & poſtea ſedeat cum eis Prior, aut is, cui juſſerit ipſe. Legatur coram hoſpite lex divina; ut ædificetur, & poſt hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Jejunium à Priore frangatur propter hoſpitem; niſi fortè præcipuus ſit dies jejunii, quod non poſſit violari. Fratres autem conſuetudines jejuniorum proſequantur. Aquam in manibus Abbas hoſpitibus det; pedes hoſpitibus omnibus tam Abbas, quàm cuncta congregatio lavet, quibus lotis, hunc verſum dicant: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum autem, & peregrinorum maximè ſuſceptio omni cura ſollicitè exhibeatur: quia in ipſis Chriſtus magis ſuſcipitur. Nam divitum terror ipſe ſibi exigit honorem.

Coquina Abbatis, & hoſpitum per ſe ſit, ut in certis horis ſupervenientes hoſpites, qui nunquam deſunt monaſterio, non inquietent fratres, in quam coquinam ingrediantur duo fratres ad annum, qui ipſum officium benè impleant. Quibus (ut indigent) ſolatia adminiſtrentur; ut abſque murmuratione ſerviant. Et iterum, quando occupationem minorem habent; exeant, ubi eis imperatur in opera. Et non ſolùm in ipſis, ſed & in omnibus officiis monaſterii iſta ſit conſideratio; ut quando indigent, ſolatia accommodentur eis, & iterum, quando vacant, obediant imperanti. Item & cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater, cujus animam timor Dei poſſideat; ubi ſint lecti ſtrati ſufficienter, & domus Dei à ſapientibus ſapienter adminiſtretur. Hoſpitibus autem, cui non præcipitur; nullatenus ſocietur, neque colloquatur. Sed ſi obviaverit, aut viderit, ſalutatis humiliter (ut dictum eſt) & petita benedictione pertranſeat, dicens, ſibi non licere colloqui cum hoſpite.

Abbas quolibet ineunte anno præfectum hoſpitii creet Sacerdotem, Deum timentem, matura ætate, & diſcretione, litteris, gravitate, & bonis moribus præditum, cui, præter ordinarium Hebdomadarium, duo Clerici, ſive duo oblati, vel converſi aſſignentur, qui per Abbatem acriter puniantur ſi Præfecto non obedierint.

Præfecto per inventarium cubicula, lecti, tam ſecundùm Regulam pro profeſſis, quàm ſecundùm communem uſum pro aliis hoſpitibus, linteamina, operimenta, mappæ, mantilia, gladioli, cyathi, phialæ, & cætera omnia ad hoſpitii neceſſarium uſum pertinentia conſignentur, quæ nitida, & munda, ac lota à Præfecto, & Sociis cuſtodiantur. Detque operam Abbas, ut foreſtaria omnibus prorſus

ſup-

pellectilibus ad illius commodum, & decentem uſum neceſſariis ſit inſtructa, neque inde ad alium quemvis uſum extrahi poſſint. Si id permiſerit Præfectus, publice corripiatur, & pœnis afficiatur.

Quo tempore Præfectus hoſpitii creatur, eodem etiam ab Abbate creentur Sacerdotes, qui Præfecti qualitatibus ornati, hoſpites excipiant, & comitentur, iiſque Monaſterium oſtendant, ſi illud inviſere cupiunt, his exceptis electis Sacerdotibus, reliquis Monachis, etiam ſi hoſpitum conſanguinei, & affines ſint, omnino prohibetur cum hoſpitibus congreſſum, & conſuetudinem habere ſine Abbatis licentia.

Hoſpitibus, qui ſunt Congregationis profeſſi, iidem ferè cibi apponantur, qui cæteris Monachis appoſiti fuerunt, ſæcularibus verò de aliis paulò lautioribus apponi poterunt.

Hoſpites Monachi poſt ſecundum diem, ſi negotiis præpediti non fuerint, horis diurnis, & nocturnis in Choro adeſſe teneantur, ac diebus feſtis omnino adſint, ſub obedientia Monaſterii Abbatis degentes, ac omnia explentes æquè, ac ſi illius Monaſterii conventuales eſſent, ac ſecum quilibet litteras commendatitias habeat; niſi fuerit Abbas.

Monachis omnibus hoſpitibus primo ſero à Præfecto, vel ab ejus ſociis pedes abluantur.

Mandatum omnibus in locis (ad minus) feria quinta in cœna Domini ſervetur; ſi autem Superioribus videbitur, illud pluries fieri, eorum arbitrio relinquitur.

Nemo, etiam ſi Abbas Generalis exiſtat, ſub quovis prætextu, & quæſito colore, poſſit ad cohabitandum in Monaſterio aliquem Eccleſiaſticum (cujusvis gradus dignitatis, & præeminentiæ, vel ſæcularem cujus vis eximii gradus, & ſtatus,) admittere abſque expreſſo in ſcriptis Capituli Generalis, vel Banchetti conſenſu ſub pœna excommunicationis, & privationis officii ipſo facto incurrenda.

Ad hoſpitum ſæculares perſonæ per tres dies, Eccleſiaſtica per Hebdomodam, Supremi verò proceres per decem dies, vel Parentes, ac conſanguinei Monachorum, ſi Abbati tamen, ac Senioribus id permittere videbitur. Mulieres nunquam (inviolabiliter ſervata Bulla Pii V. ſuper hoc edita) in Monaſterium ab Abbate admittantur. Conſuetudines, & familiaritates Sæcularium cum ſuis Monachis prohibeat Abbas omnino, tam intra, quàm extra monaſterium. Quæ omnia ſupradicta Abbas obſervet, & obſervari faciat à ſuis Monachis ſub pœnis ſalutaribus ſuo arbitrio, ne ipſe negligens reperiatur.

CAPUT LIV.

Si debeat Monachus litteras, vel eulogia ſuſcipere.

Nullatenus liceat monacho, nec à parentibus ſuis, nec à quoquam hominum, nec ſibi invicem litteras, aut eulogia, vel quælibet munuſcula accipere, aut dare ſine præcepto Abbatis ſui. Quod ſi etiam à parentibus ſuis ei quicquam directum fuerit, non præſumat ſuſcipere illud, niſi priùs indicatum fuerit Abbati. Quod ſi juſſerit ſuſcipi, in Abbatis ſit poteſtate, cui illud jubeat dari, & non contriſtetur frater, cui fortè directum fuerit, ut non detur occaſio Diabolo. Qui autem aliter præſumpſerit, diſciplinæ regulari ſubjaceat.

Nullus Monachus (cujuſvis gradus, & præeminentiæ) litteras commendatitias à nemine, etiam à ſupremis Principibus, & Prælatis, pro aliqua dignitate, aut aliquo munere acquirendo, aut pro aliqua impetranda gratia in Congregatione per ſe, aut per alium procuret, ſub privationis, & inhabilitationis pœna.

Nemo ex Monaſterii Profeſſis poſſit ſcribere aut litteras accipere, abſque licentia Abbatis, cui oſtendendæ erunt tam eæ, quas Monachus ſcribit, quàm illæ, quæ ipſi ſcribuntur, quas aperire nequeat; ſed eas omnino Abbas aperiat, ſub privatione vocis activæ, & paſſivæ per annum.

Cuilibet tamen conceditur, ut poſſit (quando ſibi benè videbitur) ſcribere Abbati Generali, Viſitatori ſuæ Provinciæ, ac Illuſtriſſimo Protectori, quæ litteræ Abbati minimè oſtendendæ erunt, neque poſſit ipſe Abbas aperire litteras, ab Abbate Generali, Viſitatore Provinciæ, aut ab Illuſtriſſimo Protectore Monachis ſcriptas, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum.

Nemo (cujuſcunque ſit gradus) alterius litteras intercipere, aut aperire audeat ſub jejunii in pane, & aqua coram omnibus pœna, & ſuſpenſionis ab officio, & voce activa, & paſſiva per annum.

Nemo in obſignandis litteris, proprio utatur ſigillo; ſed Monaſterii.

Ne quis à quoquam ejuſdem etiam Congregationis munera (quantumvis minima) accipiat abſque licentia Superioris. Superiores verò, etiam ſi Abbas Generalis ſit, nihil inter ſe accipiant, aliquid tamen eſculenti, vel res devota trium (ad ſummum) aureorum ſummam non excedens, poterit ab his accipi, & præberi.

Patronis, & amicis Monaſterii, aut Congregationis aliquid eſculenti parvi valoris poterit dari, non privato, ſed totius Congregationis, aut Monaſterii nomine, ac iiſdem in ſignum amoris, ob acceptum beneficium, poterit etiam donari pro devotione quævis alia res parvi valoris.

Caput LV.

De veſtimentis, vel calciamentis Fratrum.

VEſtimenta fratribus ſecundum locorum qualitatem, ubi habitant, vel aerum temperiem dentur: quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis verò minus. Hæc ergo conſideratio penès Abbatem ſit. Nos tamen mediocribus locis ſufficere credimus monachis per ſingulos cucullam, & tunicam, cucullam in hyeme villoſam, in æſtate puram, aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera; indumenta pedum, pedules, & caligas. De quarum rerum omnium colore, aut groſſitudine non cauſentur monachi; ſed quales inveniri poſſunt in provincia, in qua habitant, aut quod vilius comparari poteſt. Abbas autem de menſura provideat, ut non ſint curta ipſa veſtimenta utentibus eis, ſed menſurata. Accipientes nova, vetera ſemper reddant in præſenti, deponenda in veſtiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lavare ipſas res. Jam quod ſuperfuerit, ſuperfluum eſt, & amputari debet. Et pedules, & quodcumque eſt vetuſtum, reddant cùm accipiunt novum. Femoralia hi, qui in via diriguntur, de veſtiario accipiant, qui revertentes, lota ibi reſtituant; Et cucullæ, & tunicæ ſint aliquando his, quas habere ſoliti ſunt, meliores, quas exenntes in viam accipiant de veſtiario, & revertentes reſtituant.

Stramenta autem lectorum ſufficiant; matta, ſagum, læva, & capitale. Qui tamen lecti frequenter ab Abbate ſcrutandi ſunt propter opus peculiare, ne inveniatur, & ſi cui inventum fuerit, quod ab Abbate non acceperit, graviſſimæ diſciplinæ ſubjaceat. Et ut hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia, quæ ſunt neceſſaria. Id eſt, cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulæ, ut omnis auferatur neceſſitatis excuſatio. A quo tamen Abbate ſemper conſideretur illa ſententia actuum Apoſtolorum, quod dabatur ſingulis, prout cuique opus erat. Ita ergo & Abbas conſideret infirmitates indigentium; non malam voluntatem invidentium. In omnibus tamen judiciis ſuis Dei retributionem cogitet.

In unoquoque Monaſterio ab Abbate conſtituatur locus pro veſtiaria, cui Monachus Sacerdos idoneus præficiatur, eique ſocius Converſus, vel Oblatus detur, qui de veſtibus tum novis, tum vetuſtis curam habeant. Hyeme cuilibet Monacho, Converſo, & Oblato pallium detur, quod poſtea veſtiario lotum, ac nitidum ab unoquoque reddatur, expleto frigoris tempore.

Veteres omnes veſtes, cùm nova accipiuntur, reddantur Veſtiario, quæ pro uſu Monaſterii, aut pro pauperibus, & Oblatis veſtiendis aſſerventur, ac diligenter etiam reſarciantur à Veſtiario, & illius ſocio. Eo anno, quo quis Cucullam ob indigentiam accipit, tunicam, ſeu tunicellas nullo modo poſtulare, aut accipere poſſit, at ſi tunica, vel tunicellis indigebit, poterit ei Cuculla relinqui. Sic etiam obſervetur in palliis novis tradendis pro Converſis, & Oblatis. Quolibet anno poſt feſtum omnium Sanctorum veſtes aſſignentur cuilibet, hoc ſervato Ordine, quod ſi hoc anno quis acceperit tunicam; altero accipiat tunicellas, & è contra.

Si quis ante feſtum omnium Sanctorum à Monaſterio amoveretur, in illo Monaſterio, ad quod proficiſcitur, accipiet veſtes neceſſarias, & eo anno debitas; ſi poſt dictum feſtum diſceſſerit, accipiat ab illo Monaſterio, à quo diſcedit.

Linei verò pediles, lanea capilina, linea manutergia, ac ſudariola, ejuſque generis neceſſaria unicuique ab Abbate ſingulis annis aſſignentur.

Cùm primùm quis profeſſione emiſſa ab aliquo Monaſterio ad aliud profecturus eſt, femoralia, ſcapulare novum, coturnos, Pileum, caligas, ſoleas, chirothecas, calcaria, ſacculum unum, quo res ſuas commodè vehere poſſit, accipiat, eique à Veſtiaria commodetur palliolum, quod poſtea per famulum, qui eum in itinere comitatus fuerit, remittat omnino Veſtiario, cùm ad Monaſterium pervenerit. Illis verò, qui pluries de uno in aliud Monaſterium amoti fuerunt, dentur tantùm ſcapulare, ſolea, Caliga, femoralia, & alia etiam, ſi iis indiguerint. Si quis infra annum amotus fuerit, & ſcapulare novum habuerit Capituli tempore, illi alterum non detur. Hujuſmodi verò veſtes pro itinere aſſerventur omni cura, & diligentia penès Veſtiarium ad uſum tantùm illius Monachi, cujus ſunt, qui unicuique ſua reddet, quando opus erit, quod equitet.

Prædicta tamen veſtes, tam lineæ, quam laneæ dentur, quando cujuslibet neceſſitas poſtulaverit.

Dum quis aliquod veſtimentum novum à Superiore accipit, vetus in manu habens, DEO benedicat, cujus benedictionis hæc erit forma. Benedictus DEUS in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Abbas reſpondeat. Amen.

Itineranti affluenter pecunia pro viatico tribuatur, qui poſtquam ad Monaſterium pervenerit, Abbati ſuo accepti, & expenſi rationem red-

reddat, & ſi ex attributa pecunia aliquid ſuperit; Abbati, à quo illam accepit, mox perſolvendum curet.

Pro veſtibus conſuendis nullo pacto pecuniam Monacho, aut Oblato eroget Abbas; ſed veſtes omnes confuſas illis, quando danda erunt, conſignet. Nemo inter ſe veſtes, aut vendat, aut commutet ſub gravi pœna Abbas verò ſi negligens in hoc erit, ab Abbate Generali, & Viſitatoribus in actu viſitationis arguetur.

In Monachorum, & Oblatorum veſtibus, quò ad illarum ſpiſſas plicas, & ſcapularium magnitudines ſuperflue tollantur, in quibus nihil ſericum, aut pretioſum apponatur. Palliolum etiam (quod nunc tabarrum, aut ferraiolum dicitur) quo Monachi utuntur in itinere, ſine manicis ſit, neque iis fibula aurea, aut argentea apponatur; ſed ad antiquam conſuetudinem omnes Monachorum veſtes reducantur; ut in illis decentia, & quadam Monachalis obſervantia reluceat.

Novitius profeſſionem emiſſurus, Cucullam accipiat ab illo Monaſterio, in quo habitum ſuſcepit; ſi in alio Monaſterio profiteretur. Unuſquiſque verò Monachus ſuam habeat Cucullam, & non habenti, tantùm retineatur ex aliis veſtimentis, quæ eo anno illi debentur, quantum ſufficiat ad Cucullam conficiendam, idque Abbas omnino curet.

Abbas, & Vicarius penès ſe habeant clavem, qua Monachorum cellulæ aperiri poſſint, quas frequenter viſitent, & ſi quid ex ſupellectilibus ſuperfluum, aut prohibitum invenerint; omnino auferant, & poſſidentibus punitis, ſuperfluum applicent (ut dictum eſt) Infirmaria, & foreſtaria.

In ſe, & in omnibus ſuis veſtiendis Abbas utatur pannis illius qualitatis, quæ in hoc Capitulo deſcribitur.

Curet Abbas, ne cui lectus deſit, qui ex ſimplici lectica, paleario, duobus laneis tegumentis, duobus pulvillis, cum honeſta ſuperficie conſtet, juxta antiquum morem Congregationis.

Decedentium Monachorum veſtes alio Monaſterio non applicentur, nec vendantur; ſed in veſtiaria reponantur ad eundem uſum Monachorum; ei verò qui ſedulò defuncto inſervierit, arbitrio Abbatis aliquid de bonis defuncti tribuatur.

Si quis in manus piraterum, aut latronum deveniret, ſtatim redimatur cum quavis magna jactura ab Abbate illo, qui primus reſcierit, quo in loco, & à quibus capitivus detineatur, cui Abbati ex publico totius Congregationis (ſecundùm viſitationum taxam) id omne perſolvatur, quod ipſe in Capitulo redimendo erogaverit. Prælatus ab iiſdem captus, ſui Monaſterii impenſis, at ſi ſolvendo non erit, Abbas Generalis conſulatur, qui aliquid à publico tribuendum curet. Viſitator, ſi in viſitando, detentus fuerit, Provinciæ ſibi ad viſitandum aſſignatæ. Si verò Romam, aut aliò pro publica totius Congregationis utilitate proficiſcens capiatur, publica Congregationis pecunia quàmprimum redimatur. Si Viſitatori, dùm viſitat, equus deficiat; à Provincia viſitata, ſi ob publicam utilitatem equitet publica pecunia equi pretium Monaſterio perſolvatur.

Hæc omnia obſerventur ab omnibus, etiam ab ipſo Abbate Generali.

Caput LVI.

De Menſa Abbatis.

MEnſa Abbatis cum hoſpitibus, & peregrinis ſit ſemper. Quotiens tamen minus ſunt hoſpites, quos vult de fratribus vocare, in ipſius ſit poteſtate. Seniorum unum tamen, aut duos ſemper cum fratribus dimittendos procuret, propter diſciplinam.

Abbas ſemper comedat cum aliis Monachis; eique apponantur iidem cibi, qui apponuntur & reliquis, nullumque diſcrimen ſit inter ipſum, & reliquos Monachos, neque aliquem habeat è Monachis, ſeu ex offertis, & commiſſis, qui ipſi privatim in menſa deſerviat, aut potum præbeat, ſi ſecus fecerit, regulari ſubjaceat correctioni, cui obſervantiæ omnes (cujuscumque gradus ſint) etiam Abbas Generalis, obſtricti cenſeantur, niſi ipſe tantùm Abbas Generalis legitima cauſa præditus fuerit.

Si alicui hoſpiti ob illius dignitatem, & qualitatem obſequium præſtandum erit; ipſe Abbas, aut aliquis ex Senioribus ex ipſius Abbatis licentia, cum hoſpite poterit comedere.

Hoſpitibus paulò lautiores cibi apponantur, qui modum, & menſuram non excedant.

Nemo ex Monachis ſine licentia Abbatis aliquem ad prandium, aut cœnam invitet; ſi ſecus factum fuerit; invitatus quidam ob urbanitatem recipiendus erit; ſed invitans in pane, & aqua jejunet.

Caput LVII.

De artificibus Monaſterii.

ARtifices, ſi ſunt in Monaſterio, cum omni humilitate, & reverentia faciant ipſas artes; ſi tamen juſſerit Abbas. Quod ſi aliquis ex eis extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eo quod videatur aliquid conferre Monaſterio; hic talis evellatur ab ipſa arte, & denuò per eam non tranſeat; niſi fortè humiliato ei iterum Abbas jubeat. Si quid verò ex operibus artificum venundandum eſt, videant ipſi per quorum manus tranſigenda ſunt; ne aliquam fraudem præſumant inferre. Memorentur Ananiæ, & Saphiræ; ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc iſti, vel om-

nes, qui aliquam fraudem de rebus Monaſterii fecerint in anima patiantur. Io ipſis autem preciis non ſorrepat avaritiæ malum; ſed ſemper aliqoantulum vilius detur, quàm ab aliis ſæcularibus datur; ut In omnibus glorificetur Deus.

Alchimia ars omnino prohibetur. Si alicujus Monachi opus aliquod imprimendum fuerit; illud examinandum curet Abbas Monaſterii, & poſtmodum per examinatores ad hoc Idoneos deputandos ab Abbate Generali, qui habita ipſorum in ſcriptis fide, ſe diligenter opus examinaſſe, & eorum judicio meritò, & cum laude Congregationis edi poſſe, imprimendi licentiam dabit; cùm nihil omnino abſque Abbatis Generalis licentia imprimendum ſit.

Caput LVIII.

De Diſciplina ſuſcipiendorum fratrum.

NOviter veniat ſi quis ad converſionem, oon ei facilis tribuatur ingreſſus. Sed ſicut ait Apoſtolus, probentur ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Ergo ſi veniens perſeveraverit pulſans, & illatas ſibi injurias, & difficultatem ingreſſus, poſt quatuor, aut quinque dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ, annuatur ei ingreſſus, & ſit in cella hoſpitum paucis diebus. Poſtea autem ſit in cella novitiorum, ubi meditetur, & manducet, & dormiat. Et ſeoior ei talis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas, qui ſuper eum omnino curiosè intendat, & ſollicitus ſit, ſi vere Deum quærit, & ſi ſollicitus eſt ad opus Dei, ad opprobria. Prædicentur ei dura, & aſpera, per quæ itur ad Deum, & ſi promiſerit de ſtabilitatis ſuæ perſeverantia, poſt duorum menſium circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei: Ecce lex, ſub qua militare vis, ſi potes obſervare, ingredere, ſi verò non potes, liber diſcede. Si adhuc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam cellam novitiotum, & iterum probetur in omni patientia. Et poſt ſex menſium circulum relegatur ei regula, ut ſciat, ad quid ingreditur. Et ſi adhuc ſtat, poſt quatuor menſes iterum relegatur ei eadem regula. Et ſi habita ſecum liberatione promiſerit ſe omoia cuſtodire, & cuncta ſibi imperata ſervare, tuoc ſuſcipiatur in Congregatione, ſciens ſe ſub lege regulæ conſtitutum, quòd ei ex illa die non liceat egredi de Monaſterio, nec collum excutere de ſub jugo regulæ, quam ſub tam moroſa deliberatione licuit recuſare, aut ſuſcipere.

Suſceptus autem in Oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & converſione morum ſuorum, & obedientia coram Deo, & Sanctis ejus, ut ſi aliquando aliter fecerit, ab eo ſe damnandum ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt, & Abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aut certè ſi non ſcit litteras, alter ab eo rogatus ſcribat, & ille novitius ſignum faciat, & manu ſua eam ſuper altare ponat. Quam cùm poſuerit, incipiat ipſe novitius mox hunc verſum: Suſcipe me Domine ſecundùm eloquium tuum, & vivam, & noo confundas me ab expectatiooe mea. Quem verſum omnis Congregatio tertiò reſpondeat, adjungentes Gloria Patri. Tunc ipſe frater novitius proſternatur ſingulorum pedibus, ut orent pro eo, & jam ex illa hora in Congregatione reputetur. Res ſi quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta ſolemniter donatione, conſerat Monaſterio, nihil ſibi reſervans ex omnibus, quippe qui ex illo die, nec proprii Corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat. Mox ergo in Oratorio exuatur rebus propriis, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus Monaſterii. Illa autem veſtimenta, quibus exutus eſt, reponantur In veſtiario conſervanda, ut ſi aliquando ſuadente Diabolo, conſenſerit, ut egrediatur de Monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus Monaſterii projiciatur. Illam tamen petitionem, quam deſuper altare Abbas tulit, oon recipiat, ſed in Monaſterio reſervetur.

Ut in ſtudii erectione dictum eſt, ſic etiam de novitiatus loco erigendo dicitur, jubetur enim, ut in unaquaque Congregationis Provincia unum vel duo Monaſteria magis apta, & idonea (ſi latitudo Provinciæ, & neceſſitas id poſtulaverit) eligantur, in quibus locus ædificetur pro Novitiis totius Provinciæ educandis, ac Novitiatus dicatur, qui unam tantùm Januam habeat, quæ clavi claudatur, & Magiſtro Novitiorum aſſignetur.

Recipiendi Novitii videndum in primis erit, ſi Spiritu Dei aguntur; ſi è legitimo matrimonio nati bonæ indolis ſunt, ſi quintodecimo ſuæ ætatis expleto anno ſextumdecimum attigerunt, ſi bene ante actam vitam tranſigerunt, & Grammaticam ſaltem didicerunt. Caveatur autem, ne recipiendi alicujus favore, & gratia recipiantur, niſi in iis prædictæ qualitates eluceſcant. Spurii, & incurabilibus morbis obnoxii, non admittantur, crimino ſi, facinoroſi, infames, ac malæ vitæ, qui ut ſæcularem juſtitiam vitent, ad Religionem, tanquam ad aſylum confugere audent, niſi certiſſima

tiſſima reſipiſcentiæ, contritionis, ac devotionis ſigna per longum tempus ediderint, arceantur. Qui Patris infame opus, & utiliſſimum exercentes habent, non accipiantur, niſi arctiori, quàm alii examine probentur, & in ipſis tot qualitates reperiantur, quot ſatis ſint ad Patris delendam maculam. Ab alia Religione ejecti, aut qui illam deſeruerunt, licet in ea per paucos dies egerint, non accipiantur.

Abbas, priusquam alicui habitum det, inquirat diligenter, an incipiendo prædictæ omnes reperiantur qualitates, recipiendum ipſum diligenter examinans, & ab aliis, qui eum noverunt perquirens de iſtis qualitatibus, quæ ut omnino adſint, nequis ſe excuſare valeat, unicuique recipiendo in primis aperiantur ab Abbate hæc omnia requiſita. At ſi quis hæc omnia ſe habere ſcienter, & dolosè affirmaverit, ac poſtea ex iis aliquam illi qualitatem deeſſe compertum fuerit, ſi erit antequàm Profeſſionem emittat, tanquam deluſor, è Monaſterio ejiciatur. Si poſt Profeſſionem, cùm ejici non poſſit, reddatur perpetuò inhabilis ad quæcumque munera Congregationis, ſecus ſi non ſcienter, & dolosè factum fuerit. Abbas verò, ſi negligens in perquirendo de iis omnibus qualitatibus convictus fuerit, officio privetur. Qui qualitates prædictas, & in textu ſanctæ Regulæ contentas, quæ omnino obſervandæ erunt, habuerit, admittatur. Tot Novitii, & oblati recipiantur, quot poſſunt ab unaquaque Provinciali, & in his recipiendis, ratio habeatur locorum omnium Provinciæ, in quibus aliquod extat Congregationis Monaſterium. Converſi poſt hac non admittantur, ſed tantùm Oblati, qui cùm habitum ſuſcipiunt, ſint ſani orpore, & mente; devotione, & ſpiritu ad eligionem ducantur. Infamia notati, & qui alè ante actam vitam traduxerunt, niſi aper- ſignis conſtiterit de illorum reſipiſcentia, & nitentia, & qui alterius Religionis (per entumvis parvum temporis ſpatium) fue- it, non recipiantur, qui Oblati omnibus onachis ſint obedientis, iisque aſſurgentes è , & è via cedentes, caput detegentes, nclinantes obſequium præſtent.

Religionem ingreſſuri, cum Abbate, aut o ex Senioribus ex Abbatis delectu, & Magiſtro tantùm Novitiorum loquantur, onſuetudinem habeant. Poſtquam à Capi- uerint recepti, tradantur Magiſtro, & oviciatum introducantur, cum nullo am- onſuetudinem habituri, atque ut iis om- per Monaſterium vagandi occaſio tolla- Magiſtro detur ab Abbate Commiſſus, blatus, qui illis inſerviat, & neceſſa- ferat.

Oblati autem, vel Commiſſi, qui ad m recipiuntur, cura Magiſtrorum, vel orum illicò tradantur.

Novitii, ſi ætatis ſupra viginti annos fuerint, ab Abbate cum Seniorum conſilio juſta de cauſa è Magiſtrorum cura extrahi poſſint, & Decanorum curæ tradi, dummodo ſint in ſacris ordinibus conſtituti, vel Profeſſi.

Novitiatus tempus quinquennium exactum duret, ac quinquennio durante, Novitii à diſciplina Magiſtri nullo modo ammoveantur.

Intra probationis tempus de verbo ad verbum totam doctrinam Chriſtianam, Prologum Regulæ 4. 5. 6. 7. 19. 20. 22. 33. 42. 49. 68. 71. 72. 73. Capita, & ſummatim reliqua contenta in Regula, tam benè diſcant, ut memoriter hæc omnia recitare ſciant, addiſcant præterea cantum firmum, & ea omnia, quæ ad Monachalem Profeſſionem ſpectant, nec ad Profeſſionem admittantur, niſi prius examinati ſint coram Abbate, & Senioribus, qui curabunt cautum, & prædicta omnia ab iis benè ſciri, & memoriter recitari. Benè inſtructi, & periti in his, & aliis, quæ ad Monachum nuper Profeſſum ſpectant, prævio examine idonei reperti, ad profeſſionem juxtà decretum ſacri Concilii Tridentini admittantur. Si verò, qui in examine idonei ſecundùm Regulam, & præſcriptam in Conſtitutionibus normam, inventi non fuerint, tempus ad ſex menſes (ad ſummum, ad annum prorogetur, ac ſi termino elapſo, ignari etiam reperti fuerint, tanquam inepti ad Monachalem diſciplinam, è Monaſterio ejiciantur, vel remaneant Oblati, ſi voluerint, & ſi Abbati, & Senioribus apti videbuntur. Si ſecus factum fuerit; Abbas Abbatiatu, Seniores quolibet munere, & voce activa, & paſſiva in unoquoque Congregationis negotio privati cenſeantur.

Nemo Novitiatum, aut Novitiorum cellas ingrediatur, niſi Viſitatores cum Abbate, & Magiſtro in actu viſitationis tantùm, aliis verò temporibus cum opus fuerit Abbas unà cum Magiſtro, & Senioribus.

Nemo etiam ex Monachis Novitium alloquatur, niſi in publico, & præſente Magiſtro. Novitii nunquam Monachorum cellulas ingrediantur. Cùm è Monaſterio exeunt recreationis cauſa, nullus ſæcularis inter ipſos admittatur.

Novitii, & Oblati ſtatim poſtquàm ſunt admiſſi, Confeſſionem generalem, ubi illis magis placuerit, faciant, ac ſacram Eucharistiam ſumant, dummodo voce, aut ſcriptis Abbati conſtet, ſe hoc feciſſe.

In admittendis Novitiis, non habeatur ratio ſuorum bonorum, ſed Profeſſio fiat libera (juxta Canones Sacros Concilii Tridentini) ſine reſervatione alicujus rei, ſed antequam quis ad Profeſſionem admittatur, ſit in ſua poteſtate liberè renunciandi, legandi, teſtandi, donandi ſua bona, cui voluerit. Unuſquiſque verò Monachus abſtineat ſub quovis prætextu,

textu, aut quæſito colore alicui perſuadere, ut aliquid Monaſterio relinquat, ſed id ſponte tantùm fiat.

Ingredientibus Religionem habitus, Breviarium, & reliqua neceſſaria ab Abbate tribuantur.

Convivia fieri ſolita in uniuscujusque Monachi Profeſſione, & Miſſis novis tollantur, ſed poterit aliquid amplius eo die in Refectorio parari.

Novitiis Præceptor idoneus (pro illorum captu) ab Abbatibus (quovis ſumptu) conducatur.

Novitii, Converſi, & Oblati ſacram Euchariſtiam bis in menſe ſumant, & in omnibus præcipuis ſollemnitatibus infra hebdomadam occurentibus, & octavo quoque die ſua peccata confiteantur. Tempore verò Quadrageſimæ, & Adventus ſingulis Dominicis diebus confiteantur, & ſumant.

Novitiis libri ſpirituales, veluti ex Dionyſio Carthuſiano opuſcula quædam, collationes Patrum, vitæ Sanctorum, Loyſii de Granata de oratione, & hujusmodi coemantur, qui in Novitiatu perpetuò aſſerventur, ad ipſorum uſum tantùm. Aſſueſcant hortatu Magiſtri vacare orationi, præſertim mentali; Quibus, ne tabeſcant, poterit concedi, quod animi cauſa poſſint per hortum ſpatiari, præter horas exercitii, & tempora non prohibita adſtante Magiſtro, cæteris Monachis remotis.

Novitiorum Magiſter ab Abbate Generali in Banchetto per vota ſecreta, & de conſenſu in primis Viſitatoris illius Provinciæ ex magis provectis, & idoneis eligendus erit, qui ætate gravis, bonis moribus in primis præditus ſit, & Profeſſionem quindecim ante annos in Religione emiſerit. Magiſtri Officium duret per quadriennium, quo elapſo, in eodem officio confirmari non poſſit à Banchetto, niſi Abbatis, & Seniorum Monaſterii adſit in ſcriptis fides de illius probitate. Magiſter ſi cum Dei timore, & debita in commiſſum ſibi Gregem vigilantia ſe in ſuo munere obeundo geſſerit, eo expleto, poſſit immediatè fieri Abbas, ſi id expediens uſum fuerit, etiam ſi reliqua munera non obierit, dummodo in ipſo ſint alia qualitates requiſitæ in Abbate.

Singula obſerventur ſub pœna in qualibet dictarum rerum in Abbate primò correctionis publicè, ſecundò ſuſpenſionis per tres menſes, in Magiſtro verò privationis officii; & vocis activæ, & paſſivæ per biennium, & ultra aliiſque pœnis pro delicti qualitate.

Caput LIX.

De Filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.

SI quis fortè de nobilibus offert filium ſuum Deo in Monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate eſt, parentes ejus faciant petitionem, quam ſupra diximus, cum oblatione ipſam petitionem, & manum pueri involvant in palla altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis, aut in præſenti petitione promittant ſub jurejurando, quia nunquam per ſe nunquam per ſuſpectam Perſonam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certè ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemoſynam Monaſterio pro mercede ſua, faciant ex rebus, quas dare volunt Monaſterio, donationem, reſervato ſibi (ſi ita voluerint) uſufructu. Atque ita omnia obſtruantur, ut nulla ſuſpicio remaneat puero per quam deceptus perire poſſit (quod abſit) quod experimento dicimus. Similiter autem & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habent, ſimpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus.

Non habet locum hodie hoc caput.

Caput LX.

De Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſterio habitare.

SI quis de ordine ſacerdotum in Monaſterio ſe ſuſcipit rogaverit, non quidem ei citius aſſentiatur. Tamen ſi omnino perſtiterit in hac ſupplicatione, ſciat ſe omnem regulæ diſciplinam ſervaturum, nec aliquid ei relaxabitur, ut ſit ſicut ſcriptum eſt. Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tamen poſt Abbatem ſtare, & benedicere, aut Miſſas tenere, ſi tamen juſſerit ei Abbas. Sin aliàs, nullatenus aliqua præſumat, ſciens ſe diſciplinæ regulari ſubditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Si fortè ordinationis, aut alicujus rei cauſa fuerit in Monaſterio, illum locum attendat, quando ingreſſus eſt Monaſterium, non illum, qui ei pro reverentia ſacerdotii conceſſus eſt. Clericorum autem ſi quis eodem deſiderio Monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri collocetur, & ipſe tamen ſi promittit de obſervatione regulæ, vel propria ſtabilitate.

Sacerdotes novitii, etiam ſi poſtremi venirent, ratione ordinationis ſacerdotalis ante, & poſt Profeſſionem reliquos novitios præcedant (juxta Regulam) tempore probationis abſque licentia Abbatis, & Magiſtri Miſſam celebrare non poſſint. Emiſſa Profeſſione (modo, quo ſtatutum eſt) per alium annum tantùm in novitiatu ſub diſciplina Decani retineantur.

De

Caput LXI.

De Monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur.

Si quis Monachus petegrinus de longinquis Provinciis ſupervenerit, ſi pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio, & contentus fuerit conſuetudine loci, quam inyenerit, & non fortè ſupetfluitate ſua perturber Monaſterium, ſed ſimpliciter content[illegible] eſt quod invenerit, ſuſcipiatur quanto tempore cupit. Si qua ſanè rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut oſtendit, tractet Abbas prudenter, ne fortè eum propter hoc ipſum Dominus direxerit. Si verò poſtea voluerit ſtabilitatem ſuam firmate, non renuatur talis voluntas, & maximè quia tempore hoſpitaliratis potuit ejus vita dignoſci. Quod ſi ſuperfluus, aut vitioſus inventus fuerit tempore hoſpitalitatis, non ſolùm non debet ſociari corpori Monaſterii, verùm etiam dicatur ei honeſte, ut diſcedat, ne ejus miſeria etiam alii vitientur. Quòd ſi non fuèrit talis qui mereatur projici, non ſolùm ſi petierit, ſuſcipiatur Congregationi ſociandns, verùm etiam ſuadeatur, ut ſtet; ut ejus exemplo alii erudiantur, & quia in omni loco uni Domino ſervitur, ubi regi militatur. Quem ſi etiam talem perſpexerit Abbas, liceat eum in ſuperiori aliquantulum conſtituere loco. Non ſolùm autem Monachum, ſed etiam de ſupradictis gradibus ſacerdotum, vel clericorum, ſtabilire poteſt Abbas in majori, quam ingreditur loco, ſi ejus talem proſpexerit eſſe vitam. Caveat autem Abbas, ne aliquando de alio noto Monaſterio Monachum ad habitandum ſuſcipiat, ſine conſenſu Abbatis ejus, aut litteris commendatitiis: qnia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, [a]lteri ne feceris.

Alterius Congregationis Regulares non [a]dmittantur.

Caput LXII.

De Sacerdotibus Monaſterii.

[S]I quis Abbas ſibi ptesbyterum, vel diaconum ordinari petierit, de ſuis eli[gat], qui dignus ſit ſacerdotio ſungi. [Or]dinatus autem caveat elationem, aut [ſup]erbiam, nec quicquam præſumat, [niſi] quod ei ab Abbate præcipitur, ſciens [m]ultò magis diſciplinæ regulari ſubdi[tum]. Nec occaſione ſacerdotii obliviſca[tur] regulæ obedientiam, & diſciplinam, [ſed] magis ac magis in Deum proficiat. [Loc]um verò illum ſemper attendat, quo ingreſſus eſt Monaſterium, præter Officium altaris, etſi fortè electio Congregationis, & voluntas Abbatis pro vitæ merito eum promovere voluerit. Qui tamen regulam à Decanis, vel præpoſitis conſtitutam ſibi ſervandam ſciat. Qnòd ſi aliter præſumpſerit, non ut Sacerdos, ſed ut rebellis judicetur. Et ſæpe admonitus, ſi non correxerit, etiam Epiſcopus adhibeatur in reſtimonium. Quòd ſi nec ſe emendaverit, clareſcentibus culpis projiciatur de Monaſterio, ſi tamen talis fuerit ejus contumacia, ut ſubdi, aut obedire regulæ nolit.

Ordinandi, licentiam habeant à majori, & ſeniori parte Capituli ſui Monaſterii, qua habita, primò ab examinatoribus ad hoc ab Abbate depntatis, deinde in actu viſitationis ab Abbate Generali, & Viſitatoribus examinandi erunt. Qui verò doctrina, moribus, ætate, & cæteris qualitatibus (juxta Sacri Concilii Tridentini decreta) requiſitis idonei comprobabuntur, litteris manu Generalis, & Viſitatorum ſubſcriptis, ordinari poterunt, Concilii Tridentini decretis ad unguem in hoc ſervatis. Ante ordinationem fiat inquiſitio, præcipiendo unicuique è Monaſterio, ut proferat in medium, ſi ſciat in ordinando aliquod impedimentum ineſſe. Ad minores Ordines non niſi poſt Profeſſionem, ad Sacros triennio poſt Profeſſionem, ad Presbyteratum ſexennio poſt Profeſſionem ordenentur. Ordinationes non fiant, niſi ſtatutis à jure temporibus, & à ſuſceptione unius Ordinis ad alium majorem gradum nemo promoveatur, niſi expectato tempore præſcripto à Sacro Concilio Tridentino, quod omnino obſervabitur, quò ad functiones ſanctorum Ordinum ab Oſtiariatu ad Diaconatum, quæ ut in uſum revocentur, curet Abbas, ut in Monaſteriis, in quibus id commodè fieri poterit, hujnsmodi Miniſteria non niſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur. Qui ſe piè, & fideliter in ſuis Ordinis functionibus non exercuerint, ad alium Ordinem non promoveantur.

Negligentes, ac nolentes ſe ad alios Ordines ſuſcipiendos ex præſcripto ejuſdem Concilii, ac præſentis Conſtitutionis idoneos reddere, ad Ordines nullo pacto admittantur, ſed (ut dictum eſt) de nolentibus ſtudiis operam dare, ad manualia exercitia damnentur.

Abbas Generalis, & Viſitatores in actu viſitationis non modo ordinandos, ſed eo anno ordinatos etiam diligenter examinent, & inquirant, quomodo ſint inſtructi, & exercitati in his, quæ ad ſuſceptum Ordinem ſpectant, ac ſi quos non ex Concilii Tridentini, & præſentis Conſtitutionis præſcripto ordinatos invenerint, Abbatem, & Viſitatores, & qui illos approbaverant; officiis priuent, ordinatos verò à ſuſceptorum Ordinum executione, quouſque ſe idoneos (ut ſupra) reddiderint, ſuſpendant.

Si ordinatus, ſciens ſe non habere ætatem in ordine requiſitam, affirmaverit ſe illam habere, aut in hoc dubius, non adhibuerit diligentiam in veritate eruenda ab iis, qui ſuam ætatem facilè ſcire potuiſſent, ob mendacium, & negligentiam hujuſmodi ſuſpendatur ab exequutione ſuſcepti Ordinis, uſque ad ætatem requiſitam, & per ſex menſes ſingulis ſextis feriis jejunet in pane, & aqua, ſuper quibus à nemine diſpenſari poſſit.

Monachi pro Confeſſionibus audiendis, Miſſis celebrandis, aut pro Eleemoſyna nihil accipiant, ſub carceris pœna.

Nemo, niſi approbatus ab Abbate, & idoneus (juxta Concilii Tridentini decretum) Confeſſiones audiat. Abbas, imperitis remotis pro Confeſſionibus laicorum audiendis, Confeſſores peritos deputet, ac ſuis Monachis, Converſis, & Oblatis Confeſſores idoneos, quos ipſe voluerit, ſtatuat, ac certos unicuique aſſignet, quorum certus numerus deputetur, duo, vel ſaltem tres, non ſint multi, ſed tot, quot Monachorum omnium Confeſſiones audire poſſint, qui à nemine deſeri poſſint, aut mutari, nec ad alium Confeſſorem ire quis poſſit, absque Abbatis licentia ex cauſa concedenda.

Singuli Sacerdotes ſingulis diebus Dominicis, & ſollemnibus infra hebdomadam occurrentibus, Miſſam celebrent, ii verò Monachi, qui ſtant ex ea parte Chori, in quo ſtat Hebdomadarius, quotidie per illam hebdomadam altaris ſacrificium offerant.

Qui in inferioribus Ordinibus conſtituti ſunt, extra Novitiatum ſingulis quindecim diebus die Dominico, & aliis feſtivitatibus ſollemnibus in menſe occurrentibus, ſacram Euchariſtiam ſumant. Tempore Adventus, & Quadrageſimæ ſingulis Dominicis, & diebus ſollemnibus.

Diaconus, & Subdiaconus cùm Altari miniſtrant, ſacram Communionem percipiant, juxta Sacri Concilii Tridentini decretum.

Monialium Monaſteria non recipiantur, neque ad illa ex quacunque cauſa ſine Abbatis ſui Ordinarii, & Superioris ipſarum Monialium licentia in ſcriptis accedat, neque ab illis alicujus generis munuſcula accipiantur, aut ad illas mittantur.

Monaſteria in ſingulis Provinciis, quæ habent plures Monachos, quàm alere poſſunt, non recipiant Novitios, uſquequo non fuerint redacta ad numerum, quem alere poſſunt, (juxta Sacri Concilii Tridentini decretum) de quo ab Abbate Generali cum Conſilio Viſitatoris illius Provinciæ tractetur in Capitulo annali, & etiam in pleno Banchetto, vel (ſi opus fuerit) in Capitulo Generali. Nemo etiam alterius Provinciæ Perſonam recipiat ad habitum, niſi aliter Abbati Generali videbitur.

Hæc ita ſerventur, ut in quibus pœna appoſita non eſt, pro Monachis privatis jejunii in pane, & aqua, & cæteris arbitrio Abbatis, in Abbate verò negligentiæ pœna intelligatur.

Caput LXIII.

De Ordine Congregationis.

ORdines ſuos in Monaſterio ita conſervent, ut converſionis tempus, & vitæ meritum diſcernit, vel ut Abbas conſtituerit. Qui Abbas non conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi libera utens poteſtate, injuſtè diſponat aliquid, ſed cogitet ſemper, quòd de omnibus judiciis, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. Ergo ſecundum ordines, quos conſtituerit, vel quos habuerint ipſi fratres, ſic accedant ad pacem, ad communionem, ad Pſalmum imponendum, in choro ſtandum. Et in omnibus omnino locis, ætas non diſcernatur in ordine, nec præjudicet: quia Samuel, & Daniel pueri, presbyteros judicaverunt. Ergo exceptis his, quos (ut diximus) altiori conſilio Abbas prætulerit, vel degradaverit certis ex cauſis, reliqui omnes, ut convertuntur, ita ſint, ut verbigratia. Qui ſecunda diei hora venerit in Monaſterio, juniorem ſe noverit eſſe illo, qui prima hora diei venit, cujuslibet ætatis, dignitatis ſit.

Pueris verò per omnia ab omnibus diſciplina teneatur. Juniores ergo Priores ſuos honorent, Priores juniores ſuos diligant. In ipſa autem appellatione nominum, nulli liceat alium puro appellare nomine: ſed Priores juniores ſuos fratres nominent, juniores autem Priores ſuos nomnos vocent, quod intelligigitur paterna reverentia. Abbas autem, quia vices Chriſti agere videtur, domnus, & Abbas vocetur, non ſua aſſumptione, ſed honore, & amore Chriſti. Ipſe autem cogitet, & ſic ſe exhibeat, ut dignus ſit tali honore. Ubicunque autem ſibi obviant fratres, junior à Priore Benedictionem petat, tranſeunte majore, junior ſurgat, & det ei locum ſedendi, nec præſumat junior conſedere, niſi ei præcipiat ſenior ſuus; ut fiat quod ſcriptum eſt. Honore invicem prævenientes. Pueri verò, vel adoleſcentes in oratorio, vel ad menſam cum diſciplina ordines ſuos conſequantur, foris autem, vel ubi cuſtodiam habeant, & diſciplinam, uſque dum ad intelligibilem ætatem perveniunt.

Caput LXIV.

De ordinando Abbate.

IN Abbatis ordinatione illa ſemper conſideretur ratio, ut hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors Congregatio ſecundum timorem Dei, ſive etiam pars (quamvis parva) Congregationis ſaniori Conſilio elegerit, vitæ autem merito, & ſapientiæ Doctrina eligatur, qui ordinandus eſt, etiam ſi ultimus fuerit in ordine Congregationis. Quòd ſi etiam omnis Congregatio vitiis ſuis (quod quidem abſit) conſentientem Perſonam pari Conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam Epiſcopi, ad cujus Diœceſim pertinet locus ipſe, vel Abbatibus, aut Chriſtianis vicinis claruerint, prohibeant pravorum prævalere conſenſum, ſed domui Dei dignum conſtituant diſpenſatorem, ſcientes pro hoc ſe recepturos mercedem bonam, ſi illud caſtè, & zelo Dei faciant è contrariò peccatum incurſuros, ſi negligant.

Ordinatus autem Abbas cogitet ſemper, quale onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem villicationis ſuæ, ſciatque ſibi oportere prodeſſe magis, quàm præeſſe. Oportet ergo eum eſſe doctum lege divina, ut ſciat unde proferat nova, & vetera, caſtum, ſobrium, miſericordem, & ſemper ſuperexaltet Miſericordiam judicio, ut idem ipſe conſequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipſa autem correptione prudenter agat, & ne quid nimis, ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas. Suamque fragilitatem ſemper ſuſpectam habeat, memineritque calamum quaſſatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriri vitia, ſed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire (ſicut jam diximus) & ſtudeat plus ama-[ri], quàm timeri. Non ſit turbulentus, [&] anxius, non ſit nimius, & obſtina-[t]us; non ſit zelotypus, & nimis ſuſpi-[ci]oſus: quia nunquam requieſcet. In [ip]ſis Imperiis ſuis ſit providus, & con-[ſi]deratus, ſive ſecundùm Deum, ſive [ſe]cundùm ſæculum ſint. Opera, quæ [inj]ungit, diſcernat, & temperet, co-[git]ans diſcretionem Sancti Jacob dicen-[tis]: Si greges meos plus in ambulando [f]ero laborare, morientur cuncti uno [di]e. Hæc ergo, aliaque Teſtimonia di-[ſcr]etionis matris virtutum ſumens, ſic [om]nia temperet, ut ſit quod & fortes [cu]piant, & infirmi non refugiant. Et [pr]æcipuè, ut præſentem Regulam in [om]nibus ſervet, ut cùm benè miniſtra-[ver]it, audiat à Domino: Servus bonus, qui erogavit triticum conſervis ſuis in tempore ſuo. Amen dico vobis ſuper omnia bona mea conſtituam eum.

Studeat Abbas, ut re ipſa præſtet, quæ in hoc Capitulo præcipiuntur, communi victu, communi ſupellectili cum cæteris Monachis ſit contentus, nullum inter ſe, & illos, in veſtitu, victu, mappis, cæteris in menſa neceſſariis obſequiis, & in lectis diſcrimen eſſe patiatur, nec niſi de Conſilio Seniorum, Oblatum, aut Converſum habeat, cùm id neceſſitas expoſtulet, qui ei in cubiculo tantùm deſerviat. Monachi nunquam laicis, niſi in itinere, tam ipſi, quàm alii è Monaſterio utantur; Sed de Conſilio etiam Seniorum Oblati, & Commiſſi in cellis deſerviant iis, qui aut ætate, aut morbo laborantes, alicujus indigent Miniſterio, dum Abbas erit in via, non Monachum, ſed Oblatum, aut Commiſſum habeat comitem cujus opera utatur.

Hæc omnia ſub negligentiæ pœna à quolibet Abbate, etiam Generali, & Viſitatoribus obſerventur, cui tamen Generali Abbati conceditur tempore ſui Generalatus in omnibus locis, præterquàm in Refectorio, poſſe uti opera unius Oblati, aut Converſi.

Monaſterium duos, aut tres (ad ſummum) alat equos, quorum ſinguli XL. ſcutorum pretium non excedant, quibus utantur, dum pro rebus Monaſterii equitant Abbas, Vicarius, Cellerarius, Procurator, & quivis alius, ac etiam Viſitator in viſitatione ſua Provinciæ, alat inſuper Mulas, vel Mulos pro eodem uſu, ſed non magni valoris, ac ſi Abbati expediens videbitur, idque neceſſitas expoſtulet, jumenta habeat pro rebus neceſſariis vehendis. Equi, & Mulæ non alantur, ut poſtea vendantur.

Abbas Generalis in Monaſterio Montis Oliveti majoris equos ejuſdem pretii alat, qui proprii non ſint, quibus, aut conductis, aut aliis aliorum Monaſteriorum, utatur in itinere, quæ omnia ſub proprietatis pœna obſerventur.

Nemo, etiam ſi Generalis Abbas fuerit, poſt hac audeat equos, Mulas, aut Mulos extrahere ex ea Provincia, in qua hujuſmodi extractio prohibetur, ſi qua abſque licentia extracta fuerint, mandans, & mandatarius puniantur. In Officio conſtituti, per ſex menſes, etiam ſi ipſe Abbas Generalis fuerit, ab eorum officio ſuſpendantur, privati Monachi, per quadriennium voce activa, & paſſiva, Oblati, & Commiſſi per ſex menſes Carceribus detineantur.

Nemo, cujuſvis gradus, & dignitatis, Rheda, aut lectica utatur, Abbate Generali excepto, qui ſi extra reſidentiam eſſet, & tempus Capituli Generalis celebrandi inſtaret, ad hoc, ut ad diem adeſſet, propter imminentem neceſſitatem, lectica tantùm utatur, Rheda autem permittitur, dummodo non propria alicujus ſit, & extra Civitatem in itinere in locis, ubi communiter ſit uſus vehendi Rheda,

qui

qui ſecus fecerit, munere, & voce activa, & paſſiva privatus intelligatur.

Cum videbitur alicui Eccleſiaſtico, aut Sæculari Principi aliquid largiendum, id non niſi publica de cauſa, & nomine totius Congregationis fiat. Munus verò nec pretioſum, nec magni valoris ſit, ſed tale, quod magis officii, & obſequii, quàm illorum animos captandi cauſa illud tributum videatur.

Caveat Abbas, ne is, aut Cellerarius aliquid exigat ab iis Monachis aut Oblatis qui alicuis prædii, fundi, aut Granciæ Monaſterii cura præficiuntur, ac nemini liceat, alicui ex dictis locis præeſſe, niſi per triennium, quo elapſo, omnino amovendi erunt, niſi aliter Abbati Generali videbitur ex evidenti neceſſitate, & urgenti loci illius utilitate, neque ab iis aliquod privatum tributum poſtuletur, ob hujuſmodi adminiſtrationem demandandam.

Tempore ſuſpenſionis Abbatis, ipſius munere fungatur Vicarius cum Senioribus Monaſterii, cum benedictione tamen Abbatis Generalis. Cùm Abbas incidit in ſuſpenſionem, Seniores Monaſterii id per litteras ſignificent Viſitatori.

Tempore ſuæ ſuſpenſionis, ſedeat Abbas in omnibus locis, tanquam privatus Monachus, ſecundùm ordinem ſuæ Profeſſionis.

Seniores in quolibet Monaſterio, Abbates ſuos admonere teneantur, ne aliquam committant negligentiam circa Ordinationes, & Conſtitutiones ſervandas. Quòd ſi eorum admonitio non præceſſerit, pœnam Regularem luant in pane, & aqua, & arbitrio Viſitatorum plectantur.

Caput LXV.

De Præpoſito Monaſterii.

SÆpius quidem contingit, ut per ordinationem Præpoſiti ſcandala gravia in Monaſteriis oriantur, dum ſunt aliqui maligno ſpiritu ſuperbiæ inflati, qui exiſtimantes ſe ſecundos Abbates, aſſumentes ſibi tyrannidem, ſcandala nutriunt, & diſſenſiones in Congregatione faciunt, & maximè in illis locis, ubi ab eodem ſacerdote, vel ab eiſdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipſis etiam, & Præpoſitus ordinatur. Quod quàm ſit abſurdum, facilè advertitur, quia ab ipſo initio ordinationis Materia ei datur ſuperbiendi, dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis, exutum ſe eſſe à poteſtate Abbatis ſui, quia ab ipſis eſt ordinatus, à quibus & Abbas. Hinc ſuſcitantur invidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, diſſenſiones, & inordinationes & dum contraria ſibi invicem Abbas, Præpoſitúſque ſentiunt, & ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſenſione animas periclitari, & hi qui ſub ipſis ſunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cujus periculi malum illos reſpicit in capite, qui talibus in ordinatione ſe fecerunt auctores.

Ideoque nos prævidemus expedire propter pacis, charitatiſque cuſtodiam, in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monaſterii ſui, & ſi poteſt fieri, per Decanos ordinetur (ut antea diſpoſuimus) omnis utilitas Monaſterii, prout Abbas diſpoſuerit, ut dum pluribus committitur, unus non ſuperbiat. Quòd ſi aut locus expetit, aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, & Abbas judicaverit expedire, quemcumque elegerit Abbas cum conſilio fratrum timentium Deum, ordinet ipſe ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat cum reverentia, quæ ab Abbate ſuo ei injuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens: quia quantùm Prælatus eſt cæteris, tantùm oportet ſollicitè obſervare præcepta regulæ. Qui Præpoſitus, ſi repertus fuerit vitioſus, aut elatione deceptus ſuperbiæ, aut contemptor ſanctæ regulæ fuerit comprobatus, admoneatur verbis usque quater, ſi non emendaverit, adhibeatur ei correptio diſciplinæ regularis. Quòd ſi neque ſic correxerit, tunc dejiciatur de ordine præpoſituræ, & alius, qui dignus ſit, in loco ejus ſubrogetur. Quòd & ſi poſtea in Congregatione quietus, & obediens non fuerit, etiam de Monaſterio expellatur. Cogitet tamen Abbas ſe de omnibus judiciis ſuis Deo redditurum rationem, ne fortè invidiæ, aut zeli flamma urat animam.

Præpoſitus, qui hodie Vicarius appellatur, eligatur in Banchetto, ſit ſaltem antè 32. annos natus, & duodecim in Religione Profeſſus, honeſtis moribus, litteris, & gravitate præditus, qui ſub pœna negligentiæ obſervet, & obſervari faciat ea, quæ Abbas ſtatuerit. Abbate abſente, illius munus obibit, & ea tantùm faciet, quæ in diſceſſu Abbas præceperit, nihil ex ſe penitus novi inducens, ſi ſecus, arbitrio Abbatis pœniteat. Dum Abbatis ſuſpenſi vices geret, iis omnibus ſubjaceat, & obſtrictus ſit, quibus Abbas.

Caput LXVI.

De Oſtiariis Monaſterii.

AD portam Monaſterii ponatur ſenex ſapiens, qui ſciat accipere reſponſum, & reddere, cujus maturitas eum non ſinat vagari. Qui portarius cellam debet habere juxta portam, ut venientes ſemper præſentem inveniant, à quo re-

reſponſum accipiant. Et mox ut aliquis pulſaverit, aut pauper clamaverit, Deo gratias reſpondeat, aut benedicat, & cum omni manſuetudine timoris Dei reddat reſponſum feſtinanter cum fervore charitatis. Qui portarius ſi indiget ſolatio, juniorem fratrem accipiat. Monaſterium autem (ſi poſſit fieri) ita debet conſtrui, ut omnia neceſſaria, ideſt aqua, molendinum, hortus, piſtrinum, vel artes diverſæ, intra Monaſterium exerceantur, ut non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem regulam ſæpius volumus in Congregatione legi, ne quis fratrum ſe de ignorantia excuſet.

Abbas novum ædificium ne conſtruat, niſi prius Seniores ſui Monaſterii conſulat, deque eorum Conſilio ad Abbatem Generalem referat, qui in actu viſitationis illius Monaſterii inſpiciat, & judicet, quæ inſit ædificandi neceſſitas, quæ
commoditas, & qui ornatus inde ſequantur,
& præſertim ſi Monaſterium fabricæ ſumptus
neceſſarios facere poſſit, ne ædificia, interrupta
oſtea maneant. His conſideratis, Abbas Ge-
eralis, toto Banchetto aſſentiente, ædifican-
i licentiam faciat. Aes alienum pro fabrica
Abbas ne conflet, ſed in ea expendat, ea tan-
um, quæ poterit ex annuis cenſibus Monaſte-
i.

In hujusmodi ædificiis lithoſtrota, aut alia
namenta, & picturæ, Religioſis, & piis
ibusdam exceptis, ne fiant, neque pro ſuo
ntratu modellum, & incœpta ædificia mutet
bas.

Inſpiciat Abbas, & curet, ne ædificia
onaſterii ruant, ſed integra conſerventur;
reſtituantur illa, quæ ruinam minantur, de
ſilio tamen Seniorum, quibus conſultis,
rit atiam Abbas aliquod novum ædificium
i momenti, quod ſummam L. ſcutorum
xcadat, ſtruere. In actu verò viſitatio-
ogatur Abbas ædificia oſtendere, ac ratio-
xhibere axpenſarum, tam in novis, etiam
momenti ædificiis, quàm in reparationi-
ctarum, ſub pœna negligentiæ in his om-

Caput LXVII.

De Fratribus in via directis.

gendi fratres in via, omnium fra-
rum, vel Abbatis Orationi ſe com-
nt. Semper ad Orationem ulti-
peris Dei, commemoratio omni-
ſentium fiat. Revertentes autem
fratres ipſo die, quo redeunt,
nnes Canonicas horas, dum ex-
opus Dei, proſtrati ſolo Oratorii,
nibus petant Orationem, propter
us, ne quid fortè ſurrepſerit in via viſus, aut auditus malæ rei, aut ocioſi ſermonis. Nec præſumat quiſquam aliis referre, quæcunque extra Monaſterium viderit, aut audierit: quia plurima deſtructio eſt. Quòd ſi quis præſumpſerit, vindictæ regulari ſubjaceat. Similiter & qui præſumpſerit, vindictæ regulari ſubjaceat. Similiter & qui præſumpſerit clauſtra Monaſterii egredi, vel quocunque ire, vel quippiam (quamvis parvum) ſine Abbatis juſſione facere.

Nemo abſque licentia ſui Prælati diſcedat.

Nemo ad Viſitatores, Generalem, & Urbem Romam accedat, ſine licentia Abbatis Generalis. Prælati ad Principum aulas, & extra Provinciam non eant abſque licentia Generalis, alio verò non concedatur, niſi Monaſterii neceſſitas, & utilitas id poſtulet, de Conſilio Seniorum.

Monachi mutati rectâ viâ pergant ad Monaſterium ſibi aſſignatum. Hæc Abbas curet ſub pœnas arbitrio Generalis Abbatis.

Caput LXVIII.

Si Fratri Impoſſibilia injunguntur.

Si cui fratri aliqua fortè gravia, aut impoſſibilia injunguntur, ſuſcipiat quidem jubentis imperium cum omni manſuetudine, & obedientia. Quòd ſi omnino virium ſuarum Menſuram viderit pondus excedere, impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei, qui ſibi præeſt, patienter, & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo, aut reſiſtendo, vel contradicendo. Quòd ſi poſt ſuggeſtionem ſuam, in ſua ſententia Prioris imperium perduraverit, ſciat junior ita ſibi expedire, & ex charitate confidens de adjutorio Dei, obediat.

Pœnitens, omnino pœnitentiam ſibi injunctam abſque ulla repugnantia (ut ſuadet Regula) accipiat, & ſatisfaciat, ſed ſi ſibi injuſtè impoſitam pœnitentiam videbit, tempore viſitationis apud Viſitatores, & Generalem Abbatem, illius, qui pœnitentiam injunxit, nomen deferat, qui Abbatem, & illum, qui modum exceſſerit, eorum arbitrio puniant, ſi injuſtè fuiſſe irrogatam pœnam compererint. In hoc verò falſus delator acriter puniatur. Qui verò ſe ab Abbate Generali, & Viſitatoribus injuſtè gravatos ſenſerint, ad Capitulum Generale, vel ad Banchettum eorum nomina deferant.

Caput LXIX.

Quod in Monaſterio non præſumat alter alterum defendere.

SUmmoperè præcavendum eſt, ne quavis occaſione præſumat alius alium defendere Monachum in Monaſterio, aut quaſi tueri, etiam ſi qualibet conſanguinitatis propinquitate jungantur. Nec quolibet modo id à Monachis præſumatur: quia ex inde graviſſima occaſio ſcandalorum oriri poteſt. Quòd ſi quis hæc transgreſſus fuerit, acrius coerceatur.

Caput LXX.

Ut non præſumat quisquam aliquem paſſim cedere, aut excommunicare.

VEtetur in Monaſterio omnis præſumtionis Occaſio. Ordinamus, atque conſtituimus, ut nulli liceat quemquam fratrum ſuorum excommunicare, aut cedere, niſi cui poteſtas ab Abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant. Infantibus verò usque ad decimum quintum annum ætatis diſciplinæ diligentia ſit, & cuſtodia adhibeatur ab omnibus, ſed & hoc cum omni menſura, & ratione. Nam in fortiori ætate, qui præſumpſerit aliquatenus ſine præcepto Abbatis, vel in ipſos infantes ſine diſcretione exarſerit, diſciplinæ regulari ſubjaceat: quia ſcriptum eſt: Quòd tibi non vis fieri, alii ne feceris.

Petulanter increpantes, & corripientes tam Profeſſum, quàm Novitium, ſeu Commiſſum, & Oblatum, eosque cedentes, in pane, & aqua jejuniis, & Carcere ſecundùm exceſſus qualitatem arbitrio Abbatis puniantur.

Qui aliquem ex Monachis Congregationis non proprio, ſed mutato, & novo impoſito nomine appellaverit, irriſionis, aut injuriæ cauſa ſi privatus, in pane, & aqua jejunet, ſi officialis, ab Officio per tres menſes ſuſpendatur.

Caput LXXI.

Ut obedientes ſint ſibi invicem fratres.

OBedientiæ bonum, non ſolum Abbati exhibendum eſt, ſed etiam ſibi invicem obediant fratres, ſcientes per hanc obedientiæ viam, ſe ituros ad Deum. Præmiſſo ergo Abbatis, aut Præpoſitorum qui ab eo conſtituuntur, imperio, cui non permittimus privata imperia præponi, de cæterò omnes juniores Prioribus ſuis omni charitate, & ſollicitudine obediant. Quòd ſi quis contentioſus reperitur, corripiatur. Si quis autem frater pro quavis minima cauſa ab Abbate, vel à quocunque Priore ſuo corripitur, quolibet modo, vel ſi leviter ſenſerit animum Prioris cujuscunque contra ſe iratum, vel commotum (quamvis modicè) mox ſine mora tandiu proſtratus in terra ante pedes ejus jaceat ſatisfaciens, usque dum Benedictione ſanetur illa commotio. Quod ſi quis contempſerit facere, aut corporali vindictæ ſubjaceat, aut ſi contumax fuerit; de Monaſterio expellatur.

Hæc tum Abbas Generalis, tam cæteri minores Abbates obſervent, & obſervari faciant.

Nemo privatum Imperium affectet, aut ſibi majorem Auctoritatem vindicet, quàm ſibi à Congregatione tributum fuerit, eo modo, quo dictum eſt in electione cujuslibet Superioris, qui privatum Imperium in ſuos exercuerit, tanquam Congregationis Tyrannus puniatur, & inhabilis perpetuò declaratus ad quodlibet Congregationis munus, in perpetua alicujus Monaſterii clauſura, à qua nuaquam exire poſſit, ponatur. Scientes verò, & non revelantes in hoc delinquentem, priventur ſuis officiis.

Caput LXXII.

De Zelo bono, quem debent Monachi habere.

SIcut eſt zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad infernum, ita eſt & zelus bonus, qui ſeparat à vitiis, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergo zelum ferventiſſimo amore exerceant Monachi. Id eſt, ut honore ſe invicem præveniant. Infirmitates ſuas, ſive corporum, ſive morum patientiſſimè tolerent, obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus quod ſibi utile judicat, ſequatur, ſed quod magis alii. Charitatem fraternitatis, caſto impendant amore, Deum timeant, Abbatem ſuum ſincera, & humili charitate diligant, Chriſto omnino nihil præponant, qui nos pariter ad vitam æternam perducat. Amen.

Caput LXXIII.

De eo, quod non omnis obſervatio Juſtitiæ ſit in hac Regula conſtituta.

REgulam autem hanc deſcripſimus, ut eam obſervantes in Monaſteriis aliqua-

quatenus, vel honeſtatem morum, aut initium converſationis nos demonſtremus habere. Cæterum ad perfectionem converſationis qui feſtinant, ſunt doctrinæ ſanctorum Patrum, quarum obſervatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis ſermo divinæ auctoritatis, veteris, ac novi teſtamenti non eſt rectiſſima norma vitæ humanæ? Aut quis liber ſanctorum Catholicorum Patrum hoc non reſonat, ut recto curſu perveniamus ad Creatorem noſtrum? Necnon & collationes Patrum, & inſtituta, & vitæ eorum, ſed & Regula Sancti Patris noſtri Baſilii, quid aliud ſunt, niſi benè viventium, & obedientium Monachorum exempla, & inſtrumenta virtutum? Nobis autem deſidioſis, & malè viventibus, atque negligentibus rubor confuſionis eſt. Quiſquis ergo ad patriam cœleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis Regulam deſcriptam, adjuvante Chriſto, perfice, & tunc demum ad majora, quæ ſupra commemoravimus, doctrinæ, virtutumque culmina Deo protegente pervenies. Amen.

Finis Regulæ Almi Patris Benedicti.

Præſentibus irrita, nulla, ac penitus caſſa intelligantur omnes aliæ Conſtitutiones, his contrarium quomodo facientes, ſalvis tamen, integris remanentibus ſingulis laudabilibus ...ngregationis ritibus, & cæremoniis hactenus ...rvatis. Harum verò Conſtitutionum, & ...gulæ obſervantiæ obſtricti omnino intelligan..., ſub pœnis in iis contentis, omnes in Con...gatione, cujusvis gradus, & dignitatis. ...eriores verò, qui ſupradictæ Regulæ capita ...ia, & Conſtitutiones non obſervabunt, ... non facient obſervari, in iis caſibus, in ...us pœna appoſita non eſt, primò corripian... ſecundò in negligentia pœnam incidant, ... declaratur eſſe ſuſpenſionis ab officio ſecun... delicti qualitatem arbitrio Abbatis Gene... , ſed ea per menſem ad minus duret, & ...ò privationis.

De Modo viſitandi.

...Odus viſitandi Ordinem noſtrum ta... lis erit, ut quælibet Provincia ſe... ad minus, ſingulo quoque anno vi...r, & ab Abbate Generali in ſuo ...rìennio bis (ad minus) tota viſite... Congregatio, exceptis Monaſteriis ...e. Abbas Generalis, ſingulo quo...nno ad feſtum Nativitatis Beatæ Ma... Virginis tres (ad minus) congre... Viſitatores, & illis unà cum Vicario ...rali diſponat de Provinciis viſitan... Viſitatoribus, ea adhibita cautione, ut nulli Viſitatori ſua Provincia viſitanda obtingat, nec illa Provincia obtingat alicui Viſitatori, quam per duos annos ante viſitaverit.

Abbas Generalis, ſeu Viſitatores, ut primum pervenerint ad Monaſterium viſitandum, omnes Monachorum cellas viſitent diligenter, & ſi aliquid contra præſcriptam formam, & Conſtitutiones invenerint, delinquentes corrigant, & Abbatem pro ſua negligentia corripiant vel corrigant juxta negligentiæ qualitatem.

Abbas Generalis, & Viſitatores in viſitando caveant, ne Monaſteria graveut, ſed in omnibus modeſtè ſe gerant, & Regulam ſervent in Conſtitutionibus contentam. Non patiantur ſibi apponi plura tribus ferculis in Refectorio, neque extra Refectorium. Munera reſpuant cuncta ſub pœnis in Conſtitutionibus declaratis. Permittitur tantùm ut aliquid eſculenti accipiant, non tamen prætioſum. Abbati verò Generali leve aliquod devotionis munuſculum, utpotè Crucifixum. Sacræ pictæ tabulæ, vel aliquid ſimile, donari permittitur. Solvantur Abbati Generali, & Viſitatoribus; præter conſuetum victum, taxæ etiam conſuetæ pro expenſis itineris, & nihil aliud.

Abbas Generalis viſitando, pro dignitate officii ſui abſtineat (ut moris eſt) ab ipſo viſitationis actu, & duo Viſitatores illum comitantes, officium exequantur; niſi forte ei beneviſum fuerit, ut ſe negocio ingerat; illi tamen omnia ad Generalem deferant, quorum conſilio in omnibus utatur.

Devenientes ad actum viſitationis, congregatis Monachis in loco Capitulari benedictionis munere nomine Abbatis Generalis benignè impenſo, Senior ex Viſitatoribus à die profeſſionis cauſam adventus ſui omnibus aperiat, eosque ad opera charitatis, obedientiæ, & caſtitatis cohortetur, & illis præcipiat in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub obteſtatione Divini judicii & (ſi opus fuerit) ſub excommunicationis pœna, aliiſque, quas luere debuiſſet delinquens, ut revelent, ſi qui fortè perſeveranter, vel contumaciter, tranſgreſſores fuerint, ſive Viſitator, ſive Abbas, vel omnis omnino Monachus fuerit, & ante omnia illos monere ſtudeat; ut ſi quæ occurrerint emendanda, alter in alterius ſalutem referat, ſervato præcepto Evangelico, quod ait. Si peccaverit in te, &c. Et ut tutius relationes habeantur, volumus; ut illæ ſecretæ teneantur, & nulli omnino revelentur, niſi Abbati Generali; quòd ſi Viſita-

Viſitatores nomina, vel cognomina deponentium revelaverint ſcripto, voce, vel ſigno, ſuſpendantur ab officio Viſitatoratus. Si verò Abbas Generalis in hoc deliquerit; expleto officio ſuo, à Syndicis puniatur pro gravitate delicti. Nemini autem liceat aliquid de Fratre ſuo pandere, quod aliàs ab Abbate emendatum fuerit. Deinde deteſtari incipiat vitium (ut ſolitum eſt) proprietatis, præcipiatque ſub excommunicationis pœna, ut ſi quis aliquam pecuniarum etiam minimam quantitatem, vel rem aliquam contra Regulam, & Conſtitutiones apud ſe, vel alios habeat, manifeſtet, & revelet. Quibus peractis Sanctiſſimum Sacramentum (de more) viſitent, omnibus Monaſterii Monachis adſtantibus, atque diligenter inſpiciant; ſi ſummo cum decore ſervetur, ſi intra quindecim dies innovetur, ſi vas mundiſſimum, ſi locus congruus, & ſupra modum honeſtus ſit. Videant poſtea Altaria ſingula, Calices, Sacerdotalia indumenta, & alia quæcunque ad ſacros uſus attinentia, & magno ſtudio dent operam; ne ſacræ res aliquo pacto negligantur.

Inſpiciant, ſi Benefactorum officia, & Miſſæ ſolvantur; ſi Sanctorum reliquiæ decenti loco aſſerventur; ſi animarum cura cum debita diligentia exerceatur; & inquirant, ſi Parochus ſit idoneus, ſollicitus, & non ſcandaloſus; & de vita, & moribus ipſius, Parochianos interrogent; inſpiciantque Baptiſmatis fontem; & inquirant de Oleis Sanctis, & luminaribus.

Viſitent deinde Monachos ſeorſum ſingulos, à minimis incipientes; & in primis formentur articuli interrogatorii ſuper ſingulis capitibus Regulæ, & Conſtitutionum, ſuper quibus interrogentur ſinguli Officiales, Monachi, Converſi, & Oblati; & quæ contra aliquem deponuntur, ab eo, qui deponit, ſubſcribantur, quæ verò non pertinebunt ad alicujus correctionem, prætereantur. Si contra Monachum, Abbate inferiorem, aliquid in viſitatione denunciatum fuerit, animadverſione dignum; hoc illi, ſeorſum vocato à Viſitatoribus, intimetur, nomine, & cognomine, denunciantis ſuppreſſo, qui pro ſui defenſione dicat, ſi quid habet in promptu, & diluat crimen ſi poteſt; at ſi non ſe purgaverit, pœnis ſubjaceat in Conſtitutionibus taxatis; in caſibus verò non expreſſis, infligantur pœnæ ad arbitrium Abbatis Generalis de conſilio ſuorum Viſitatorum, vel ad arbitrium Viſitatorum, ubi Abbas Generalis non adeſt.

Si verò contra Abbatem procedatur; id fiat cauſa cognita hoc modo. Primò examinetur; deinde detur depoſitionum copia, per capita, eorum ſcilicet quæ opponuntur; poſtea brevis aſſignetur terminus ad purgandum, declarandum oppoſita, vel ad illa negandum, & tunc nominet quos ſuſpectos habet, & cauſam ſuſpicionis alleget, vel contrarium probet. Si declarationes, & negationes hujuſmodi legitimæ fuerint, & objecta per ipſum ſufficienter diluta, liberetur, ſi autem oppoſita non ſufficienter diluerit; pœna illi (juxta Conſtitutiones) irrogetur, & in caſibus non expreſſis, procedatur, ut ſuperius dictum eſt. Suſpiciones non admittantur; niſi de jure approbaræ, non ſint frivolæ, vel imaginariæ, nec doloſæ, ſed reales. Depoſitiones factæ contra Abbatem ſint per teſtes fide dignos; quòd ſi conſtiterit falſos eſſe teſtes, vel falſa oppoſita; teneantur ad pœnam talionis. Si conſtiterit Abbatem, Regulam, & Conſtitutiones non fuiſſe exequutum ex negligentia; pœna (prout caſus ille poſtulat) in eum infligatur; corripiatur etiam, & corrigatur pro negligentiæ gravitate, ſi pœnas ſecundum Conſtitutiones in tranſgreſſores non irrogaverit. Si Abbas pro delictis veniret privandus, conficiatur depoſitionum proceſſus, qui ſub ſigillo deferatur ad Abbatem Generalem, & ille in pleno Banchetto diligenter cauſam cognoſcat, & ſi privandus erit, privabitur. Si Abbas in actu viſitationis inquiratur de delictis, propter quæ veniret privandus, vel ſuſpendendus, Abbas Generalis (ſi adſit) & Abbatem in hujuſmodi delicto comperiat; facto proceſſu, qui poſtea in pleno Banchetto diſcutietur; ipſum interim poterit ſuſpendere ab officio Abbatiatus. Viſitatores autem in actu viſitationis tantùm, abſente Abbate Generali, in caſu præmiſſo, conficiant proceſſum modo (quo ſupra) Abbatem ipſum ſecum ducant ad Generalem, coram quo in pleno Banchetto, recognita, procedetur ad privationem, vel ſuſpenſionem. Extra viſitationem verò Abbas Generalis procedere poterit; etiam uſque ad ſuſpenſionem Abbatis, qui ſit ſcandaloſus, & cujus delictum ſit notorium, quouſque facto proceſſu, & in Banchetto relato, provideat juxta criminis gravitatem.

Viſitent inſuper Cellerarios, & ab eis rationem exigant, & diſcutiant, præmiſſo eis juramento ſuper libros, & computa, quæ oſtendunt (ut fieri decet) & diſcuſſio hujuſmodi fiat coram iis, qui ex Monaſterii conſuetudine intereſſe conſueverunt.

Expleto autem viſitationis munere, vocentur omnes ad ſolitum Capituli locum, ubi Viſitatores quæ laude digna in-

invenerint, laudabunt; quæ verò reprehendenda, reprehendent. Errata verò publicè commiſſa per ſecundum Viſitatorem referenda erunt, & pœnæ delinquentibus infligendæ, pro criminum qualitate, & hoc ex juſſu Senioris Viſitatoris.

Pœnæ autem in delinquentes erunt, quæ taxatæ ſunt in Conſtitutionibus, & in caſibus non expreſſis, ad arbitrium erunt, pro qualitate criminum, ut dictum eſt. Si forte (quod abſit) in carnis peccatum, aut in morbum ex tali peccato contractum, quemplam incidiſſe compertum fuerit; is carceri mancipetur, & panis, & aquæ pœnitentiis plectatur, arbitrio Abbatis Generalis, & voce activa, & paſſiva perpetuò privetur, quæ pœna infligenda erit in malè alienantes, & dilapidantes bona Eccleſiæ, & ita procedendum erit in cæteris normibus delictis. Tandem recognitis ublicè, quæ recognoſcenda erant, & ccultis delictis occultè correctis; & adionitis omnibus; ut pacem ſervent, & vina præcepta cuſtodiant, utque pro cleſia Sancta Dei, pro Summo Pontie, pro Protectore Congregationis, o Abbate Generali, & Collegio, pro ongregatione, & demum pro Regibus, Principibus Chriſtianis orent ad Donum; ſigno facto, jubeant omnes hnprocumbere, & pœnæ declarationem ecundo Viſitatore infligendæ, expere, prout delinquentium merita exeint. His peractis, abſolutionis mu- in foro conſcièntiæ de reatibus, mox iſitatoribus accipiant (juxta conſue- formam) & eis Viſitatores ſeptem mos pœnitentiales ſemel in Eccleſia tandos, indicant.

Si Viſitatores delicta celaverint, vel ta in viſitatione non correxerint; documque hoc conſtiterit; ſuſpenur ab officio, & ſi in hoc graviter uerint; expleto officii tempore, ntur Abbatiatu, & ſint inhabiles tuò ad omnes dignitates.

Si privatus Monachus, ſciens deli- & admonitus, & requiſitus à Viſibus in ipſo viſitationis actu, ipſa rodiderit; convictus ea ſciviſſe, inhabilis ſit, & voce activa, & per ſexennium privetur.

Abbas Generalis non correxerit, averit, & punierit quos correctionendatione, & punitione dignos rit, juxta delicti qualitatem; in officii, & quandocunque de iis erit; voce activa, & paſſiva per os privetur, & ſit inhabilis de cæ- dignitatem Abbatiatus, & Vica- Generalis, & Viſitatoratus.

In creatione novi Abbatis Generalis, præceſſor conſignet omnia acta Viſitationum Generali ſucceſſori, ut poſſit exigere rationem de his, quæ à ſuis præceſſoribus non fuerunt rectè emendata.

Viſitatores ab Abbate Generali inſtructiones accipiant, quoties ad Viſitandum venerint.

In Viſitando, inquirant, & examinent in primis de Viſitatione prædeceſſorum Viſitatorum, & quæ invenerint, referant in Banchetto coram Abbate Generali, & aliis conviſitatoribus non ſuſpectis, vel inquiſitis.

Informent ſe de neceſſitatibus illius Provinciæ, quam viſitandam ſuſceperint, & de illius neceſſitate referant in Banchetto; ut per ſequentem Viſitatorem, vel ſi celeriori remedio indigeat, per Abbatem Generalem ſibi conſuli poſſit.

Expleta viſitatione demandatæ Provinciæ, Viſitatores quod peragendum, corrigendumvè erit, Abbati Monaſterii in ſcriptis obſervandum relinquant, ſub pœnis in Conſtitutionibus contentis, & aliis arbitrio Abbatis Generalis. Ferant præterea in Banchetto Abbati Generali Viſitationes omnes, earumque Ordinationes, & correctiones omnes ſcriptas relinquant; ut ex eis ſequens Viſitator inſtrui poſſit, ad exequendum, quæ juſta ſunt, & Abbas Generalis in ſua poſtea Viſitatione videat, ſi ea omnia exequutioni mandata fuerint.

Finis Conſtitutionum.

Ad JESU Chriſti honorem, & gloriam Virginiſque Matris ejus Mariæ, ac D. Benedicti Patris noſtri.

Nos D. Jo. Franciſcus de Peruſio Abbas Generalis.
D. Jo. Baptiſta Romanus Viſitator.
D. Stephanus de Mediolano Viſitator.
D. Hippolytus de Padua & Abbas.
D. Victorius de Senis Abbas.
D. Benedictus de Ferraria Abbas.
D. Michael Angelus de Peruſio Abbas.

Deputati in Capitulo Generali, prout conſtat ex inſtrumentis Mandati rogatis ſub anno Domini 1572. Indictione quintadecima; die verò 25. & 28. Menſis Aprilis per Franciſcum quondam Hieronymi de Chriſtianis Senenſem publicum Notarium, ad quæ relatio habeatur in omnibus, per hoc præſens ſcriptum, de communi omnium conſenſu, declaramus veniſſe ad Urbem coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Carafa Protectore noſtræ Congregationis, ac ſecum habuiſſe tractatum ſuper prima, & ſecunda parte Conſtitutionum, Ordinationum, & Moderationum noſtræ Regularis obſervantiæ; ac per-

perſpectis , & diligenter cum ejus Illuſtriſſima amplitudine omnibus conſideratis , Conſtitutiones , Ordinationes , & Moderationes præſcriptas pro augmento Regularis diſciplinæ , ac pro conſervatione pacis , & quietis totius noſtræ Congregationis , prout ab Illuſtriſſimo Cardinali Protectore approbandæ , & confirmandæ erunt , tam auctoritate noſtra ordinaria , quàm in vim mandati prædicti , ex nunc recipimus , approbamus , eaſque ab omnibus Prælatis , & Monachis noſtræ Congregationis ratas haberi , recipi , probari , & confirmari volumus. In cujus rei teſtimonium has præſentes , noſtra propria manu ſubſcripſimus , ac ſigilli noſtri quo in his utimur ſigno munivimus. Dat. Romæ in Monaſterio noſtro Sanctæ Mariæ Novæ, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo ſecundo. Die verò octava Menſis Junii. Pontificatus Sanctiſſ. D. N. Gregorii XIII. Anno Primo.

Nos Domnus Jo. Franciſcus de Peruſio Abbas Generalis acceptamus , & recipimus manu propria.
Ego D. Jo. Baptiſta Romanus Viſitator , & deputatus accepto , & recipio manu propria.
Ego D. Stephanus de Mediolano Viſitator , & deputatus accepto , & recipio manu propria.
Ego D. Hippolytus de Padua Abbas , & deputatus accepto , & approbo manu propria.
Ego D. Victorius de Senis Abbas , & unus ex deputatis accepto , & manu propria approbo.
Ego D. Benedictus de Ferraria Abbas, & deputatus accepto , & approbo manu propria.
Ego D. Michael Angelus de Peruſio Abbas , & deputatus accepto , & approbo manu propria.
Ego D. Hippolytus de Mediolano Scriba electus in Capitulo Generali , de Mandato Reverendiſſimi Abbatis Generalis, & præfatorum Reverendorum deputatorum, ſcripſi , & me ſubſcripſi manu propria.
Ego D. Hippolytus de Mediolano.
Ego Notarius publicus infraſcriptus.

Locus † Sigilli Impreſſi.

Fidem facio ego Notarius publicus infraſcriptus , qualiter R. D. Jo. Paulus Marincola Auditor , & familiaris Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. D. Antonii Sancti Euſebii S. R. E. Diaconi Cardinalis Carafæ , Protectoris Venerabilis Congregationis Montis Oliveti , Ordinis Sancti Benedicti , exhibuit mihi Notario Inſtrumentum publicum originale acceptationis , & obſervationis ſupraſcriptarum Conſtitutionum , Ordinationum , & Moderationum per R. D. Hippolytum de Mediolano , cujus manus , Perſona , & ſignum recognita fuerunt , ſcriptum , & ſubſcriptum , ſanum , integrum , non vitiatum , nec in aliqua parte ſuſpectum , ſed omni vitio , & ſuſpicione carens , incipiens , Ad Jeſu Chriſti honorem , & finiens , Ego D. Hippolytus de Mediolano , & requiſivit me eundem Notarium ; ut præſenti libro illud tranſcriberem , vel tranſcribi facerem , eique Inſtrumentum in forma autentica conficerem , ac tranſumerem ejuſdem etiam Inſtrumenti veram copiam , ſeu tranſumptum facere , & cum originali collationari , ac collatione facta , tranſumptum , ſeu copiam hujuſmodi in publicam formam redigere , & dare curarem. Quod quidem Inſtrumentum penes me recipi , illoque viſo , & perlecto , tranſumptum , atque copiam ejuſdem cum ipſo Inſtrumento originali per me Notarium eundem diligenter auſcultatum in omnibus , & per omnia juxta dicti Inſtrumenti originalis tenorem concordare reperi. Idcirco tranſumptum hujuſmodi in publicam formam redigere curavi ; ſigno & ſubſcriptione mei Notarii conſuetis ſignavi , & eidem tanque Inſtrumento originali , in quocunque foro , in judicio , & extra fides adhibeatur , & adhiberi poſſit plenaria.

Er Ego Jo. Antonius Curtus Comen. Diœceſis publicus Apoſtolica auctoritate Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius , de præmiſſis rogatus , hoc tranſumpti Inſtrumentum in præſenti folio ſcriptum ſubſcripſi ; & publicavi requiſitus.

Locus conſueti ſigni ipſius Notarii.

Quæ Statuta , Declarationes , & Ordinationes cum per dilectum nobis in Chriſto Franciſcum de Peruſio Modernum Abbatem Generalem , adhibitis quoque præſcriptis Venerabilibus Monachis ad hoc munus nobiſcum perficiendum , ſpeciali mandato in Generali Capitulo conſtitutis , Romæ in eorum Monaſterio iterum , atque iterum digeſta , nonnullis apatis , atque additis ab eiſdem totius Congregationis nomine integrè obſervanda recepta fuerint ; ut à nobis confirmat. & execut. robur accipiant ; volentes Statuta, Declarationes , & Ordinationes præſcriptas , & ſingula in eis contenta tanquam Juri , & Regulæ , ac rationi conſona , nec non dictæ Congregationis conſervationi utilia , ad unguem

guem in Congregatione obſervari ex auctoritate Apoſtolica deſuper nobis conceſſa, Modernis, ac pro tempore exiſtentibus Abbati Generali, Vicario Generali, Viſitatoribus, Abbatibus, Diſcretis, Scrutatoribus, necnon cæteris totius Congregationis Religioſis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis,& privationis officiorum,& dignitatum pœnis ipſo facto incurrendis, tenore præſentium præcipimus,& mandamus qualiter Ordinationes, ac Statuta prædicta, ac in eis, (ut præmittitur) contenta quæcunque ex nunc uſu recipiant, & quilibet eorum in eo, quod ad ſe ſpectat, inviolabiliter obſervet, & ab aliis obſervari faciat. Abbati, Banchetto, ac Capitulo etiam Generali ſublata poteſtate, ac facultate in præmiſſis, aut quolibet eorum nullo modo diſpenſandi, aut habilitandi, irritumque ac inane omnino decernentes quicquid contra Capitula, Ordinationes, & Statuta prædicta, quovis colore, vel prætextu actum, vel procuratum fuerit, Privilegiis, ſtatutis, decretis, conſtitutionibus, ordinationibus, facultatibus, formis, conſuetudinibus, hactenus in præmiſſis obſervari ſolitis, ceteriſque in contrarium, quovis modo facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem præſentes, ad perpetuam obſervantiam in Archivio Montis Oliveti majoris inter alias Congregationis ſcripturas aſſervari,&pro omnium notitia imprimendas redigi, ac cum iis ſimul edi. Conſtitutionum verò primam partem, quæ ad ea, quæ in Capitulo Generali peragenda ſunt, pertinet; antequam ad aliquem actum Capitularem deveniatur; in quolibet Generali Capitulo coram omnibus vocem in Capitulo habentibus volumus de verbo ad verbum in prima Congregatione legi, & à quolibet (cujuſcunque ſit gradus, vel dignitatis) jurari ſe illam obſervaturum. Qui abſuerit, non admittatur ad Capitulum; niſi poſt illam lectam, & ab ipſo juratam. Renuentes verò jurare voce in dicto Capitulo activa, & paſſiva careant. Quod ſi ſecus factum fuerit, tàm electionem, quàm omnes actus capitulares, & inde ſequuta quæcunque nulla, & irrita eſſe decernimus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præſentes manu noſtra ſubſcriptas, ac noſtri ſigilli appenſione munitas, fieri fecimus. Datum Romæ apud Monaſterium Sanctæ Mariæ Novæ, Die octava menſis Junii, Milleſimo Quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Pontificatus S. D. N. Gregorii Papæ XIII. Anno Primo.

† Antonius Card. Carafa Protector.

Flam. Philonardus Secret.

CONSTITUTIONES
CONGREGATIONIS OLIVETANÆ.
DETERMINATÆ IN CAPITULO GENERALI ANNO MDLXIV.

Reverendiſſimo Domno Barnaba Peruſino exiſtente Abbate Generali.

acceſſere ea, quæ à Reverendis Patribus delectis per Capitulum Generale anni 1568. fuere ſancita, qui etiam, authoritate ſibi tradita, utraque in perpetuum rata, firmaque eſſe voluere.

PRÆFATIO

MAjores noſtros in adminiſtranda Republica non multas admodum leges principio habuiſſe compertum eſt. Quod quidem ea de cauſa fiebat; quòd illi optimis inſtituti moribus per Patrum exempla ad honeſta, præclaraque omnia ex inſtituto ſine ſcriptis legibus ſumma ope, magnoque ſtudio contendebant. factum eſt; ut brevi Reſpublica Olivetana magnum acceperit incrementum: quidem bene agendo, vigilandoque nobis præclara iſta pepererunt. At ubi s hominum cœpit oblivio primorum inſtitutorum; tum primùm bonis mori. r otium deſueſcere, ac ſenſim in vitia labi cœptum eſt; deinde verò maximinandi libido multos inceſſit, eoque malis artibus deducta res eſt; ut digni, ac cætera Reipublicæ commoda, quæ optimo cuique virtutibus ante para r, in privatum uſum penè ceſſiſſe viderentur. Tum verò cernere erat, ma fieri inæqualitatem in rebus omnibus, maximoſque ſubinde motus excitari; s malis paſſim in Republica graſſantibus, obviam iri à Patribus decretum eſt: in ea re ſæpius laboratum eſt vehementer: Vicit tandem bonorum conſilium; &

& poſt longam rerum diſceptationem ſtatutum fuit; ut leges optimæ conderentur, quibus orientia vitia tolli poſſent, & Magiſtratus, ac cætera Reipublicæ ornamenta ita in medium proponerentur; ut optimo cuique illa omnia capeſſere liceret. Hanc eſſe ferendarum legum ſummam, atque hinc factum iri, ut maximi motus ſedarentur, qui in Republica noſtra excitabantur. Ea cura, ex publico decreto, bis habitis Comitiis, demandata eſt quatuordecim Patribus, qui eam rem integra fide, ſummaque diligentia pertractarunt, & has tulerunt leges; quibus (uti decet) ſanctè ſervatis, & boni mores in integrum reſtituentur, & rebus noſtris cum optatiſſima pace clariſſimum lumen importabitur. Quæ quidem omnia per eoſdem Patres decreta, ordine accuratè digeſta, Romam tranſmiſſa ſunt: ac per Reverendiſſimum, & Illuſtriſſimum D. Joannem Baptiſtam Cicadam, Cardinalem Sancti Clementis, maximum ſacri Apoſtolici Collegii ornamentum, ac de rebus noſtris ex multo jam tempore bene merentem, nuper in Protectorem Congregationis cooptatum, gravi ſuper iis adhibita cenſura caſtigata, & Pontificia auctoritate, qua fungitur, approbata fuerunt.

PRIMA PARS

Conſtitutionum Complectens ea fere omnia, quæ pertinent ad antiquos ritus, & cæremonias Ordinis noſtri.

CAPUT I.

Locus, & tempus celebrandi Capituli Generalis, & Capituli infra biennium declarantur.

CApitulum Generale, & Capitulum (quod dicitur) infra biennium, celebrandum decernimus in Monaſterio noſtro principali Montoliveti, agri Senenſis: tum ob eximiam loci devotionem, ubi Ordo noſter habuit originem; tum ob commoda ex longo tempore ibi apparata: quò etiam commodè conveniri poſſe exiſtimamus ex diſtantiis locorum noſtrorum, quaſi in locum ad umbilicum poſitum univerſæ Italiæ. Declaramus autem quod alibi utrumque Capitulum poſſit celebrari: ſi quando (quod Deus avertat) bellorum, famis, aut peſtis, & id genus diræ neceſſitatis impedimenta urgerent. Cujus rei declarationem Abbati, & Vicario Generalibus, necnon Viſitatoribus Ordinis committimus: ut ibi Capitulum celebretur, ubi celebrandum eſſe pars eorum major dictis de cauſis deliberaverit. Tempus autem Capituli celebrandi opportunum dicimus, & ſtatuimus in tertia die Dominica poſt ſanctum Paſcha: Quæquidem utriuſque Capituli celebratio fiat ſingulo quoque biennio, eo ſcilicet Ordine ſervato, ut Capitulo Generali ſuccedat Capitulum infra biennium.

CAPUT II.

Quis ſint legitime interfuturi Capitulo Generali, & Capitulo infra biennium.

EXiſtimantes rem communem, communi conſilio eſſe tractandam, contrà verò univerſum cœtum confuſionem parere; utrique rei conſulentes, ordinamus, ut infraſcripti ad Capitulum Generale conveniant: In primis Reverendus P. Abbas & Vicarius Generales Ordinis, & Viſitatores omnes: Item quicumque fuerint in dignitate Prælati in quocumque loco quantumlibet diſtanti; inter quos ſi quis fuerit citra loci ſui Abbatiatum alio in loco aſſignatus, ne Monaſteria duplici pondere graventur, ejus Monaſterii veniat impenſis, cujus fuerit titulo inſignitus: Veniat item Procurator Ordinis in Romana Curia. Præter ſupradictos ad Capitulum Generale accedant ſinguli Monachi ex ſingulis locis Ordinis noſtri, cùm omnes (ut diximus) intereſſe non poſſint. Singula autem Monaſteria committant diſcreto vices, & voces tam in electione Generalis, quàm in cæteris in Capitulo peragendis. Electus autem in diſcretum Capituli Generalis (modo, & forma infra dicenda) vices ſuas alteri nullatenus valeat committere, vel alium ſubſtituere: ſed ipſemet omnino ſe conferre teneatur. Quòd ſi juſto impedimento detentus fuerit, cujus rei diſcuſſio ſit penes Abbatem loci, & majorem partem Capituli: tunc illios electione annullata, alter (modo inferius dicendo) eligatur, qui perſonaliter Capitulo Generali poſſit intereſſe. At ſi quis contrafacere auſus fuerit, per Generalem Abbatem, & Viſitatores Ordinis puniatur. Statutum quoque, & ordinatum fuit, ne Prælati vices ſuas poſſint aliis committere, vel aliquem ſubſtituere in Capitulo Generali. Quod ſi qui legitimè fuerint impediti, ne valeant ad Capitulum accedere, vel ſenio, vel morbo, vel quovis alio impedimento, tem ejuſmodi Abbati Generali ex Ordine ſigniſi-

gnificent: Quòd ſi talis Prælatorum excuſatio non foret admiſſa per Abbatem Generalem, & Viſitatores, & ille nihilominus accedere negligeret, pro tali contumacia acerbe puniatur. At ſiquis interfuturus Capitulo Generali, ſive Prælatus, ſive diſcretus ad Montolivetum ſtatuto die non pervenerit, jejunet ſecunda die, poſtquam advenerit, in pane, & aqua tantum in cœnaculo, ubi fratres reficiuntur; diſcreti quidem in terra, Prælati verò ad menſam: ut illorum aliquantiſper dignitati indulgeatur: Diem autem ſtatutum dicimus Sabbatum ſupradictò diei Dominico proximum. Verùm ad Capitulum infra biennium celebrandum nemini ſe conferre liceat, præter Abbatem Generalem, & Viſitatores, niſi cum ipſius Abbatis Generalis expreſſa licentia. Siquis contraire auſus fuerit, graviter per Patres puniatur.

C A P U T III.

De forma eligendi Diſcretos ad Capitulum Generale mittendos.

CUM Patres Capituli Generalis anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi ...ctavi conſpicerent aliqua elapſis temporibus fuiſſe ſancita, quæ tempori huic ...inus congruere dignoſcuntur; & non...ullos etiam in congregatione abuſus in...rgere, quibus, ni obviam iretur, ma...nium aliquod inde malum obrepere non ...ubitarent: ea de cauſa quindecim Re...erendos Patres ex omnibus Provinciis ...legerunt; Videlicet Reverendum D. ...arolum de Verona, Vicarium Genera...m tunc temporis exiſtentem, Reveren...m D. Victorinum de Genua Viſitato..., Reverendum D. Auguſtinum Ligna...m Viſitatorem, Reverendum D. Hippo...um Patavinum Viſitatorem, Reveren...n D. Michael Angelum de Bononia, Viſi...orem, Reverendum D. Secundum de Pe...io Viſitatorem, Reverendum D. Vitum ...itatorem Florentinum, Reverendum ... Joannem Baptiſtam Senenſem Abba..., Reverendum D. Barnabam de Pe...o Abbatem, D. Matthiam de Floren... Abbatem, D. Julium de Mantua Ab...m, D. Placitum de Aquila Abbatem, ...Prothaſium de Mediolano Abbatem. ...Claudium de Bononia Abbatem, & ...Benedictum Tombeſium Abbatem; ...omnibus addidere Reverendiſſimum ...em Generalem D. Cyprianum de Ne..., ut ſuo, ac cæterorum communi, ... maturo conſilio, quæ infirmare, ...confirmare, corrigere, ſive denuo ...ere ſanctiones oportere adjudicaſ..., ea omnia infirmarent, confirma...ve; corrigerent, ſive denuo conſtitutiones conderent, pro ut melius communi urilitati conſultum fore arbitrarertur. Unde Reverendiſſimus Generalis, & cæteri Reverendi Patres delecti, munus ſibi injunctum exequi cupientes, inter alia (quæ ſuo locó dicentur) hoc etiam decrevere; ut ſcilicet in deligendis ad nova comitia diſcretis, juxta Aureæ bullæ tenorem procedatur, perinde ac paucis ab hinc annis fieri conſueverat; hoc uno tamen excepto, quòd clerici ſacris Ordinibus inſigniti hac in electionem activa tantùm voce gaudeant; & ſolum qui fuerint Sacerdotii dignitate decorati, munus iſtud obire valeanr. Ea propter qui ex ſingulis Monaſteriis deſtinandi ſunt, hoc modo, & forma eligantur. Poſt feſtum omnium Sanctorum, cùm id primum Superiori commode ceſſerit, ac ei placuerit; Abbas in loco capitulari evocet ad ſe omnes ſui Monaſterii Sacerdotes, & Clericos ſacris Ordinibus initiatos: exceptis illis, qui forte tunc temporis voce privati fuiſſent, nec dum ea (ut mos eſt) à Capitulo Generali donati eſſent; quibus ſe decreviſſe dicet, ut diſcretus declaretur, eiſque verba faciat, quæ tempus, & res ipſa expoſcunt. Deinde flexis genibus in hunc modum orent. Prius dicatur Pſalmus. Ad te Domine levavi animam meam. Hymnus Veni creator Spiritus. ℣. Emitte ſpiritum tuum. ℟. Et renovabis faciem. ℣. Sit nomen domini ℟. Ex hoc nunc. ℣. Domine exaudi. ℣. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oratio. Deus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Oratio. Concede nos ſamulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſæ Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Oratio. Deus, qui Chriſtianam ſamiliam Benedicti ſanctiſſimi miraculorum floribus roboras, doctrinæ, virtutumque fructibus inſtruis; da, ut cujus memoriam colimus, ejus imitemur veſtigia, & ſic ad Paradiſi gaudia miſericorditer perducamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. His expletis conſideant; & ubi per patrem loci fuerint breviter, ac religioſè admoniti, ut omnia fiant in Charitate, aſſignent Abbati loci duos ſcrutatores, ſive ſint de gremio capituli, ſive non, nihil refert; dummodo per majorem capituli partem, & per ſecretas ſabas eligantur: quæ quidem ponantur in vaſe ad hoc præparato, & taliter diſpoſito, ut diſcerni non poſſit, quot, vel quæ fabæ ſint favorabiles, & quæ non; niſi prius de eo vaſe

fuerint extractæ coram omnibus. Deinde ponatur aliud vas expeditum, & deſuper apertum, in quo quilibet Monachus habens vocem Ordine procedendo, inchoando à ſuperiore, complicatam ſchedulam ponat, quam Ipſe ſcripſerit, vel ſcribi fecerit, ſuo ſuppreſſo nomine, ſub his verbis. Ego eligo in diſcretum Capituli Generalis Domnum N. de tali loco. Hic omnes monitos eſſe volumus, ut eis dumtaxat ſuffragentur, qui fuerint ſacerdotio inſigniti. Inde ab Abbate, & ſcrutatoribus è vaſe ſchedulæ extrahantur: & qui primo ſcrutinio inventus fuerit plura habuiſſe ſuffragia licèt medietatem ſuffragiorum non exceſſerit, ille intelligatur diſcretus electus ad proxima nova comitia; cui committi debeant vices, & voces, tam in electione Generalis, quàm in reliquis in Capitulo peragendis. At ſi duo, vel plures concurrerint numero ſuffragiorum pares, extrahantur per ſortes è vaſe ad hoc præparato per ſeniorem ſecundum regulam ex duobus ſcrutatoribus à Capitulo aſſignatis; & ſchedula prima, quæ extracta fuerit, legatur, & publicetur, & ille, qui inventus fuerit in ea, ſit electus, & vadat ad Capitulum Generale. Schedulæ autem ſtatim comburantur: & delectus pro accepto munere, primùm quidem DEO, deinde Patribus gratias agat. Hoc ubi confectum fuerit, à loci Superiore (ut primùm commode fieri poterit) Abbas Generalis ejus rei per litteras certior fiat.

Caput IV.

Quid in Monaſteriis agere debeant ii, qui ad Capitulum non accedunt.

QUi Capitulo Generali non ſunt interfuturi, in aſſignatis Monaſteriis divino cultui, & orationibus vacent: maximè verò pro fœlici rerum noſtrarum ſucceſſu Deum orare ſynceris affectibus non deſiſtant. Publicæ verò orationis ea de cauſa faciendæ forma talis erit: Ut feria quinta ante ſtatum diem Dominicum, qui tertius à Paſcha eſt, celebretur Miſſa Spiritus ſancti: niſi aliquod ſolemne feſtum id impediat: Feria ſexta celebretur Miſſa Beatæ Mariæ Virginis: Sabbato celebretur Miſſa Beati P. Benedicti. Quibus diebus ſingulis poſt Miſſarum ſolemnia Pſalmi pœnitentiales cum lætaniis dicantur. Cùm primum verò Res in Capitulo per Patres determinatas eſſe probabiliter exiſtimari poterit; agantur gratiæ DEO, & celebretur Miſſa Sanctiſſimæ Trinitatis. Ut autem antiquæ conſuetudini nihil derogetur, ſuis olim ſtatutis diebus Miſſæ conſuetæ celebrentur. Quæ quidem obſervatio rituum, & ſacrificiorum ſervetur infra biennium, quando breve celebrabitur Capitulum. Porrò diſtrictè mandamus, ne quis loci Superior prædictis diebus vagari monachos permittat; minimè verò extra clauſtra pernoctare, præter loci Procuratorem, ſi qua tamen urgens inceſſerit neceſſitas.

Caput V.

Proviſor, & Hebdomadarius Capituli Generalis eliguntur, & eorum officium declaratur.

OMnibus, qui Capitulo ſunt interfuturi, undique collectis, die Sabbati, quæ memoratum diem Dominicum præcedit, Abbas Generalis cum Viſitatoribus eligat Patrem unum Induſtrium, & idoneum; quem inſtituat Capituli Proviſorem: Cujus quidem authoritas ſuper omnia diſpenſanda, & adminiſtranda erit; Cui, inquam, omnes ſive de gremio; ſive extra gremium Capituli obediant, cujus locus juxta Viſitatores cenſeatur toto tempore Capituli. Idem Abbas Generalis Hebdomadarium Capituli inſtituat, qui tam in Eccleſia, quàm in Cœnaculo Primus (niſi Generalis Abbas adeſſet) intonet voces. Conſtituat quoque omnes alios miniſtros Abbas Generalis tam in Eccleſia, quàm in Cœnaculo pro quotidianis famulitiis; qui omnes ad prandium conveniant; & lector ad primum ſignum poſt prandium diſtinctè legat altaris miniſtros, cantores, & cæteros officiales: ut ordinatè cuncta ſuccedant. Et nequis de agendorum ignorantia ſeſe excuſet, Proviſor Capituli pagellam diſtributiones ejuſmodi continentem ad templi, vel cœnaculi valvas affigat: ut ab omnibus inſpectari poſſit. Omnia ſint illi curæ, ut ritè procedant: præcipuè vero det operam, ut horæ Canonicæ in Eccleſia tam diurno, quam nocturno tempore perſolvantur; idque ut exactè ſervetur, diſpertito onere (ſi hoc opportunum duxerit) modo his, modo illis matutinas preces abſolvendas committat. Ut verò libentius ei obtemperent omnes, indulgentias, ſive licentias ab eo monachi accipiant, & recognoſcant.

Caput VI.

De Miſſa cantanda prima die Capituli, de exhortatione habenda ad Patres, de abdicatione Generalis; & penes quem interim ſit auctoritas, quouſque novus Generalis deligatur; de dubiis vocibus approbandis, vel improbandis; de Apoſtolico diplomate legendo; de precibus ad Deum fundendis, & uno tantùm ſuffragio in ſcrutinio ferendo.

PRima die Capituli ſummo mane cucullati omnes ad Eccleſiam conveni-

ant

ant, & dicta Prima, per Reverendum
Vicarium Generalem cum miniſtris indu-
tis rubea indumenta, ſollemniter cele-
bratur Miſſa Spiritus Sancti. Qua cele-
brata, pulſetur ad Capitulum tribus vi-
cibus; ut ſiqui forte non adſint, mox
conveniant, & res tractentur legitimè.
Cùm verò in locis ſuis quietè conſede-
int omnes, & tranquillo animo, unus,
ui fuerit antea demandatum, aſſurgens
rocedat in medium ac genuflectat ad pe-
es Abbatis Generalis, & ab eo benedi-
ionis munere accepto, in locum huic
i apparatum ſeſe recipiat. Inde aper-
capite ſtans, orationem habeat lucu-
ntam, ſed brevem; perſpicuam, ſed
ligioſam. Qua in deliberando, animos
ponat omnium, ut ad Dominum no-
um JEſum Chriſtum actiones, noſtræ
igantur, & inde auxilium pro novo
eſule cooptando, atque deligendo ex-
atur. Dicat hic quouſque voluerit,
ab Abbate Generali reticendi ſignum
eperit: tunc obſequiosè pareat, ac
deat. Hinc facto ſilentii parvo inter-
o, Generalis Abbas pro gravitate rei
ſe dicat quæ volet, modo ad tempo-
anguſtiam ratio habeatur, tum prom-
fronte, ac lubenti animo hæc ver-
romat.
Ego Domnus talis de tali loco ha-
us Generalis Abbas noſtræ Sacræ Re-
nis, nunc completo tempore mei
i, ſponte cedo, & renuncio eidem
eralis Abbatiatus mei officio mihi
cto, & competenti, tam ex electio-
quàm ex confirmatione, & mihi tra-
oſſeſſione. Quibus dictis, ſtatim
mi proſternat in medio concionis.
Vicarius Generalis aſſurgens eum
enter ſuſcipiat; & prope ſe collo-
ſtatim partes omnes curæ univer-
pud ſe retenturus, donec alius Ge-
Abbas ſuffectus fuerit. Tunc ex-
ocem ibi non habentibus, claudan-
uæ, ne quis inde egrediatur, nè-
s ingrediatur. His ita diſpoſitis,
carium Generalem, vel Proviſo-
timetur, ſiquis forte cauſas habe-
t quiſpiam aſſidentium ſit impro-
, ne vocem habeat in electione
lis inſtituendi. Quod ſi nemo al-
hujuſmodi cauſas improbandi ali-
ſurrexerit, tunc omnia ſuffragia
ac legitima habeantur. At ſi quæ
bia eſſent, num forent improban-
longius negotium protrahatur;
orem partem Capituli, vel ad-
ur, vel reprobentur. Si verò
um fuerit Conventum miſiſſe non
electum, vel non ſervatis ſer-
eclaratum in diſcretum; per Ab-
eneralem, & Viſitatores ita ſe-
niantur tam electus hujuſmodi,

quàm qui elegerint, vel declaraverint; ut id in poſterum cæteri non præſumant. Inde Vicarius Generalis, vel alius idoneus, cui ipſe præceperit, cunctis audientibus, legat diſtinctè, & apertè ſermone prius latino, deinde materna lingua propter minus peritos, ſtatutum Apoſtolicum infra poſitum; ut facilè, quæ pœnæ iis infligantur, qui indecenti affectu, non ratione ducti ſuffragarentur electioni celebrandæ, intelligant omnes. Tenor autem Apoſtolici diplomatis talis eſt.

Ad comprimendam peſtiferam ambitionem, quam inimico fallente ſæpe incurrunt Deum præ oculis non habentes: ut quos DEI timor non revocat à malo, gravior pœna coerceat à peccato. Statuimus, & ordinamus: quod Abbas Generalis Ordini Montoliveti exiſtens pro tempore ſuo durante, vel ceſſante, vel quomodolibet Abbatiatus officio expirante, vel alius quicunque per ſe, vel per alium, ſeu alios directè, vel indirecte, quovis quæſito colore, publicè, vel occultè circa electionem futuri Abbatis Generalis hujuſmodi nequaquam ſeorſum inordinata, vel indecenti affectione, quæ forſitan ex odio, vel amore privato procederet, tractaturus procurare, vel ſolicitare, vel ad hoc, quod de aliqua ſingulari perſona tunc futura in proximo, vel quandocumquæ celebraretur electio, quemquam inducere, ſeu exhortari præſumat: alioquin, tam ipſe, quàm in ea parte ſibi adhærentes, vel complices, præter excommunicationis ſententiam, quam incurrant eo ipſo, ſi contrafecerint; & à qua non niſi conſultis Generali Abbate, & Viſitatoribus poſſint abſolvi, prætetquam in mortis articulo conſtituti. Incurrant etiam pœnas, de quibus Abbati, & Viſitatoribus expedire videbitur; veſtram, & ipſorum conſcientiam onerando. Poſtea Vicarius Generalis quibuſdam præmiſſis, brevem ſermonem habeat; quo mentes itidem diſponat, ut religiosè, ac pie ſentiant de tractanda electione. Et in primis formidinem incutiat; ne decreto Pontificis, vel tantillum impingant, tot pœnas, ſi contrafecerint, ſubituri. Et claris verbis præcipiat in virtute ſanctæ obedientiæ authoritate Sedis Apoſtolicæ, etiam ſub pœna majoris excommunicationis, ipſo facto incurrendæ juxta formam ſupradicti Apoſtolici ſtatuti: Si quis potius promiſſionis, vel alicujus commodi gratia, quam DEI intuitu, electioni ſuffragetur. Sed is eligatur, qui exiſtimabitur pacificum ſtatum, Divinum cultum, & animarum ſalutem, quibusvis aliis curis, & actionibus, rationibusque ante poſiturus. Mox alternatim, ac religio-

sè

ſè flexis genibus, DEO fundantur preces ad hunc modum. Dicatur Pſal. Ad te Domine levavi animam meam. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. Salvos fac. ℟. Deus. ℣. Mitte nobis. ℟. Et de Sion tuere nos. ℣. Eſto nobis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nos. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oratio. Prætende Domine famulis tuis quæſumus dexteram cœleſtis auxilii; ut te toto corde perquirant: & quæ digné poſtulant conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Quibus rité perfectis, Vicarius Generalis præcipiat in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœna majoris excommunicationis, ipſo facto incurrendæ, ne quis audeat, vel præſumat ponere in vaſe congruo, & ad hoc præparato, niſi unam dumtaxar ſchedulam.

Caput VII.

De modo eligendi Abbatem Generalem; de ſcrutatorum lectione, & ipſorum authoritate, & de jurejurando eis tradendo; & de modo pronunciandi electum Generalem.

Quoniam in rebus ſeriis non eſt niſi ſapienter, & canonicé procedendum; propterea nemini mirum ſit, ſi hoc in loco partis Aureæ Bullæ, à Paulo III. Congregationi conceſſæ, quæ ad iſtud negotium pertinet, facimus mentionem: quandoquidem Reverendi Patres reformatores electi anno 1568. (ut præmiſimus cap. 3.) decrevere priſcum Abbatis Generalis deligendi modum poſthac ſervari debere; juxta Aureæ bullæ rationem, & formam: itaque ne adimantur addenda, dicimus, præfatum Pontificem mandaſſe; quod quilibet Monachus habens vocem in Capitulo Generali, ſcribat, vel ſcribi faciat hæc, vel ſimilia verba, ſuum reticendo nomen. Ego eligo in Abbatem Generalem Dominum N. de tali loco. Et prima die celebrationis Capituli peracto Sacrificio, & cæremoniis conſuetis (pro ut ſuperius dictum eſt) ProviſorCapituli evocet omnes,& ſingulos vocem habentes in dicto Capitulo ſecundum locorum prioritatem, & poſterioritatem,(veluti hactenus factum eſt) & quilibet vocatus ponat ſuum ſuffragium, quod ſcripſerit,vel ſcribi fecerit,in vaſe ad hoc deputato, videntibus, & circumſtantibus octo ſcrutatoribus, hòc modo ſcilicet aſſignatis. Duo ponantur vaſa in congruo loco, in quorum altero tot ponantur fabæ, quot ſunt Prælati oriundi ultra Apenninum, exceptis Viſitatoribus; inter quas erunt quatuor tantùm nigræ, cæteræ verò albæ. Similiter & in altero ponantur tot fabæ, quot ſunt Prælati oriundi citra Apenninum montem, exceptis Viſitatoribus; inter quas pari modo erunt quatuor nigræ. Dictæ autem fabæ extrahantur per ſeniorem viſitatorum à die ſuæ profeſſionis ex his duobus vaſibus, ſecundum locorum prioritatem, ſub nomine omnium Prælatorum, & illi, ſub nomine quorum ſupradictæ fabæ nigræ fuerint extractæ, ſyndicorum, & ſcrutatorum officio fungantur; tam in electione Abbatis Generalis & aliarum eligendarum, terminandarum, & definiendarum rerum in Capitulo Generali, quam in ſyndicandis Generali Abbate, & Viſitatoribus, ubi eorum biennium (juxta noſtra regularia inſtituta) compleverint; ipſorum geſta infirmando, vel confirmando, ut de jure fuerint opportunum. Mox Vicarius Generalis convocet ad ſe delectos ſcrutatores, & authoritate Apoſtolica, & totius Capituli, qua per illud tempus fungitur; ſub atteſtatione Divini judicii, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipiat, ut fideliter, ac ſyncerè tractent, & peragant negotium tam arduum, ſibi commiſſum, & præcipuè ſecretum teneant ſcrutinium, nec audeant, ſeu præſumant alicui aliquid dicere; ne quid inde ſcandali exoriatur. Demum ab eis exigat expreſſum, & publicum juſjurandum, quo polliceantur ſumma integritate omnia ſervaturos. Hoc peracto, ſe conferant ad ſcrutinium peragendum eo Ordine (ut præmiſimus) quo expleto, ac ipſis ſchedulis in vaſe (ut præfertur) poſitis, & aſſignatis, ſenior à die profeſſionis ex eiſdem ſcrutatoribus, illas ex dicto vaſe, vel urna extrahet; & ſingulas leget: & alii ſcrutatores interim adnotent perſonas in eiſdem ſchedulis electas & nominatas; & quem repererint plura habuiſſe ſuffragia, in noſtræ Congregationis Abbatem Generalem pronuncient. Ita tamen quod per majorem partem Capituli delectum eſſe conſpiciatur; alioquin dicta electio nulla ſit, & pro nihilo habeatur. Quare ſi in primo ſcrutinio (ut præfertur) facto, aliquem in dictis ſchedulis per majorem partem Capituli nominatum eſſe non invenerint, eiſdem ſchedulis combuſtis, ad ſecundum ſcrutinium modo ſuperius dicto procedatur. Quo iterato, & denuo extractis ſchedulis ex urna, is, quem plura habuiſſe ſuffragia repererint, etiam ſi medietatem ſuffragiorum non exceſſiſſent, neque attingiſſent; omnium eligentium vota habuiſſe cenſeatur, & in Abbatem Generalem habeatur, atque pronuncietur, & in Abbatem Generalem habeatur, atque pronuncietur, modo ut infra

ſra dicetur. At ſi duo, vel plures eundem numerum ſuffragiorum haberent; eo caſu ſenior à tempore ſuæ profeſſionis Abbas Generalis exiſtat, & pronuncietur, ut dicemus. Verum caveant Patres, ne incepto ſcrutinio electionis hujuſmodi, etiam ipſi ſcrutatores, ne dum aliæ perſonæ in loco conſiſtentes, in quo ſcrutinium ſit, inde exire poſſint, vel audeant aliquo pacto; niſi completa, & ex integro publicata novi Generalis electione. Et quia virtute ipſius Aureæ bullæ hucuſque ſervatum eſt, ut ad dignitatem Generalis, qui pervenerit, ei, ſi fuerit citra Apenninos montes, ſubſequatur alius, qui ſit ultra prædictos montes, & hoc alterna ſucceſſione; ſtatutum eſt denuò, ut hoc perpetuò futuris temporibus obſervetur: lege tamen, ac more ſervato, ne aliquis eorum, qui Generalatus fuerint dignitate perfuncti, reaſſumi ad eandem poſſit, niſi ſex vacarit annos: ſed neque aliquis ex eadem civitate, vel Diœceſi oriundus ad Generalatum promoveri poſſit; niſi dicto ſexennio elapſo. Quæ autem Provinciæ, ſive nationes, & Monaſteria ſint citra, & quæ ſint ultra Apenninum, id ex ſecunda conſtitutionum parte, & ex cap. 32. petendum. Sed modus pronunciandi novum Generalem ſit iſte. Senior ex ſcrutatoribus à die ſuæ profeſſionis pronunciet, & omnes lætabundi intelligant, Abbatem jam electum eſſe; & alta voce promat: Abbatem habemus. Deinde cum cæteris ſcrutatoribus ad univerſam concionem deveniens, dicat hæc verba. Patres, & fratres per majorem partem hujus Sacri Capituli unus Monachus noſtri Ordinis fuit nominatus, & legitimè electus in Generalem, ſecundum decreta Domini Papæ Pauli III. Vultis, ut pronuncietur? Et cunctis reſpondentibus pu... atque affirmativè, volumus. Tunc ...oce confirmata, & clara verba proferat, ...æ ſequuntur.

Ego Dominus N. de tali loco no...ne, & vice totius Capituli, & au...oritate Apoſtolica Privilegii noſtri, ...go, & in Abbatem Generalem totius ...dinis noſtri pronuncio Dominum talem ...tali loco. Cui ille electus, benignè, ...venuſtè annuens, & acquieſcens, ...feſtim de more ſe proſternat in loco ...dudum parato coram altari: Et can...es incipiant: Te Deum laudamus. ...o dicto ſequatur hymnus. Veni Cre...r Spiritus. ℣. Emitte ſpiritum. ℟. Et ...ovabis. Oratio. Deus, qui corda fi...ium ſancti Spiritus illuſtratione docui... da nobis in eodem ſpiritu recta ſape..., & de ejus ſemper conſolatione gau...e. Per Dominum noſtrum, in unitate ejuſdem Spiritus. Qua terminata, dicatur à cantoribus. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Peractis ſacris ritibus, Abbas Generalis, qui proſtratus jacuerat, per duos ſeniores ſcrutatorum, aliis nihilominus accedentibus, reverenter ſublevetur; & auſpiciis DEI Omnipotentis, ac Sanctorum omnium, in primo, ſublimique ſubſellio collocetur, & tamquam verus, ac omnium Generalis Abbas, in Generalatus poſſeſſionem deveniat. Cujus rei celebratio, tametſi cæteræ, quæ de jure communi requirerentur, demptæ ſint ſolemnitates, vim habet confirmationis, & roboris firmitatem ex decreto Apoſtolicæ Sedis, piè nobis indulto, quo dictus Abbas legitimè ſit electus, & apud omnes univerſam retinet dignitatem: atque adminiſtrandi tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ejusdem Monaſterii principalis, & cæterorum locorum ſibi ſubjectorum legitimam, plenam, ac liberam facultatem poſſidet, integrè tamen ſervata Privilegiorum, Regulæ, & Conſtitutionum Ordinis forma. Cujus dignitas duret à die Dominicæ tertiæ poſt ſanctum Paſcha, uſque ad eandem diem in ſuo biennio devenientem. Quo tempore dictus Abbas diſponat ſui officii abdicationem: quam humiliter, ac animo volenti, immediatè, & omni prorſus dempta mora poſtulet. Quod ſi renueret, ac ſubterfugeret (quod Deus prohibeat) mox ſit, & eſſe intelligatur abſolutus, ac privatus dicto officio. Attamen, ſi vacatio officii Abbatiatus infra tempus per mortem contingat, vel alia cauſa, ſiqua tam urgens oriretur; tunc ſecundum ſtatuta Pontificum, & noſtri Ordinis, Vicarius pro tempore Generalis unà cum octo Viſitatoribus, dignitatem Abbatiatus retineat, & exerceat, uſque ad tertiam diem Dominicam poſt Paſcha proximè occurrentem. Et tunc Capitulum Generale conveniat, & celebretur: in quo eligatur novus Abbas Generalis, qui duret, præſit, & vacet modo, & forma ſupra dictis. Electus autem novus Abbas (ut ſupra dictum eſt) dicat ſi quæ volet; ſed brevibus: ne tardior hora longius protrahatur. Agat in primis ſancto Spiritui ſummas gratias, & Patribus, qui aſtant benignum ſe præſtet, ac ſignificet, tametſi ſub tanto pondere ingemat, ac gravetur. Et facta ſuper his brevi oratione, Collegium dimittatur, verùm loco decedentes, ut animorum teſtificentur certiſſimam gratulationem, novo Præſuli occurrant omnes, & procidant, & gratulentur, manuſque deoſculentur.

CAPUT VIII.

Abdicatio Magiſtratuum, & Officiorum; & obedientiæ promiſſio novo Abbati Generali

POſt horam nonam ejuſdem diei, dato triplici ſigno pulſationis, & collecto cætu in Eccleſia, cum Abbas conſidentibus cæteris dixerit pauca (ſi videbitur) Vicarius Generalis omnium primus proſternat ſe coram Generali Abbate ſeſe accuſans, ſi quæ negligenter in ſuo commiſerit magiſtratu, vel omiſerit; & ſic eidem magiſtratui ſponte cedat, & renunciet. Abbas verò annuat, ac talem recipiat abdicationem; & illum abſolutum nutu ſignificet, atque ab eo ſignum dignitatis in ſigillo repoſcat, & accipiat. Hunc modum ſervent ſingillatim, & ordine compoſito reliqui & ſinguli Prælati ſecundum locorum prioritatem, & poſterioritatem per Proviſorem Capituli vocati. Officiales verò Monaſterii Monti Oliveti vel illus Monaſterii ubi Capitulum Generale contigerit celebrari, idem faciant renunciando Officiis per claves, præterquam quod culpam non dicent, nec ſe proſternent. Quæ forma renunciationis in ſingulis ſervetur Capitulis Generalibus. At ſi quis Prælatorum, vel Officialium talem renunciationem facere renueret, vel quoquo modo reſiſteret; ſtatim privatus intelligatur juxta decretum Pontificium de hac re Ordini noſtro conceſſum. Et inſuper per ſpatium anni unius in carcerem detrudatur, diſciplinis, & abſtinentiis per Generalem Abbatem, & Viſitatores plectendus: neque ad aliquod officium in noſtro Ordine aſſumi umquam valeat; nec aliqua donari dignitate. Hac verò renunciatione peracta, ſinguli in locis pro Regula convenientibus ſedeant; nulla dignitatum, quibus jam renunciatum eſt, habita ratione; præter octo Viſitatores Ordinis: qui licet Magiſtratu ſe abdicarint, Prælationis tamen retinent Viſitatoratus dignitatem: & propterea locorum quoque decorem tenere omnino debent. Verùm in Capitulo infra biennium, quandonon fit ejuſmodi abdicatio dignitatum, & officiorum; necnon tempore Capituli Generalis, extra locum, ubi celebratur Capitulum, in aſſignatis Monaſteriis Magiſtratuum teneant dignitatem; & adminiſtrationem omnes exerceant: donec Generalis Abbatis, & Viſitatorum literas ſcriptas quacumque forma (quamvis ſimplici) receperint de confirmatione, vel mutatione. Quibus literis de more acceptis, quemadmodum fuerit ordinatum, ſtent, vel vadant, omni prorſus dempta cunctatione, vel quavis appellatione; ut omnino præſtetur exacta (ut decet) obedientia. Expedita renunciatione (ut ſuperius dictum eſt) ſurgat qui primus extat in ordine Vicarius Generalis; & genuflectens coram Generali Abbate immittat ſuas intra illius manus, dicens. Promitto tibi Pater obedientiam ſecundum modum meæ profeſſionis: Et Abbas illum ad pacis oſculum recipiens benignè, dicat. Et ego tibi promitto vitam æternam: & munus illi condonet benedictionis. Inde in ſuo loco ille conſideat; quem modum ſinguli teneant, veluti in renunciatione dictum eſt. Et omnes hoc ipſum ſervent, tam Patres de Capitulo, quàm qui in eo Monaſterio reperiuntur, ubi Capitulum eo tempore celebratur. Veruntamen ne confuſio exoriatur, ordinet Generalis Abbas; ut Vicarius Generalis, & reliqui Officiales interim miniſtrent; atque ſua de more curent officia: donec aliter fuerit diſpoſitum in publica novæ familiæ declaratione. Idem ſervabitur alibi; ſi alibi contingat Capitulum celebrari.

CAPUT IX.

Quæ ſit authoritas Abbatis Generalis, & quæ Viſitatorum, & Reſidentiæ quæ ſint partes.

NAm quia non ſoli Abbati rem tractare communem expedit; octo ſibi viros, quos Viſitatores appellamus, adjungat: quorum tam conſilio, quàm conſenſu omnibus in rebus uti juxta Pontificis auctoritatem, debeat. Quæ autem pro conſervatione Ordinis fore neceſſaria videbuntur, ipſe Collegio proponat. Nam ad illum tantùm ſpectat hoc proponendi onus, vel cui permiſerit. Præterea, ſi qui inſtituendi, vel deſtituendi ſint Prælati; ad ſolum Abbatem Generalem ſpectat proponere: & in primis matura inter ſe deliberatione habita, eligant Vicarium Generalem, & quatuor Viſitatores reciprocata vice; ut ſemper quatuor inſtituantur annis ſingulis, totidem ſcilicet, quot ea dignitate expleto biennio functi fuerint; quorum officium per biennium quoque perſeveret à die inſtitutionis factæ tam in Capitulo Generali, quam infra biennium. Illi verò quatuor Viſitatores, quibus vacare contigerit; non poſſint in eandem dignitatem amplius reaſſumi; niſi per biennium prius vacationem fecerint. Verùm ſi aliquem ex ipſis per mortem, vel ob aliam cauſam, vacare ante completum biennii tempus ſupradicti evenerit; alium ſubrogare Abbas in ejus locum (ſi ſibi, & aliis Viſitatoribus, vel majori parti videbitur neceſſarium) poſſit ex Præ-

Præ-

Digitized by Google

Prælatis, qui fuerit idoneus, ut talem magiſtratum exerceat. Hic autem, qui ſuffectus fuerit, completo biennio ſui præceſſoris, intelligatur omnino abſo- utus: nec confirmari vel aſſumi iterum poſſit; niſi ſaltem tanto tempore vaca- verit; quantum pro ſuo præceſſore con- ſtiterit ſuppleviſſe. Omnia verò alicu- us momend negotia diſcutiantur, & ter- minentur in ſcrutinio per ſecretas fabas, uxta Domini Papæ Pauli III. olim de- retum. Negotia verò alicujus momen- i dicimus illa eſſe, quæ ab ipſa reſiden- a (Reſidentiam appellamus Abbatis Ge- eralis, & Viſitatorum Collegium) de- arabuntur. Sic enim Dominus Papa ſuo decreto tacitè videtur innuere. quos verò vel inſtituere, vel deſtitu- e velit Abbas Prælatos; neceſſe eſt, quatuor ad minus vota Viſitatorum m ſuo voto concordent. Et ſi quem iſitatorum abeſſe contigerit: alii cui- am votum ſuum committere non poſ- . Supradicto modo Procurator Ordi- eligatur: cæteros verò officiales, præ- Prælatos, ab ipſo Abbate Generali titui, & deponi, conſilio unius Vi- toris (ſi adſit) poſſe declaramus. Re- nina autem Monaſterinrum, & loco- n aſſignaciones tam Prælatis, quàm ilis à ſola Generalis diſpoſitione jux- declarationem Patrum dependeant. enim in rebus conſilium à Viſitato- s, non conſenſum, quærere poteſt. gnet autem Abbas Generalis cuique catnrum locum regimiois. Si quæ fierent, ut ſolent, depoſitiones latorum ad libitum Generalis, cum ſenſu majoris partis Viſitatorum eſſe mus; velut antiquitns extat obſer- m; ne lites, & controverſiæ in gregatione oriantur. Declaramus per Prælatos, qui coram novo Ge- li Abbate prima die Capituli pro ri- gnitatibus ſe abdicaverint; eas non oportere per ſecretas ſabas ipſis re- ; ſi tamen reſtituendæ judicabun- quoniam jam ad dignitates recepti nc. Secus ſi ſuerint deſtituendi: per fabas ſaciendum eſt. Idem di- de Generali Vicario, & Procura- Ordinis, ſi Generalis Abbas pro meritis, & virtutibus eos con- e decreverit. Cùm verò in tem- occurric Prælatorum vacatio; vel ortem, vel per aliam quamvis cau- eadem forma inſtituendi, deſtitu- e ſervabitur. Advertendum au- nullum poſſe ad aliquem dignita- lum promoveri, niſi octavum com- ic annum in ordine à die ſuæ Pro- s, juxta determinationem Apo- Sedis per Paulum III. Ad Prælatu- rò non poſſit quis promoveri, niſi annos ætatis triginta, & in Congrega- tione duodecim compleverit; ut habe- tur Cap. 30. ſecundæ partis.

CAPUT X.

Vicarius Generalis, Viſitatores, Prælati, & cæteri Officiales inſtituuntur, & deſtituuntur, & proponendi facultas in deliberatorio datur.

SEcunda die Capituli ſollemni ritu celebrabitur Miſſa Beatiſſimæ Virginis Mariæ per Reverendum D. Abbatem Senenſem cum miniſtris indutis alba indumenta. Generalis autem Abbas, & octo Viſitatores Ordinis, audita Miſſa, ad reſidentiam ſeſe ſummo mane recipiant. Et clauſo oſtio orent, anteqnam agere quidquam incipiant, ad Dominum: & genibus flexis, hos quos ſubſcripſimus pſalmos devotè dicant. Ad te Dnmine levavi animam meam. Item, Deus in nomine tun. Deinde Hymnum. Veni Creator Spiritus, Pater noſter. ℣. Emitte ſpiritum. ℟. Et renovabis. ℣. Sit nomen Domini. ℟. Ex hoc. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oratio. Deus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti; da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Concede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corpnris ſanitate gaudere; & glorioſæ Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia; & æterna perſrui lætitia. Deus, qui Chriſtianam ſamiliam Benedicti ſanctiſſimi miraculorum floribus roboras; doctrinæ virtutumque fructibus inſtruis; da, ut quem veneramur memoria, ejus imitemnr veſtigia & ſic ad paradiſi gaudia miſericorditer perducamur. Per. Quibus ritè completis, ſuis in locis quisque reſideat. In primis & ante omnia Generalis Abbas, Vicarium Generalem per ſecretas fabas deſtituendum proponat: ſi tamen ipſi deſtituendus ille videbitur. Secus autem ſi confirmandum judicaverit. Quæ quidem confirmatio in arbitrio Abbatis Generalis tantùm ponitur: moxque creandus eſt novus Vicarius, poſt quem, alii quatuor Viſitatores eodem modo, ac forma ſubrogandi erunt. Si quem verò Prælatorum Abbas Generalis deponere tentaverit; ſupradicto inſtituendi ordine utatur. Admoneat Item omnes Cenſores, ut quæ corrigenda, ſive punienda per loca viſitando repererint; palàm faciant, & detegant: & brevibus, qua explananda ſunt, dicant, ut Abbatem Generalem non præ-

prætereat; quem nam Prælatorum, ſive officialium, aut monachorum à ſuis locis, aut dignitatibus amovendum proponere debeat. Cùm primùm, aliquem nominari contigerit; confeſtim ſurgat, qui illius Provinciæ Viſitator extiterit; & cauſas dicat, cur amovendus ſit talis de loco, ſive dignitate Monachus, vel Prælatus; & quas debeat luere pœnas: id tamen omni cum charitate,& in fratres ſumma pietate fiat abſque ulla perſonarum acceptione. In omnibus Dei honor, Ordinis obſervantia; atque locorum utilitas præferatur. Poſt horam verò diei nonam, dato triplici ſigno, publicè conveniant omnes: & ubi ſederint modeſtè intendentes, Abbas in hunc modum ad concionem loquatur. Patres mei dilectiſſimi. Quæ qu dem verba materna lingua pronuncianda ſunt, neminem veſtrum latet noſtrum vivendi modum, & Ordinis noſtri normam: Unde conveniſtis omnes ad Capitulum, novi Præſulis deligendi gratia, & ut rebus communibus communi conſilio conſuleretis. Si qua igitur immutanda, vel addenda, aut ſtatuenda ſunt; omnibus, & ſingulis ſit æqua poteſtas dicendi,proponendi atque ſuggerendi, quæ utilitati communi expediunt. Nemo tamen contra charitatem, & Ordinis quietem, ac pacem ad dicendum conſurgere audeat; & ille, qui dicturus eſt, aperto dicat capite. Si verò Generalis Abbas alicujus ſermonem truncare, ac reprimere vellet; nullus præſumat amplius verbum verbo addere: eundemque Ordinem, cùm Vicarius Generalis Capitulo præfuerit; ſervari ſtatuimus: eaque omnia, quæ ab aliquo ibi propoſita fuerint; notentur ſedulò per ſcribam, quem Generalis inſtituerit: & ad Patrum reſidentiam deferantur; ubi prius ſecreto ſcrutinio diſcutiantur; ſi qua diſcutienda videbuntur. Illa autem, quæ per reſidentiæ Patres obtenta fuerint; ſcrutinio rurſus Capituli Generalis diffinienda, & approbanda deferantur. Et ita omnes determinationes diligenter à ſcriba exarentur in libro Decretorum Generalium. Scribæ autem officium eſt; omnia diffinitiva in Capitulo Generali deſcribere, & in Librum determinationum reſidentiæ referre: nec non memorias noſtrorum defunctorum reſervare: profeſſiones Monachorum, & litteras devotis Ordinis conceſſas, & privilegia cuſtodire: apoſtatarum cauſas, privationes vocum, & reſtitutiones earum, & licentias alicujus Monachi ſcriptis demandare; ut omnibus omnia conſtent.

Caput XI.

Eligantur qui viſitent Monachos Capituli Generalis; & qui rationes Monaſteriorum inſpiciant, & Syndici ſtatutis horis cauſas audiant.

Eadem die eligat Abbas cum Viſitatoribus nonnullos ex Prælatis, qui ſunt in Capitulo; qui viſitent cæteros Prælatos, & diſcretos: necnon & Conventum illius Monaſterii, ubi Capitulum Generale celebrari contigerit: atque examinantes præcipiant eis in virtute ſanctæ obedientiæ; ut veritatem ſibi de omnibus dicant. Deinde diſcretos interrogent; quomodo quiſque ſuus Abbas res Monaſterii cùm temporaliter, tum verò ſpiritualiter adminiſtraverit: an ſecundum Deum, juxta charitatem, & morum honeſtatem erga ſibi ſubditos ſe geſſerit? Et tandem protendatur examen uſque ad omnes familias Congregationis; ut hinc facilè dijudicari poſſit, quinam præmio, aut pœna digni ſint. Et ſi quos in via, Dei otioſos, & legum tranſgreſſores invenerint; Abbati Generali annuncient; à quo ſciant ſe diverſis pœnis mulctandos eſſe. Syndici verò poſt nonam, dato prius triplici ſigno Campanellæ, per duas horas quotidie audire debeant quoſcumque incipiendo à die lunæ, uſque ad terminationem novæ familiæ. Et quod per eos pronunciatum fuerit, volumus inviolabiliter obſervari. Quorum auctoritas (quam judicamus eſſe maximam) tanta omnino ſit apud omnes, & habeatur; quantam eſſe debere Aurea Bulla decretum eſt. Et quia majori honore afficiendi ſunt, qui majus onus ſuſtinent; idcirco declaramus (ſicut in diffinitorio per ſecretas fabas eſt obtentum) ut Syndici, durante eorum officio, cæteros antecedant Prælatos; exceptis illis, qui aliàs Generalatus dignitate inſigniti fuerint. Viſitatio verò, ſive diſcuſſio rationum Cellerariorum injungatur aliis duobus in hac arte peritis, & viris boni teſtimonii, ad perficiendum opus idoneis.

Caput XII.

Denunciantur Abbati Generali Viſitationes factæ; & Rationes Monaſteriorum recenſentur.

Tertia die Capituli Miſſa ſollemniter celebretur Beatiſſimi Patris Benedicti, per Reverendum D. Abbatem Aretinum, cum Miniſtris indutis (ut moris eſt) alba, vel præcipua indumenta. Poſt nonam autem, facto de more, triplici ſigno, conveniant omnes in locum publicæ Concionis: & tunc Generalis Abbas ad

ad univerſum cœtum brevem ſermooem habeat: quo moneat omnes, & inflammet ad virtutes ſectandas; & æquè vitanda vitia. Itemque anounciet præmia virtutum, & pœnas peccatorum: omnesque adhortetur in Domino; ut per viam ſalutis inoffenſo pede tranſire ſtudeant. Poſtea diligenter auſcultet, & audiat delationes, accuſationesque eorum (ut ſupra electorum) qui viſitandi munus ſubierant: ut hinc improborum, & proboru.n cauſis elucidatis; optimè ſciat quæ caſtiganda, ſive præmianda ſunt. Deinde rationes Cellerariorum redditas, examuſſim inſpectet: ſi quem videlicet non fidelem diſpenſatorem inveniret; quem acrios puniendum eſſe ceneret; ſervata ſemper in omnibus modelia puniat: quia ſummum jus ſumma inura. Admonemus omnes, ne de rebus occultis objurgatio publica fiat; juxta illud.* Quod tibi non vis fieri, alteri ne eceris. Publica verò publicè punienda nt, juxta textum ſanctiſſimæ Regulæ: eccantes coram omnibus, arguantur; : cæteri metum habeant.

Caput XIII.

Anniverſarium ſolemne agitur pro Propinquis, & Benefactoribus, & deliberantur quæ deliberanda ſunt.

'atuimos quoque, & ordinamus(ſicut alias ordinatum ſuit in Capitulo Geali, & obtentum) ut quarta die Cali, niſi ſolemne feſtum intercideret; transferri ad aliam diem (quæ ta- intra publicatiooem novæ familiæ oporterer. Anniverſarium Generale noſtræ Congregationis ſratribus, ſous, affinibus, propinquis, Protebus, ac benefactoribus celebretur. antata vigilia (ut moris eſt) ſolem- Hebdomadarius Miſſam pro morcelebret cum miniſtris (ut conſueeſt omnibus diebus Capituli Gene-) nigris indumentis indutis, una m collecta, ſcil cet, Deus veniæ or, & humanæ ſaluris amator, mus Clementiam tuam; ut noſtræ regationis fratres, ſorores, affi- propinquos, Protectores, atque ctores, qui ex hoc &c. Poſt Miſatim cantores incipiant. Libera omine de morte æterna, cum ſuis ulis, & oratione ſupradicta. Et ordinem volumos inviolabiliter ob-. Quibus rite perfectis, unuſe ad ſua perficienda negotia, juxviſoris diſpoſitionem, ſive volun-, redeat. Poſt horam verò diei triplici dato ſigno) ſi Abbati viſum foerit) conveniant omnes ad majorem deliberatorii locum; ubi diſcutientur ea, quæ diſcutienda erunt.

Caput XIIII.

Sanctiſſimæ Trinitati ſolemni ſacrificio gratiæ perſolvuntur. Novæ familiæ recitantur; Itemque locus in ordine unicuique aſſignatur.

ULtima die Capituli dicta prima, Reverendus Pater Abbas Generalis ſolemni (ur decet) ritu una cum miniſtris indutis veſtibus auro textis (ſi adſunt) Miſſam Sanctiſſimæ Trinitatis cantet: Ad quam omoes, tam Vicarius Generalis, quam etiam Viſitatores, & Prælati cum diſcretis, ac omnibus prædicti Monaſterii monachia convenire teneantur: Et nemo audeat, neque præſumat hanc gratiarum actionem quoquo modo prætermittere. Quinimo adhortamur omoes, ut ſumma cum devotione ſacrificium offerant Saoctiſſimæ Trinitati: eamque celebrationem nulla cauſa à Reverendiſſimo P. Generali prætermitti admonemus; niſi aliquo id juſto impedimento fiat. Et ſi (quod abſit) cootingeret; ejus loco Vicarius Generalis, ſive ex Viſitatoribus unus perſolvat munus. Et Deo omnes intenti gratias agant Optimo Maximo; Qui his præcipue diebus egit nobiſcum ſecuodum multitudinem miſerationum ſuarum: ſupplicantes, quod ſicut contulit nobis grariam; ita & nos inveniamur digni, & grati: ne poſt collatum beneficium, propter ingratitudinis vitium pœna plecti mereamur. Tandem ſacrificio (ut mos eſt) expleto, ad proceſſionem deveniatur; in qua major pars Capituli, ſicut à Proviſore fuerit diſpoſitom, & ordinatum, veſtibus ſacris (quoad fieri poterit) exornetur. Deiode reliquias, calices, & id genus alia, quæ ibi reperiri poſſunt vaſa ad has ſolemnes ſupplicationes circumſerenda mandamus. Quos omnes Generalis Abbas, vel qui Miſſam celebraverit, crucem deferens proſequatur. Cum autem in medium chori perventum ſuerit; Diaconus facta prius reverentia cum miniſtris Sanctiſſimo Sacramento, dicat altius. ℣. Procedamus in pace. ℟. In nomine Chriſti. Amen. Deinde ſolemniter incipiant cantores. Te Deum laudamus. Veni Creator. Ave Maris ſtella, &c. pro diſpoſitione cantorum. ℣. Benedicamus Patrem. ℟. Laudemus, & ſuper. ℣. Domine exau. ℟. Et clam. ℣ Domine vob. ℟. Er cum ſp. cum his ſequentibus orationibus. Omnipotens ſempiterne Deus, Deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternæ Trinitatis glori-

am agnoſcere; & in potentia Majeſtatis adorare unitatem; quæſumus: ut ejuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Concede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus perpetua, mentis, & corporis ſanitate gaudere; & Glorioſæ Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Deus, qui Chriſtianam familiam Benedicti Sanctiſſimi miraculorum floribus roboras, doctrinæ, virtutumque fructibus inſtruis; Da, ut quem veneramur memoria, ejus imitemur veſtigia; & ſic ad Paradiſi gaudia miſericorditer perducamur. Per D. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum ſp. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias: Hoc autem proceſſionis officium agat hebdomadarius. Et his finitis, cum Generalis Abbas, vel qui Miſſam cantaverit ad ſupremam templi aram, ubi Miſſam cecinit ipſe, pervenerir; in cornu ſiniſtro altaris, munus omnibus benedictionis hoc modo impendat. ℣. Sit nomen Domini. ℟. Ex hoc. ℣. Adjutorium noſtrum. ℟. Qui fecit. ℣. Benedicat vos Divina Majeſtas Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. ℟. Amen. Quo facto, ſi Abbati videbitur, rer pulſabitur ad Capitulum; ſin autem poſt nonam prorogabitur: & facto de more triplici ſigno, ad Eccleſiam conveniant omnes. Adveniente verò Generali Abbate, ac Viſitatoribus, habita reverentia dignitatis, ſurgant omnes: Et tunc Generalis ſilentibus omnibus adhortetur ad patientiam quoſcumque, adducens in medium illud Evangelicum. Non veni facere voluntatem meam; ſed ejus, qui miſit me. Et cum teneantur obedire; libenter, & æquo animo ferant omnia: quippe qui non ignorant à ſummo Deo mercedem ſe accepturos; cogitantes ſemper, nihil actum eſſe in Capituli determinationibus, niſi divino numine ſuggerente. Moneantur quoque tam Prælati, quàm cæteri; ut in itioeribus ſe morigeratos exhibeant; ne proximis ſcandalum oriatur. Admoneat quoque; ut Prælati ad Eccleſiam non ſint pigri; & ſuper infirmos invigilent, piam Domini recolentes ſententiam, qua dixit. Infirmus fui, & viſitaſtis me. Item pauperibus, & peregrinis hoſpitalitatem, & eleemoſynam impendant. Deinde ſiqui Congregationis domeſtici, vel familiares, vel Principes, ſive alii commendandi forent à quoquam; advertat Abbas, ut is ſurgat, & ea, qua decet venuſtate, ac reverentia eos commendet. Et quoniam poſt Dei cultum, nil nobis animarum cura antiquius eſſe debet; quibus cum nil magis officiat, quam ſi excommunicationis laqueo quoquo modo tiantur; ea de cauſa, ut loti, ac munirre di ſint ferentes vaſa Domini, ſumma ope invigilandum, ne hujuſmodi vinculo implicentur. Quare operæ pretium eſſe duximus, ut non modo abſolutis matutinis horis, & poſt peractas viſitationes monachi (ut ſuo loco dicetur) abſolutionis munus accipiant, verum & antequam novarum familiarum publicatio auſpicetur, velit delectus Generalis Abbas, vel alius, cui commiſerit ipſe (modo non ſit de Capituli gremio, & conſenſu Patrum Viſitatorum prius accepto) omnes totius Congregationis monachos, & fratres tam præſentes, quàm abſentes abſolvere, & diſpenſare hoc modo, & forma. Primùm talem injungat omnibus pœnitentiam; ut unuſquiſque ſeorſum dicat Hymnum. Veni Creator Spiritus, & ter orationem dominicam, & totidem ſalutationem Angelicam, cum orationibus. Deus, qui corda fidelium. Concede nos famulos tuos. Deus, qui Chriſtianam familiam. Sed converſi & oblati ſepties eandem orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam dicant. Deinde dicatur iſta abſolutio clara, atque diſtincta voce. Miſereatur noſtri, &c. Indulgentiam, & abſolutionem, &c. Dominus nos abſolvat, & ego authoritate, qua fungor in hac parte, & in quantum poſſum, abſolvo vos ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, & ſuſpenſionis (ſi tenemini) & reſtituo vos Sacramentis ſanctæ matris Eccleſiæ: & etiam in quantum poſſum diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate quoquomodocunque & qualitercunque contracta: in nomine Patris, & Fil. & Sp. Amen. Quilibet autem Prælatus, cum primùm ad Monaſterium ſibi aſſignatum pervenerit, inter diſponendum res familiæ ſuæ, moneat omnes; ut ſupradictam pœnitentiam perſolvant. Et ipſi cum videbitur, Miſſa ſanctiſſimæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ Virginis, ſanctique Patris noſtri Benedicti, vel cantabitur, vel legetur.

His expletis, Generalis novæ familiæ librum uni ex Viſitatoribus, vel alii aſſignet legendum: qui ſtans aperto capite; clara, & diſtincta voce novas familias legat hoc ordine; videlicet. Primò Monaſterii Montoliveti principalis Vicarius Generalis, officiales, ac familia, ſive Conventus pronuncietur: & dum leguntur; proſternant ſe omnes in loco coram altari parato in medio chori. Qua familia expleta, dicat Generalis Abbas, facto ſigno. Surge fili, accipe officii tui ſignum ad tuæ ſalutis augumentum, filiorumque profectum. Tunc ſorgens præſatus Vicarius Generalis una cum reliquis, vertat ſe ad utrumque chorum:

rum: & claré, & ea, qua decet ve-
nuſtate, hæc verba promat. Patres, &
fratres mei dilectiſſimi, rogate Domi-
num noſtrum JEſum Chriſtum, ut iſtud
onus ſuſcipiatur à me, & terminetur
ſecundum beneplacitum ſuæ ſanctiſſimæ
voluntatis. Quibus dictis, ad Abbatis
pedes accedat: quem erigat, & ad pa-
cis oſculum recipiat, detque ei ſigillum,
& benedicat. Reliqui verò ejus familiæ
manum Abbatis ordine deoſculentur: ve-
rùm ad pacis oſculum illos admitti dici-
mus non oportere. At cùm ſurgit ſeſ-
ſurus in loco ſibi competenti, ſurgant
pariter omnes fratres, ſtentque capitibus
nclinatis, & illo ſedente, ſedeant om-
ies. Deinde legatur Abbas Senenſis cum
uo Conventu. Item Aretinus; qui eo-
lem ordine, & modo ſupradicto faciant.
)mnes namque diſpoſitiones familiarum
ecundum prioritatem, vel poſteriorita-
em legendæ ſunt: pro ut in libro fami-
arum Monaſterii principalis ordinan-
ır. Recitata verò unius loci determi-
atione, ad aliam eodem modo proce-
atur. At ſi contigerit aliquem ex Præ-
tis abeſſe; volumus, ut ejus Vicari-
, ſeu illius loci alius, ſi quis adfue-
t, ab Abbate Generali ſimplici forma,
eteris omiſſis ſigno ſurgendi accepto,
elevans ad Generalem accedat; Et
m manus tantum fuerit deoſculatus,
llum accipiat; ſi Generali videbi-
aſſignare: ut poſtmodum ſuo Præ-
o reſignet. Ultimò verò loco legan-
Patres Viſitatores: & primo Viſita-
es antiqui; deinde ſubrogati. Adver-
t item omnes juxta id, quod alias
initum eſt, quòd poſt Gener. Abba-
Vicarius Generalis, deinde Viſita-
s pro ſuarum tempore profeſſionum,
cedere debeant. Deinde Prælati om-
juxta uniuſcujuſque profeſſionis lo-
conſideant. Generales autem Ab-
s, qui extitere in ordine noſtro,
fficii dignitas ubique, & ſemper
ervetur, volumus, & ordinamus,
nadmodum per Capitulum Genera-
cretum fuit: ut ante omnes Præla-
b omnibus honorentur; & imme-
poſt Viſitatores in ſingulis locis ſub-
ncur; tametſi profeſſionis ordine,
eis non competeret: ſolus autem
tus loci, ubi illos adeſſe contige-
ligné præcedat, cui locum cedant
er. Procurator item Ordinis, cùm
numero Prælatorum (ut diffinitum
ocum ſuæ profeſſionis inter Præla-
neat. Cellerarium verò Monto-
majoris cæteros antecedere Celle-
, atque Magiſtrum Novitiorum cæ-
anceire Magiſtros declaramus. Item
nſtitutum; ut Scriba ubique loco
ræcedere debeat quoſcumque mo-

nachos, præter officiales Ordinis. Cæteri verò monachi juxta profeſſionum ſuarum tempora præcedant, præterquam quod Vicarius in monaſterio ſibi aſſignato præcedat quoſcumque illius monaſterii, præter Abbatem: Quem utique Vicarium immediatè ſubſequitur Cellerarius; deinde Novitiorum Magiſter. Converſi poſt omnes clericos locum in ordine teneant; quamvis priores ad habitum ſe receperint. Oblati verò poſt converſos locum teneant, & nihilominus inter ſe ordinem ſervent ab ingreſſu Religionis, juxta antiquam conſuetudinem. Ultimò declaramus (ſicut ordinatum eſt, & obtentum) quod ſi quis dignitati ſibi injunctæ obedire renueret, abſtinentiis affligatur. Et ſi contumax repertus fuerit, carceri mancipabitur (quò cæteri metum habeant) donec Abbati Generali viſum fuerit. Perfectis itaque ſacris hiſce cæremoniis; unuſquiſque quamprimum benedictione petita ab Abbate Generali, & ejus Vicario (quæ ab utroque ſemper accipienda eſt, vel eundo, vel veniendo) ad propria redeat; ratione ſemper habita inopiæ loci. Præcipimus autem univerſis, & ſingulis Prælatis, ut quamprimum ad Monaſteria ſibi aſſignata pervenerint, mox ante quàm novæ familiæ legantur, adhibito ſecum Prælato, vel alio, qui non ſit de gremio Capituli (ſi adeſt) vel certè illius monaſterii ſeniore graviſſimo, viſitent locum. Et in primis perluſtrato ſanctiſſimo Sacramento, convocet monachos ſingillatim, & ſi quid, quod Deum, ſive Religionem offendat, invenerint, quod animadverſione dignum ſit; quamprimum ſignificent Abbati Generali: ut omnia ſecundum Deum, & juxta voluntatem Patrum ſanctiſſimè conſerventur.

Caput XV.

Auctoritas Vicarii Generalis, & cæterorum Vicariorum declaratur.

QUoties Abbatem Generalem qualibet de cauſa abeſſe contigerit, Vicarius Generalis omnia, quæ forent per Generalem Abbatem providenda, provideat. Sciat nihilominus nullam ſibi facultatem eſſe conceſſam inſtituendi, vel deſtituendi. Cætera verò, quæ vel tractanda, vel agenda erunt, cum conſenſu Viſitatorum (ſi adſint) vel unius ad minimum, vel ſaltem ſeniorum illius Monaſterii, in quo fuerit, expediat. Hic etiam ordinamus; ut quocumque ille acceſſerit, omnes tam Viſitatores, quàm Prælati cedant & venerentur. Verùm ſi Abbati Generali viſum fuerit priuſquam abſcedat, ejus auctoritatem limitare,

aut reſtringere; quæ fuerint illi taliter prohibita, nullatenus agere præſumat. Idem de cæteris locorum Vicariis declaramus; qui cum vice fungantur ſuorum Prælatorum, dum illi abſunt, non debeant, nec poſſint contra voluntatem, & ordinationem ſui Abbatis quidquam agere, vel diſponere. Quod ſi ſecus facere tentaverint, non ſolum officio privandos, ſed etiam graviter puniendos eſſe decernimus. Ipſis tamen omnes ubique locorum noſtri Ordinis tamquam Prælatis obedientiam præſtent: & in Eccleſia ſecundum ſecundi chori ſubſellium teneant.

Caput XVI.

In ſingulis Monaſteriis per proprium Abbatem Officiales, & alia quædam ordinanda.

ORdinamus inſuper, ut cum primùm Prælatus ad Monaſterium ſibi aſſignatum pervenerit, mox Die Dominica, vel ſolemni, quæ prima occurrerit; advocatis omnibus in unam concionem ad locum Capituli, & prius habito ſermone, quo ſubditorum animos ad divina inflammet obſequia; ordinet, ac diſponat ſervitia, & quæ per annum perſeverent: ut una actione commoniti, ſciant omnes quæ ſibi cura mandetur: Et deinceps munera ſubeant hilares, & expediti, certè magna inde præmia recepturi. Si univerſa, quæ ſibi mandata fuerint, dedito ſtudio, ac diligentia, & absque animi moleſtia exequantur. Ordinet etiam Abbas quomodo divino cultui ab omnibus jugis navanda ſit opera. Inde quæ charitatis infirmus primùm, necnon ſenibus, ac hoſpitibus atque advenis in tempore advenientibus præſtanda fuerit. Supellectilium qnoque adminiſtrationem committat: & omnium denique loci armamentorum nihil reliquum faciat, ac negligat; quin ſingula ſervitia, ſingulis committat. Item det ſingulis ſolatia; quibus citra moleſtiam libenter onera ſubeant, & perficiant. In primis ſacriſtæ ſocium aſſignet: inde oſtiario, tum coadjutori ſive minori Cellerario. Itidem hoſpitalarium, tonſtrinæ curatorem, menſarum, & coquinæ miniſtros, necnon lectorem tum menſarum, tum collationum Patrum, quæ ante completorii tempus leguntur, & præ cæteris infirmorum miniſtros, qui, cum illi, qui viciſſitudine mutata per hebdomadas variantur, aliqua cauſa defecerint; officia ſubeant: ne turbatio in domo Dei oriatur. Quibus omnibus ſi opus fuerit, ſolatia inſtituat. Officiorum verò ordines, de quibus ſupra dictum eſt, hi ſunt. Prima hebdomada vaſa purgentur coquinæ; ſecunda legatur primis menſis, Tertia inſerviatur eiſdem; Quarta legatur ſecundis menſis; Quinta eiſdem inſerviatur; Sexta hoſpites recipiantur; Septima circa infirmos occupentur: Et ſic ſucceſſivè alter alteri ſuccedat. Cùm verò ablutio pedum diebus Sabbati fieri contigerit; in cœnaculo publicè fiat: & dum cæteri Chriſti myſteria alternatim canunt; bini cum ea, qua decet honeſtate, & devotione abluantur: quod officium exerceat uterque vaſorum coquinæ curator, qui ſcilicet fuerit officio functus & qui ſubintrat: abſtergat item, uterque Accolitus. At peracta ablutione, genuflectant omnes; & dicant: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Gloria Patri. Sicut erat. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vob: Et cum ſp. Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus da nobis fidei, ſpei & charitatis augumentum; & ut mereamur aſſequi quod promittis; fac nos amare quod præcipis: per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. In quinta autem feria majoris hebdomadæ eodem modo Pater Monaſterii pedes abluat omnibus ad imitationem Domini JEſu Chriſti; Et duo officiales, vel ſeniores abſtergant. Quibus ritè peractis, dicant. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem. Poſtea abſolute hebdomadarius dicat orationem. Reſpice quæſumus Domine ſuper hanc familiam tuam. &c. Et ut clerici, & cæteri ſacris initiati, diebus feſtis quietius divinis incumbant; teneantur pro ſingulis quibusque converſi, & oblati viciſſim officium vaſorum purgandorum exercere; & menſis miniſtrare: quæ ſi neglexerint ab Abbate puniantur. Mandet inſuper Abbas, ut rerum omnium quiſque faciat inventarium; ut ſciant omnes quid tandem ſint reddituri juxta ſanctiſſimi Patris normam. Ordinet præterea diligenter, exactaque conſiderатione eos, qui per annum ſacerdotum, ſunt confeſſiones audituri. Nam clericos in confeſſione audire (ut moris eſt) ſibi reſervet; præter Novitios, qui ſuo Magiſtro in pœnitentia confiteantur. Et ſi ipſe Abbas voluerit cum Vicario ſuo, vel alio ſeniori onus impertiri audiendis converſis, & oblatis, illos proponat. Hujus autem oneris diſtributionem maturo conſilio, & diſcuſſo negotio Abbas decernat; ſciens procul dubio hanc eſſe ſummam rerum, quarum rationem Deo Opt. Max. redditurus eſt. Propter quod ſacros canones ſequatur: Et quod obſervat ſancta Mater Eccleſia ipſe obſervet,

vet, & faciat. Couſtituat etiam ſæcu- larium per annum, ſive laicorum adve- nientium confeſſores, ſecundum formam, & ordinem ſacri Concilii. Ordinet eti- am, qui hoſpites advenientes comiten- tur, ac benignè ſuſcipiant, & vene- rentur: nec non per loca viſenda perdu- cant. Cui ſtudio ſummoperè incumben- dum monemus, precamurque accurati- us. Confeſſionum autem audiendarum præfixum jam tempus ſtatuat monachis ipſis; ut videlicet octavu quoque die, qui non fuerint ſacerdotio inſigniti, om- nino recurrant ad pœnitentiæ fontem, & abluantur. Qui verò neglexerint, & :erminum prætermiſeriut, puniantur. ?oſſit tamen conſenſu ſuorum ſuperiorum; ĩ honeſtam cauſam expoſuerint; abſque ıœna plus ultra differre. Sacerdotes ve- ò, qui ſaltem ſemel in hebdmada Miſſarum ıcrificium debent pro Religione ſancita of- :rre; non oportere ducimus aliter inſtrue- :. Jam ſatis monitos eſſe volumus, ut mun- ɔs ad offerenda ſe conferant ſacrificia. ortamur nihilominus Prælatos, & lo- ɔrum ſuperiores; ut longe majorem cu- ın rebus adhibeant ſpiritualibus, quàm ibuſvis actionibus; ne præpoſterè res atur. Porrò Sacramentum Euchariſtiæ nel ſaltem in menſe omni devotione, mentis puritate (ut decet) qui non t ſacerdotio donati nullatenus præter- ttant: & idem faciant ſacerdotes, qui ſenio confecti, vel infirmitate aliqua reſſi, nequiverint celebrare. Ve- ı Sacerdotes, qui ob cauſas ſuperi- enarratas, conficere nequiverint; ı ad ſumendam Sacram Euchariſti- acceſſerint, ornati ſtolis incedant. m obſervationem ſacerdotalis digni- in quinta feria majoris hebdomadæ omnes recipiunt à Patre Monaſterii amentum; volumus etiam retineri. pore autem Adventus, & Quadra- ıæ clerici, converſi, & oblati te- ntur ſingulis dominicis diebus ſan- nam Euchariſtiam ſumere, juxta uam Ordinis noſtri conſuetudinem. erò integrè Regula ſancta, tradi- que noſtræ ſerventur, ordinet Ab- ut ſtatutis quibuſdam diebus, vel nſam, vel poſt nonam legantur; quater in anno recitentur.

Caput XVII.

eſſe debeant Cellerarii, & Ma- giſtri Novitiorum.

rarius Monaſterii eligatur, qui ſit iens, maturus moribus, ſobrius, ltum edax, non prodigus: curam e omnibus rebus Monaſterii; ni- ſine juſſione Abbatis (ut patet in Regula Beatiſſ. Patris noſtri Benedicti) faciat. Supellectili domus vacet; nihil- que ducat negligendum. Item infirmo- rum, infantum, ſenum, hoſpitum, pau- perumque omni cum ſollicitudine curam gerat. Admonemus tamen omnes Celle- rarios diſtrictè præcipientes eis; ut cu- ram quàm maximam adhibeant in libris ſuis conſcribendis: ut introitus, ac exi- tus pari ratione juſtæ, ac ſinceræ ſint clauſulæ. Et ſub pœna privationis eo- rum officii teneantur ſingulo menſe ra- tiones ſuas coram Abbate, & deputatis recognoſcere: ut ita res domeſticæ fide- lius tractentur. Qui quidem Cellerarii retineant in Eccleſia tertium ſecundi cho- ri ſubſellium. Officium verò Magiſtri illud eſſe declaramus; ut ubi ab Abbate Novitiorum cura ſibi aſſignata fuerit; om- ni cum charitate, ac modeſtia, ſumma- que diſcretione illos regat, & cuſtodiat; eoſque tum bonas literas, & ſanctas, tum verò optimos mores doceat. Nec illis Regulam, traditioneſque noſtras ex- ponere negligat. Poſſit quoque illos de- linquentes verberare (regulari tamen di- ſciplina, & modo honeſto citra iram) pro ſervanda tamen concordia, omnes tam Magiſter, quam Novitii loci Prælato obe- diant: & ſine illius licentia non liceat Magiſtro ſuis diſcipulis edendi, ſive bi- bendi, aut aliud aliquid agendi copiam facere. Confeſſiones eorum octavo quo- que die ſaltem audiat: licet magis utile, & laudabile eſſet; ſi id bis in hebdoma- da agere curaret: ut in conſpectu DEI puriores apparere mererentur; Et adver- tat Magiſter: ut ab eis perpetuò, & maximè nocturnis horis (niſi ille permit- tat) ſervetur ſilentium. Caveat præſer- tim, ne ſtrepitus, aut clamores audian- tur in dormitorio. In Eccleſia autem ter- tium primi chori ſubſellium teneat: ut oneri ſuccedat honos.

Caput XVIII.

Sacriſtæ quales eſſe debeant.

ELigantur Sacriſtæ, qui ſint vigiles, & prudentes; qui probati nominis, & famæ bonæ apud omnes ſint: non pi- gri ſint, ſed ſollicitè curent, quæ ſibi committuntur. Sint fideles, ſi qua elar- giuntur. Et ante omnia ſæcularium com- mercia devitent; ne propter facilitatem converſationis eorum, ſcandala oriantur. Advertant præcipuè, ut ſacra vaſa ſint ſemper mundiſſima: veſtes abſque macu- la (quamvis minima) non laceræ, non ſegniter compoſitæ. Horas verò hoc modo partiantur. Veſperarum hora diei vigeſima, completorii tertia ſupravigeſi- mam. Matutinorum verò officia æſtivo

tempore, ſignificent ad horam quintam; brumali autem ad octavam, juxta textum Regulæ; ut Prophetæ illud implere videantur. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. In horis autem primæ, tertiæ, ſextæ, & nonæ ſignificandis, communem ſequantur morem: & omnia cum commiſſione Abbatis faciant. Ab Idibus autem Septembris uſque ad Paſcha, poſt expeditionem ſacrificii majoris, horæ unius ſpatium, ad tertiam uſque horam ſilentio tranſigatur, privatis vel lectionibus, vel orationibus incumbendo. Sed ſi æſtivum fuerit tempus; expedita hora ſexta, ad prandium ſe conferant: poſt quod ſilentium ſervabitur: & poſt eandem horam ſextam, ſi jejunium celebratur; itidem ſilentium fiat. Quo etiam tempore jejunii tam in æſtate, quàm in hyeme hora completorii detur ſignum; ut omnes in cœnaculum conveniant, ad audiendas ſanctorum Patrum collationes: unde ordine ad Eccleſiam procedant. Interim verò dum lectio recitatur (ſicut antiquitus extat ordinatum) benedictio vini per hebdomadarium fiat hoc modo. Largitor omnium bonorum benedicat potum ſervorum ſuorum. ℟. Amen. Et ita miniſter ter circumferat vinum: quo hauſto, nihil amplius guſtent. In feſtis verò ſolemnibus ad horam veſperarum, ac matutinorum fiat trina omnium campanarum pulſatio, ſocio ſacriſtæ, omnibusque oblatis ferentibus auxilium; Et præcipuè nocturnis horis. Ad Miſſas autem ſolemnes non una tantùm, ſed omnibus campanis ſimul. Reliquis autem diebus in quaque horarum ſignificatione fiat, pro ut continetur in libro, qui tractat de cærimoniis Ordinis noſtri. Advertat inſuper, & invigilet Abbas; ut fores Eccleſiæ ſint (præcipuè nocturno tempore) bene clavibus obfirmatæ: ne propter incuriam, & negligentiam ſacriſtæ damno, & dedecore afficeremur. Ad abundantiorem autem cautelam, volumus, ut mox clauſis veſperi Eccleſiæ janvis aſſignentur claves Abbati, vel cui ipſe commiſerit.

Caput XIX.

Modus viſitandi Congregationem.

Modus viſitandi Ordinem noſtrum talis eſt; ut his per annum Monaſteria ſingula viſitentur ordinariè: Quæ quidem ab Abbate loci ibitem viſitari (ſi opus fuerit) debent: præter illam, quam ſupra meminimus viſitationem: quæ in uno quoque noſtri Ordinis Monaſterio ante recitationem novæ familiæ fieri ſolet. His autem ſtatutis temporibus viſitationes inſtitui ab Abbate Generali debent; poſt Nativitatem videlicet Beatæ Mariæ Virginis: & poſt Domini Epiphaniam. Diſtributio autem viſitationum, ut bini mittantur; ad ſolum Generalem ſpectat: qui quidem totam Congregationem, præter Siciliam, quæ longè diſtat, ac periculoſa eſt; in ſuo biennio, niſi à majori negotio libertatem, & univerſale commodum Congregationis concernenti, impeditus fuerit; viſitare debet. Cum verò ipſe viſitaverit: pro decoro officii reſideat in ſua dignitate, & duo alii Viſitatores officium exequantur: niſi forte aliter ei viſum fuerit, ut ſe negotio ingerat. Illi tamen omnia ad Generalem paſſim deferant, & ejus conſilio in omnibus utantur. Abbas Generalis (ut eſt ſuperius dictum) dignitatis locum ubique retineat, & ſigna quæque faciat præeminentiæ; aſſiſtat in primo primi chori ſubſellio: Prælatus verò loci proximè ſequatur. Viſitatores autem in ipſo viſitationis actu, Superiores omnibus ubique locorum exiſtant; & primum ſecundi chori ſubſellium teneant, atque interim ab Abbate loci primum dextri chori ſubſellium reverentiæ ergo vacuum relinquatur Viſitatoribus coram exiſtentibus; niſi fortaſſe Abbates illi fuerint, qui Abbatiatus Generalis dignitatem aliàs fuerint adepti. Qui tamen facto ſigno reverentiæ, in loco primi ſubſellii remaneant. Ipſis verò Viſitatoribus is honos, atque ea reverentia habeatur, quæ tantis viris tali Magiſtratu præcellentibus, habenda eſt: ac tum præſertim, cum ad eorum conſpectum Monachi ſe conferunt viſitationis tempore: quibus tam ſacerdotes, quàm clerici, illi quidem ſtantes, hi verò genuflexi, aperto capite modeſtè aſtent; ac omni officiorum genere humillimè eos colant, & venerentur. Devenientes autem ad actum viſitationis, in primis coadunatis Monachis benedictionis munere nomine Abbatis Generalis benignè impenſo, ſenior, qui fuerit, cauſam adventus ſui omnibus aperiat; eoſque ad opera charitatis, obedientiæ, & caſtitatis amplexanda ſuadeat. Et ante omnia illos monere ſtudeat: ut ſi qua occurrerint emendanda, alter in alterius ſalutem referat; ſervato ſemper textu Evangelii, ubi ait. Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Et ut tutius relationes habeantur, volumus: ut illæ teneantur: & nulli penitus, niſi Abbati loci (ſi opus fuerit) & Generali, cui nihil occultum eſſe debet, ſemper referantur. Et nemini liceat aliquid de fratre ſuo, quod aliàs ab Abbate emendatum fuerit, prodere. Deinde deteſtari incipiat vitium (ut ſolitum eſt) proprietatis. Verum antequam munus officii exercere incipiant, Sanctiſſimum Sacra-

cramentum de more viſitent , omnibus prorſus Monachis Monaſterii aſtantibus ſumma cum reverentia, atque diligenter inſpiciant : an ſummo cum decoro ſervetur : ſi infra quindecim dies (pro ut ordinatum fuit in Capitulo Generali, & calculis ſecretis obtentum) innovetur : Si vas mundiſſimum , ſi iocus congruus, & ſupra modum honeſtus ſit. Videantque poſtea altaria ſingula , & calices , & ſacerdotalia indumenta , & quæcumque alia ad ſacratiſſimas Miſſas celebrandas ıttinent ; & magno ſtudio dent operam: ne Sacræ res ullo pacto negligantur. Viſitent deiode Monachos ſeorſum ſingulos, à minimiſque incipiant : & per- uàm diligentiſſimè inquirant, an Præ- ıtus omnia ſecundum Deum, Regulam- ue ſanctam , & traditiooes Patrum di- poſuerit agenda : quomodo rationum nuerit libros ; & Monaſterii Subſtan- a , in Dei laudem , pauperumque , & oſpitum ſuſtentationem diſtributa fuerit: quæ fuerit Mag ſtrorum cura erga vitios. Et ſi qua videbuntur corrigen- , corrigant , nemini parcentes ; nec ælatis quidem. Nam ſi eos ſuſpenden- s eſſe ab Officio judicaverint , ſecum , Generalis Abbas reſidet , ducant. teros verò Officiales , ſi ptivandi nt , cum voluntate Generalis privent. ſi quos amovendos duxerint , amove- . In ſecundis verò viſitationibos li- os ſecum deferant , in quibus omnes ılias , quas viſitaverint , novitios nu- admiſſos : nec non Profeſſionis diem, ones itidem Monaſterii , data , & ac- a cujuscunque noſtri loci adnotent : onfuſio in Ordine , ut ſæpius conti- oriatur. Si cui verò indulgentias ſſerint , in ſcriptis relinqoant : oſitione tamen ſigilli dignitatis mu- : ut veritas rei pateat. At ubi vi- ones abſolverint : convocent omnes olitum Capituli locum , dato prius ci (ut moris eſt) pulſationis ſigno : uæ publicè commiſſa fuerint mani- accuſent : quæ verò laude digna erint , ſummoperè extollant : ut laudata creſcat. Errata verò per dum Viſitatorem referenda eſſe de- nus (hoc tamen Viſitatoris juſſu s) Attamen tam primæ actioni ionis , quàm ſecundæ, ubi munus erint : Prælatus loci, ſi Viſitator , aut aliàs Generalatus dignitate tus , ut interſit, non refert. Et eantur omnes, ut pro Eccleſia ſan- , pro ſummo Pontifice, pro Prote- oſtro, pro Generali Abbate, pro ejus s, & univerſa Congregatione orent ninum ut totius Religionis Chriſti- noſtræ pariter res proſperè cedant. a recognitis publicis, quæ publicè recognoſcenda erant : & occultis delictis , occultè compoſitis , facto ſigno , proſtrati omnes humi procumbant , expectantes pœnæ declarationem à ſecundo infligendæ Viſitatore , pro ut delinquentium merita exegerint. Sin autem Pſalmorum pœnitentialium Ordinariam : quam quidem pœnitentiam arbitrio Superioris loci dicendam (modo infra quindecim dies perſolvatur) relinquimus, His peractis, abſolutioois munus de reatibus mox accipiant , juxta conſuetam , & ſolitam formam. Sed per Reverendos Patres Reformatores delectos (ut diximus cap. 3. partis hujus) ſecreto fuit ſcrutinio obtentum. Ut Abbas Generalis ſemel tantum in ſuo toto biennio mittat. Viſitatores idoneos ex provinciis , quæ ſunt citra pharum , ad viſitandum Monaſteria inſulæ Siciliæ , qood quidem ſuo arbitrio faciat, vel primo , vel ſecundo anno ſui Abbatiatus. Eo verò anno , quo Viſitatores exteros non deſtinabit , pro viſitatione dictorum Monaſteriorum , mandet per literas , ut Abbates eorundem Monaſteriorum alter alterius cœnobium cum ſocio per Abbatem Generalem deputato viſitent : ideſt Abbas Sanctæ Mariæ in nemore cum ſocio Monaſterium Panormitanum , & Abbas Panormitanus cum ſocio prædicto Monaſterium Sanctæ Mariæ ad nemus : & ambo ſimul prædicti Abbates viſitent Monaſterium Marinet : quod munus injunctum fideliter , ac diligenter exequi debeant , atque de omnibus à ſe geſtis Abbatem Generalem faciant certiorem. Teneantur autem prædicta Monaſteria ſolvere Viſitationum Taxas annis ſingulis , ac ſi Viſitatores mitterentur : Similiter cætera onera , & ſolutiones Congregationis. Inſuper præfati Reverendi Patres decrevere , ut Monaſteria Sicula non teneantur ſolvere pro expenſis Viſitatorum, qui mittuntur ex provinciis citra Pharum, niſi ad ſummam ſcutorum auri (quos vocant) quadraginta. Verùm ſi dictæ expenſæ prædictam ſummam exceſſerint , totus exceſſus de pecuniis, & taxis Abbatis Generalis ſuppleatur.

CAPUT XX.

Latria , ſive divinus cultus.

Eccleſiam intrantes Monachi , omnes primò aqua ſe conſpergant benedicta , præter novitios , quos decentiùs illorum Magiſter ordine politos conſpergit. Deinde genuflectant ante ſupremam aram, ubi veneramur Dominici Corporis Sacramentum : & aperto capite orent ſpatio Dominicæ , & Angelicæ Orationum-

num. Poſtea ad Chori ſua quisque loca ſe conferat. Adveniente verò Prælato omnes aſſurgant, detecto capite: Sacerdotes autem advenientes parte capitis ad dimidium usque aperta, venerentur: reliquos verò capitis tantùm nutu. Si conſederint, aſſurgant in Superiorum conſeſſu: nec reſideant, priusquàm illi. Qui serò advenerint, poſt aræ venerationem, Choro ſe inclinent, præter Chori Superiorem. Si verò adventus poſt primi Pſalmi in quolibet Officio expletionem fuerit, non poſſit quisquam genuflexus ſurgere, niſi prius accepto ſigno a Superiore: & tunc primùm facta capitis ad partem Chori alteram demiſſione pro accepta gratia, eo modo ad ſubſellium ſe recipiat. In ſubſelliis autem ſumma, ac devota veneratione conſiſtant, oculorum aciem nullibi habentes, ſed tantum mentis intuitu ſuorum intendentes, & officii ſacra ſenſa animo ſecum devolventes, promant verba ſonora, & concordi voce, non concuſſa, non concita, non demum, vel parum laſciviente. Si quis in aliquo defecerit, vel etiam pauxillum erraverit, telluris faciem ſummis contingat digitis: & errorem ſignificans, ad cætera ſeſe expergefaciat. Poſſint in longa pſallendi mora aliquantisper ſubſelliis honeſte tamen, & ſummo cum decoro incumbere, præterquam ubi Cantica, Magnificat, & Benedictus, Nunc dimittis, & Lectio itidem Evangelica recitantur: quandoquidem omnino volumus, tunc temporis omnes pedibus conſiſtant, & capite penitus aperto: quam obſervationem ita conſiſtendi à junioribus continuam volumus retineri: quo honeſtis moribus aſſueſcant, donec ad gradum pervenerint ſacerdotii. Et tam converſi, quàm oblati, ne ab Officio vacent, pro qualibet horarum Canonicarum ſepties recitent Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam: pro Veſperis vero bis ſepties, & pro matutinis quater ſepties. Et illi quidem ad matutinum Conventum teneantur accedere, & ſi negligenter ſe geſſerint, à Superioribus loci corripiantur, & cogantur adeſſe: niſi hora illa occupati fuerint in aliquo ſibi demandato opere. Porro cætera univerſa ad Divinum Officium ſpectantia, ſerventur, & fiant in ſingulis Monaſteriis noſtræ Congregationis ab omnibus, & ſingulis Monachis, prout in antiquis Conſtitutionibus Ordinis noſtri continetur: necnon in libro, qui de noſtris tractat cærimoniis.

Caput XXI.

De Memoria Defunctorum.

Meminiſſe debent omnes, quod Scriptura Divina dicit: Eadem menſura; qua menſi fueritis, remetietur vobis: quare ſi obſequia Orationum defunctis libenter præſtiterimus, nobis quoque, qui reſidui ſumus, poſt hanc vitam à ſuperſtitibus auxilia impendi, non dubitabimus. Ea propter, ut unusquisque certò ſciat quid, vel quando orandum pro defunctis ſit: Ordinem rei ſtudioſè apponimus: ut abſoluto Capitulo tam Generali quàm intermedio, ſtatim, cùm ad loca ſua pervenerint Prælati, ordinent, ut decantato prius mortuorum Officio, Miſſa ſolemniter pro univerſali memoria tam Monachorum, quàm benefactorum, & devotorum Ordinis, ſed pro eis præcipuè, qui, vel quæ obtinuerunt literas participationis Orationum ab Ordine noſtro; Miſſa inquam cum Miniſtris nigris veſtibus indutis celebretur. Singuli autem Sacerdotes debeant dicere tres Miſſas; Clerici verò ter dicant Officium mortuorum: converſi, & oblati ter centies Pater noſter, & Ave Maria, Requiem æternam in finem cujuslibet adjungentes. Cùm verò contigerit mori aliquem de noſtris Monachis ſive novitiis, ſive oblatis, vel ex benefactoribus, aut ex habentibus literas participationis, præter illa, quæ Abbas Generalis impoſuerit in Capitulo Generali, vel intermedio; Et præter Miſſas ſepulturæ, & exequias factas in loco, ubi fuerit defunctus, vel defuncta: & Miſſas Sancti Gregorii, quæ loci quisque Prælatus curet celebrentur pro anima defuncti, vel defunctæ, incipiendo ſtatim die ſequenti poſt obitum ejus: ſinguli Sacerdotes quamprimum nuncium acceperint de obitu Monachi, vel Monialis, ter ſacrificium offerant pro ſingulis defunctis. At Clerici ter mortuorum integrum Officium: Converſi verò, & Oblati ter centies Pater noſter, & Ave Maria, cum Requiem æternam in fine cujuslibet dicant. Declaramus inſuper Abbatem illius loci, ubi ex hac vita migraverit Monachus, vel Monialis, debere in primis Abbatem Generalem commonefacere; à quo facilè omnes admoneri poterunt, ut absque mora ſacrificium pro illius anima quamprimum offeratur, cantata tamen mortuorum (ut moris eſt) vigilia. Ordinamus etiam (ſicut obtentum fuit in Capitulo Generali) quod quater in anno in perpetuum devota, & ſolemnis memoria anniverſaria fiat defunctorum, hoc modo videlicet: quod in prima

prima feria, quæ magis commoda fuerit
poſt quatuor tempora Pentecoſtes, fiat
pro animabus Monachorum noſtri Ordi-
nis, & Oratio erit: Deus, qui inter
Apoſtolicos. Poſt verò quatuor tempo-
ra menſis Septembris fiat pro animabus
omnium parentum, & affinium fratrum
noſtrorum. In prima autem feria, quæ
magis fuerit commoda poſt quatuor tem-
pora Decembris, fiat pro animabus om-
nium benefactorum Ordinis: in quibus,
ſupradictis duobus ſacrificiis, Oratio
erit. Deus veniæ largitor. Cæterùm
poſt quadrageſimæ tempora offeratur ſa-
crificium pro omnibus defunctis, &
Oratio erit. Fidelium Deus: in quibus
omnibus cantetur vigilia mortuorum ſe-
cundum conſuetudinem Ordinis noſtri:
quilibet Sacerdos debeat (niſi legiti-
ma cauſa præpeditus fuerit) qualibet
ſtorum dierum dicere Miſſam mortuo-
rum, quod ſi præpeditus eſſet, debet
ſupplere alia die. Quilibet autem Cleri-
cus Officium Mortuorum integrè; Con-
verſi verò, & oblati quinquagies Pater
noſter, & Ave Maria cum Requiem
æternam, ut ſupra. Et quoniam olim
decretum fuerat, ut particulare ſacrifi-
cium pro quibuſdam ſummis Pontificibus,
aliis principibus de nobis bene meritis
fieretur, quod nimis oneroſum, &
impoſſibile ad perſolvendum erat:
ſtatutum fuit in Generali Capitulo, ut
pro animabus ſanctiſſimorum Pontificum
Gregorii XI. Clementis VI. Julii II.
Clementis VII. Pauli III. & aliorum de
ordine noſtro bene meritorum fieret an-
niverſarium: eo quod dicti ſummi Pon-
tifices Ordinis noſtri amantiſſimi plurima
, & utiliſſima privilegia, multas-
que gratias ſpirituales indulſerunt. Et
anniverſarium pro primis duobus
Pontificibus, ſtatutum eſt, & præcep-
tum fieri cum omni ſolemnitate, & de-
ce prima feria poſt feſtum Divi Gre-
gorii magis commoda. Poſt feſtum verò
S. Catharinæ pro anima Sereniſſimi
Alfonſi Aragonii Regis Neapolitani;
multis, ac magnificis beneficiis no-
ſtrum Ordinem, non ſolum auxit, ſed
mirabili ſua quadam nobiſcum conſue-
tudine decoravit; ubique fiat anniverſa-
rium ſolemne celebri ſacrificio, ac ſum-
morum affectibus, cum primum
commodius fieri poterit. Julii II. me-
moriæ fælici volumus recordatione ce-
lebrari poſt octavam Sanctorum omnium.
Qui cum ampliſſimis privilegiis Ordinem
decoravit: atque ad ſedis Apoſtolicæ
tutelam redegit, ut meritò illum Or-
dinis parentem nuncupemus. Pro anima
Clemen. VII. poſt octavam Epi-
phaniæ Domini fiat Officium. Poſt fe-
ſtum verò Sancti Martini fiat anniverſa-

rium ſolemne pro anima Pauli III. Pro recordatione autem fœliciſſima Julii III. Pontificis Max. anniverſarium celebretur poſt ſeſtum Beati Lucæ Evangeliſtæ. Ordinamus inſuper, atque inviolabiliter obſervari præcipimus, ut ab univerſis totius Ordinis Monaſteriis anniverſarium ſolemne in perpetuum pro noſtræ Congregationis Illuſtris. Protectoribus poſt ſeſtum converſionis Beati Pauli celebretur. Declaramus etiam, quod in ſingulis Monaſteriis noſtris, quandocumque Illuſtriſſimi Protectores noſtri è vita deceſſerint, ſolemne fiat Officium pro anima ipſorum eo modo, quo fieri conſuevit pro Monachis Ordinis noſtri. Itemque Monaſteria noſtra ſita, ubi illi è vita migrabunt, teneantur ſolemne ſacrificium pro ipſis offerre, & Miſſas S. Gregorii celebrare: quod ſi nullum ibi fuerit Monaſterium Ordinis; Montoliveti locus principalis teneatur ad omnia prædicta. Denique admonemus Prælatos omnes, ut quàm maximam curam benefactorum Ordinis gerant, præcipientes, ut quilibet eorum habeat aliquo competenti in loco affixas benefactorum tabulas, juxta Ordinis antiquam conſuetudinem: ut inde facilius benefactores perpetuæ commendentur memoriæ: quod ſi neglexerint, ſciant, ad quos id ſpectat, ſe aliqua pœna plectendos.

CAPUT XXII.

De ſuſcipiendis Laicis ad Ordinem noſtrum, & profitendi forma.

ET ſi omnis ætas ad ſerviendum Deo apta eſſe conceditur, ſicut paradigma illud nobis Evangelicum apertiſſimè demonſtrat, ubi per horas gradus hominum intelliguntur, Adoleſcentiæ tamen ætas eò libentius admitti ſolet, quò magis idonea ad imbuendos bonos mores eſſe percipitur. Quapropter ſi qui ſanctum noſtræ Congregationis habitum quæſierint (ut Beatiſs. Pater noſter Benedictus tradit) non ita eis facilis tribuatur ingreſſus. Sed (ut ait Joannes Apoſtolus) probentur Spiritus, ſi ex Deo ſunt. Idcirco admonemus omnes Prælatos, ut graviſſimæ huic rei maxima impendatur cura: ne in noſtram ſocietatem admittantur inepti, præſertim quos pati defectum natalium conſtabit. Cum verò hæc omnia accuratè examinaverint; difficultates, ac diſcrimina interponant per plurimos dies: quatenus conſtantiæ, confirmatique animi periculum faciant. Si autem illos in ſuo perſtare propoſito viderint, aſſignentur Novitiorum Magiſtro, qui eis juxta textum Regulæ, dura, & aſpera, per quæ itur ad Deum, præ-

prædicet. Et ſi promiſerint perſeverantiam, legatur eis integrè Regula Beatiſſimi Patris noſtri Benedicti, & dicatur eis. Ecce lèx, ſub qua militare debetis: ſi poteſtis obſervare, ingredimini: ſi verò non, liberi diſcedite. Et cum ſatis prædicatum ſuerit, tum privatim, tum publicè ad Capitularem locum deducantur, ubi genuflexi petitionem ſuam humiliter, & devotè exponant. Prælati verò poſtquam admonitorium ſermonem habuerint, ipſos ante altare majus oratum dimittant. Et cum ſecum deliberaverint, per ſabas ſecretas (prout multis abhinc annis per Generale Capitulum obtentum fuit) de more negotium tractent. At ubi in ordinem noſtrum ſuſcepti, vel per majorem partem admiſſi fuerint, tunc Abbas ſtato die, qui ſit commodus illi, Magiſtro imponat, ut illos ad Eccleſiam ducat: qui ante altare accedentes ad pedes Abbatis genuflexi audiant, quæ ipſe m[illegible]itorio ſermone dicere diſpoſuerit: [illegible]am ſermonem compleverit, erigentes ſe unà cum aſtantibus Monachis genua flectentes dicant. Veni Creator. Ave maris ſtella, & Benedixiſti Domine terram tuam, cum Gloria Patri. Kyrie. Chriſte. Kyrie. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. Suſcipe ſervos tuos in bonum. ℟. Non calumnientur illis ſuperbi. ℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℟. Dominus vob. ℟. Et cum ſp.

Oratio.

Deus, qui corda fidelium ſancti Spiritu illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Oratio.

Concede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & Glorioſæ Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Oratio.

Deus, qui Chriſtianam familiam Benedicti Sanctiſſimi Miraculorum floribus roboras, doctrinæ, virtutumque fructibus inſtruis: Da, ut quem veneramur memoria, ejus imitemur veſtigia, & ſic ad Paradiſi gaudia miſericorditer perducamur. Per Dominum.

Quibus ritè perfectis, Abbas illos denuò interroget, & diligenter inquirat, an velint in ſuo ſancto propoſito perſeverare, quos perſeverantes in ſua voluntate cognoſcens, eos exuat veſtimentis ſæcularibus dicens. Exuat vos Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. Poſtea induat habitum, & induendo dicat. Induat vos Dominus novum hominem: qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis: & illis nomen imponat ad libitum. Veſtes verò illorum ſerventur per annum probationis: ut ſi forte defecerint à propoſito; vel (quod abſit) extra Congregationem propter eorum pravæ vitæ merita expulſi fuerint, decedenter honeſtius abeant. Alter autem alterum præcedere debet ſecundum vocationum tempus: ut ſi duo unà convenerint, qui primus habitum ſumpſerit, primus ſit in ordine. Notetur hujus mutationis dies: ut inde anni terminus inchoetur. Cum verò Novitius ad anni terminum probationis pervenerit, paucis ante diebus in Capitulo coram omnibus genuflexus ſuæ Profeſſionis petitionem exponat: qua expoſita, Abbas, ſive loci Superior ſermone habito, quo confirmatio voluntatis cognoſci poſſit, ſi perſtiterit, oratum dimittat. Ipſe verò cum cæteris apertis votis deliberet, & ad Profeſſionem admittat, audita prius, & ante omnes Patris Magiſtri, qui illius curam habuit, ſententia: poſt quem alii ſequentur. At ſi fuerit per majorem partem admiſſus modo, & forma infraſcriptis, à loci Prælato recipiatur, & veſtes ejus, quæ hactenus fuerant ſervatæ, pauperibus erogentur. Cùm Novitius ab Abbate, ſive Vicario (ſi ille abſuerit) recipiendus erit, tunc per Magiſtrum Novitiorum, ſive per quem Abbati videbitur cum Miniſtris ſolemniter indutis Miſſa cantabitur, & dicto offertorio, Profeſſurus ad altare majus accedat: & ſupplex Sanctiſſimæ Communionis tempus expectet. Et Sacerdos ſumpto Sacramento communicet Profeſſurum. Poſt celebrationem verò Miſſæ, ille ad pedes Abbatis ſe conſtituat ante altare, cui quæ ad rem pertinent, prædicet. Sed poſtquam ipſum firmum, & ſtabilem Abbas invenerit, ad primum gradum majoris altaris illum dimittat: ubi annuente Abbate, humiliter, & devotè coram altari in præſentia dicti Abbatis genuflexus, & aperto capite legat petitionem ſuæ Profeſſionis, vel ſua Manuſcriptam, vel ab alio, quem ipſe rogaverit, ſi ipſe neſcierit literas ritè formare, petitionis autem forma talis eſt. Ad laudem Virginis Mariæ. Ego Dominus N. filius N. de tali loco, conſtitutus in Eccleſia talis Sancti, vel ſanctæ Congregationis Montoliveti, ante altare majus flexis genibus, & aperto

to

to capite coram Deo, & Beatiſſima Dei
genitrice Maria, & Beato Patre noſtro
Benedicto, ac Sanctis, quorum reliquiæ
hic ſunt, & Sanctis omnibus, in præ-
ſentia Reverendi Patris Domini N. de
tali loco, hujus Monaſterii Abbatis Di-
gniſſimi recipientis me vice, & oomi-
ne Reverendiſſimi in Chriſto Patris Do-
mini N. de tali loco, dictæ Congre-
gationis Abbatis Generalis Digniſſimi, Pro-
mitto ſtabilitatem perpetuam, conver-
ſionem morum meorum, & obedien-
tiam ſecundum Regulam Beati Patris no-
ri Benedicti. In quorum fidem hanc
hedulam manu propria ſcripſi, vel ſcri-
feci (ſi ipſe non ſcripſit) & ſigno
nctæ Crucis munivi. Anno Domini
illeſimo, &c. die tali, talis menſis.
um perlegerit ponat eam ſua manu ſu-
r altare. Deinde ad eundem gradum
verſus dicat hunc verſum. Suſcipe me
mine ſecundum eloquinm tuum, &
am: & non confundas me ab expe-
tione mea. Quo ter dicto, & à fra-
bus repetito, jungatur Gloria Patri
erna vice dictum: poſt accedens pro-
nbat ad pedes cujusqne Monachi, &
ſe orari ab eis petat. Interim à Mo-
nis recitetur Pſalm. Miſerere mei
s. Deinde Kyrie. Chriſte. Kyrle.
r noſter. ℣. Et oe nos inducas in
ationem. ℟. Sed libera nos à malo.
alvum fac ſer. ℟. Deus meus ſp.
ſto ei Domine. ℟. A facie Inimi-
. Nihil proficiat inimicus in eum.
t Filius iniquitatis non apponat no-
ci. ℣. Domine exaudi orationem
. ℟. Et clamor meus ad. ℣. Do-
vobiscum. ℟. Et cum ſp. Ille ve-
uflexus ante altare mente oret. A
lote verò cantu dicantur Orationes
riptæ à ſanctis Patribus inſtitutæ.

Oratio.

eus indulgentiarum Pater, qui ſe-
em tuæ diſtrictioois temperans,
ti, ne filius portet iniquitatem
: & qui mira diſpenſatione malis
ens, tuæ dignationis gratiam per
uenter operaris: quæſumus Cle-
n tuam, ut huic famulo tuo non
, quod habitum Religionis per
ipit, ſed Miniſterium, quod per
rius exhibetur, per donum ſan-
tus exequatur. Per Dominum
℟. Amen.

Oratio.

s, qui per coæternum tibi fili-
ta creaſti; Qui mundum pec-
eteratum per Myſterium Incar-
ſuæ renovare digoatus es: te

ſupplices exoramus: ut Sancti Spiritus gratiam ſuper hunc ſamulum tuom abrenunciationem ſæculi profitentem, clementer digneris effuodere: per quam ſpiritu mentis ſuæ renovatns, veterem hominem cum ſuis actibus exuat, & novum, qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eund. Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qoi es via, ſine qua nemo venit ad Patrem, quæſomus benigniſſimam clementiam tuam: ut hunc ſamulum tuum à deſideriis carnalibus abſtractum, pariter in Diſciplinam Regularem inducas: & qni peccatores revocare dignatus es, dicens, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, præſta: ut hæc vox iovitationis tuæ, ita in eo convaleſcat, quatenus onera peccatorum deponens, & quàm dulcis es guſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur: & ſicut atteſtari de tuis ovibus dignatus es, eum inter oves tuas agnoſce, ut & ipſe te agnoſcat, & alium non ſequatur, ſed te: neque audiat vocem alienorum, ſed tuam, qua dicis: Qui mihi miniſtrat, me ſequator. Qnl vivis. ℟. Amen.

Oratio.

Sancte Spiritus, qui te Deom, ac Dominum revelare Mortalibus dignatus es, immenſam tnæ benignitatis gratiam poſtulamus: ut ſicut ubi vis, ſpiras, ſic huic famulo tuo effectum tuæ benedictionis Indulgeas. Et quoniam tua ſapientia eſt conditus, tna quoque providentia gubernetur, quem juxta conſuetam gratiam unctio tua de omnibus doceat: & per interceſſionem Beatiſſimi Patris ooſtri Benedicti, qnem præcipuum ſanctæ hujus inſtitutionis latorem dediſti, necnon & illorum Sanctorum, ad quotum nomina petitionem facit, eum à vanitate veraciter converte: & ab eo omnium peccatorum ſasciculos deprimentes propitiatus diſſolvens, eum ad obſervantiam hujus ſancti propoſiti, ſic certatim fac fervere: ut in tribulationibus, & anguſtiis tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare, & piè, ac juſte per veram humilitatem, atque obedientiam in firma charitate fundatus, quod te donante promiſit, fœlici perſeverantia proſequatur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chr. ℟. Amen.

Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui tegumen noſtræ Mortalitatis indoere dignatus

tus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis Clementiam: ut genus veſtimenti, quod ſancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis indicium abrenunciantes ſæculo ferre ſanxerunt, tu ita benedicere digneris, ut hic famulus tuus, qui eo uſus fuerit, te induere mereatur. Qui vivis. ℟. Amen.

His dictis, adoleatur tam ipſe, quàm cuculla, quæ ſuper altare prius fuerat poſita, & aſpergatur aqua benedicta. Inde exuat illum Abbas veſtem non benedictam, pallium ſcilicet, & ſcapulare, dicens. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis: & habitum induat Profeſſionis his verbis. Induat te Dominus novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. Indutus Novitius benedictam veſtem, ponat ſuas inter Abbatis manus, promittens ei obedientiam ſecundum modum Profeſſionis ſuæ: & Abbas promittat illi vitam æternam. Poſtea ille ſe in terram coram altari proſternat, & panno contegatur nigro. Tunc Abbas, vel Superior intonet Hymnum. Veni Creator: qui alternis vocibus concinatur. Deinde cantores dicant. ℣. Emitte Spiritum. ℟. Et renovabis.

Oratio.

Deus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da huic famulo tuo in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum. ℟. Amen. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum ſp. ℣. Benedicamus. ℟. Deo gratias.

Poſt hæc Magiſter accedat Novitiorum, & faciat eum ſurgere, atque in chorum de more collocet. Luminaria, quæ circum accenſa fuerant, tanquam mortuo ſæculo, qui Deo vivere cœpit, extinguantur. Ille per eum diem cucullatus incedat, & poſt horam nonam, media in concione genibus flexis gratias compoſitis verbis agat Patribus. Et Pater loci non amplius aſpera, ſed beatam vitam prædicet bene viventium. Hujus ille puritatis, quam Profeſſus eſt, & quam Euchariſtiæ gratiam ſuſcepit, aſſiduè recordetur.

Caput XXIII.

De Modeſtia veſtitus, & victus.

Utilitati conſulere, & ſuperfluitatem tollere volentes, ſtatuimus, ut cuique Monacho cuculla una, tunicæ quatuor, duæ pro æſtivo, & duæ pro hyberno tempore, tunicellæ duæ, duo itidem ſcapularia cum tertio paulo reſtrictiori pro nocturnis horis ſufficiant. Hyemis verò tempore, unicuique pallium aſſignabitur, quò facilius poſſit frigoris aſperitas ſufferri. Idque ad Idus Maias mundum, ac defecatum veſtiario, ubi reliqua conſervantur veſtimenta, reddatur. Si quis verò cuculla indiguerit, ſciat ſibi relinquendam illius anni tunicam, vel tunicellas, & veterem cucullam reſtituendam. Idem ſanè intelligimus de palliis oblatorum, ſive converſorum renovandis. Cucullæ verò non comptæ ornamento, ſed ſimplices, atque humiles omnino ſint. Cæterum alterno anno tunica, altero dentur tunicellæ, capellina una lanea, pedulesque ſingulis annis unicuique diſtribuantur. Verùm poſt feſtum omnium Sanctorum hæc diſtributio fiat. Monachi tamen, quos intra annum transmigrare ex uno ad alium locum (ut eſt ſecretis fabis decretum) Abbas Generalis, ſive Viſitatores in actu viſitationis juſſerint; Si ante feſtum Sanctorum omnium literæ datæ fuerint, tunc quoquò diverterint, ab eodem loco veſtimenta nova, ſive tunicam, aut tunicellas recipiant. Si verò quemlibet loco ſuo decedere poſt idem ſolemne feſtum per litteras imperaverint, tunc unde diſcedit Monaſterium ipſi novam tunicam, ſeu tunicellas impendere teneatur. Et quoniam extingui penitus proprietatis vitium volumus, adhortamur omnes: ut humaniores, atque liberaliores ſe Prælati locorum exhibeant. Animadvertimus enim nullo pacto Monachis unicum tantum naſitergium ſufficere ſingulis annis. Quapropter admonemus omnes Prælatos, ut non tantum naſitergia, verum etiam alia, quæ neceſſaria ſunt, ſubminiſtrent: ut ſanctus Pater noſter Benedictus præcipit. Tunicellarum verò longitudo uno palmo ſub genibus protendatur. Cum Monachi per urbem incedunt, cucullati prodeant. Capellina verò tantum utentes Monachi, nullibi appareant, quòd id dedecus maximè contradicat decoris noſtri inſtituto. Et licet oblatis ob continuam laborum operam, uſum camiſiarum concedamus linearum, non poſſint tamen utroque veſtium genere gaudere, laneo videlicet, & lineo, ſed altero accepto, alterum renuncient. Si quis autem aliorum Monachorum ob infirmitatem aliquam illas induere coactus fuerit, hujuſmodi indultum, niſi ab Abbate Generali obtinere curaverit, puniatur: & nulli omnino liceat aliquo veſtimentorum genere uti, quo noſtra Congregatio non ſoleat uti.

Omnia

Omnia verò quibus utuntur oblati veſti-
menta, ad medium usque crus pertin-
gant. Ordinamus præterea non licere
oblatis neque domi, neque extra Mona-
ſterium ſoleis, ſed calceis tantùm uti:
quod ſi prætererint, pro prima vice ſe-
mel jejunent in pane, & aqua tantùm,
quod ſi non deſtiterint, ultra ſupradi-
ctam pœnam, diſciplina plectantur.
Dum verò aliquid alicui novi conceditur,
hujusmodi formam benedictionis genufle-
xus dicat. Benedictus Deus in donis ſuis,
& ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui
vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum.
Et Superior dicat: Amen, & benedi-
licens concedat. Sed ſi neglexerit, rem
llam ſecum humi cœnaturus, vel pran-
urus deferat. Cùm verò cibi in cœnam,
k prandium dividantur, omnes, & ſin-
ulos Prælatos monitos eſſe volumus, ut
lce præſertim temporibus ad prandium
mper, & cœnam ubique fratribus duo
lmentaria dentur coctæ; Juſculum, &
em dicunt ſcutellinum, additis fructi-
s (ſi adſunt) & caſeo. Cæterùm
nis, & vini tantum dari concedimus,
antum viro moderati animi ſufficere
um fuerit. In primis autem, ac ſe-
dis menſis ſummum, ac perpetuum
vetur ſilentium. Et ſi quid dicendum
urrerit, ſigno potius quàm voce
xta Regulam) ſignificetur. Nec deſit
inua ubique ſacrarum lectio ſcriptu-
m. Nec tamen fortuito caſu qui arri-
codicem, legere audeat ibi, ſed le-
s tota hebdomada, Dominica ingre-
r die. Quisquis autem ad primas
as ſerò advenerit, hoc eſt poſtquam
aPatri in benedictionem recitata fue-
e humi omnino ſternat: nec inde,
igno à Superiore accepto ſurgat.
dicimus, ſi Miniſtri aliquid caſu
rint, vel fregerint, ſeu quid la-
in terra fuerit. Qui verò recum-
aperto capire ſi, quid erraverint,
faciant, quatenus à Superiore be-
onis indulgentiam percipiant.
e gratiis agitur, nemini, niſi illis
is, è cœnaculo, vel è templo
ceat. Gratiis verò perfectis, ex-
ur menſæ ex his vaſibus, quæ re-
nt. Primas menſas Acolythus
o purget: ſecundas autem qui
remanſerit. Extra verò cœnan-
prandendi tempora, nulli cuipi-
quam ſumere ſeu cibi, ſeu po-
Superioris veniam liceat. Ab
carnium abſtinendum eſſe à
(juxta textum Regulæ) dici-
ordinamus. Debilibus autem,
ac ſenibus concedatur. Por-
sque licentia ſui Superioris car-
derit; pro prima vice tet humi
& aqua jejunet tantùm (ad li-
bitum Superioris) ſecunda verò, voce illum privandum declaramus. Verùm poſt vocis amiſſionem, ſi rurſus idem vitii peccando commiſerit, vel ſi eatenus vocem non haberet, per menſem carceri deputetur vice qualibet. Præcipimus quoque ut in vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ, quam Congregatio noſtra præcipuè colit, & veneratur (ſicut aliàs obtentum fuit) omnes jejunent. Invigilentque Prælati omnino ſuper jejuniorum de præcepto obſervantiam: quæ quidem ſi violari invenerint, his jejunandum illis in pane, & aqua annunciet. Solemni autem die veneris in majori (quam dicimus) hebdomada, quando Chriſti Jeſu paſſi Memoriam facimus, omnino locorum ubique à quibusvis cibis, præterquam à pane pro cibo, & ab aqua pro potu, ut omnes abſtineant, utique ſtatuimus. Cui rei nullatenus à quoquam cujusque gradus indulgeri, præterquam infirmis, & impotentibus poſſit. Duos verò dies, qui quartam feriam cinerum antecedunt, omnes (ut antiquitus extat obſervatum, & propterea pro lege habitum) æquè obſervent, præcipimus, ac reliquos quadrageſimæ ſacratos dies. Porrò laicis, cujuscunque, ſint illi gradus, ſive dignitatis, in noſtris quibusvis locis carnium eſum nullo modo concedi, ſive apparari poſſe permittimus. Verumtamen ſi nobiscum degentes infirmitas quoque gravis inceſſerit (tametſi ægro id animo faciamus) concedimus tantum illarum uſum, donec convaleſcant, charitatis ductu, qua dicimus nihil ducendum nobis in vita antiquius.

Caput XXIV.

Quid accipere debeant à loco aliquo recedentes, & quod capti à Piratis, vel Latronibus redimantur.

Cum amoveri aliquem à loco ſuo, ſive per Abbatem Generalem, ſive per Viſitatores in actu viſitationis contigerit, volumus, ut ſi prima ea fuerit mutatio in ſuo tempore in Congregatione, fœmoralia primum ei concedantur, deinde ſcapulare novum, cothurni, pileus, caligæ, ſoleæ, chirothecæ, & calcaria dentur. Addaturque ei ſacculus unus, quo res ſuas commodè locare poſſit. Cæteris verò, qui aliàs loco amoti fuerint, detur tantum ſcapulare (ſervato nihilominus tenore Cap. 66. ſecundæ partis) ſoleæ, caligæ, & fœmoralia. Annumeret præterea eis Prælatus pecuniatum tantum, quantum poſſe ſufficere crediderit: quatum ſi quid expleto itinere ſupererit; Prælato loci, ad quem mittitur,

aſſignetur. Prælati verò alter alterum ſe per literas moneant, quid recedenti à loco deferendum conceſſerint, quidve tribuerint pecuniarum: ut ſciant quomodo illi adeuntes, in via ſe geſſerint. Caveant autem omnes itinerantes feſtis præcipuè diebus, quavis occaſione niſi maxima neceſſitate cogente, equitare. Ubi verò applicuerint, loci illius Abbati, ac ſi proprius eſſet Abbas, obediant. At ſi quis in infidelium piratarum manus, vel latronum, aut ſimilium cujuſcumque generis devênerit (quod Deus avertat) ordinamus, ac ſtatuimus, ut communi pecunia ex omni loco Ordinis noſtri colligenda (juxta viſitationum taxationes) quanto citius redimatur: & ne longa mora iſte Interim ſupplicia ſuſtinens, deficeret; præcipimus, ut ubi primum noto loco piratæ applicuerint; Prælatus loci proximè conſiſtentis, parata pecunia quavis via, quovis modo (etiam magna cum jactura) illum redimere debeat, & Generalem quam primum commonefacere, ut pecunia colligatur, reſtituenda. Advertendum autem, quod ſi Prælati in prædam inimicorum devenerint, ad locum illum, ubi præficiebantur, redimere illos pertineat. Quod ſi Monaſterium illud talis impenſæ pondus ferre non poſſet, tunc res per Abbatem Generalem, & Viſitatores erit conſideranda, atque eorum arbitrio ſuper ea re decernendum erit. Si vero Viſitator Ordinis à latronibus detentus fuerit, qui quidem in actu viſitationis exiſtat; tunc Provinciæ ſibi aſſignatæ totum incumbat onus impenſæ. Verum ſi illum Romam, vel alio pro communi utilitate proficiſci contigerit, publica tunc Congregationis liberetur pecunia: & idem ſi illius forte fortuna equus deficeret intelligendum eſt.

Caput XXV.

Quadam Carimoniæ declarantur, & abſolutionis forma præſcribitur.

Diebus Dominicis lecturus per hebdomadam, expedito Officio Divino, ante ſupremam aram reverentia prius exhibita fratribus in Choro exiſtentibus, benedictiooem accepturus genuflectit: deinde dicat. ℣. Domino labia mea &c. rer iterando itidem, à choro eodem verſus repetito cum acceſſione ver. Gloria Patri &c. alternatim dicti, Superior chori hanc benedictionem impendat. Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis ut dignè, & competenter annuncies ſanctam lectionem ſuam ad laudem, & gloriam ſui ſanctiſſimi nominis, & fratrum ædificationem. ℟. Amen. Qualibet autem die Dominica matutinalibus Officiis expletis, is, qui coquinæ Officio fuerit abſolutus, dicat hunc ℣. Benedictus es Domine Deus, qui adjuvaſti me, & conſolatus es me. Superior autem chori benedicat in hunc modum. Dominus te benedicat, & ab omni malo te defendat, & retribuat tibi pro labore mercedem bonam in vitam æternam, ℟. Amen. Qui verò idem Officium nuper eſt ſubiturus, poſt eum dicat hunc verſum, ter ipſum pronunciando, ſub forma primæ Benedictionis. Deus in adjutorium meum intende Domine ad adjuvandum me feſtina. Superior autem benedicat Benedictione hac. Dominus ſit in corde tuo, & in manibus tuis, ut dignè, & laudabiliter exerceas Officium tuum ad laudem, & honorem ſanctiſſimi nominis ſui, & fratrum conſolationem. ℟. Amen. Dum dictæ benedictiones dicuntur fratres in ſubſelliis taciti conſideant. Cùm verò ad Capitulum perventum fuerit, Regula Beati Patris Benedicti legitur, qua recitata, & facto ſigno à Superiore, omnes ſe humi una proſternant, & ſe accuſent, conditione appoſita, ſi quid contra Regulam, & Patrum traditiones commiſerint: & ſi aliquem invenuſto exemplo ſcandalizaverint. Qui verò ſilentium poſt Completorium non ſervaverit, particulari ſe culpa accuſet voce intelligibili: & Septimanarii, qui pro tempore extitere, ſimiliter negligentiarum culpam ſignificent; & Superior pœnitentiam injungat his, & illis, & abſolvi mandet ab hebdomadario hac forma. Dominus nos abſolvat: & ego authoritate, qua fungor, abſolvo vos à vinculo excommunicationis inſcienter incurſæ, à participatione excommunicatorum, à tranſgreſſione Regulæ, & Conſtitutionum noſtrarum. In nomine Patris, &c. ℟. Amen. Dum iſta dicuntur, Prælatus quoque ſit proſtratus: & facto ab eo ſigno, ſurgant omnes. Qualibet vero Die Veneris, quiſque ſingillatim culpam dicat ſe proſternens, incipiendo à parte hebdomadarii à minori, & cuique ſigillatim Superior pœnitentiam injungat, atque etiam increpet particulariter, ut opus fuerit. Et altero ſe proſtrante, alter accepto ſigno ſurgat, poſt omnes Prælatus etiam ſe proſternat, & culpam dicat. Tunc omnes unà proſternant ſe, & ita proſtrati recitent alternatim Pſal. Miſerere mei, addendo Gloriam: & Pſal. De Profundis, addendo requiem æternam. Inde ſub ſilentio Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine. ℣. Requieſcant in pac. ℟. Amen. ℣. Domine ex.

℟. Et

℟. Et clam. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum ſpiritu. Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum &c. Poſtea cum Superior abſolvi mandaverit, hebdomadarius ſolus conſurgens abſolvat, ut ſupra: & facto ſigoo, coosurgant omnes. Silentii verò non ſervati in die, certis horis culpam dicant: tempore jejunii poſt ſextam, tempore æſtatis poſt primam, & horam nonam. Et Superior Pœnitentiam injungat. Tunc lectio recitetur de collatiooibus Patrum à Magiſtro Novitiorum de more. Qui verò neglexerint culpam dicere, eis à Confeſſoribus, ut à vino abſtineant in ſequenti menſa, jubeatur: qua in re coosciencentiam ipſorum oneramus. At ubi Superiori videbitur ſilentio indulgere (quod rarò faciendum eſt) dicat hoc verbum, Benedicite. Fratres verò reverenter reſpondeant Deus. Hoc eſt, concedat nobis, ut in noſtris colloquiis benedicamus, vel Deus jugiter ſit ſuper omnia benedictus.

Finis Primæ Partis.

SECUNDA PARS

Conſtitutionum complectens omnes fere Reformationes novas, decretas in Capitulo Generali, anno MDLXIV.

PRÆFATIO

Ibuit ſuperiori volumine ea comprehendere, quæ ex longa temporum ſerie obſervata, in antiquos ritus, ſolemneſque cærimooias Ordinis ceſſeruot. Quod etiam à Majoribus noſtris obſervatum fuiſſe, compertum eſt: ea plade cauſa, ut quæ tenore ſemper eodem ſtata, firmaque forent, ſeparatim à re- ...is ſuum ſortirentor & locum, & dignitatem: ſequenti autem volumine illa ...nplexi ſumus, quæ per novas Reformatinoes proximis comitiis decreta, aucta, immutata fuere. Quæ, licet ultimum ſortiaotur locum, eo quod ipſorum ...gna pars recenter ſit addita, Patres tameo non minori duxere re ...erentia obſer- ...da: quandoquidem noſtro rerum ſtatui, quàm maximè congruere dignoſcan-

CAPUT I.

Quid Prælati ſervare debeant.

...nil eſt, quod ſubditos magis ad pie- ...tatem, & Dei cultum inſtruat, quàm ...n vita, & exemplum, qui præſunt ... quique Paſtoris Officium habent: ... enim tanquam ſpeculum cæteri ...s conjiciunt, & ab eis ſumunt, ... imitentur. Quapropter Prælatos ...s hortamur, eisque ſub atteſtatio- ...vini futuri judicii præcipimus: ut ..., moresque ſuos ita componant, ...teris exemplum afferant rectè vi- ..., & ſui venerationem. Divinis ...s jugiter interſint, eorum menſa ...is Monachis ſit, niſi vel quid aliud ...è illos prohibeat. Et obſervent ...uæ aliis obſervanda proponunt. ...criptum eſt. Dominus JEſus cœ- ...us facere, & poſtea docere.

CAPUT II.

...cto divinum Officium in Eccleſia ordinetur.

...um Officium in Eccleſia omnibus ... locis ordinetur, & fiat ſecundum Rubricas majoris, & aotiqui breviarii: & addantur Octavæ ſancti Benedicti, & omnium Sanctorum: nec non dies, quos Capitulum Generale feſtos eſſe decreverit. Infra octavam verò ſaocti Benedicti fiat Officium quadrageſimale cum commemoratione Octavæ in Miſſis, Veſperis, & Matutinis: dicantur ſeptem Pſalmi pœnitentiales, & Pſalmi graduales: dies autem octava fiat ſub duplici minori.

CAPUT III.

De Confeſſoribus deputandis, & de termino Confeſſionis facienda, & Sanctiſſimæ Eucharistiæ ſumendæ.

Confeſſores deputare Monachis ſuis ad Abbatem loci ſpectare decernimus in omnibus, & per omnia juxta inveteratam Congregationis conſuetudinem, abrogata quacumque Ordinatione in contrarium facta. Serventur autem ea, quæ habentur Cap. XVI primæ partis ſuper Confeſſione facienda, & Sanctiſſima Euchariſtia ſumenda. Et Sacerdotes quidem quantumlibet occupati, qui deprehenſi fuerint ſemel ad minimum in menſe peccata ſua non fuiſſe confeſſos,

&

& ſalutarem Euchariſtiam noo ſumpſiſſe, vel Abbates illi fuerint, vel quicunque alii condignis pœnis per Abbatem Generalem, vel Viſitatores puniantur pro modo culpæ, & conditione Perſonarum. Clerici verò, converſi, & oblati, qui neglexerint octavo quoque die aſſignato ſibi ſacerdoti confiteri, tantundem à vino abſtineant, quantum poſt octavum Prioris Confeſſionis diem confiteri protraxerint: nec poſſint ab ea pœna abſolvi, niſi prius ſatisfecerint: & nihilominus teneantur ad ea, quæ habentur præallegato Cap. de Sanctiſſima Euchariſtia ſumenda.

Caput IV.

In Eccleſia deambulare, aut colloqui prohibetur.

NUlli Monachorum liceat, ullo tempore, præſertim cùm laici adſunt, in Eccleſia deambulare, aut cum altero colloqui, quod etiam in S. Regula Cap. LII. ſtatutum nobis eſt. Quare ſi aliquid inter ſe Monachi conferre voluerint, illinc concedentes, cum ſumma reverentia, modeſtiaque, aliò ſe recipiant.

Caput V.

De Miſſa Beatæ Virginis cantanda, vel commemoratione facienda.

DEcretum eſt, ut ſingulo die Sabbati Beatiſſimæ Virginis Mariæ ubiquo locorum noſtrorum Miſſa ſolemni ritu celebretur: niſi dies feſtus ſolemnis, aut duodecim lectionum occurrat, quo nihilominus die ejusdem B. Virginis Commemoratio fiat in Miſſa, & Gloria in excelſis cantetur de Beata Virgine.

Caput VI.

De Modeſtia ſervanda in opere Dei faciendo.

MOnachi io Eccleſia dum orant, aut pſallunt, ſtent erectis in Cœlum animis, & ut viros religioſos decet modeſtiſſimè, ac decentiſſimè ſe habeant: ac præteriens quiſque ante Sanctiſſimam Euchariſtiam aperto capite humiliter inclinet. Quod ſi ſacris Officiis in tempore quis non affuerit, genuflexus de more tarditatem ſuam oſtendere non erubeſcat. Qui verò id neglexerit, ſemel in pane, & aqua jejunet pro quolibet errato. Abbas autem in locis noſtris, ubi ad Eccleſiam laici frequentes conveniunt, idoneos conſtituat Monachos, qui curam gerant tam canticorum, quàm cæterorum omnium in Eccleſia agendorum, ut inſpectantibus, & audientibus ſatisfiat.

Caput VII.

Qui in Oratorio deliquerit, errati veniam depracetur.

DEt operam Abbas, ut qui graviter in Choro deliquerit, errati culpam palam confiteatur, & Inſuper pœnam injungat in præcedenti capite contentam.

Caput VIII.

Quid ſervandum in promovendis Monachis ad ſacros Ordines.

IN promovendis Monachis ad ſacros Ordines Decreta ſacri Tridentini Concilii circa ætatem, & cætera omnia obſervari mandamus. Qui verò ante legitimam ætatem ſacros Ordines ſuſceperint: mox illorum adminiſtratione omnino priventur, & puniantur ad arbitrium Abbatis Generalis. Nullo modo volumus Monacho licere, ut bis in eodem anno Suſcipere poſſit ſacros Ordines, hunc autem Ordinem obſervandum præcipimus in promovendis Monachis noſtris ad ſacros Ordines, ut prius ab Abbate Generali, vel Viſitatoribus in actu viſitationis facultatem habeaot Prælati locorum eos diſtinandi ad prædictos Ordines, poſtea per majorem partem Sacerdotum, ibi degentium ſecretis fabis decernatur, an admiſſi hujusmodi ſint ordinandi: qua in re commonefacimus eos, qui talem facultatem ſunt conceſſuri, ut ſumma ſolertia negotium tractent: examinent vitæ formam, & rei literariæ peritiam, quò digni, vel idonei promoveri poſſint, Tempora verò in Ordine noſtro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſtatuta ſunt hoc modo, ut Subdiaconus tertium annum, Diaconus quartum, Sacerdos autem quintum in Congregatione exegerit.

Caput IX.

De pœna eorum, qui in Apoſtaſia ſacros ſuſceperint Ordines.

APoſtatis, qui ſacros Ordines In Apoſtaſia degentes, ſuſceperint, ſi rurſus recipiantur, adminiſtrationem eorum Ordinum interdicimus: neque ad eam poterunt reſtitui, niſi per Capitulum Generale.

Caput X.

Quo pacto Sacramenta adminiſtrari poſſint abſente Abbate, & Vicario.

IN adminiſtrandis Eccleſiæ Sacramentis, ordinatum fuit, quod Abbate, & Vicario abſentibus, Conventus eligere poſſit unum aliquem idoneum Monachum, qui Sacris interdictos abſolvat: quinque Sacra-

ſacramenta fratribus miniſtrare poſſit; & eadem Abbatis, & Vicarii (quemadmodum pontificio nobis indultum eſt privilegio) facultate uti poſſit, & valeat: ne ſcrupuli impedimento ſint, quò minus illa edminiſtrentur.

Caput XI.

Excommunicatis abſente Abbate, & Vicario proſpicitur.

SI quis aliqua de cauſa in excommunicationis pœnam inciderit, ordinamus,
: per Abbatem loci vel (ſi ille abſuerit)
er Vicarium à tali vinculo abſolvatur:
ceptis percuſſoribus enormibus Abbati
encrali reſervatis. Si quis verò abſen-
Abbate, vel Vicario Monaſterii in ex-
mmunicationis ſententiam incurrerit;
nc, qui ſubſequitur Cellerarius in Or-
ie Conventum advocet, ſervataque
nper modeſtia ipſis exponat, qua de
ſa illos congregaverit: & ſi ſecreto
dem patrate facinora erunt, ſecreto
ripienda, & ſecreto ille abſolvendus
, qui tali vinculo erat innodatus, ab
cui id munus Conventus demanda-
t: ſi verò publicè peccatum fuerit,
icè corripiatur, & abſolvatur, qui
juerit: ut cæteri timeant.

Caput XII.

rdos non deputatus, Laicorum confeſſiones non audiat.

icorum confeſſiones quiſquis Sa-
erdos noſtri Ordinis audierit; pri-
m ad eam rem tam ſeriam per
tem loci deputatus, juxta indul-
Apoſtolicum; mox ex ipſo te-
tis auſu omni ſacerdotii dignitate
ictus declaretur ad arbitrium Abba-
eneralis.

Caput XIII.

De ſervando Iejunio.

e ſtudium, ac diligentiam adhi-
at Abbas, ut id quod Cap. 41.
habetur, Monachi in dicta jeju-
todiant, atque in eos qui jejunium
rint ſeverè animadevertat; & pro
t jejunio ſub præcepto violato,
ne tantùm, & aqua publicè eum,
querit jejunare cogat: ſciatque ſi
cerit; adminiſtratione per men-
vatum iri: quam obſervantiam
ous jejuniis adhiberi volumus;
us exceptis: in quibus tale jeju-
nittere Abbati viſum fuerit.

Caput XIV.

cibum, aut potum ſumere extra ordinata tempora.

el potus aliquid deſumere extra
nendi ordinata tempora citra
Superiorum indulgentiam quicumque auſus fuerit, ſi manifeſtis erit convictus indiciis; pro prima vice, die errato proximo, ſemel in pane & aqua publicè jejunet: quod ſi recuſaverit facere; voce illum privatum declaramus; ſi ſecundò deliquerit, his eandem pœnam luat diebus proxime ſequeutibus: ſi tertio vocem amittat: quod ſi deinceps peccaverit; carceri deputetur, ubi quarta, & ſexta feria in pane & aqua jejunet: neque inde liberari poſſit; niſi Abbas Generalis (ut moris eſt) indulſerit. Converſi verò, & oblati pro vocis, quam non habent, amiſſione carceri per menſem deputentur; ibique quarta, & ſexta feria in pane, & aqua jejunent. Si quis autem biberit ſiti oppreſſus non invento Superiore, facta nihilominus diligenti inquiſitione pro licentia obtinenda, illum in prædictas pœnas declaramus non incidiſſe: dummodo poſtea Abbati ſuo, aut Superiori ſumma cum humilitate ſe ſitim exemiſſe fateatur.

Caput XV.

De Lectione ad Menſam facienda; & ſilentio ſervando.

ANimadvertant Prælati, ut lectio aſſidua ſit ad primam Menſam; quod Capite xxxviii. Regulæ præceptum eſt: nec eadem lectio deſit ſecundæ Menſæ, in illis Monaſteriis, ubi major Congregatio fuerit; utque ſilentium ſervetur curent Abbates delinquentes puniendo: ſi quis autem ad prandium, vel cœnam in primis menſis tardè, aut ſegniter ſe contulerit; de more ſeſe humi proſternens, ſignum à Superiore ſurgendi accipiat: quod ſi facere neglexerit; ſemel in pane, & aqua jejunet pro quolibet neglectu.

Caput XVI.

Caſus reſervati Abbati Generali conceduntur Prælatis.

COmmunem animarum ſalutem, & ea quæ DEI ſunt, non noſtra quærentes, authoritate, & privilegiis in hacre audiendarum confeſſionum nobis conceſſa, nos ipſos ſpoliantes, poſthac Prælatis omnibus (ſicut ſecreto ſcrutinio diffinitum eſt) illam in quantum poſſumus, & valemus, authoritatem plenariam abſolvendi aliquem noſtri Ordinis Monachum, ſive oblatum à quibuſcunque caſibus, & cenſuris Abbati Generali reſervatis liberè concedimus: & ipſam, quoad ejus fieri poteſt, ad perpetua futura tempora (exceptis in hac re percuſoribus manifeſtè enormibus; quos quidem immediatè puniendos atque abſolvendos eſſe ab Abbate Generali intelligimus, vel ab eo, cui ipſe demandaverit) benignè conferimus: & poſtea Prælati eandem facultatem communi-

care ſois ſubditis poſſint, declaramus, In Monaſteriis tamen ſibi tantùm aſſignatis hoc faciant.

Caput XVII.

De iis qui hæreticè ſentiunt, aut loquuntur.

SI quis per teſtes idoneos convictus fuerit, jocò etiam aliquid dixiſſe, quod hæreſim ſaperet, quodque citra chriſtianam eſſet Religionem, ex quo facilè ſcandalum fratri oriri poſſet, volumus; ut per duos Menſes ſecunda, & ſexta feria humi jejunet in pane, & aqua; ac ſingulis Dominicis diebus ſuper limine Capituli Monaſterii proſtratus per idem temporis jaceat coram omnibus; quem exeuntes è Capitulo Monachi pedibus etiam conculcent; Illique pro carcere Monaſterium erit. Quod ſi ſeriò dixiſſe deprehenſus fuerit, carceri deputetur; ex quo non poſſit educi, niſi elapſo anno de conſenſu Abbatis Generalis, & majoris partis Viſitatorum; & voce illum tam activa, quàm poſſiva toto tempore vitæ ſuæ privatum declaramus: & ultimus omnium ſemper ſit in Ordine Congregationis. Dum verò in carcere detinebitur, bis in hebdomada jejunet in pane, & aqua; & iisdem diebus diſciplina plectatur. Poſt verò carceris liberationem teneatur qualibet ſexta feria per annos quinque in pane, & aqua jejunare. Si quis autem ſecundò erraverit; ad perpetuos carceres damnetur, ac ter in hebdomada in pane, & aqua jejunet; & diſciplina itidem plectatur.

Caput XVIII.

De libris venerea tractantibus, vel prohibitis ab Eccleſia Catholica.

LIbros vulgares, aut latinos, qui Venerea, aut laſciva tractant, Monachis omnino interdicimus, & flammis tradendos mandamus: & ſi quos libros hujusmodi Abbas in cellis Monachorum, quas ſæpius inviſere debet, vel penes alios deprehenderit; ſtatim coram omnibus comburat. At multo magis id ſeverè fiat, & ſob illis pœnis quas Abbas Generalis, vel Viſitatores in actu viſitationis decreverint; ſi fuerint libri vetiti ab Eccleſia Catholica.

Caput XIX.

Sacerdotes idoneos ad curam animarum deputentur.

LOca noſtra, quæ curam animarum habent; illis aſſignentur Monachis, vel Sacerdotibus, qui ſufficienti doctrina ſint præditi, qui honeſtis moribus ornati vita, famaque integra conſpicui habentur; ut tantæ curæ illis demandatæ vel pares, vel idonei ſint.

Caput XX.

In Blaſphemos pœna ſtatuuntur.

SI perditus quiſquam, & flagitioſus nomen Dei ſanctum, aut ejus matris Mariæ blaſphemare auſus, & duorum teſtimonio convictus fuerit; voce pro prima vice privatus ſit, & per duos menſes Monaſterium pro carcere illi aſſignetur. Clerici vocem non habentes ad Ordines ſacros non promoveantur; niſi per Generale Capitulum indultum illis fuerit, & Monaſterium pro carcere ut ſupra habeant. Converſi verò, & oblati per tres Menſes carceribus deputentur. At qui poſt primum erratum rurſus deliquerit; per ſex Menſes ad carceres damnetur: ſi tertiò peccaverit; per annum carceri deputabitur, & voce privatus perpetuò cenſebitur. Sed Clerici non admittentur ad Ordines ſacros ullo unquam tempore. Qui autem Sanctos blaſphemaverit; primò privatus voce intelligatur; & qui ſacros Ordines nondum attigerit; nullo modo ſine conſenſu Capituli Generalis ad eos promoveri poſſit. Converſi, & oblati ad primam vicem per Menſem detrudantur in carceres, & ſecunda, & ſexta feria jejunent; & ſemel in hebdomada ſolita diſciplina plectantur: ſi deinceps peccaverint; gravioribus pœnis ſubjiciantur.

Caput XXI.

Certo loco, & tempore Silentium omnino ſervandum.

SIlentium, quod tantopere à Majoribus noſtris commendatum fuit, ut ubique ſervetur, Prælati dent operam: præſertim poſt completorium, & nocturnis horis. In Eccleſia verò, refectorio, ac dormitorio ne immurmurare quidem per mittatur. Delinquentes pœnis conſuetis Abbas afficiat. Mandamus præterea, ne cuiquam liceat in dormitorio Muſicis cantilenis vacare; & omnino ſervetur Caput VI. Regulæ de taciturnitate.

Caput XXII.

De ſolita diſciplina, & Mandato faciendo.

DIſciplinam (ut antiquitus fieri conſuevit) illis in Monaſteriis, in quibus duodecim Monachi fuerint, toto tempore Adventus, & Quadrageſimæ, ac vigiliarum Abbates poſt Completorium faciendam curent. Mandatum verò, ſive pedum ablutionem æſtivo tempore bis in Menſe, hyberno autem ſemel, in illis Monaſteriis, in quibus viginti Monachi eruot, faciendum non negligant. At qui ſtudiis fuerint occupati (ſi Abbati placuerit) hac cura leventur.

CA-

CAPUT XXIII.

Eleemoſynæ conſuetæ ſerventur, vel augeantur.

ABbates omnibus in rebus pietatem colant: præſertim verò in iis, quæ pauperes tangunt; quos advenienres benignè ſuſcipiant, eleemoſynis largiſſimis adjuvantes; quas noſtris in locis tantum deſt, ut tolli aut minui velimus; ut etiam maximoperè ada ugeti præcipiamus.

CAPUT XXIV.

De cura adhibenda infirmis, & ſenibus.

Nfirmis ante omnia cura quàm maxima adhibeatur, atque hac in re non ſegnem eram Abbas ponat; & ſenibus eandem, am ægris (nti ex Regula Sanctiſſimi nedicti nobis præſcribitur) diligentiam tuimus adhibendam. Quod ſi Prælati hac re negligenter ſe geſſerint, & meorum conſilia contempſerint; ſi id ſiterit; ſtatim per Abbatem Genem, & Viſitatores officio priventur: uod non poſſint admitti: niſi per Gele Capitulum habilitati fuerint. Celii, cæterique Officiales, ſi idipſum ſtatis opus neglexerint; præter offimiſſionem voce priventur: urque inorum cura ſedulò habeatur manda- Prælatis, ac Cellerariis; ut crebrò n dies viſitent: ne quid ab eis per tiam Superiorum longius deſidere- Scriptum eſt enim. Infirmus fui, taſtis me. Declaramus autem, lneorum uſus nemini concedatur am vehemens ægritudinis urgeret tas; ut de medicorum conſilio pe- n æſtimaretur in mora) niſi à Ge- Abbate, vel Viſitatoribus ln actu onis ſcriptis mandata, detur fa- & tunc rerum omnium eunti ppeditetur.

CAPUT XXV.

- antiqua Forma inſtituendi, & deſtituendi Prælatos.

tuendis verò Abbatibus, & de- dis, antiqua conſuetudo Con- is, & forma privilegiorum no- tenorque aureæ Bullæ omnlno cum ita decrerum ſi per Reve- r Illuſtriſſimum Protectorem; ab Abbate Generali, & Viſita- probatum; tamquam Inſtitntis & antiquis ordinationibus con- .

CAPUT XXVI.

Quid ſervandum in eligendo Vicario Generali, & Ordinis Procuratore; & quod nulla Provincia duos habeat Viſitatores.

IN electione Vicarii Genetalis hujnsmodi Ordo ſervetur; nr quando Abbas Generalis exiſtens pro tempore, Appenninum oriundus fuerit, Vicarius Generalis eligatur de numero eorum, qui ultra Appenninum ſunt oriundi; & è contra. Poſſit tamen Generalis Abbas cum aſſenſu Viſitatorum ex cauſa aliqua legitima, vel neceſſaria in electione hujusmodi aliter diſponere. Procutator verò Ordinis in Romana Curia eligarur ſemel citra, & ſemel ultra Appenninum ſine ulla temporis limitatione: qui Procurator eligatut de nnmero Prælatorum Congregationis, & uno tantùm voto gaudeat in Electione Abbatis Generalis, & in cæteris omnibus peragendis. Ordinamus præterea, ut nulla provincia duos Viſitatores ex eadem provincia oriundos uno, eodemque rempore habere poſſit. Quod ſi contingat aliquam provinciam Viſitatorem permanentem habere, ex qua Provincialis eſſet oriundus, qui in Generalem Abbaten tunc eligeretur; Idem Generalis Abbas cum ſuis collegis poſſit aliter diſponere, quàm in hac conſtitutione decretum eſt.

CAPUT XXVII.

Quædam permittuntur Viſitatoribus, durante eorum officio.

QUilibet Viſitator, dum ſuo fungitur officio, proprium equum alere poſſit, quem Magiſtratui cedens continuo vendar. Ipſi præterea Viſitatores poſthac quorumlibet Monaſteriorum adminiſtrationem conſequi poſſint, dnmmodo Abbati Generali ita viſum fuerit: & interim Vicarios illis aſſignet Abbas Generalis morum probitate, rerum experientia, & vitæ integritate conſpicuos.

CAPUT XXVIII.

De viſitanda Congregatione bis in anno, & à quibus Viſitatoribus.

SAncitum fuit, ut tota Congregatio ſingulo anno (ut fieri conſuevit) bis viſitetur: & ſemel qnidem unaquæque Provincia à Viſitatoribus ex aliena provincia oriundis viſitari debeat; ſemel verò (ſi Abbati Generali viſum fuerit) unaquæque provincia viſitanda propria Viſitatori aſſignari poſſit, adhibito ſocio per dictum Abbatem Generalem; quibus illa ſignificentur, quæ priores Viſitatores facienda decreverant. Abbas itidem Generalis pro tempore exiſtens poſſit Viſi- ta-

tatores deſtinate ad Inſulam Siciliam oriundos ex Regno Neapolitano alterutro anno ſui Generalatus.

CAPUT XXIX.

Viſitator cum ſuo Collega poteſt, ægritudine ſuperveniente, alium ſubſtituere.

SI contingat Viſitatorem aliquem, dum Provinciam demandatam viſitat, in ægtitudinem incidere, is de ſententia ſui Collegæ Abbatem aliquem tantæ rei idoneum ſubſtituere poſſe ad munus peragendum, decretum eſt: niſi aliter ea de re ab Abbate Generali ſtatutum fuerit.

CAPUT XXX.

Ætas, & tempus in Congregatione præſcribuntur promovendis ad Abbatiatus dignitatem.

DEcretum fuit, ne ad Abbatialem dignitatem promoveantur Monachi, qui annos ætatus triginta non expleverint, & duodecim integros non vixerint in Congregatione: & pro hujus rei cautione inſpiciantur libri Memoriales loci principalis Montoliveti. Excipiantur ab hoc decreto Officiales Montoliveti, quibus omnibus ſufficiat annos ætatis triginta expleviſſe, ut idonei ſint ad dignitatem prædictam.

CAPUT XXXI.

Quælibet Provincia tot habeat Abbates, & Officiales ex eadem oriundos, quot habet Monaſteria.

UNaquæque Provincia tot Prælatos habeat, quot habet Monaſteria, & Prælaturarum aſſignationes. Itemque totOfficiales, quod dictis Monaſteriis competunt. Quòd ſi in ea provincia, quæ tot Abbates habet, quot Monaſteria, & Prælaturarum aſſignationes, aliqua Prælatura quavis de cauſa vacaverit, in eam dignitatem ſubſtituatur vir aliquis idoneus ex eadem Provincia oriundus. Verum ſi hoc contingat in aliqua Provincia, quæ plures habeat Prælatos, quàm Monaſteria, & Prælaturarum aſſignationes, dignitas illa conferatur idoneo verò alterius Provinciæ, quæ pauciores habeat Abbates, quàm Monaſteria.

CAPUT XXXII.

Provinciarum, & nationum Nominatio, & quot, & quæ loca habeant ſingula. Et primum quæ ultra, deinde quæ citra.

LOmbardiæ Provinciam declaramus conſtare ex his Monaſteriis. Scilicet Mediolanenſi, Bedagii, Nerviani, Clivatis, Bremidis, Papienſi, Villænovæ, Laudenſi, Placentino, Cremonenſi, Deſerti, Parmenſi.

Domini Veneti Provincia ex infraſcriptis conſtat. Veronenſi, S. Jacobi, Malſeſini, Villænovæ Vicentinæ Diœceſis, Leoniceno, Vendano, Patavino, Riperlæ, Veneto, & Brixienſi.

Bononienſis Provincia (veluti à Reverendis Patribus per Generale Capitulum anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi octavi delectis (pro ut togati Notarii Franciſci Chriſtiani Senenſis manu deſuper confecto Inſtrumento clarius eſt videre) publico decreto confirmatum, atque ſancitum fuit, hæc habet Monaſteria. Videlicet, S. Michaelis in Buſco, S. Bernardi de Bononia, S. Michaelis ad Alpes, Romanum, Ariminenſe, & Imolæ. Eamet ſancione decretum fuit, prædictis locis addantur Prælaturæ, illa ſcilicet, cui pro tempote ceſſerit delectus Generalis Abbas, & cui cedit Ordinis Procurator Generalis, quas volvere realiter habeat, & poſſideat: & ipſarum loco, vigore ejuſdem decreti, & inſtrumenti bina cum regimine Monaſteria, aut etiam neceſſitate exigente, abſque regimine (ad arbitrium tamen Reverendiſſimi Generalis) aſſignentur eidem Provinciæ, atque aſſignari debete, ſtatutum eſt. Sed in Bononienſis Provinciæ Corpore tam Romanos, Ariminenſeſque quàm Bononienſes, & cæteros in eadem Provincia oriundos, addictos, incluſoſque fore, & eſſe à cunctis ſempet intelligatur: ipſique in præfatis ſex Monaſteriis eamet Poſſeſſione, adminiſtratione, ac jurisdictione utantur, potiantur, & gaudeant, quibus & reliquæ Provinciæ in ſuis Monaſteriis eodem reformationis Decreto ſibi traditis, & aſſignatis, utuntur, potiuntor, & gaudeot.

Ferrarienſium nationi liberè Monaſterium Sancti Georgii, Monaſterium Bauriæ ejuſdem diœceſis, & Rhodiginum conceditur, & aſſignatur.

Mantuanæ Nationi Monaſterium Mantuanum, & Monaſterium Guidacioli ejuſdem diœceſis aſſignamus.

Citra.

Regni Neapolitani Provinciæ aſſignamus hæc Monaſteria. Neapolitanum S. Mariæ in Monte Albino, Airolæ, Fundanum, Caſtelloni, Aquilanum, Botontinum, Tarentinum, Licienſe,

Ga-

Galatinæ. In Sicilia verò Panormitanum. S. Mariæ ad Nemus, & ſanctæ Mariæ de Marineo.

Marchiæ Anconitanæ Monaſterium Peruſinum, Saxivivi, Trevenſe, Lacus Peruſini, Gaiſſæ, Eugubinum, Fabrianenſe, Camertinum, Aſculanum.

Tuſciæ Provinciæ Monaſterium Aretinum. Sancti Bartholomæi, S. Michaelis. S. Mioiatis de Florentia, S. Geminiani, Prarenſe, Volaterraoenſe, Piſtorienſe, Piſanum.

Liguriæ Provinciæ Monaſterium Quarti S. Stephani, Finarienſe, Portus Veneris. Sexti Titulus Tuſciæ Provinciæ adjudicatur, ad beneplacitum tamen Abbatis Generalis, & Viſitatorum pro rempore exiſtentium.

Senenſi Narioni adjudicamus Monaſterium Senenſe, Monaſterium Sanctæ Annæ, Monaſterium Roſſeni: & Prælaturam, cui cedit is, qui pro tempore creatur Vicarius Generalis, aſſignandam eo modo, quo Abbati Generali viſum fuerit.

Lucenſi Nationi Monaſterium Lucenſe.

Declaramus inſuper quod, ſi qua Monaſteria poſthac Congregarioni noſtræ contigerir aggregari per uoiones faciendas, illi Provinciæ adjudicari debeanr, intra cujus limires ſita fuerint; vel ei Nationi, cujus opera, & impenſa unita, & incorporata noſtræ Congregationi fuerint.

Scire autem oportet Provinciarum Nominationem, & Prælaturarum aſſignarionem prædictam ex publico decreto factam fuiſſe: ut maximi motus ſedarentur, qui in ooſtra Republica excitabantur. Nam cum eæ leges inter nos non eſſent, & per licentiam inſoleſcere liceret, tum maxima in rebus omnibus fiebar inæqualiras: quibus malis, oe longius ſerperent, obviam ire decretum eſt, & leges prædictæ ſunt conditæ: ut æqna inrer nos fiar diſtributio. Quamquam verò prædicta omnia ita ſe habere decretum ſit, & Provinciarum, Nationnmque aſſignationem prædictam pro rranquillitare, ac ſalubriori ſtatu Congregarionis inviolabiliter obſervari debere: ita ur immutari, vel alterari non poſſir, neque per Abbatem Generalem, neque per Viſitarores, neque per alium quemcunque: non tamen Generalis Abbatis facultas læſa, aut diminuta inrelligatur, quò minus poſſir, & valeat (ur prius) pro arbitrio Abbates, Officiales omnes, & privatos Monachos ex Provincia in Provinciam deſtinare, & hos illis intermiſcere, prout expediens & opportunum judicaverit: ita ut omnia in Congregatione commonia omnino & videantur & ſint.

Caput XXXIII.

Qualibet Provincia tot habeat Monachos ex ipſa oriundos, quot alere poteſt.

STatutum, & ordinatum fuit; Ur quælibet Provincia, vel Natio (ut ſupra nominata, & aſſignata) ror Monachos habeat, quot alere poreſt. Et quæ in præſentiarum plures Monachos, quàm ur Decretum eſt, habere comperitur, oeminem in Religionem poſſit admirrere, priusqoàm ad eum numerum, quem diximus, illius provinciæ quantitas redacta fuerit.

Caput XXXIV.

Quo pacto alterius Provinciæ laici, vel apoſtatæ in Provinciam non ſuam recipi, vel admitti queant.

PUblico inſuper Decreto ſancitum eſt anno Milleſimo quingenreſimo ſexageſimo octavo, ur nullus noſtræ Congregationis Prælatus, alterius nationis laicos aſſumere poſſit in Clericos, ſeu cooverſos, vel oblatos, niſi prius habito aſſenſu Revereodiſſimi Generalis, deinde etiam conſenſu convenrus Monaſterii Principalis illius natiools, ſive Provinciæ, ex qua originem ducunt. Pari modo cautum eſt, ne Apoſtatæ recipiantur à Provinciis non ſuis, ni prius aſſentiar Reverendiſſimus Generalis Abbas, & Monaſterium Principale illius nationis, unde fuerinr oriundi, conſentiat, ſive Conventus illius cœnobii, in quo prima vice, converſioois habitum ſuſceperit, ſuffragetur.

Caput XXXV.

De Monaſteriis recens unitis Congregationi, & obnoxiis penſionibus ſolvendis.

LOca ooſtra, qoæ ad hanc diem Monaſterii nomen adepra ſunt, ioſra annos duodecim ita apparenrur, ut in eis ſex Monachorum noſtrorum commodè degere poſſint: quæ verò Monaſteria penſionibos ſolvendis tenentur, dnrantibus dictis penſionibus ad id oon teneantur, & interim nihilominus aſſignentur Prælaris propriæ Nationis, vel Provinciæ. Cæterum poſteaquam extinctæ dictæ penſiones fuerinr, reneaotur Prælati, & ii, ad quos ea res maximè ſpectar: in rermino duorum annorum ſaltem ad effectum demandare, quæ ſupra cootioenrur, quod ſi ſecus fecerinr elapſo

termino prædicto, Intelligantur extingui Prælaturæ prædictæ, vel per mortem vel per aliam vacationem cujuscunque Prælati ejusdem Provinciæ. Quæ omnia æquè, & pariformiter intelligantur, & exequantur in Monaſteriis, quæ in poſterum erigentur, vel venientur. Idem quoque decernitur de Titulis antiquioribus Congregationis (excepto Titulo Roſſeni) ut ſcilicet modo, quo ſupra, extinguantur poſt annum duodecimum, non facta reparatione prædicta.

Caput XXXVI.

Pœnæ in Tractantes contra pacificum ſtatum Congregationis.

QUicunque contra pacificum, & quietum ſtatum Ordinis noſtri tractare quidpiam (quamvis minimum) attentaverit, ſeu dicto, ſeu facto, quod vergeret, vel vergere poſſet in enorme detrimentum alicujus Monaſterii, vel Congregationis, idque fecerit ſua authoritate, vel fraudulentia, vel Authoritate alicujus Superioris contra voluntatem Abbatis qui pro tempore erit, intraverit, acceperit, rebellaverit vel vi tenuerit, vel contra Officium Abbatis ſe manifeſtè oppoſuerit, vel eidem Abbati reſiſtendo obedientiam denegaverit, & ſe omnino rebellaverit ab Illius Officio, vel à geſtis per eum ad aliquem Superiorem appellaverit, recurrerit vel reclamaverit in præjudicium Congregationis noſtræ, ſi per teſtes idoneos convictus fuerit, ſit illico, & eſſe intelligatur perpetuò apud omnes infamis, in cujus notæ perpetuam memoriam nomen ipſius, & prænomen in libro deſcribatur, qui id genus maleficia continens in noſtro principali loco aſſervatur. Et ſingulis annis in Capitulo Generali ad ſupremam illius confuſionem, & aliorum exemplum recitetur factum, & omni dignitate, & Officio Abbatiatus, Vicariatus, & cujuſcumque dignitatis, Officii, & honoris ejusdem Congregationis perpetuò privatus intelligatur: nec unquam ad ea poſſit admitti, ſeu habilitari, quippe qui vocem ſuffragiorum tam activam, quàm paſſivam perpetuò amiſerit. Inſuper (pro ut obtentum fuit) in carcerem detrudatur, à quo non poſſit niſi per generale Capitulum liberari, ubi in hebdomada in pane tantum, & aqua bis illi jejunandum indicimus. Has autem pœnas tam agentes, quàm conſentientes pariter incurrant.

Caput XXXVII.

Pœnæ in revelantes Statum Congregationis.

NUllus (quisquis ille fuerit) Congregationis ſtatum, vel privata delicta in genere, aut in ſpecie laicis, aut quibusvis aliis quoquo modo patefacere audeat, quod ſi quis præſumpſerit, acerbiſſimè puniatur: ſi Prælatus fuerit, per tres menſes ab adminiſtratione ſuſpendatur. Cæteri autem Officiales dignitatibus priventur: Reliqui vocem habentes, eam amittant. Qui verò ſacris Ordinibus nondum fuerint initiati, ad illos non poſſint promoveri niſi per Generale Capitulum: converſi, & oblati per menſem carceribus deputentur. Omnibus tamen juxta modum culpæ per Generalem Abbatem, & Viſitatores debet extendi menſura pœnæ.

Caput XXXVIII.

A Pœna injuncta per Abbatem loci non licet appellare.

NEmo omnium ſit, qui quavis pœna à quovis Superiore affectus, ad Generalem, & Viſitatores audeat appellare, verum patienter ferat, quidquid pœnæ ſibi injunctum fuerit. Quod ſiquis elato animo Superioris mandata contempſerit, Abbas eum coram Monaſterii Senioribus ſtudioſè moneat, ne jugum obedientiæ è collo excutiat, alioquin ſciat graviori pœna ſe eſſe plectendum. Verum ſi poſt unam, & alteram hujuſcemodi admonitionem in ſententia perduraverit, detur ei nihilominus idoneum tempus pœnitendi: quòd ſi nec ita reſipuerit, Abbas eum coram omnibus ſui Monaſterii Monachis publico in loco vocem privatum pronunciet. Qui verò vocem non habuerint, nec non converſi, & oblati carceri ad minus per menſem includantur. Hoc etiam pacto in eos Abbas animadvertat, qui voce hac de cauſa privati, pœnitere neglexerint. Si verò Abbas, aut alius Superior in quemquam iracundè invectus pœnas luere non juſtè coegerit; is, qui inſignem hanc contumeliam paſſus fuerit, ad Viſitatores, cum provinciam inſpicient, omnia modeſtè deferat: qui Viſitatores nullo pacto ejus delationem contemnant: ſed omnia diligenter perquirant. Quòd ſi invenerint Abbatem injuſtè, & inclementer egiſſe, eum acerrimè puniant: illum verò, qui injuriam tolerat, in priſtinum exiſtimationis locum (quoad ejus fieri poterit) nulli rei parcentes, reſtituant.

Caput XXXIX.

Puniantur qui negant auxilium ferre Abbati poſtulanti.

CUm aliquis in carceris cuſtodiam detrudendus fuerit, & loci Superior (illo renitente) fratrum ſuppetias poſtulave-

Digitized by Google

laverit, ſi quis requiſitus auxilium ferre Abbati poſtulanti negaverit, per menſem carceri deputetur, & voce privetur ad tempus, vel perpetuò pro modo culpæ arbitrio Generalis, & Viſitatorum.

Caput XL.

Præcipitur Cellerariis, ut dati, & accepti quotidie rationem reddant.

CEllerarii cujuſcunque diei dati, & expenſi ſua manu tabellam quotidie conficiant, quam Veſperi domum reverſi Abbati reſignent: qui Abbas prædictam tabellam accuratius inſpiciens, filo ſeorſum appendat. Quod ſiquis Cellerarius completa ad minus hebdomada non reſignaverit Abbati ſuo, vel Vicario Tabellam prædictam; Officio privetur. Si verò Cellerarius negotiis Monaſterii impeditus, longius abfuerit, quàm ut eam ſingulo die, vel ſingula hebdomada Abbati vel vicario poſſit conſignare, ſtatim ut redierit, eo modo confectam, ipſi Abbati eam reſignet. Quòd ſi Abbas neglexerit, vel Vicarius hoc à ſuis Cellerariis exigere, ſuſpendatur Abbas ab Officio per ſex menſes: cæteri Superiores pro tali culpa priventur Officiis. Quòd ſi aliquam ſummam Cellerarium bis annotaſſe, aut dolo malo Monaſterio quidquam ſurripuiſſe, manifeſtè conſtiterit, illum dignitate privandum, & carceri deputandum ad libitum Abbatis Generalis, nec non voce privandum declaramus.

Caput XLI.

Lex præſcribitur Cellerariis, ne largiantur quidquam ſine licentia Abbatis, utque diebus feſtis interſint Miſſis, & Veſperis.

CEllerarius abſque ſui Abbatis conſenſu nemini aut Pecuniam, aut quodvis aliud largiatur. Verum ſi quid tale præſumpſerit, primò & ſecundò adhibito aliquo ſeniore Monaſterii admoneatur: Tertiò verò, niſi reſipuerit, Abbas illum amoveat à negotiis Monaſterii: deinde rem omnem Generali ex Ordine præſcribat, qui ſuo pro arbitratu illud honoris, & oneris alteri committat. Si verò Abbas hoc Decretum neglexerit: ab adminiſtratione pro delicto amoveatur ad libitum Abbatis Generalis. Mandamus inſuper, ut Cellerarii omnes Miſſarum, & Veſperarum Officiis diebus feſtis omnino intereſſe teneantur, niſi majoribus negotiis Monaſterii impediti fuerint, quæ Abbati conſtet, talia fuiſſe, ut prætermitti, vel differri non potuerint.

Caput XLII.

Magiſtri quo pacto diſcipulorum delicta puniant.

IN puniendis delictis, Novitiorum Magiſtri regularum modum non excedant, neque illos fuſte percutiant, aut colaphos eis infringant: id verò præcipuè obſervent in publicis locis, ut in Eccleſia & Refectorio: & ut in primis caſtigatio, & animadverſio contumelia vacet: pœnis illis corripiantur quæ Regulæ Cap. XXX. habentur.

Caput XLIII.

De cura adhibenda, ut Novitii bonis moribus inſtituantur.

NOvitiis noſtri Ordinis ea cura, ut bene inſtituantur, adhibeatur quam Majores noſtros antiquitus adhibuiſſe cognoſcimus: & ejus rei ratio magnæ curæ Abbati eſto. Nullus (quiſquis ille fuerit) in eorum cubicula, vel cellas ingrediatur, neque illi in aliorum cellas (quamvis Magiſter eos comitetur) ingrediantur: ſi ſecus fecerint: pœnis pro ut Abbati Generali, vel Viſitatoribus, dum Provinciam viſitabunt, videbitur, piectantur. Mandamus præterea, ne Prælati vel alii quicunque Officiales poſſint Novitios à cura Magiſtrorum eximere ſine expreſſa licentia Abbatis Generalis, ſeu Viſitatorum in actu Viſitationis.

Caput XXXXIV.

De Novitiis recedentibus à Congregatione ante Profeſſionem.

NOvitii, qui in aliquo locorum noſtrorum ad probationem admiſſi fuerint: ſi vel levitate ſua, vel Conventus judicio, ac deliberatione inde receſſerint: non poſſint rurſus in Ordinem noſtrum recipi, niſi Generalis autoritas interceſſerit: ut manifeſte, quænam fuerit defectionis cauſa, ſciri poſſit.

Caput XXXXV.

De Rationibus Monaſteriorum inſpiciendis, & inventariis faciendis.

RAtiones Monaſteriorum ſingulo quoque menſe præſentibus loci Officialibus, & quatuor Senioribus inſpiciantur. Qua de cauſa in poſterum non erunt eligendi Ratiocinatores illi duo, qui olim de more per Conventum eligebantur. Ubi autem minor fuerit numerus Monachorum Seniores, qui ibi aderunt, ſufficiant. Abbas verò (ſi viſum illi fuerit) poſ-

poſſit rationum libros alicui Monachorum tradere ſupputandi, ſcribendique perito, ſi ad illa Cellerarium minus idoneum animadverterit. Librum autem unumquodque Monaſterium habeat, ſine quo nihil omnino quiſquam poſſit accipere à Speciariis, quin ſtatim in illo adſcribatur. Ubi verò rationum ſupputatio (quam ſummam ſummarum appellamus) confecta fuerit, Abbas antequam è ſuo Monaſterio amoveatur, vel ad Capitulum Generale proficiſcatur, duo inventaria curabit facienda rerum omnium victui neceſſariarum, quæ domi remanent, hoſpitiique ſupellectilium, atque univerſi æris alieni ſoluti, vel contracti, & hoc Ipſis Prælatis ſub pœna privationis Officii, cæteris verò Superioribus ſub pœna privationis Officii, & vocis activæ, & paſſivæ præcipimus: quæ quidem inventaria manu Officialium & Seniorum, qui domi remanſerint, ſubſcribantur; Quorum alterum penes Superiorem Monaſterii aſſervetur, alterum verò ad Generalem Abbatem mittendum, vel deferendum, erit: idque ea de cauſa, ut novo Abbati illius loci dictum inventarium aſſignari poſſit.

Caput XXXXVI.

De Rationibus omnium Monaſteriorum per Viſitatores recenſendis.

SExto quoque anno rationes Monaſteriorum cujuſcunque Provinciæ recenſeantur per Viſitatores ex aliena Provincia oriundos; quando ab Abbate Generali viſitandi munus ſibi demandatum exequentur.

Caput XLVII.

De Studentium immunitate, & de Monaſteriis dicandis per Provincias ſtudiis excolendis.

QUi literis operam dederint, ab exercitiis Monaſteriorum ſint immunes, illiſque ea commoda concedantur, quæ Abbas convenientia, decentiaque exiſtimaverit. Qui verò non vacabunt literarum ſtudiis, divinis Officiis jugiter occupentur, conſuetiſque exercitiis adjudicentur. Ubi autem Novitii fuerint, ſtudeant Abbates unum aliquem idoneum hominem habere, qui grammaticam illos ſaltem doceat. Viſitatores autem Provinciarum ſuarum quoſdam ſtudioſos deligans juvenes, quos percipiendis Logicæ, Philoſophiæ, & Theologiæ præceptis idoneos exiſtimaverint, iiſque in locum unum commodiorem congregatis, virum doctum, ac ſcientiis hujuſmodi præditum accommodent, qui animos eorum excolere poſſit, ibique tantiſper, fiat, dum eos cognoverint tantum profeciſſe, ut ad majora aggredienda, vires illis ſufficiant. Unaquæque inſuper Provincia valeat ſuos juvenes ſtudiorum cauſa ad aliam tranſmittere, illius viciſſim juvenes accipiendo, vel quovis alio modo compenſatione facta, ut Generali Abbati viſum fuerit opportunius. Monachis autem, qui in locis noſtris literis operam dant, codices neceſſarii tribuantur ab Abbatibus. Qui tamen illis Monaſteriis aſſignentur, quorum impenſa empti fuerint.

Caput XLVIII.

Non licet accedere ad Monaſteria Sacrarum Virginum.

AD Monaſteria ſacrarum Virginum qui viſendi cauſa acceſſerit, non habita prius facultate ab Abbate Generali, vel Viſitatoribus in actu viſitationis ſcriptis Mandata, ſigillo etiam dignitatis appoſito; quæ nullatenus tamen concedatur, niſi pro viſitandis ſororibus germanis, aut conſanguineis in primo, vel ſecundo gradu, ſi Prælatus ille fuerit, dignitate privetur: ſi Officialis alius, dignitate, & voce privetur. Cæteri verò carceri deputentur ad arbitrium Generalis: & ſervetur nihilominus ſuper hoc ſacri Tridentini Concilii Decretum.

Caput XLVIIII.

Non eſt ſuſcipienda à nobis ſacrarum Virginum cura.

SAcrarum Virginum curam (exceptis iis, quæ Romæ ſub noſtra degunt obedientia) omnino ubique locorum prohibemos capeſſendam: monemusque atque præcipimos ut omnes diligenter operam impendant, quatenus hujuſmodi onere nullo modo gravemur: certò ſcientes hujusmodi Provinciam noſtro Profeſſionis inſtituto repugnare.

Caput L.

Cubicula, ac utenſilia hoſpitibus dicata, in privatos uſus non convertantur.

UT hoſpitibus largius conſulatur, mandamus: ne quiſquam audeat lectos, linteamina, culcitras, & id genus alia hoſpitio aſſignata, inde aſportare, neque ullo pacto id Abbas ferat; & ſiqui hujuſmodi res in ſua cubicula detulerint, ſtatim ut hæc noſtra decreta patebunt ad hoſpitium illas continuo referant: ne (ut in quibuſdam locis noſtris videre licet) loca hoſpitibus nuda pateant. Qui verò cu-

curam hoſpitii habet, nulli quidquam tradere ſine permiſſu Abbatis audeat: ſi ſecus fecerit; acerbè puniatur. Nullus autem Monachorum noſtrorum ſit, qui cubicula hoſpitibus, & ægris aſſignata, ſibi adjudicet, eaque Abbas (ſi videbitur) & ſi quæ ſunt, quæ in uſum privatum ceſſerint, in publicum reſtituat.

CAPUT LI.

Fiat Inventarium eorum, quæ cuicunque Monacho in cella aſſignantur.

QUotieſcunque Abbas in cellis lectum, aliasque res Monaſterii ſuis Monachis conceſſerit; omnia hæc libro aſcribat, vel aſcribi faciat ejusmodi negotio deſtinato: ne Monachi rem quampiam permutare, aut ſurripere queant ſine conſenſu Abbatis. At ſi (quod abſit) aliquid permutaverint, vel ſurripere auſi fuerint; Abbas ad arbitrium pœnas illis irrogabit: & quod deperire eorum cauſa contigerit ex his, quæ illis aſſignata erant, damnum Monaſterii reſarciant per ſubtractionem veſtimentorum, quæ illis debentur.

CAPUT LII.

In Apoſtatas Pœna ſtatuuntur.

SI quis à Congregatione receſſerit, & infra terminum dierum quindecim redierit (juxta antiquum morem) non intelligatur apoſtata: pœnas tamen ſui erroris luat in hunc modum. Si vocem ille habuerit; amittat eam ad proximè futurum Capitulum Generale, & jejunet tot dies in pane, & aqua, quot permanſerat extra Congregationem: ſi vocem, quam amittat, non habuerit; per menſem detruſus in carceris cuſtodiam, tot eosdem dies (ut ſupra) jejunet: quæ pœna poſſit aggravari per Abbatem Generalem pro modo culpæ, & pro ratione perſonæ delinquentis: & hoc ſolùm intelligatur pro prima vice. Verùm ſi ulterius quis receſſerit; ille cenſeatur apoſtata, & pœnis infraſcriptis obnoxius. Ille autem, qui ultra prædictum numerum dierum quindecim extra Congregationem permanſerit; intelligatur apoſtataſſe, & his pœnis ſubjiciatur. Locum teneat in Ordine ſemper, ac ſi eo ipſo die, quo revertetur ad habitum noſtrum, primo receptus fuiſſet: ad Abbatialem dignitatem ſit ſemper, atque perpetuo inhabilis: ad reliquas autem dignitates non poſſit promoveri, niſi poſt decennium à die reverſionis ad Congregationem: per quod tempus voce quoque privatus ſit activa, atque paſſiva. Quibus pœnis ſubjiciantur omnes, qui ad Congregationem reverſi, & ab ea recepti fuerint poſt diem octavum Aprilis 1562. quo die decretum contra hujuſmodi apoſtatas emanavit: Ita namque cenſuit Illuſtriſſimus Protector determinandum: cum omnis lex futurum reſpiciat, & non præteritum tempus. Ut verò aliquid condonetur immaturæ ætati, ſtatutum fuit, quod ſi quis natus annos minus viginti receſſerit (dummodo annum integrum non exegerit in apoſtaſia) non intelligatur perpetuo ad Prælaturam inhabilis, neque privatus voce ut ſupra: ſed poſſit per Generale Capitulum ad prædicta omnia habilitari ad libitum Reverendiſſimi Generalis.

CAPUT LIII.

Apoſtatæ cogendi ſunt, vel redire, vel habitum deponere.

NUllam Monachis noſtris conſuetudinem cum apoſtatis, nullumque commercium eſſe, ferre poſſumus: quapropter neque permittantur, qui à nobis ad ſæculum defecerint; demorari in locis, ubi noſtri Ordinis Monaſteria fuerint: ſed cogantur (quemadmodum pontificio decreto nobis indultum eſt) judicaria poteſtate habitum Congregationis deponere. Quòd ſi temerariè perſtiterint; capti ex induſtria eorum, qui ibi fuerint ex noſtris, carceri deſtinentur; Qua in re (ſi neceſſe fuerit) brachii ſæcularis auxilium, ſive Ordinarii, ut id magis commodè fiat, implorari queat.

CAPUT LIV.

Non ſunt recipiendi in Ordinem noſtrum Apoſtatæ aliarum Congregationum.

APoſtatarum in aliena Congregatione profeſſorum nullus admittatur ad noſtram ſocietatem. Nam cum omnes Ordines optimè fuiſſe inſtitutos credamus, eos qui in ſua non perſtiterint vocatione, homines leves, ac mentis non ſanæ judicare poſſumus: attamen ſi cum literis ſuorum Superiorum advenerint, quibus vita, & mores eorum commendentur, admitti patimur: ſed parcius id fieri debere exiſtimamus, experientia docti, ſæpe, ac ſæpius illos parum omnino proficere. Mendicantium verò unumquemque admitti prohibemus, non quod nobis ſit aliqua acceptio perſonarum; omnes enim in Chriſto fratres ſumus; ſed quia, ne id fiat, anathemate cautum eſt.

CAPUT LV.

De ætate Laicorum ad habitum noſtrum recipiendorum.

IN recipiendis laicis ad habitum, formamque vivendi noſtram (præter illa, quæ de more obſervari conſueverunt) animadvertant Prælati, qui tales erunt ſuſcepturi; ut ejus ætatis ſint, quam Decreta Concilii Tridentini decernunt; hoc eſt,

eſt, annum illos quiotumdecimum expleſſe conſtare oportet; quò legitimam profeſſionem peracto probationis anno, emittere queant.

Caput LVI.

Quæ ſervare debeant iter facientes.

QUI verò iter faciunt in abſolvendis horis factis Canonicis obſervent ea, quæ Capitulo quinquageſimo Regulæ habeotur; Itemque illa, quæ Capitulo ejusdem Regulæ LI. præcipiuotur: neque in diverſoriis, ubi quieverint: oeque alibi in domibus ſæcularium carnes edant. At ſi deliquerint; in eos ad arbitrium Abbatis Generalis aoimadvertatur.

Caput LVII.

De modeſtia ſervanda, dum Monachi mittuntur ad Urbes.

SOlumè locis Monachum noſtrum egredi, Superior qui permiſerit, ſi ultra octo Monachorum numerum habuerit; tam is, qui miſerit, quàm ille, qui egreſſus fuerit, ſemel in pane, & aqua jejuoent intra dies octo proximè ſequentes: ſi verò infra numerum prædictum conventum habuerit, & commodè non poſſit binos mittere, ita diſcretè agat; ut Intelligatur decori ſatis conſuitum ejus fuiſſe prudentia: hoc eſt; hominem mittat diſcretum, & circumſpectum, majorem ſubiode natu famulo, ſeu quovis alio (ut commodius fieri poterit) comitatum. Mandamus autem Prælatis, ac Superioribus cæteris locorum noſtrorum, ne Monachis facultatem concedant vagandi per urbes, niſi juſta, & legitima ejus rei cauſa extet: & ut hujuſcemodi incommodo lex aliqua præſcribatur, volumus ubi major Congregatio fuerit, quatuor tantum in die, Monachos Prælatus ad urbem deſtinare poſſit:, ubi verò mioor fuerit Congregatio, duos dumtaxat qualibet die mittere poſſe permittimus. Excipiantur ab hoc decreto advenientes hoſpites, quos ſub hunc Ordinem reſtringendos eſſe, non exiſtimamus; & poſſit nihilominus Abbas ex cauſa aliqua manifeſtè neceſſaria, & non aliter, nec alio modo plures Monachos in urbem mittere; qui cucullati, & habitu decenti, ac ſumma cum modeſtia incedant.

Caput LVIII.

Prohibentur Monachi vagari per Monaſteria, vel alia loca.

DEcretum eſt; ut nulli Monachorum noſtrorum liceat aliquo ſe ioſra annum conferre, animi remittendi cauſa, ſive ad aliud Monaſterium, ſive ad domos affinium, & gentilium ſuorum; niſi prius ab Abbate Generali, vel Viſitatoribus in actu viſitationis (Id quod ſcriptis appareat) illi permiſſum fuerit: neque alicui, ſive Abbati, ſive Viſitatoribus, etiam in actu viſitationis exiſtentibus hoc alicui concedere liceat, niſi ratio rerum urgens ac neceſſaria adeo foret, quæ tamen ipſis Viſitatoribus pateat, ut prætermitti ſine aliquo detrimento non poſſet. Nullus autem tam in urbe, quam ruri ad domos laicorum, aut affinium ſe conferat, ut ibi pernoctet, præſertim ubi prope fuerint Monaſteria; niſi jam (ut ſuperius diximus) à Generali Abbate illi conceſſum fuerit. Declaramus autem neminem Prælatorum mittere poſſe aliquem ex ſuis Monachis, etiam ex cauſa neceſſaria (dummodo non ſit adeo urgens ut differri non poſſit) niſi cum beneplacito Abbatis Generalis, vel Viſitatoris ſaltem propinquioris. Suſpendatur autem Abbas ab officio per tres meoſes; ſi auſus fuerit mittere aliquem ſine licentia, vel ſub prætextu cauſæ urgentis, quæ falſa eſſet. Quod ſi Abbas ſub mendacio dixerit authoritate Abbatis Generalis miſiſſe aliquem Monachum ad aliud Monaſterium, vel locum alium (ut ſupra dictum eſt) ſuſpendatur per annum; vel officio privetur: neque Prælatos ipſos vagari per Monaſteria niſi magna neceſſitate ductos, ullo modo permittimus; quorum omnium conſideratio ſit penes Abbatem Generalem. Verum ſi quis abſque literis ſui Prælati ſigillo munitis quas literas volumus fidem facere, quatenus illum mittat authoritate Abbatis Generalis, vel Vicarii Generalis, vel Viſitatorum (modo quo ſupra dictum eſt) aliquod Monaſterium noſtrum adierit, nolumus eum recipi, niſi ad cuſtodiæ domum.

Caput LIX.

Laicos advenientes non niſi deputatus per Monaſteria ducat.

QUandocunque Laici ad nos diverterint, aut viri aliqui religioſi loca noſtra inviſerint; nemo hominibus blandiendi cauſa accedat, comitetur, aut ſermonem miſceat; niſi is, cui Abbas munus hoſpitalitatis demandaverit; & nemo cum illis loqui præſumat; niſi prius à Superiore illi conceſſum fuerit. Portarius verò nemioem cuiquam requiſitum advocet; niſi prius Abbati, vel Superiori hoc denunciaverit.

Caput LX.

De ratione reddenda ab iis, qui iter confecerunt de expenſis factis.

QUandocuoque Monachi pervenerint ad ea Mooaſteria, quæ illis per Patres aſſignata fuerint, pecuniæ totius ratio-

rationem, quæ ſibi pro conficiendo itinere tradita fuerat, Abbati ſuo ſtatim reddant. Qui ſi plus pecuniæ equitando abſumpſerint, quàm proficiſcentes acceperant, illis ſtatim Abbas reſtituat. Quòd ſi hujuſcemodi rationem reddere neglexerint, & plus pecuniæ poſtea expoſuerint in itinere abſumpſiſſe, nulla eis fides habeatur, nec quidquam reſtituatur.

CAPUT LXI.

Non eſt concedenda Facultas recedendi à Congregatione.

PRofeſſis Ordinis noſtri, ne palliato ſanctitatis nomine vagandi facultas tribuatur, nullo modo recedendi à Congregatione licentiam (niſi à Sanctiſſimo D. N. Papa prius indultum acceperint) concedi volumus, præterquam ſi ad majorem, vel arctiorem, aut æqualem voluerint accedere Ordinis inſtitutionem. Cujus rei conſiderationem Abbati Generali committimus cum aſſenſu majoris partis Conventus principalis Monaſterii noſtri: quò deliberetur cautius, ſi ad talem mutationem bono illi ſpiritu ducantur.

CAPUT LXII.

De iis, qui dicunt ſe aliquam facultatem habere à Superioribus.

NUlla verò fides de quacunque re habeatur iis, qui chirographum Generalis, aut Viſitatorum in actu viſitationis non attulerint propria manu Abbatis Generalis, ſeu Viſitatorum, ſigilloque obſignatum in teſtimonium facultatis, quam ſibi conceſſam tales prædicarent: & puniantur ad Abbatis Generalis arbitrium.

CAPUT LXIII.

Certo tempore prohibentur Monachi adire urbes; & publicis ſpectaculis intereſſe.

NUllus Superior, etiam ſi Prælatus exiſtat, Monachos ſuos permittat urbem petere diebus feſtis, & tempore (quod dicitur) carnevalis, vel cum publica ſpectacula eduntur, quandoquidem hujuſmodi vanitates religioſum virum minimè decent: quare ſi quis auſus fuerit, illis intereſſe, pro qualibet vice in pane, & aqua jejunet, atque eandem ille pœnam luat, cujus permiſſu id patratum fuerit. Verum eos ab hoc decreto Superiores eximimus, qui manifeſta dumtaxat, atque urgente neceſſitate Monachis è Monaſterio exire poteſtatem faciunt.

CAPUT LXIV.

Venari non licet.

CAnibus venaticis, vel accipitribus ad aucupium uti omnino prohibemus: ſi quis contrafecerit, gravi pœna per Generalem Abbatem puniatur.

CAPUT LXV.

Prohibentur Cartarum, & Talorum ludi.

LUdos pictarum cartularum, talorum ſimplicium, & quoſcunque alios ludos, in quibus pecunia intervenerit, ſtrictè pohibemus: quos ludos ſiquis tractaverit; ad primam vicem ter in pane, & aqua jejunet: ad ſecundam per menſem qualibet ſexta feria idem jejunium ſuſtineat: ſi deinceps peccaverit; ſit obnoxius pœnæ, quæ de blaſphemis poſita eſt.

CAPUT LXVI.

De iis, qui pertinaciter petunt amoveri à loco ſibi aſſignato; Et quando illis novum ſcapulare tribuatur.

NUllus Monachorum noſtrorum à Monaſteriis, quibus aſſignati fuerint, infra annum amoveatur: quod ſi quem amoveri contingat propria illius pertinacia; bis ea de cauſa in pane, & aqua jejunet, cum pervenerit ad Monaſterium ſibi aſſignatum; quæ pœna non infligatur, ſi valetudinis, aut alicujus gravis rei cauſa, quæ Generali Abbati pateat, id factum fuerit. Decernimus, ut in poſterum mutationes fiant ſecundo quoque anno tantùm: nam Monachis noſtris optimè conſultum fore exiſtimamus, ſi totos duos annos ibi fuerint, ubi per Generale Capitulum aſſignabuntur. Quòd ſi infra annum amoveri aliquem à Monaſterio contigerit; detur ei ſcapulare novum (ſi tempore Capituli illud non acceperit) non detur autem, ſi prædicto tempore accepit.

CAPUT LXVII.

Quid ſervandum in mittendis, vel recipiendis literis; itemque de literis Superiorum non aperiendis, neque intercipiendis.

LIteras neque dare quiſquam ſine licentia ſui Prælati, vel Superioris, dum abeſt ille, vel ſine ipſius ſubſcriptione præſumat; neque accipere, vel acceptas aperire, vel legere audeat; niſi prius illas Abbati ſuo, vel Superiori alio (illo abſente) aſſignaverit. Qui tranſgreſſor fuerit, ordinamus; ut ad primam vicem ſemel in pane, & aqua jejunet; ad Secundam bis, ad Tertiam voce privetur. Excipimus eos, qui ad Abbatem Generalem, vel Vi-

Vicarium, ſeu Viſitatores, & ad eos qui aliàs Generalatus dignitate fuerint inſigniti, literas direxerint. Præcipimus quoque Prælatis ſub pœna ſuſpenſionis Officii per duos menſes, cæteris verò Officialibus ſub pœna privationis, ut legere, & quidquid demandatum literis fuerit, diligenter inſpicere debeant: nec eas prius reſtituant, quàm manu propria illas, & legiſſe, & approbaſſe fidem fecerint. Non autem Vicario, aut alii Officiali, præter Abbatem loci liceat eo modo ſubſcribere. Quòd ſi Prælatus extra diœceſim fuerit, tunc Vicarium hujusmodi ſubſcriptionem facere poſſe declaramus. Si verò aliter ab aliquo factum fuerit, quisquis ille ſit, puniatur per Abbatem Generalem, vel Viſitatores. At ſi quis literas Abbati, ſeu Vicario Generalibus, vel Viſitatoribus directas, vel ab eis ad alios datas aperuerit, vel legerit, vel impediverit, quò minus conſignarentur: ter in pane, & aqua publicè jejunet. Supradictis omnibus ſuffragatur Cap. LIV. Regulæ ſanctiſſimi Benedicti.

Caput LXVIII.

De proprietate Monachorum tollenda.

IN iis, quæ ad proprietatem pertinent, ſervetur Regula, utque hujusmodi vitium amputetur radicitus, præcipimus univerſis, & ſingulis Officialibus, Monachis, converſis, & oblatis Ordinis noſtri in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ſi quid pecuniæ, aut rerum venalium penes ſe, vel alios habuerint, debeant infra Terminos ſibi aſſignatos indicare, & Abbati conſignare: qui Abbas pecuniam ipſam pro uſibus Monaſterii, vel etiam pro neceſſitate eorum, qui illas aſſignaverint, conſervet. At ſi quis indicare, & aſſignare noluerit, ſi Officialis erit, privetur Officio, & pecunia, ſi privatus, vocem amittat, & Pecuniam. Converſi, & Oblati præter amiſſionem pecuniæ, per menſem carceri deputentur. Clerici autem, qui nondum Sacris initiati fuerint, ad ipſos Sacros Ordines non promoveantur ſine indulto Capituli Generalis. Ordinamus præterea; ut nullus Prælatus, aut alius quilibet (exceptis Viſitatoribus) proprios habeat equos: quod ſi Viſitatores deprehenderint aliquos in hoc erraſſe, declarent equos ejusmodi Abbatis Generalis arbitrio applicandos eſſe. Admonemus inſuper omnes, quod univerſas quovis robore factas donationes, Teſtamenta, ſive diplomata, quæ concernere videbantur proprietatem, ea omnia caſſa, annullata, nulliusque roboris eſſe decernimus. Et ne diffuſius ſerpat hoc malum, mandamus, ut inviolabiliter ſervetur Cap. II. Seſſionis XXV. Sacri Concilii Tridentini, in quo habetur Decretum ſuper proprietate Regularium.

Caput LXIX.

De iis, qui dicunt equos eſſe ſuos.

EQuos, cum ad Capituli Generalis celebrationem conveniunt, ſi qui (exceptis Viſitatoribus) ſuos eſſe dixerint (quod eſt in vitium proprietatis obrui) illis fides non adhibeatur: ſed equi, quibus tales privari omnino debent, Monachis aſſignentur, qui fuerint profecturi illuc, unde delinquentes advenerant.

Caput LXX.

Veſtiti dormiant Monachi.

MOnachi, cum ſomno erit indulgendum, ut Regulæ Capitulo vigeſimo ſecundo habetur, habitu induti recumbant. Quòd ſi quis ſcapulare, & tunicella neglecta, ſopori ſe dederit, in pane, & aqua primò jejunet: ſecundò verò ſtatuat Abbas, qua pœna illum multari conveniat: qui claves omnium cellarum habeat, easque ſæpius inviſat: ut delinquentes facilè deprehendat.

Caput LXXI.

In Contractibus faciendis quid ſervandum ſit.

DEcretum eſt, ut res, quæ de omnium Sententia ſtatuendæ ſunt, pridie ejus diei ad minus, quo ſiniendæ ſunt, toti Conventui Monachorum ab Abbate, vel Superiore loci facultatem habente proponantur: ut gravius, & maturius de illis decerni poſſit, antequam notario exarandæ ſolemni ſtipulatione committantur.

Caput LXXII.

Quibus fieri debent Solemnitatibus venditiones, & de impetrantibus literas Apoſtolicas ſine licentia Abbatis Generalis.

VEnditionem rerum ſtabilium, vel etiam bonorum permutationem, ſi contra Statuta Privilegiorum noſtrorum per ſtipulationes Prælatus fecerit, dignitate privetur. Alius verò quilibet Officialis præter Officii Privationem per dies octo in pane, & aqua publicè jejunet, & nihilominus talis ſtipulatio nullam ſortiatur firmitatem. Volumus autem,

tem, ut in talibus peragendis, ab Abbate Generali, vel Viſitatoribus in actu viſitationis impetretur facultas, Scriptis mandata, idoneis teſtibus examinatis quod ea res cedat in evidentem utilitatem, poſtea ſervato tenore præcedentis capitis, ſolemni ſtipulatione firmentur. Quòd ſi ex errore Prælatus per Abbatem Generalem non fuerit dignitate privatus, accedente ſuper hoc aliqua probabili cauſa, ſaltem per tres menſes Officii Adminiſtratione abdicetur. Quisquis præterea ſtudio vendendi, vel alienandi, ſeu eujusque rei cauſa literas Apoſtolicas quocunque modo impetrare, ſeu obtinere auſus fuerit, non obtenta prius facultate ab Abbate Generali, & Viſitatoribus, ſi Prælatus ille fuerit, dignitate privetur: ſi alius Officialis, vel Monachus per menſes octo carceribus deputetur. Quòd ſi Abbas Generalis aliqua cauſa ductus hoc neglexerit, ille nihilominus Prælatus per menſes quatuor ab Officii Adminiſtratione amoveatur: nec poſſit Abbas Generalis hac in parte illis indulgere.

Caput LXXIII.

Prohibentur omnino Commiſſiones more Hetruſco.

Commiſſionem aliquam more Hetruſco à quovis Prælato fieri poſſe, inhibemus ſub virtute S. Obedientiæ, & ſub pœna Privationis Officii per Patres facienda, ſtatuimus etiam, ut neque Viſitatores in actu viſitationis hujusmodi Facultatem concedere cuiquam poſſint, quod ſi facere præſumpſerint, elapſo ſui biennii tempore puniantur.

Caput LXXIV.

De Teſtamentis per Monachos conficiendis.

Si quis Sæculo abrenuncians, Teſtamentum conficere voluerit, advertat; ut illud fit ante Profeſſionem: nam poſt emiſſam Profeſſionem ſui juris non erit, ut illud conficiat: ſed illi facultas ab Abbate Generali impetranda erit ſcriptis mandata, & ſigillo dignitatis ipſius munita, accedente conſenſu totius vel majoris partis Conventus illius Monaſterii, ubi Profeſſionem emiſerit. Hanc verò facultatem ſub ea conditione dari volumus: ut nihil omnino ſibi reſervet, utque, ſi fratres, ſorores, aut alius quivis Conſanguineus, cui Profeſſus ſua bona legaverit, absque liberis è vita decedat, prædicta bona devolvantur Monaſterio, in quo profeſſus fuit. Qui verò ante Profeſſionem teſtatus eſt, ſciat nullo pacto ſe amplius poſſe teſtari: neque Generalem Abbatem, neque Capitulum Monaſterii prædicti poſſe illi facultatem concedere, ut jam factum Teſtamentum mutet, alium hæredem inſtituendo.

Caput LXXV.

Præſentare ad Sacramenta Baptiſmi, aut Chriſmatis prohibetur.

Prohibemus poſtremò, & ſtrictè præcipimus, ut nullus noſtri Ordinis Monachus, vel frater aliquem infantem, vel grandiorem natu ad Baptiſmi, ſeu Chriſmatis Sacramenta præſentet.

Caput LXXVI.

In eos, qui obſcœna loquuntur.

Honeſtati quantum debeamus, omnibus compertum eſt: Itaque quicunque nulla habita ratione temporis, loci, aut Perſonæ obſcœna loquuntur, & impudicè ſe gerunt; quater in medio Cœnaculo in pane, & aqua jejunent: & ſi ſecundò peccaverint, per dies octo carceri deputentur: ut inde admoniti omnes, caveant graviora.

Caput LXXVII.

De iis, qui in crimen fragilitatis labuntur.

In crimine fragilitatis ſi quis deprehenſus fuerit in ſecunda (quod abſit) Perſona, & per idoneos teſtes convictus, carceribus deputetur ad libitum Abbatis Generalis, ibique ſexta quaque feria in pane, & aqua jejunet, & voce privetur. Et ut cæteri inde ſibi ſumant exemplum, notetur publicè in libris delinquentium, nec illi vocis beneficium reſtituatur; niſi per Generale Capitulum. Quòd ſi evidentiſſimis tantum convincatur indiciis, per ſpatium unius menſis ad arbitrium Generalis dictam pœnam luere teneatur.

Caput LXXVIII.

De Affectis morbo Gallico.

Si quem manifeſto indicio compertum fuerit in morbum Gallicum incidiſſe, curetur ille quidem aptis Medicamentis cum omni charitate, non enim pietatis Officium illi ſubtrahendum ullo pacto ducimus: ſed iterim voce ille privatus declaretur pro tempore, quod per Capitulum Generale ſtatutum fuerit.

Caput LXXIX.
De cantilenis laſcivis.

CAntilenas laſcivas, ſive carmina Venerea ſub mollibus numeris canere prohibemus. Qui contrafecerit, pro prima vice bis in pane, & aqua publicè jejonet: Si deinceps peccaverit: eandem pœnam luat in duplum, & coram omnibus diſciplina plectatur.

Caput LXXX.
De muſicis Inſtrumentis.

INſtrumenta muſica tractate nulli concedimus, cum Profeſſionis noſtræ inſtituto admodum contraria, & re ipſa inutilia cognoſcantur, quandoquidem vacare potius Orationibus, & ſacris literis operam dare noſtra intereſt. Verùm quoniam id fuit difficile perſuaſu, illud muſicum Inſtrumentum (quod Monochordum vocant) aut aliquod Inſtrumentum aliud, ut Abbati (loci habita ratione tamen temporum, & locorum) vilum fuerit concedere, honeſtè in cellulis retineri poſſe concedimus, non niſi convenientibus horis contrectandum: & hoc etiam nemo, niſi quantum permiſerit loci Superior, præſumat.

Caput LXXXI.
Quo pacto Carceribus deputati, inde extrahantur.

QUi carceri deputantur, nullatenus inde educi debent: niſi prius Abbas Generalis conſultus fuerit: nam ad ipſum ſolum ſpectat hujusmodi liberatio: qood de iis intelligatur, qui pro manifeſto delicto ea pœna multati fuerint. Secus autem de iis, qui per Abbatem, vel Superiorem loci certa aliqua præfiniti temporis quantitate carceribus deputati forent, vel cauſa veritatis extorquendæ ex ore ipſorum, vel obedientiæ, illis in aliquo demandatæ, jubeundæ cauſa.

Caput LXXXII.
Ubique locorum noſtrorum carceris Cuſtodiæ præparandæ.

CArceris cuſtodias ubique locorum noſtrorum paratas, atque expeditas eſſe volumus: quæ ſi non adſint, mandamus (quanto citius poterit) apparari. Hoc enim ad bonorom quietem, vitæque tranquillitatem pertinet, quò etiam multi, tali propoſita formidine, pedem à malis rettahant, & ad meliorem vivendi rationem redeant.

Caput LXXXIII.
In eos, qui Alchimiæ dant operam.

ALchimiæ (tametſi piè ſentientes, acerbum facinus non judicamus) ne minimam quidem operam dari à quoqoam permittimus. Quòd ſi tantæ levitatis cupido dementem aliquem invaſerit, ut animum à piis actionibus avocet, & in ſumma hac inanitate verſetur, illi, & complicibus (quantumlibet hoc leviter tractantibus) carceris deputationem per tres menſes, & jejunium in pane, & aqua qualibet ſexta feria indicimus.

Caput LXXXIV.
Non concedantur alicui codices Monaſteriorum.

COdices Monaſteriorum (qualescunque fuerint, vel magni, vel parvi) nemo audeat laicis quibusvis accomodare: niſi à Prælato copia ſibi facta: quod ſi ille aberit: niſi major pars Conventus reqoiſita, in Capitulo conſenſerit: non præſumat aliquis libros hujusmodi alicui accomodare. Verum ſi talis facultas concedatur, notentur libri, ut poſſint deinde repeti, & ejusmodi notatio ſit omnibus comperta. Qui verò deliquerit, præceptum non ſervans, ter jejunet in pane, & aqua. At ſi renitens fuerit injunctæ pœnitentiæ, per Abbatem Generalem, ſeu Viſitatores duplicata pœna, ſex jejuniis erit obnoxius.

Caput LXXXV.
De Converſis admittendis, & de veſtibus ipſorum.

DEcretum eſt, ut poſthac Converſi in Ordinem noſtrum admitti queant: modo idonei ſint, qui habitum portent, ſed hoc diſcrimine à clericis in habitu diſcernantur: ut eorum ſcapularis haſta (quam vocamus) contractior ſit, nec amplius palmo ſub genu demittatur, neque lana ſit confecta nobiliori. Scotto quoque (quod dicunt) nullo pacto amiciantur.

Caput LXXXVI.
Converſi quomodo voce privati intelligantur.

VOce privati in quocunque exceſſu clerici noſtri Ordinis declarantur, Converſi, cùm illa, qua in deligendis diſcretis ſuffragatur, minimè gaudeant, in reliquis Monaſteriorum peragendis, voce intelligantur privati. Hæc autem declaratio ſemper pari modo (ut diffinitum eſt) intelligatur.

CA-

Caput LXXXVII.

De Converſis Sacros Ordines temerè adeuntibus.

Converſorum, qui non ſua contenti vocatione (quod Apoſtolus maxime reprehendit) Sacros Ordines ioire quaqua via, vel quoquo modo præſumpſerint, cum id illis per Capitulum Generale non fuerit indultum, promotio illa nullam inter nos ſortiatur Executionem; ſed ſemper pro laicis habeantur, & pro tali auſu graviter puniantur. Hoc autem intelligatur, ſi expreſſe non conſtaret, quod Summus Pontifex voluerit noſtris ſtatutis derogare.

Caput LXXXVIII.

De veſtitu Oblatorum.

Ordinatum fuit, ne ullo pacto Oblati ſuas tunicas, quas ex quovis genere lanarum acceperint, textura ſerica, aut quibusvis aliis ornamentis inſuetis exornent: ſed eas ſimplices, ac eorum conditioni, & ſtatui competentes, magisque mundas, quàm ornatas eſſe decernimus, ſub pœnis per Abbatem loci illis irrogandis. Scotto non utantur: & qui in poſterum recipientur, de more publicam Oblationem faciant.

Caput LXXXIX.

Quod Oblati venerentur ſuos Superiores, & Sacerdotes.

Oblatis præcipimus ſub pœna jejunandi in pane, & aqua ſemel pro quolibet errato, ut ſuos Superiores (uti decet) ubique venerentur: & ſive illis ſint obvii, ſive ante illos aſſiſtant, aperto ſemper capite genufléctant: Sacerdotes autem prætereuntes denudato capite venerentur, quæ ſi facere contempſerint, increpentur, & regularibus abſtinentiis affligantur: & pœnam, quam inflximus, eſſe omnino irremiſſibilem volumus.

Caput LXL.

Quod Oblati incorrigibiles expellantur à Congregatione.

Oblati noſtri Ordinis, qui callum obduxerunt in malis, quique inobedientes, duri, incorrigibilesque omnino [illegible], poſteaquam ab Abbate Monaſterii [illegible]nel, iterum, ac tertiò Capitulariter [illegible]repti, admonitique, ut ad bonam [illegible]gem redire, & reſipiſcere velint, [illegible]que ſic emendationem vitiorum [illegible]erint, talium pertinax in malo [illegible]ſtinatio, duri mores, vitaque non ſe- reoda Abbati Generali per literas ſignificetur: qui Generalis Abbas cum Aſſenſu Viſitatorum per duas partes ſuffragiorum Reſidentiæ, ſi eos expellendos judicaverit, ejiciantur è Congregatione; nec umquam in Ordinem noſtrum admitti queant.

Caput LXLI.

In percuſſores pœna declarantur.

Si quis irato animo inſurrexerit contra fratrem ſuum quovis Inſtrumento nocendi (etiam ſi percuſſionis actus non ſequatur) per menſem in carcerem concludatur. Si verò Superiorem loci invaſerit, per tres menſes. Quòd ſi Abbatem percuſſerit manu, vel alia quacunque re absque ſangui[illegible] effuſione, & membrorum confractione, per annum carceri damnetur: ſi vero alium quemcunque percuſſerit, per ſex menſes: qui etiam voce privatus intelligatur, nec illi reſtitui poſſit, niſi per Generale Capitulum. At ſi Prælatum, vel quemcunque Monachum percuſſerit cum ſanguinis effuſione, vel membrum perfregerit (licet ſanguis non profluat) perpetuo carceri damnetur: nec poſſit inde niſi per Capitulum Generale educi: inſuper voce tam activa, quàm paſſiva in omnibus peragendis, etiam in loco ubi fuerit aſſignatus, privatum declaramus. Et qui tale facinus commiſerit, non poſſit ullam dignitatem in Ordine noſtro aſſequi, nec ad Ordines ſacros promoveri. Quòd ſi tunc ſacris initiatus fuerit, omni prorſus illorum Adminiſtratione privetur: quibus omnibus pœnis à nullo unquam decreto Capituli Generalis ſimul poſſit abſolvi: ſed ſingillatim ab unaquaque pœna per dictum Capitulum Generale abſolvendum eſſe decernimus. Qua in re antiquum ſtatutum, quo nimium indulgebatur, penitus ſublatum, ac reſciſſum fuit. Si quis verbo, vel manu tantum minatus fuerit in pane, & aqua publicè jejunet. Cum verò quis pro tali culpa carceri damnatur, ſolita diſciplina plectatur, & jejuniis bis in hebdomadà ſaltem affligatur ad arbitrium Superioris.

Caput LXLII.

Superiores ſuos, & ſe invicem Monachi honore præveniant.

Monachi ſe invicem honore præveniant: ut Regulæ Capitulo LXXII. admonemur. Hanc autem honoris reverentiam Abbati, ac cæteris Superioribus in primis exhibeant, dumque ante illos prætereunt humiliter inclinent, ac benedici poſcant. Mandamus inſuper, ut pro-

Digitized by Google

propriis nominibus, non cognominibus, ſe invicem appelleot Monachi.

Caput XCIII.

De Romana curia non adeunda.

ROmanam Curiam qoi petierit quaconque occaſione ſine expreſſa Generalis Abbatis licentia ſcriptis mandata, ipſo facto ſi Prælatus fuerit, dignitate per Patres privetur. Officiales verò, ac reliqui omoes per anoum integrum in carcerem concludantur.

Caput XCIV.

De Impetrantibus literas Commendatitias.

QUi literas impetraverint à quibusvis primariis viris pro aliqua gratia obtinenda, non exaudiantur omnino: & contraria votis ſuis ab Abbate Generali recipiant. Qui verò Principum literas, vel alicujus in ſui patrocinium ad Abbatem Generalem, vel alium quacunque palliata Occaſione procuraverit, quo minus ſanctæ obedientiæ munus ſibi demandatum perficiat, utque ſuam, & non Superioris manendi, vel recedendi voluntatem compleat: ſi Oblatus, vel Converſus fuerit, pet ſex menſes carceri deputetur: cæteri Monachi, & Officiales voce priventur. Quilibet autem ex eis poſſit (ſi loci illius Prælatus permiſerit) in loco ubi fuerit, literas ab Abbate Generali, vel revocationis, vel alterios indulgentiæ expectare.

Caput XCV.

De Petentibus dignitates, aut quovis favore illas quærentibus.

UT ambitionis vitium radicitus tollatur, volumus: ut ſi quis dignirates, & Officia per litteras, ſeu per Viſitatores, aut per alios Prælatos, ſine per quoscunque alios ambierit: nullo modo exaudiatur: quin etiam ea de re acerbè corripiatur. Præcipimus autem, ut Abbas loci, ubi fuerit ille (re hujosmodi ſatis comperta) io loco Capitulari talem (expreſſo etiam nomine) corripiat, atque reprehendat, & in aliorum exemplum ter io pane, & aqua eundem publicè jejunare cogat. Si quis ſecundò deliquerit, voce illum privatum declaret. Et ſi deinceps peccaverit, in carcerem detrudatur. Quòd ſi hnc aſſequi opera, vel favore alicojus extra Congregationem cujuscunque gradus, auſus fuerit, ad primam vicem voce privetur: ad ſecundam carceri deputetur.

Caput XCVI.

Qua Ratione liceat munera dare.

MUnera honeſta mittere clarioribus viris Abbates poſſe pro re tuenda decretum eſt. Quidquam verò largiri pro ſpeciali favore impetrando prohibemus. Viſitator autem, aut Abbas, qui ut cuiquam ſuffragetur, munera accipiet, acerbè (re perſpecta) puniatur.

Caput XCVII.

Quibus equis in urbibus uti liceat.

DEcretum eſt, ut in urbibus pro negotiis Monaſteriorum agendis Abbas, vel Cellerarius, aut quivis alius, cui ea cura demandata ſit: equis non multi pretii, oeque notandæ magnitudinis uti poſſit.

Caput XCVIII.

Famulum laicum habere nemini conceditur.

NUllus Prælatorum famulum à cubiculis laicum habeat, aut alios habere permittat: ſed Oblatos, aut quoslibet alios ex noſtris Monachis tali uſui, ſervitioque depotet. Laicorum verò opera io iis, quæ ad publicam rem ſpectant, uti permittimus.

Caput XCIX.

In eos, qui furantur.

FUrtum (uti rem execrabilem) deteſtantes, hortamur in primis omnes, ut ſuis rebus contenti, aliena non rapiaot. Quòd ſi quis, Diabolo fallente, intra Summam carleoorum decem furatus fuerit, voce privatus declaretur. At ſi quis ultra prædictam Summam furetur, præter vocis amiſſionem, deſtinetur ad carceres ad arbitrium Abbatis Generalis, & Viſitatorum, conſiderata tamen qualitate Perſonæ, & furti quantitate. Et ille tam activa, quàm paſſiva voce privatus toto tempore vitæ intelligatur: nec unquam iſti res noſtras intra vel extra Monaſteria credendas ullo pacto eſſe deceroimus.

Caput C.

Quod nemo rem alteri irrequiſito tollat, quod petenti fratri nihil frater neget, & quod nihil celatum Abbati Monachi teneant.

NUllus præſumat rem qnamlibet alteri cooceſſam, quovis modò auferre quam-

(quamvis minimam) niſi prius ab eo, cui conceſſa fuerit, tollendi facta illi poteſtate : quòd ſi aliquis rem ſibi accomodati ab alio petierit, ut codicem; vel aliud quidquam, ſi hoc de Superioris pendeat voluntate, & ille tenuerit accommodare, mox re ipſa privetur, & inſuper puniatur, veluti qui charitatem non ſervaverit, & proprio uſui aſcripſerit, quod erat omnibus commune. Nullus item fratrem quidpiam cella clauſum contineat, quatenus Prælato cujusque rei notitia præſto eſſe non poſſit. Quòd ſi admoniti metam præcepti fuerint transgreſſi, Prælatus, vel loci Superior ſeorſum ab illo ſeram cujusque rei perfringat, videat, introſpiciat, & contumaciam contundat, pœnam infligendo.

Caput CI.

Monachi non ſint cauſidici, neque negotia ſæcularium curent.

CAuſidicos eſſe Monachos (quod maximè decori noſtro repugnat) omnino prohibemus. Volumus tamen (ſi neceſſitas adſit) pro Monaſterii negotiis, ut poſſint honeſtè quantum fieri poterit, ad Magiſtratus accedere, & Patrocinia implorare, & cauſarum Miniſtris negotium exponere. Conſanguineorum verò negotia curare Monachis noſtris minimè licere permittimus. Quòd ſi hoc alicui indulgendum eſſe neceſſitas, vel pietas cogeret, nullo pacto niſi cum licentia Abbatis Generalis ſcripto mandata, & ſolito ſigillo obſignata, aut etiam Viſitatorum in actu viſitationis ea curare, aut tractare queat.

Caput CII.

Non licet Monachis Poſſeſſiones conducere.

NUlli Monachorum noſtrorum liceat ullo pacto Poſſeſſiones noſtras, neque laicorum quoquomodo conducere, nullam aliam ob cauſam, niſi ut proprietas tollatur è medio, omnino.

Caput CIII.

Uſus linearum camiſiarum prohibetur.

LIneis camiſiis, quarum uſum magno compendio non ſolùm Regula ſancta deteſtatur, ſed etiam Patrum decreta Monachis prohibent, ſi quis obedientiæ contumax uſus fuerit, vocem amittat. Quòd ſi ob aliquam infirmitatem quis illas induere coactus fuerit, priùs ab Abbate Generali, vel Viſitatoribus ad viſitandum deputatis, licentiam ſcripto mandatam, & Sigillo munitam obtineat: quandoquidem à pœna non aliter eſſet excuſatus. Earum verò forma talis erit, ut prorſus ſine criſpis, dimidiatis manicis, ſine ullo acuum artificio ſint: & ſub eadem pœna diſtrictè prohibemus omnia veſtimentorum genera, quibus Congregatio noſtra uti non ſolet.

Caput CIV.

Conſueta veſtimenta Superiores dare, & Monachi vetera reſtituere teneantur.

TEneantur Monachi tunicas, & alia id genus indumenta, quæ de more conceduntur, ſtatuto tempore omnino inciſa ſumere. Nova autem non accipiant, niſi vetera reſtituerint, id quod Capite LV. Regulæ præcipitur, quæ omnia inviolabiliter obſervari mandamus, & Prælatis quidem ſub pœna ſuſpenſionis Officii ad arbitrium Generalis, cæteris Officialibus ſub condignis pœnis ab Abbate Generali irrogandis, præcipimus, ut rem integrè exequantur. Præcipimus autem Prælatis omnibus ſub pœna privationis Officii, Cellerariis verò, aliisque Officialibus ſub pœna Privationis vocis, & Officii, ne Monachis ullo pacto pro debitis veſtimentis cujuscunque generis, Pecuniam adnumerent, niſi ex aliqua rationabili cauſa cum expreſſa licentia Abbatis Generalis, aut Viſitatorum in actu viſitationis: quæ tamen nullo modo alicui concedatur, niſi cognita prius futuræ impenſæ honeſta, ac neceſſaria cauſa. Monachi verò contrafacientes, veſtibus, vel pecunia loco noſtro principali applicandis, ſpolientur.

Caput CV.

Quando debeant Monachi cucullas induere, & unde cucullam Profeſſionis accipiant, itemque de iis, qui cuculla carent.

CUcullas Monachos indui debere, vel foras progreſſuros in urbes, vel Domi in Eccleſia diebus feſtis conſuetudine, ac lege ſtatutum fuit. Nos autem addentes præcipimus: quod ſi Novitius aliquis Profeſſionem emittat die non feſto, itemque ſi aliqua alia celebritas in Eccleſia diebus non feſtis agatur, illas itidem Monachi induere, ac geſtare in Eccleſia debeant. Cucullam autem noſtris Monachis recens Profeſſis, ea Monaſteria tribuant, in quibus habitum acceperunt, licet alibi profiteantur. Decretum quoque eſt, ut Monacho cuicunque, qui ſuæ Profeſſionis cucullam hucusque non habuit, infra ſex menſes tribuatur. Qui verò illam habuerit, & nunc ea caret, cogatur infra ſex menſes loco veſtimen-

torum, quæ illi more ſolito debentur, aut aliunde comparata copia, eam ſibi parare. Et idem intelligatur de aliis veſtimentis, quibus Monachi noſtri indui conſueverunt..

Caput CVI.

Laicorum depoſita ſumma fide cuſtodiantur.

DEpoſita pecuniarum à laicis facta, ſi quæ forte in locis noſtris fuerint aſſervata: non poſſit Superior loci illios partem eorum (quamvis minimam) impenſæ cauſa dimovere, niſi de conſenſu illius, qui depoſuerit: quod ſi contra ille auſus fuerit, dignitatis Officio ſit interdictus, usque dum à Generali, vel Viſitatoribus, rei conſultum fuerit.

Caput CVII.

De ære alieno non contrahendo.

AEs alienum contrahere nullus Prælatus, vel Cellerarius præſumat, quod in ſui temporis Adminiſtratione non poſſit reſtituere: niſi ſui Conventus, vel Generalis Abbatis licentiam prius obtinuerit. Poſſit tamen æris alieni tantum conflare, quantum infirmorum neceſſitati ſuppetere poſſit.

Caput CVIII.

Bona mobilia non vendenda.

UTenſilia Monaſterii, mobiliaque bona, ſeu veſtes, ſeu vaſa argentea ſacro uſui dicata à nullo Prælato vendantur, ſeu aliquo modo alienentur, niſi habito prius cum ſuo Conventu maturo Conſilio, ac deliberatione.

Caput CIX.

De quindenniis ſolvendis.

QUoniam plurima Monaſteria noſtri Ordinis quintodecimo quoque anno penſionem (quam quindennium vocant) Cameræ Apoſtolicæ ſolvere tenentur, quæ res cauſa plerumque fuit, ut grave æs alienum ab illis conflaretur: viſum eſt nobis, ut huic incommodo (quantum per nos fieri poſſit) occurratur. Qua propter teneantur Abbates hujusmodi Monaſteriorum ſingulis annis contingentem quindennii partem Viſitatoribus inſpectantibus arculæ cuidam includere, cui duæ claves diverſæ adſint, quarum altera penes Abbatem loci remaneat, altera verò cum Syngrapha, cui totius pecuniæ Summa ſit aſcripta, per eosdem Viſitatores Generali Abbati deferatur. Vel ſi ibi fuerint loca (quæ Montes pietatis dicuntur) poſſit Abbas illius loci apud ea deponere ſingulis annis eam pecuniæ quantitatem, ac hujusmodi depoſiti fidem per Syngrapham legitimam, ac legalem Officialium eorundem locorum Viſitatoribus prædictis aſſignare teneatur, per ipſos Abbati Generali deferendam. Quòd ſi magis libeat, permittimus Abbates talium Monaſteriorum, tot loca S. Georgii Genuæ emere, quot ſufficiant quintodecimo quoque anno ex proventibus ad perſolvendum Quindennium dicti Monaſterii. At ſi qui Prælati, vel Cellerarii non depoſuerint ſingulo anno contingentem portionem quindenniorum uno aliquo modorum prædictorum, Prælati quidem ſuſpendantur per annum ab Officio, Cellerarii verò priventur.

Caput CX.

Dietim coquo Neceſſaria tribuantur.

DEcretum eſt, ut omne penu, quod abundè parate conſuevimus, in aliquam cellarum congeratur, cujus claves Abbas, aut Cellerarius, aut quivis alius, quem Abbas deputaverit, retineat à quo ea, quæ pro tempore neceſſaria erunt, coquo paulatim tribuantur.

Caput CXI.

De Calumniatoribus in judicio.

SIquis calumniator in judicium accitus, ea, quæ in alicujus perniciem, ſeu litteris, ſeu maledicentiſſimo ore paraverat, probare nequiverit, talionis pœnam ſubire decernimus. Quòd ſi is fuerit, qui pro delicto pari pœna affici non poſſit, carceri per annum includatur.

Caput CXII.

De Calumniatoribus extra judicium.

SIquis verò, eorum quos ſupra memoravimus, calumniatorum in quemquam invectus fuerit, palàm maledicta effundens, quæ illius exiſtimationem offendant, atque is, qui tumido ore illa protulerat, vera eſſe demonſtrare non poterit, aut à quo ea acceperit, aſſignare non valuerit, pro delicto pœnas luat, & palàm corripiatur. Idem intelligi volumus de iis, qui litteras contumelioſas, ac minimè dignas viro Chriſtiano ſcribunt: quò alicujus pudorem, vel honorem ſugillent.

CA-

Caput CXIII.

Quid ſervandum ſit ædificare, vel reædificare volentibus.

SI Prælatus aliquis in locis noſtris ædificare, autreædificare quidquam voluerit, id facere non præſumat, niſi prius ab Abbate Generali, vel Viſitatoribus in actu viſitationis, vel à Viſitatore propriæ Provinciæ id ſibi conceſſum fuerit. Semper autem excipimus quæ præſentem ruinam minantur, quibus quamprimùm volumus manum admoveri: ne ſubito caſu collapſa, majus damnum ſecum ferant. Et illud idem decernimus de illis Monaſteriis, quæ nondum exædificata reperiuntur, quorum Abbates, quamquam ea ſine augumento æris alieni augere ædificando poſſent, multis tamen de cauſis neceſſarium duximus, hujusmodi conſenſum eſſe requirendum. Itaque ſi quis hoc Decretum contempſerit, totos ſex menſes ab adminiſtratione Abbatiatus amoveatur.

Caput CXIV.

Infra certum Terminum tondeantur Monachi.

ORdinamus, ut in quolibet Monaſterio æſtivo quidem tempore quintodecimo quoque die (ut minimum) hyberno verò tempore vigeſimo quoque quilibet Monachus tondeatur. Quòd ſi quemquam gladius tonſorius graviter offendat per eosdem nihilnminus terminos forficibus tondeatur, decretum eſt: nec cuiquam liceat hoc prætermittere ſine permiſſione Abbatis. Volumus enim hunc abuſum, qui tantopere ſacris ſtatutis adverſatur, aut abolere, aut corrigere.

Caput CXV.

Probibentur cultelli longiores, & omnes genus armorum.

NUllus Prælatus, Officialis, aut quivis Monachus præſumat qualibet de auſa cultellum habere, qui palmi unius ongitudinem excedat, neque ullum arorum genus audeat, ſeu clam, ſeu pan ſecum deferre, cùm pedes, aut nes iter ingreditur: niſi prius à Gene- id, quod ſcriptis appareat, illi conſum fuerit.

Caput CXVI.

De Carneribus non geſtandis.

Ullus deinceps (quisquis ille fuerit) manticas, aut alia id genus (quos neres vocant) tam domi, quàm foris gestare audeat, præſertim vero quæ laicam mollitiem reddere videantur.

Caput CXVII.

Quid ſervandum, ſi ſacra loca Ordini noſtro reformanda tradantur.

SIquis ſacrum Ordini noſtro locum tradere voluerit reformandum; hanc curam Abbati Generall mandamus: ut hoc opus agat prudenter cum aſſenſu Viſitatorum, & Conventus Monachorum noſtri loci principalis. Mnnemus tamen, ut parcius hoc tractent his temporibus, quando temperatis animis ſatis ducimus, ut ſua in pace poſſideant. Lnca verò non accipiantur, quæ proventum habeant minus trecentis ducatis: ita enim judicamus, & opes, & innpiam vitari poſſe, quò numerus Monachorum competens ſub regulari obſervantia ſuſtentari poſſit. Abbas tamen Generalis cum ſuis Viſitatoribus poſſit ſuper hujusmodi proventuum quantitate (ſi utile, & expediens ipſis viſum fuerit) aliter diſponere: dummodo tanti redltus dicto loco adſint, quanti ſufficere poſſint pro victu, veſtituque ſex Monachorum juxta Regulam, noſtramque vivendi formam. Hac item in re diligenter animadvertant, ne loci ſitus ita conſtituatur, quò ex nimia accurrentium frequentia animarum ſuggeratur periculum. Aeris verò temperiem non ducimus ſuperſtitioſo conatu inquirendam, non enim noſtra vivimus Prudentia, ſed divina regimur, & gubernamur Providentia. Cujus curæ cætera demandamus: & ſanè judicamus In hac parte moroſos, ac difficiles eſſe non oportere.

Caput CXVIII.

Ubi Abbas exterus, ibi Cellerarius indigena ſit.

DEcretum, & ſtatutum fuit, ut in quibus Monaſteriis Abbates ex aliena Provincia fuerint: talium Monaſteriorum Cellerarii aſſignentur ex eadem Provincia.

Caput CXIX.

Non eligantur Monachi in Capita nationum.

ORdinatum fuit, ne in Congregatione noſtra per Provincias eligantur Prælati vel alii Monachi in primarios viros, vel (quod ajunt) in capita narionum, vel provinciarum: quæ res veluti abſurda, & publicæ authoritati contraria, vitanda, & penitus tollenda exiſtimamus. Si ſecus in aliqua Provincia factum fuerit, tam

electus hujuſmodi, quàm qui elegerint, per Abbatem Generalem, & Viſitatores puniantur: & Prælati quidem, & Officiales priventur Officiis, cæteri verò vocem activam, & paſſivam amittant.

Caput CXX.

Officiales Montoliveti poſſunt amoveri ſine aſſignatione Prælaturæ.

STatutum etiam fuit, ut Abbas Generalis pro tempore exiſtens, poſſit Officiales Monaſterii Principalis, Cellerarium ſcilicet, & Magiſtrum Novitiorum inde pro arbitrio amovere ſine aſſignatione Prælaturæ (ut olim moris erat,) cum ea tamen conditione, ut ad primam vacationem alicujus Prælaturæ in ea Provincia, cui adjudicantur tales Officiales, ad eam dignitatem ſubſtituantur per Abbatem Generalem, & Viſitatores: niſi forte pro demeritis amoti fuiſſent à Magiſtratibus Monaſterii Montoliveti, aut aliquid poſtea commiſiſſent, ea pœna dignum, ut propoſito præmio privarentur. Id verò factum fuiſſe declaramus, propterea quod Abbas Generalis non habet, unde facilè Prælaturas accipiat, dictis Officialibus aſſignandas, cùm cuilibet Provinciæ ſuus Prælatorum numerus ſtatutus ſit.

Caput CXXI.

Abbas Generalis cum Viſitatoribus poteſt diſpenſare ſuper prædictis Ordinationibus.

DEcretum fuit, ut Abbas Generalis poſſit ex aliqua urgenti, & neceſſaria cauſa, cum aſſenſu Viſitatorum ſuorum ſuper prædictis Ordinationibus diſpenſare (exceptis atrocioribus) dummodo id non repugnet Regulæ ſanctiſſimi Benedicti, vel Decretis Sacri Concilii Tridentini.

Caput CXXII.

Ad quos ſpectet Interpretatio prædictarum legum, & ordinationum, & quo pacto intelligi debeant.

DEmum ſtatutum, & declaratum fuit, quod Decreta Præſentis Reformationis debeant intelligi ad litteram (pro ut jacent) ſine aliqua cavillatione, aut extorſione verborum. Quod ſi aliqua probabilis difficultas incideret, quæ verè declaratione, & interpretatione indigeat, tunc in levioribus omnimoda facultas interpretandi, & ſenſum aperiendi eorum, quæ quærunrur, ſpectet ad Abbatem Generalem, & Collegas ſuos Viſitatores; in gravioribus, aut & majoris momenti debeant conſulere Illuſtriſſimum Protectorem & ejus approbationem obtinere.

Caput CXXIII.

Ordinationes prædictæ omnes non obligant ad culpam, ſed ad pœnam: & interdictiones à dignitatibus ubi ponuntur, declarandæ ſunt ab Abbate Generali.

DEclaramus autem, definimus, & ſtatuimus, ut prædictæ Ordinationes, ſtatuta, & Conſtitutiones non obligent Ordinis noſtri Monachos ad culpam, propter inobſervantiam, ſed ad pœnam tantùm: quodque ubi interdictiones à dignitatibus pro pœna ſtatuuntur, non intelligantur dictæ interdictiones ſuum ſortiri effectum, niſi per Abbatem Generalem, aut Viſitatores declarentur: excepto ubi facultas adimitur Abbati Generali ſuper illis diſpenſandis, vel indulgendis.

Caput CXXIV.

Quos libros teneantur Prælati habere in ſingulis Monaſteriis.

IN quolibet autem Monaſterio Ordinis noſtri teneantur Prælati ſub pœnis ad arbitrium Abbatis Generalis irrogandis, habere librum harum Conſtitutionum, Regulam Beati Benedicti, Catalogum, ſive indicem librorum prohibitorum ab Eccleſia Catholica, & Decreta Sacri Concilli Tridentini.

REverendi Patres Reformatores electi in Capitulo Generali anno 1568. (ut capite 3. Partis primæ præmiſſum fuit) citra quod ipſi recenter decrevere, diſcretos ad nova comitia, & Generalem ipſum poſthac deligendos ſecundum priſcum ritum, & Aureæ Bullæ tenorem, & quot, & quas Prælaturas, ac loca habeant in futurum Bononienſes, & Ferrarienſes, & qua conditione laici, atque apoſtatæ alterius Provinciæ, in Provincia non ſua, illi admitti ad Ordinem noſtrum, hi verò recipi iterum valeant & qui viſitatores Monaſteria in Sicilia ſita viſitare queant, expenſarum taxam pro itinere præfigendo, has etiam conſtitutiones, ac reformationes omnes ad Jeſu Chriſti honorem, & gloriam, Virginiſque Matris ejus Mariæ, & Almi Patris noſtri Benedicti conſcriptas, atque ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Protectore laudatas, approbatas, & confirmatas, laudavere, approbavere, atque confirmavere, & quatenus opus eſt, denuo ſanxere, & quiſque ſua manu eas in hunc modum ſubſequentem ſubſcribens, ratas in perpetuum eſſe voluit.

Ego

Ego Domnus Cyprianus de Neapoli Generalis Abbas Congregationis Olivetanæ, ſupraſcripta confirmamus, & approbamus.

Ego Domnus Carolus de Vetona Vicarius Generalis pro Reformatione per Capitulum Generale delectus, ſupraſcripta approbo, & confirmo.

Ego Domnus Victorinus de Genua Viſitator, & ad reformationem delectus, prædicta confirmo.

Ego D. Auguſtinus Lignanus Viſitator, ad Reformationem delectus, ſupraſcripta confirmo.

Ego D. Michael Angelus Viſitatot Bononienſis, electus pro reformatione, prædicta confirmo.

Ego D. Secundus de Peruſio Viſitator, reformationi deputatus, confirmo ſuperius dicta.

Ego D. Hippolytus Patavinus Viſitator, ad reformationem electus, confirmo prædicta.

Ego D. Vitus Viſitator Florentinus, delectus ad reformationem, confirmo.

Ego D. Joan. Baptiſta Senenſis Abbas, Reformationi deputatus, confirmo.

Ego D. Matthias Florentinus Abbas, reformationi deputatus, confirmo.

Ego D. Julius de Mantua Abbas, pto reformatione delectus, confirmo.

Ego D. Barnabas de Peruſio Abbas, delectus, ad Reformationem confirmo.

Ego D. Placidus de Aquila Abbas, deputatus ad Reformationem, confirmo.

Ego D. Prothaſius de Mediolano Abbas reformationi deputatus, confirmo.

Ego D. Claudius Mareſcotus Bononienſis Abbas, ad Reformationem deputatus, confirmo.

Ego D. Benedictus Tombeſius Ferrarienſis Abbas, Reformationi deputatus, confirmo.

Michael Gislerius Divina Miſeratione Tituli S. Matiæ ſupra Minervam S. R. E. Præsbyter Cardinalis Alexandrinus vulgariter nuncupatus, contra hæreticam pravitatem in tota Republica Chriſtiana ſupremus Inquiſitor à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus. Dilectis nobis in Chriſto Reverendo, & Religioſis Abbati Generali, & Viſitatoribus Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliveti Salutem in Domino ſempiternam. Expoſito nobis nuper pro parte veſtra Sanctiſſ. in Chriſto Patri & D. noſtro D. Paulo divina Providentia PP. Quarto. Quòd licet tam juxta canonicas ſanctiones quàm veſtri Ordinis inſtituta regularia ipſius Ordinis, & Congregationis veſtræ Monachi proprium habere ſive poſſidere nullatenus poſſint ſed hoc vitium proprietatis tam per ſacros canones quàm per ipſam regulam ſive inſtituta regularia diſtrictius inhibeatur & omnia omnibus Communia ſint. Nihilominus aliqui Monachi ejusdem Ordinis & Congregationis ad proprium habendum poſſidendum improbe ac in animarum ſuarum periculum aſpirantes à ſede Apoſt. & Rom. Pontificibus in forma Brevis ſive Confeſſionalia aut conſimilia oracula aut ſub plumbo vel per Officium ſacræ pœnit. Apoſt. expeditas littetas Apoſt. ut eis à parentibus vel conſanguineis aut Chriſtifidelibus vel alias donata ſeu relicta & ſeu per eos eorum induſtria vel ex eleemoſinis acquiſita bona & pecunias recipere, & retinere ac in eorum vel alios eis viſos uſus convettere valerent ut dicitur obtinuerunt præter, & contra dictas Canonicas ſanctiones ac regula ſeu inſtituta regularia prædicta bonum & laudabile ac Religioſum in communem vivendi modum divertendo & abrogando. Ipſe ſanctiſſimus D. N. intendens quod vos totam veſtram Congreg. repræſentantes præmiſſa ægreferentes ad nos & Sedem Apoſt. pro oppottuno remedio recurrendum eſſe ut alias ſub die 15. Septemb. proximè præteriti per ſabas ſecretas ut moris eſt decreviſtis volens præmiſſis prout ſuo paſtorali incumbit Officio de opportuno remedio providere tam veſtris ſupplicationibus ſibi per nos pro parte veſtra porrectis quàm Motu proprio, & ex certa ſcientia Sanctitatis ſuæ inclinatis vivæ vocis oraculo, & de ejus ſpeciali Mandato nobis deſuper facto dictam veſtram regulam ſen regularia inſtituta veſtra tam in præmiſſis quàm in omnibus veſtrum laudabile, & religioſum ſecundum regulam divi Benedicti vivendi modum concernentibus Apoſt. auct. approbavit, & confirmavit, ac omnes & ſingulas prædictas, & alias quasvis litteras Apoſt. hucusque tam circa facultatem aliquam proprietatem ſeu eleemoſinas vel pecunias aut alia bona quoquo recipiendi & retinendi aut alias quomodolibet quàm etiam ſuper aliis ſacultatibus vel litiis aut gratiis quæ in aliquo dictæ veſtræ regulæ ſeu regularibus veſtris inſtitutis regulari obſervantiæ contraria ſunt cum quibusvis derogationibus, & clauſulis quantumcunque fortiſſimis à quibusvis Ordinis & Congregationis prædictorum Monachis concentas, & in futurum obtinendas quorumcunque tenorum exiſtant earum tenores, de verbo ad verbum inſererentur pro inſertis habens dicta auctor. Apoſt. perpetuo revocavit, caſſavit, & annullavit, ac viribus omnino evacuavit, & illas dictis

Monachis in aliquo ſuffragari noluit ſed ipſos Monachos per vos, & ſucceſſores veſtros veſtris & ſucceſſorum veſtrorum Mandatis omnino parendum juxta dictam veſtram regulam cogi & compelli, & ſi in aliquo inobedientes aut ipſius regulæ ſeu Mandatorum veſtrorum transgreſſores fuerint condignis pœnis per vos pro prima vice mulctari, & pro ſecunda Officiis, & dignitatibus, ac voce activa & paſſiva eorundem Ordinis, & Congregationis privari debere voluit, quod ſi tertio reperti fuerint non paruiſſe per annum integrum carceribus mancipentur, & in virtute Sanctæ obedientiæ mandavit omnibus in dictis litteris Apoſt. contentis, & continendis quod nullius roboris vel momenti exiſtant cæteriſque in contrarium quomodolibet facientibus, non obſtantibus quibuſcunque, ac vos & ſucceſſores veſtros ad parendum eiſdem litteris Apoſt. tam impetratis quam impetrandis nullatenus teneri, & propterea aliquas cenſuras vel pœnas minimè incurrere voluit, & declaravit. Ac quod præſentium noſtrarum litterarum tranſumptis manu moderni vel pro tempore exiſtentis Abbatis generalis ſubſcriptis eadem fides adhibeatur, & illis credatur quæ adhibeteтur noſtris præſentibus ſi forent originaliter exhibitæ vel oſtenſæ. In Quorum omnium fidem, & Teſtimonium præſentes litteras manu noſtra propria ſubſcriptas fieri, & per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum Romæ In Palatio Apoſtolico, & Camera noſtræ ſolitæ habitationis, ſub Anno à Nativitate Domini Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Die vero Quarta Menſis Februarii Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, Anno Quarto.

F. M. G. Cardinalis Alexandrinus.

Joannes Matthæus Robertus Secretarius.

Domnus Julius Cæſar de Graſſis de Bononia Abbas Generalis fidem facimus & atteſtamur ſuper impreſſas litteras concordare cum Originali de verbo ad verbum, & ideo hic nos ſubſcripſimus, & præſentes Sigillo noſtro munivimus. Romæ in Monaſterio Sanctæ Mariæ Novæ de Urbe, Anno Domini. 1559.

D. Julius Cæſar de Graſſis.

Locus Sigilli.

AD-

ADDITAMENTUM XXXIX.

CONSTITUTIONES CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI, Habitûs Sancti Antonii Abbatis.

OBSERVATIO CRITICA.

N*Ullus inficias ibit* S. ANTONIUM , *Monachorum Cœnobitarum Protoparentem extitiſſe , tam in Oriente quam Occidente. Poſtquam enim* S. Athanaſius *vitam ſanctiſſimi illius Abbatis apud Romanos promulgaverat , tunc & vita cœnobitica apud* Occidentales *Chriſtianos mirifice propagari cœpit , quamvis nulla adhuc Canonicorum Regularium memoria , ante* S. Chrodogangi *tempora & ſæculum octavum , in Eccleſia audita fuerit. Non ergo Canonici Regulares* S. Antonium *pro ſuo Patriarcha agnoſcunt ; nec ipſius Regulam aut mores amplexi ſunt , prout jam ad exhibitam ejusdem Regulam primo loco poſitam , in ipſo* Codice Regularum , *obſervavimus ; ſed ſolùm ſub ipſius ſanctiſſimi Abbatis patrocinio Congregationem ſuam inſtituere voluerunt , pro norma vitæ* Regulam Auguſtinianam *ſequentes.*

Hæc igitur Canonicorum Regularium Congregatio ſub Patrocinio Sancti Antonii *Deo militans , tale exordium ſumpſit , à celeberrimo Delphinatus Cœnobio apud* Motam *Viennenſis diœceſis ſito , quod ſancto illi Abbati Sacrum , ab Eccleſia tenui parochiali in inſigne Hoſpitale, & dein in ampliſſimum Cœnobium creſcere cœpit , ac tandem totius Congregationis caput evaſit. Poſtquam enim* Joſcelinus *illius provinciæ Comes , ex itinere Conſtantinopolitano reverſus in patriam , ferens ſecum Sacras* S. ANTONII ABBATIS *exuvias , circa annum MLI. in honorem illius Sancti Eccleſiam Parochialem erexiſſet , atque indies plurima patrata ſint ibidem miracula , quod auguſta Eccleſia frequentes peregrinantium turmas ſuſcipere non valeret , ſic auguſtius templum cum amplo Hoſpitali erectum ſit.*

*Circa medium namque Sæculi undecimi & initium ſequentis , in variis Gal-
iæ partibus graſſebatur morbus , qui ab extraordinario effectu dictus erat* IGNIS
NFERNALIS , *quod ægrotantium corpora adeo exureret , & exſiccaret , ut caro
pareret aſſata & putrefacta. Cùm igitur nulla remedia naturalia ad expellendum
nc morbum ſufficerent , ægroti ad Deum recurrere per interceſſionem* S. ANTONII
*perunt , & ad prædictam Eccleſiam currentes , poſt oblata ſupremo Numini ar-
ntiſſima vota , priſtinam ſanitatem obtinuerunt , unde etiam & morbus ille ,
cæleſte remedium ægrotis impenſum & Ignis ille prodigioſo tactu ſacrarum Reli-
iarum S. Antonii extinctus , nomen* SACRI IGNIS *acquirere meruit , utpote ,
nd aliunde niſi ſacris ad Deum effuſis precibus extinguibilis.*

Primus autem magni Hoſpitalis Auctor , erat Nobilis Dominus Gaſton , *in
is partibus ampliſſima bona poſſidens , cujus filius unicus & hæres nomine* Girin-
is *ſive* Guerinus , *hoc morbo infectus poſt adhibita inaniter cuncta remedia hu-*

mana

mana, *tandem ad Deum converſus*, *per interceſſionem* S. Antonii Abbatis, *priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Piiſſimus igitur Pater*, *tanti divini beneficii memor*, *ſe ipſum & filium*, *omniaque ſua bona Dei ſervitio conſecrare voluit*, *ſuſcipiendis ægrotis & peregrinis ad ſacras Reliquias confluentibus*, *deinceps inſerviturus. Hinc*, *juxta novam erectam Eccleſiam*, *ſumptuoſum condere Hoſpitale voluit*, *quod & opimis poſſeſſionibus exornavit*, &, *aſcitis ſex aliis ſociis*, *novam Hoſpitaliorum Congregationem inſtituit*, *ſodalibus habitum nigrum ſed humilem*, *& ad ſiniſtram ſcapulam charactere* Tau *cerulei coloris ſignatum præſcribens. Sic enim* Aimarius Falconius *hujus Congregationis Hiſtoricus*, *ſequenti diſticho hæc omnia declarat* :

Gaſtonis votô Societatis Fatribus octo
Ordo eſt hic cæptus, ad pietatis opus.

Interea, *creſcente indies horum Fratrum numero*, *& illi piiſſimum* Gaſtonem *conſtituere voluerunt*, *ſupremum Congregationis Magiſtrum*, *quam electionem ratam habuit ſummus Pontifex Romanus* Urbanus II. *in* Concilio Claramontano *circa annum MXCV. celebrato*, *atque novam Congregationem variis privilegiis & favoribus cumulavit. Cùm verò Fratres illi Hoſpitalarii nullis adhuc votis Religioſis aſtricti fuerint*, *nec Sacris Ordinibus initiati*; *ſic cuſtodia ſacrarum Reliquiarum* S. Antonii *tradita eſt Benedictinis Religioſis* Montis-Majoris *in vicinia viventibus*, *qui*, *per aliquot annos*, *diligenter frequenti populo ad Eccleſiam venienti ſacramenta adminiſtrabant*, Fratribus Hoſpitalariis *curam ægrotorum & peregrinantium ſedulò gerentibus*.

Hinc diræ lites exortæ, *quas tandem ſopire conatus eſt* Falconius *ſeptimus Hoſpitaliorum magnus Magiſter Generalis*, *qui auctoritate ſummorum Pontificum fretus*, *ſodales ſuos ab omni* Benedictinorum *commercio liberare ſtuduit. Nam*, *erecto ibidem ſumptuoſo templo*, *& illud in uſum ſuorum Fratrum deſtinatum ab* Humberto *Archiepiſcopo Viennenſi conſecrari curavit*, *& frementibus* Monaſterii Montis-Majoris *Inquilinis*, *erectionis confirmationem anno MCCVIII. ab* Innocentio III. Papa *obtinuit. Deinde Religione fervens*, *ab* Honorio III. Papa *impetravit Mandatum*, *ut omnes hujus Hoſpitalis Fratres*, *tribus votis Religioſis deinceps obſtringerentur*, *& mores ſuos juxta Regulam ab Eccleſia approbatam ordinarent*, *cùm hucuſque*, *nimirum ab anno MXCV. ad annum MCCXVIII. nullis votis Religioſis ligati*, *aut Regula approbata donati fuerint. Adeoque*, *hoc modo omnes* illi Fratres *evaſerunt viri Religioſi*, *&* Regulam Auguſtinianam *amplexi*, Canonici Regulares *appellari meruerunt*, *habitum tamen antiquum charactere* Tau *ſignatum retinentes*.

Non tamen immediate controverſiæ cum Benedictinis Montis-Majoris *finem obtinuerunt*, *cùm prædicti Hoſpitalarii nondum Eccleſiam* S. Antonii *Abbatis impetraverint*, *quam tamen poſtea in ſuam poteſtatem redigerunt. Labente enim ſæculo XIII.* Aymondus de Montenay *Ordinis Magiſter Generalis XVII. pro parata pecunia comparaverat*, *ab hæredibus* Joſcelini Comitis, *non ſolum Eccleſiam*, *ſed & totum amplum* S. Antonii *territorium. Quam emptionem ratam habuit* Bonifacius VIII. Papa, *omnemque juriſdictionem & privilegia Benedictinorum ad præfatos Hoſpitalarios tranſtulit*, *data authentica Bulla ſequenti*.

Bulla Bonifacii VIII. Papæ confirmans Canonicis Regularibus Monaſterium S. Antonii, illudque in Abbatiam erigens.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori & Conventui Monaſterii S. Antonii ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Auguſtini Viennenſis diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. In diſpoſitione Miniſtrorum Eccleſiæ Dei nobis creditæ potiſſimùm conſiderare nos expedit, tempus, cauſas, perſonas & loca ſecundum quæ, pro emergentibus negotiis nova ſunt Conſilia capienda. Et licèt ex multarum inopinabilium diverſitate cauſarum jugiter emergentium continua reddamur attentione ſolliciti, & profundis circa illa vigiliis excitemur, ne deſit Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudium, ubi paſtorale tenemur injunctum nobis officium exercere; in eo tamen præcipue ſtudiorum noſtrorum ſedulitas officioſa verſatur, quod ad curam omnium Eccle-

Eccleſiarum & locorum ac Religioſorum maximè quorum (licèt immeriti)regimini
præſidemus, opportunam ſolertiam & ſolertem diligentiam impendamus, ut
gratia cooperante divina ſic eorum ſtatui ſalubriter conſulatur, quod expiatis diſſi-
diis, & perturbationibus ab eisdem præſerventur innoxii, quietis ubertate læten-
tur, & Rectoribus providis, cùm rempus proviſionis occurrerit, eorum regimen
committatur. Sane inter dilectos filios Abbatem & Conventum Monaſterii Mon-
tis-Majoris ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium, Ordinis S. Benedi-
cti, Arelatenſis diœceſis ex parte una, & dilectum Aymonem Abbatem Monaſterii
ſancti Antonii ad eandem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis
S. Auguſtini Viennenſis diœceſis, tunc Magiſtrum, nec non, prædeceſſores ſuos
Magiſtros, & Fratres Hoſpitalis S. Antonii ejusdem diœceſis tunc ad ipſum Mona-
ſterium Montis-Majoris pertinentis, quam ſuper votis & promiſſis ipſi S. Antonio
factis & legatis in teſtamentis relictis ejusdem, aliisque diverſis articulis ſuſcitato,
oſtigante generis humani inimico jam dudum gravi materia quæſtionis, ex qua olim
lrages corporum, animarum pericula & eorum grandia diſcrimina pervenerunt,& per-
venire poterant in futurum, niſi Sedis Apoſtolicæ circumſpecta providentia, cujus
ntereſt ſingulotum, prout eſt poſſibile, prævenire periculis, ſuper his opportu-
um remedium adhiberet. Nos qui Regis pacifici exiſtentes Miniſtri, ut com-
iſſum nobis Miniſterinm digne implere poſſimus, quietem & pacem inter univer-
os ſolicitudini noſtræ commiſſos, intentæ ſolicitudinis ſtudio, votisque ſerventi-
us procuramus, prætacta diſcrimina ſedula meditatione penſantes & attendentes,
uod nondum hujusmodi potuerat diſcriminibus obviari, licèt per aliquos diverſæ
mpoſitiones, ſive ordinationes diverſis temporibus pro danda pace partibus,
nc inde factæ fuiſſent, diligentia excitati paterna, quæ conſiliis providis filios
enter ſovet & dirigit, illo cogitato remedio in hac parte, per quod ſuperni
voris dextera ſuffragante, finis prædictæ imponeretur diſcordiæ, ac via dein-
ps prætactis diſcriminibus tolleretur, de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu
edictum Prioratum cum omnibus Eccleſiis, membris, juribus & pertinentiis
s exiſtentibus ubicunque ab omni ſpirituali & temporali poteſtate, jurisdictio-
, dominio, ſubjectione, jure, obedientia, & diſpoſitione quacunque prædicti
naſterii Montis-Majoris, necnon Abbatis, & Conventûs, & perſonarum ejus-
n de Apoſtolicæ Sedis plenitudine poteſtatis omnino duximus eximendum, ip-
uque ab eis decernimus eſſe liberum penitus & exemptum Priorem, Monachos
Converſos & alios quoſcunque ſi qui exiſtant in ipſo Prioratu per Abbatem &
nventum eosdem, vel eorum mandato, ſeu auctoritate per alios ſorſitan depu-
s ab eo totaliter amovendum, eisque Priori, Monachis, & Converſis præ-
endum, ut ad dictum Monaſterium redire curatent, ibibi Domino ſervituri.
uia Prioratum eundem propter ipſius B. Antonii reverentiam, cujus glorioſa
ta per univerſas Eccleſias in hujus orbis latitudine manifeſtius innoteſcunt,
sque corpus, ſicut fama celebris miſit ad poſteros, & innumera, quæ per
em Sanctum ibidem Dominus miracula jugiter operatur, patenter oſtendunt,
ioratu ipſo quieſcit, condignis efferri honoribus, non tam dignum, quam
um exiſtimantes, Prioratum ipſum in Abbatiam ereximus, de prædictorum
um conſilio & ejusdem plenitudine poteſtatis certo Canonicorum ſeu Fratrum
numero conſtituto. Ac ut diſſentiones & æmulationes, cujuslibet occaſio
præcideretur omninò, prædictum Hoſpitale, cum omnibus membris ſuis,
ibuscunque mundi partibus, conſtitutis, eorumque pertinentiis & juribus:
bjicimus & univimus Abbatiæ. Auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, ut locus
qui Prioratus in antea dicebatur, foret & appellaretur de cætero Abbatia,
qui præeſſent eidem, nomen ſemper & dignitatem obtinerent Abbates &
iam ipſam, ac dictum Hoſpitale ſibi unitum ſimul perpetuis futuris rem-
s, conſtitutione vel conſuetudine, quavis non obſtante contraria, guber-
, nec Magiſtri vel Domini de cætero ſed Abbates Monaſterii S. Antonii
modo appellarentur. Quibus univerſi Fratres Hoſpitalis & membrorum
em, quos Canonicos, ſeu Fratres Monaſterii S. Antonii volumus de cætero
ari, parerent humiliter in omnibus & intenderent. Quodque in eodem
erio S. Antonii & Hoſpitali, ac membris eisdem, B. Auguſtini Regula
tur, & ſecundum eam dicti Abbas & Canonici ſeu Fratres perpetuo vivere
tur. Habitum verò cum ſigno *Tau* quod porentiam vocant, in honorem
. Antonii, tam Abbas quàm Canonici ſeu Fratres præfati, juxta morem
ipſius Hoſpitalis, ſemper & ubique portarent. Ipſum quoque Monaſte-
m Hoſpitali prædicto, & omnibus membris ac Bonis ſuis exiſtentibus ubi-
, & Abbatem, Canonicos, ſeu Fratres ejusdem nunc præſentes atque ſu-
omni jurisdictione, poteſtate, ſubjectione, ac Dominio Archiepiſcopi,

Epiſcopi, & Ordinarii cujuscunque omnino duximus eximenda. Decernentes ea omnia immediate ſoli dumtaxat Romano Pontifici ſubjacere. Et quia erat æquitati & rationi conveniens, ut Prædictum Monaſterium Montis-Majoris nobis & Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjectum, & Abbatem & Conventum ejusdem, ſic benigno reſpiceremus affectu, quod exemptio, amotio, & alia quæ in favorem Monaſterii S. Antonii & Hoſpitalis prædictorum, & propter bonum pacis & concordiæ per nos ordinata erant, in ipſorum Monaſterii Abbatis, & Conventus Montis-Majoris non cederent omninò diſpendium & jacturam in recompenſationem eorum, quæ præmiſſorum occaſione ſobtracta noſcebantur eidem, certam quantitatem bonorum ſtabilium in locis idoneis infra certas provincias eisdem Monaſterio, Abbati & Conventui Montis-Majoris per Abbatem S. Antonii certo modo præcipimus aſſignari, prout hæc & alia in aliis noſtris litteris inde confectis plenius continetur. Cum igitur prædicto Monaſterio S. Antonii quod per hujusmodi ordinationem noſtram, præfectione Abbatis noſcitur indigere, ſit de Abbate idoneo providendum, Nos de ipſius ſtatu proſpero more Patris ſoliciti propenſius cogitantes, & conſiderantes ardentius quod vix ulli committi poſſet melius ejus cura, quàm prædicto Aymoni, qui loci & perſonarum conditiones, & ſtatum oculata fide palpavit, & cui ſicut fide dignorum teſtimonio accepimus, religionis obſervantia, morum honeſtas, circumſpectionis induſtria, & alia dona virtutum multipliciter ſuffragantur, præfatum Aymonem, olim Hoſpitalis prædicti Magiſtrum, à vinculo, quo ipſi Hoſpitali tenebatur, hactenus abſolutum, eidem Monaſterio S. Antonii de Fratrum prædictorum conſilio, in Abbatem præfecimus & Paſtorem ſive curam, adminiſtrationem, & regimen ipſius Monaſterii S. Antonii in ſpiritualibus & temporalibus committentes. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, & per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus eundem Abbatem benigne recipientes & honeſte tractantes, exhibeatis ei obedientiam, & reverentiam debitam & devotam, ejus ſalubria monita & mandàta ſuſcipiendo, devote & efficaciter adimplendo, ita quod mutuo inter vos ac ipſum & ſpirituale poſſit abundare gaudium, & proſperitatis optatæ conſurgere incrementum; Alioquin ſententiam, quam ipſe propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Dat. apud Urbem Veterem, 15. Kalendas Junii Pontificatus noſtri anno tertio.

Per hanc igitur Bullam, anno MCCXCVII. datam, hi Hoſpitalarii Veri Canonici Regulares S. Antonii *nominari poſſunt, arctam diſciplinam Canonicam juxta* Regulam S. Auguſtini *obſervantes. Nec ſane primævum Inſtitutum ideo neglexerunt, ſed ægrotis & peregrinis advenientibus ſedulo inſerviebant, quamvis choro & Divino officio deinceps ſeſe mancipaverint. Poſtquam igitur tam eximiis privilegiis cumulati ſunt* Canonici Regulares S. Antonii, *hoc primarium ſuum Cœnobium converterunt in Abbatiam, & deinceps factum eſt caput & ſedes totius Ordinis; ubi Magiſter Generalis, tamquam* Abbas S. Antonii, *non ſolum hanc Magnificam Abbatiam, ſed & omnia reliqua Cœnobia late per Europam diſperſa gubernavit.*

Et quidem hujus Cœnobii Abbas ampliſſimis poſſeſſionibus donatus, inter Proceres Delphinatus *primum locum occupare ſolebat, in comitiis Provinciæ ſedens immediate poſt* Epiſcopum Gratianopolitanum. *Nec ſane mirari debemus hujus Congregationis Abbatem tantis honoribus cumulatum fuiſſe, ſi conſideremus munificentiam Regum, Principum, & aliorum Magnatum ipſi conceſſam, dum illi ſacras Reliquias ſancti Antonii magna religione viſitantes, & ob exhibitum ab Abbate & Canonicis benigniſſimum hoſpitium, eximia dona & privilegia concedere ſolerent. Refert quippe* Aimarus Falconius *Ordinis Hiſtoricus antiquus, tantam Peregrinantium multitudinem ad hunc locum confluxiſſe, quod, ſub unius anni curſu numerati fuerint* 10000. *Peregrini, qui ex variis Europæ partibus ibidem convenerant.*

Interim Canonici Regulares S. Antonii *ſub ſuo Abbate & Magiſtro Generali non ſolum divitiis & honoribus apud Gallos cumulati ſunt, ſed ob Canonicæ diſciplinæ obſervantiam & ægrotis ac peregrinis exhibita Chriſtianæ hoſpitalitatis, ac ſanctæ charitotis eximia opera, in exteris Regionibus obtinuerunt varia Cœnobia, quæ* Præceptorias *nominare avebant, eorumque Superiores, nuncupabantur* Præceptores. *Hujus rei exemplum nobis præbet* Monaſticon Scoticum, *ubi adducit* Præceptoriam *inſignem, ſive* Hoſpitale, *apud* Letham *vulgo* Leith *prope* Edin-

bur-

burgum in Scotia erectam circa annum MCCXVIII. à Gulielmo Malvoiſino Epiſcopo Sant-Andreano, cujus Præceptoriæ Superior anno MCDXLV. erat Frater Michael Gray Præceptor Hoſpitalis Almi confeſſoris B. Antonii. Hoc idem dicendum eſt de aliis domibus per Germaniam, Italiam & Hiſpaniam diſperſis, quarum Præceptores ab Abbate Viennenſi, tanquam Magiſtro Generali Ordinis dependiſſe conſtat, quamvis Hiſpani hoc ipſum negare contendant, volentes omnes ſuas Domus ſoli Præceptoriæ Generali de Olite fuiſſe ſubjectas, cujus Præceptoriæ Generalis appellare ſolent Abbatem S. Antonii de Olite, Pampilonenſis Diœceſis.

Et quidem, certum eſt ab immemoriali tempore, hujus Congregationis Præceptorias in Hiſpania ſitas à Gallicanis ſeperatas, pro ſuo Magiſtro Generali, agnoſcere Præceptorem Præceptoriæ de Olite, etiamſi nullus hujus ſeperationis determinatus annus aſſignari poſſit. Ad quam ſeperationem ineundam perpetua bella inter utramque gentem graſſantia Hiſpanos coegerunt; cùm, Abbas Viennenſis in Gallia, in eorum domos & Præceptorias, ſupremam juriſdictionem & Auctoritatem exercere prætenderet, quam deinceps Gallis permittere noluerunt Reges Hiſpani. Unde ſuſpicatur, Præceptorias Hiſpanicas à Gallicis ſegregatos fuiſſe, circa annum MCCCCLXXVII. quando in Abbatia Viennenſi, celebratum fuit Generale totius Congregationis Capitulum, atque ab omnibus Præceptoriis ſuſcepta erat Reformatio Ordinis, cujus ſalutaria ſtatuta ſummus Pontifex Romanus Sixtus IV. confirmavit. Nam hujus Reformationis ſtatutis inhæſiſſe Canonicos Regulares S. Antonii per Hiſpaniam diſperſos, teſtantur & ipſi in ſuarum Conſtitutionum cap. 1. §. 2. quas & hic exhibemus. Poſtquam enim Canonici illi Hiſpani ſeperationem à Gallis inierunt, & diſtinctam ab his Congregationem conſtituerunt, retinentes tamen ſalutaria ſtatuto in Abbatia Viennenſi ſancita, ex quibus, aliiſque apud diverſa Capitula Generalia præſcriptis, præſentes Conſtitutiones condiderunt, quas ediderunt Pampilonæ anno MDCCXXXI. cum licentiis neceſſariis ſub hoc titulo: Conſtitutiones Almæ Religionis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii Abbatis, pro Præceptoria Generali ſive Commanda majori Olitenſi & domibus & Hoſpitalibus ipſi ſubjectis, Regnorum ſcilicet Navarræ, Aragoniæ, Cathalomniæ, Valentiæ, Majoricæ, & Minoricæ.

Cum igitur Canonici Regulares S. Antonii Abbatis per Hiſpaniam diſperſi, cunctas ſuas domus, Præceptorias ſive Commandas Generali Præceptoriæ Olitenſi ſubdiderint, ſic & præſentes Conſtitutiones pro ipſis ſolis conditæ ſunt, nec Gallorum ſtatuta novæ Reformationis ad manus noſtras pervenerunt. Quamvis enim prima illa Reformatio, apud omnes hujus Congregationis Domus in diverſis Regnis ſitas, introducta fuiſſe videatur; attamen ſucceſſu temporis irrepſit talis ſalutarium Conſtitutionum relaxatio præſertim apud Gallos, quod nova Reformatio maxime neceſſaria videretur.

Sic, Præceptores Domorum curam ægrotorum Fratribus converſis committentes, nec Canonicorum ſufficientem numerum inſerviendo choro neceſſarium conſervantes, tanquam Commendatarii Superiores vivere cæperunt, redditusque ſatis pingues in ſuum uſum convertere ſolebant. Hinc, ex tali abuſu inditum fuiſſe videtur quibusdam Præceptoriis nomen Commendæ, cùm Præceptores regerent tales Præceptorias tanquam beneficia ipſis collata ad dies vitæ, quas adire & dimittere conſueverunt, etiam inſcio Magiſtro Generali ſive Abbate Viennenſi.

Ad tales igitur abuſus abolendos circa annum MDCXVI. ſurrexit hujus Congregationis Piiſſimus Magiſter Generalis & Abbas Viennenſis Antonius Brunelius de Grammont, qui Religione fervens & auctoritate Galliarum Regis Ludovici XIII. fretus, novam Reformationem aggreſſus eſt, quam tandem omnes, per Galliam diſperſæ Præceptoriæ ſuſciperunt, poſtquam nimirum ſalutaria ſtatuta confirmaverat Urbanus VIII. Papa. Nec ſane obſtupeſcere debemus, tales abuſus irrepſiſſe, ſi conſideremus horum Canonicorum domus, à Calvini ſectatoribus ſæpius direptas fuiſſe, atque ipſam Abbatiam Viennenſem, quaſi ad incitas redactam, & opimis bonis ſæpius ſpoliatam, cujus hoſtilis ſpolii teſtis eſſe poteſt primaria Campana Reipublicæ Genevenſis, cujus inſcriptio denotat eandem, cum aliis prætioſis ornamentis, ab eadem Abbatia ſurreptam fuiſſe. Poſtquam igitur Abbas Viennenſis bona direpta ubique recuperaverat, in omnibus domibus ſive Præceptoriis veterem diſciplinam Canonicam reſtituit, novâque ſalutaria ſtatuta condidit, quæ quidem etiamnum hodie per Galliam vigent, quamvis ad manus noſtras non pervenerint. Sed ad exhibendas ſalutares Hiſpanorum Canonicorum Regularium S. Antonii Conſtitutiones properemus, quæ quidem rite obſervatæ ad arctam diſciplinam Canonicam obſervandam ſufficiunt.

PROÆMIUM.

IN Dei Nomine Amen: Per præſens publicum Inſtrumentum, ſit omnibus notum, quod anno à Nativitate Domini milleſimo ſeptingenteſimo, trigeſimo primo, die verò trigeſima menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Clementis, divina Providentia, Papæ XII. anno ſecundo, apud Regiam Domum, & Hoſpitalem, & Præceptoriam Generalem Sancti Antonii Abbatis extra muros Civitatis de *Olite* Diœceſis Pompilonenſis, in Camera D. Præceptoris Generalis, loco ſolito, conſueto, & aſſignato pro Capitulis celebrandis ibidem perſonaliter conſtituti, & congregati ad ſonum campanæ, D. Doct. D. Chriſtophorus de Miralles, divina permiſſione, Præceptor Generalis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Habitûs S. Antonii Abbatis, pro Domibus, & Hoſpitalibus, dicti Ordinis erectis, & conſtitutis in Regnis Navarræ, Aragoniæ, Valentiæ, Cathalomniæ, Majoricarum, Minoricarumquè, &c: nec non venerabiles Domini Commendatores, ſeu Præceptores, & Superiores, Procuratores, & Diſcreti Domorum, & Hoſpitalium dictæ Præceptoriæ Generali ſubjectarum; ſcilicet D. Raymundus, de Mora Commendator Regiæ Domus, & Hoſpitalis S. Antonii Abbatis Cervariæ, Diœceſis Solſonen. D. Joſephus de Monreal Commendator Regiæ Domus, & Hoſpitalis Illerdæ, Diœceſis ejusdem, D. Antonius de Verdejo Commendator Domus, & Hoſpitalis Cæſar-Auguſtæ, Diœceſis ejusdem, Doct. D. Petrus de Plaza Commendator Domus Regiæ, & Hoſpitalis Valentiæ, ejuſdem Diœceſis, D. Damianus de Gilabert Commendator Regiæ Domus, & Hoſpitalis Palmæ, ſive Majoricæ, Diœceſis ejusdem, D. Joannes de Hornaque Commendator Domus Valliſcampi, Diœceſis Tarraconen. D. Mauritius de Torres Commendator Calatagurii, Diœceſis Tiraſonen. D. Joſephus Morales Commendator Pompilonæ, Diœceſis ejusdem, D. Didacus de Zatoya Prior Tarragæ, Diœceſis Solſonen. D. Bernardus Fernandez Commendator Tubellæ, nullius, ſive Tiraſonen. Diœceſis, Doct. D. Joſephus Durò Commendator Regiæ Domus Barchinonæ, Diœceſis ejuſdem, D. Franciſcus de Zuloeta Præſes Domus, & Collegii Hoſcæ, Diœceſis ejusdem. D. Joannes de Taltabull Præſes Domus, & Hoſpitalis Minoricæ fuit per duas litteras convocatorias convocatus ad hoc Capitulum ſub diebus, ſcilicet, 1. Januarii, & 18. ejusdem anni currentis; ob inconſtantiam, & interpoſitionem maris hactenus non comparuit; & de miſſione harum litterarum, ego infraſcriptus Notarius fidem facio, ut Secretarius D. Præceptoris Generalis in illis ſubſcriptus. D. Joſephus de Zelada Præsbyter, Canonicus Regularis profeſſus hujus Sacræ Religionis, Diſcretus, & Procurator electus, & deputatus à Communitate hujuſce majoris Domus Olitenſis, D. Dominicus de Herrero Præsbyter, hujus Religionis Canonicus profeſſus, Diſcretus, & Procurator electus, & deputatus à Communitate Domus Cæſar-Auguſtæ, D. Vincentius de Vila Præsbyter, Canonicus profeſſus hujus Sacræ Religionis, Diſcretus, & Procurator electus, & deputatus à Communitate Regiæ Domus Valentiæ, Doct. D. Franciſcus Ferrer Præsbyter, hujus Religionis Canonicus profeſſus, Diſcretus, & Procurator electus, & deputatus à Communitate Regiæ Domus Majoricæ.

Omnibus ſic congregatis, D. Præceptor Generalis dixit, eſſe notum vehemens deſiderium ſui Prædeceſſoris D. Doct. D. Felicis Soler hujus Congregationis Præceptoris Generalis, ad condendas novas conſtitutiones pro recto regimine, ac gubernio hujus dictæ Præceptoriæ Gener. & Domorum ſubjectarum; quapropter, nomine ipſius Sanctæ Sedi ſupplicata fuit permiſſio, & à Benedicto felic. record. Papa XIII. conceſſum fuit Breve Apoſtolicum cum ſimili facultate ſub die 25. Sept. anno 1725. Exorta, autem poſtea, lite juriſdictionis cauſa inter Dominum Abbatem Vienen. & dictum D. D. D. Felicem de Soler, Sanctitas ſua deputavit Congregationem particularem, ad conſulendum tantummodo in dicta cauſa jurisdictionis, ſub die 3. Aprilis anni 1726. In hac Congregatione, partibus, hinc inde, contradicentibus ſub die 13. Auguſti anni 1728. exortum eſt Decretum tenoris ſequentis: *Dilata, & exhibeantur nova conſtitutiones, ſuſpenſa interim Brevium executione, & ad mentem.* Ex audientia deinde SS. habita ab Illmo. Domino Secret. dictæ Illmæ. Congreg. particularis ſub die 10. Novembris anni 1728. facta relatione ſupradictæ ſuſpenſionis executionis Brevium, Sanctitas ſua illam approbavit. Ita reperitur in regiſtro Decretorum Illmæ. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & dictus D. Doct. D. Chriſtophorus de Miralles Præceptor Generalis fecit oſtenſionem de dicto Decreto in forma autentica omnibus ſupra

di-

dictis Dominis, ſic capitulariter congregatis.

D. Doct. D. Felix de Soier non potuit hoc illmæ. Congreg. partic. Decretum adimplere, ipſiquè obedire variis infirmitatibus, & tandem morte oppreſſus. Facta autem proviſione à SS. hujus Præceptoriæ Generaiis in Perſonam D. Doct. D. Chriſtophori de Miralles obediendo, & obtemperando dicto Decreto Illmæ Congr. part. à SS. deputatæ, omnes ſupradictos Dominos Commendatores, ſive Superiores, ac Diſcretos Communitatum iegitimè convocavit; dixitquè in omnium præſentia, omnibus eſſe notum motivum hujus Congreſſus: per litteras, enim, convocatorias omnibus intimatas, pariterquè ab omnibus admiſſas, conſtare, quod attenta obſcuritate, & confuſione Satutorum noſtri Ordinis propter varias alterationes paſſas ob bellorum infortunia, & morum, ac temporum inconſtantiam, hacque de cauſa obſervari nequeant, niſi expiicatione, correctione, mutatione, & additione reſpectivè reformentur, & innoventur; ut ita meliori ordine digeſtis, ciariuſque expiicatis ſingulis dubiis, quæ occurrere ſolent, & poſſunt, tutius regimen, & rectior diſcipiina regularis ſtabiiiatur, & conſervetur. Ideo dictus D. Doct. D. Chriſtophorus de Miralies Præceptor Generalis cogitaverat tenorem novum Conſtitutinnum, & Statutorum, veteribus legibus, præſenti tempori, hneſtati, & ſtatui Ordinis reſpectivè accomodatum, & congrunm efformare, & extendere, prout efformaverat, & extenderat, ad effectum ilium tranſmittendi ad Sanctam Sedem Apoſtolicam; ur ejus judicio, & examini ſubmiſſus, opportuna confirmatione roboretur. Et quoniam Conſtitutiones, & Statuta hnjusmodi noviter extenſa, omnes tangere debent Religioſos huic Præceptoriæ Generali ſubjectos, ab omnibus propterea Superioribus, & Diſcretis, dignum eſſe, quod approbentur; nt ita dictus novus tenor Statutorum, & Conſtitutionum approbatus, & ab omnibns ſubſcriptus, coram publico Notario autenticetur, & obediendo dicto Decreto Ilimæ. Congreg. part. à SS. deputatæ ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, pro firmiori approbatione, & confirmatione, valeat tranſmitti.

Hæc D. Præceptor Generalis. Nullo, igitur, ex præſentibus reſiſtente; omnibus imò obedientibus, & confitentibus ad ſupradicta eſſe legitimè convocatos, & citatos per ſupradictas litteras convocatorias à ſua Dominatione expeditas. Illicò D. Præceptor Generalis eiegit, & deputavit me in Secretarium dicti Congreſſus Doctor. D. Ignatium Armiſſen, & Marin Præsbyterum, Canonicum profeſſum hujus Ordinis, & Notarium Apoſtoiicum in Romana Curia deſcriptum; taliſquè electio, & depntatio fuit ab omnibus dictis Dominis concurrentibus approbata, ut plena fides, & teſtimoninm actuum, & rerum in dicto Congreſſu peragendarum adhibeatur. In primis igitur, ego infraſcriptus Notarius Apoſtoiicus fidem facio de omnibus ſupradictis; ſicut etiam, quod omnes ſupradicti Commendatores, ſeu Superiores, & Procnratores, ſeu Diſcreti fuerunt legitimè congregati à dicto D. Præceptore Generali, ut cnnſtat ex litteris convocatoriis ipſis DD. Commendatoribus mandatis, ab ipſisquè admiſſis, & in omnium præſentia mihi traditis, & à me viſis, & recognitis; ſimiliter Commendatores non habentes in ſuis Domibus ſufficientem numerum Religioſorum, ad componendam Communitatem fecerunt pubiicam oſtenſionem mandatorum procnræ Reiigioſorum ſuæ Domus, ad ſupradicta peragenda; quæ qnidem mandata mihi fuerunt tradita, & à me viſa, & recognita, ſunt debita forma: pariter prædicti quatuor Procuratores, ſive Vocaies, aut Diſcreti Domorum, quæ habent ſufficientem numerum Reiigioſorum ad Communitatem componendam, ſcilicet Oiite, Cæſar-Auguſtæ, Valentiæ, & Majoricæ fecerunt eandem publicam oſtenſionem mandatorum procuræ ſuarum Communitatum ad ſupradicta peragenda; quæ quidem mandata mihi fuerunt tradita, & à me viſa, & recognita, nullum habent defectum, nec carent debita forma. Quæ omnia mandata procuræ, tam Commendatorum, quam Diſcretorum, ſive Procuratorum Communitatum fuerunt approbata à dicto D. Præceptore Generaii, & reliquis adſtantibns. Quibus ita peractis, exierunt omnes ſupradicti DD. è dicta Camera, factaqnè proceſſione ſoiemni in Eccleſia hujus Domus cantando Hymnnm: *Urbs beata Vieaeaſis, &c.* ac Miſſa Sancti Spiritus, per D. Præceptorem Generalem, omnibns aſſiſtentibus, celebrata, redierunt ad prædictam Cameram pro inchoando dicto Capitulo, & acceperunt locum, ſive ſedem ordine, quo ſuperius nominantur; quiquidem locus, & ſedes pertinet unicuique juxta antiqua Ordinis ſtatnta, ſemperqnè obſervatam conſuetudinem. Poſitaquè ſupra menſam Sacroſancta Imagine JESU Chriſti D. noſtri pendentis in Cruce, omnibus genuflexis, D. Præceptor Generalis incæpit decantare Hymnnm: *Veni Creator Spiritus &c.* quo finito, & oratione S. Spiritus ab ipſo D. Præceptore Ge-

nerali ſimiliter decantata , reverenter accepit dictam Sanctam imaginem in ſuis manibus , & me Notarium Apoſtolicum juramentum in forma præſtare fecit de recta fide facienda de omnibus rebus in dicto Capitulo pertractandis : quod quidem juramentum feci. Statimquè D. Præceptor Generalis , atquè DD. Commendatores , ſive Superiores , & Procuratores , aut Diſcreti ſupra nomloati pariter jurarunt , quod in hoc Capitulo faciet , & dicet unuſquiſquè omne illud , quod ipſi videbitur conveniens ad Religionis augmentum , regularis diſciplinæ obſervantiam , & majorem Dei honorem, & gloriam SS. Patriarchar. Auguſtini & Antonii.

Quo finito , ſurrexerunt omnes , & per ordinem ſupra aſſignatum deoſculaverunt manus dicti D. Præceptoris Generalis in ſignum obedientiæ , dicentes, quod omnes ſemper illum recognoverunt, & recognoſcunt in verum, & legitimum Superiorem , ac Prælatum Generalem dictæ Religionis , in Regnis ſupra nominatis , & ut tali Prælato Generali volunt ipſi in omnibus obedire , & ante ipſum proponere omnia pertinentia ad ſuas Domos, & Religioſos , quod hucuſque fuit ſemper ab immemorabili obſervatum ; de quibus omnibus fidem facio Ego infraſcriptus Notarius Apoſtolicus.

Quibus omnibus ita finitis , & peractis , dictos D. Præceptor Generalis , Commendatores , ſive Superiores , &Procuratores, ſeu Diſcreti ſic legitimè & canonicè congregati , & convocati ſtatuerunt , determinarunt , declararunt , & ordinarunt ſequentes Conſtitutiones ordine, & capitulis tenoris ſequentis.

CONSTITUTIONUM PARS PRIMA.

CAPUT I.

De Regula , quæ debet ſequi.

§. 1. NOſter Inclitus Ordo fuit ab initio , veluti Fraternitas quædam ad exercenda ſanctæ charitatis opera , ab anno , ſcilicet MXCV. quo Gaſto vir nobilis genere in Provincia Vienenſi natus , ejuſque filius Girondus , ſive Girinus floruerunt , quibus Authoribus Sancti Antonii Societas apud Motam Vienen. Diœceſis oppidum ſompſit exordium (1) Hujus Inſtituti Sodales pietatis officio intenti pauperibus ſacro igne tactis ſublevandis , ac ſuſtentandis, operam id temporis dabaot ; ſed paulatim ad ſublimiorem ſtatum provecta , cuſtodiam corporis Sancti Antonii Abbatis P. N. ſibi obtinuit ; & adveniente anno Domini MCCXCVII. Bonifacius Papa VIII. hanc Societatem in veram Religionem erexit ſuo diplomate apud Urbem veterem IV. idus Junii dato , Pontificatus ſui anno III. eiquè Regulam Sancti Auguſtini in poſterum ſervare præcepit , ac omnibus Religioſis nomen , & titulum , ac præeminentias Canonicorum ſub dicta Regula militantium conceſſit , quæ quidem Religio , ſic erecta , fuit à variis multis Romanis Pontificibus confirmata , & ſingularibus honoribus , privilegiis , & prærogativis muolta.

(1) Hieronimy. Falc Præcep. Domus S. Antonii Barrid. in ſua Hiſto. Anto. Theoph. Rei Societ. Jeſ. in ſuo Symb. Ant. f. 166.

§. 2. Sub hac itaque Regula ſemper noſtra Religio militavit , ut patet in ſtatutis reformationis noſtræ Religionis in Domo Vienenſi , anno Domini MCCCCLXXVII. conditis , atque à Sixto IV. Pontifice Maximo approbatis (2), quibus ſtatutis hæc Generalis Præceptoria cum Domibus , & Religioſis ſemper inhæſit , & per ea ſe continuò gubernavit , exceptis , omnino noviter , prætenſis juriſdictionibus D. Abbatis Vienen. qui ab immemorabili , & ultra nullam quamtumvis minimam juriſdictionem exercuit , utpotè omnes Commendatores , ſive Superiores , & Religioſi dictarum Domorum huic Præceptoriæ Generali ſubjectarum ſemper recognoverunt , in verum , legitimum , ſupremum , & unicum Generale Caput , & Superiorem hujus Congregationis D. Præceptorem Generalem de *Olite*.

(2) Stat. Vien. p. 2. §. 142.

§. 3. Quapropter præfati DD. Præceptor Generalis , & Commendatores , ſive Superiores , atquè Procuratores , ſeu Diſcreti ordinarunt , & diffinierunt dictam Regulam B. P. N. Auguſtini per Sanctam Sedem Apoſtolicam Nobis datam , perpetuis futuris temporibus in omnibus hujuſce Præceptoriæ Generalis Domibus , & Hoſpitalibus , per omnes , & ſingulos Religioſos tenendam fore , & integraliter ſervandam ; & ut omnibus Religioſis præ oculis habeatur , ac memoriæ commendetur , pariter ordinarunt , in principio harum Conſtitutionum eſſe collocandam.

CAPUT II.

De Recipiendis in Ordine.

§. 1. AD divinum cultum , & totius Religionis progreſſum, ſtatuimus, ut illis tantum , qui à Spiritu Sancto ducun-

cuntur, & ſpectatæ vitæ ſunt, quiquè uſui Religionis eſſe poſſunt, pateat aditus; qua propter, prius quamvis recipiatur in Ordine, probetur ſpiritus, & accuratè, & diligenter examinetur de Fide Catholica, vita, moribus, fama, valetudine, ætate, annum ſcilicet XIV. excedens, & XXXX. non completo; ſitnè ex legitimo matrimonio natus: Parentibus, & Avis jam olim Chriſtianis deſcendat: ipſe, Parentes ſui, Avi, Cognati, & Agnati uſquè ad ſecundum gradum incluſivè fuerint per Sanctum Inquiſitionis Officium de Apoſtaſia Fidei, hæreſi, vel aliquo alio crimine puniti; ipſe, Parentes ſui, aut Avi fuerint à Juſtitia ſæculari infamiter puniti, an ſuerit matrimonio ligatus, vel legitima ſervitute impeditus, linguæ latinæ peritus, ſtrictioris Religionis voto non adſtrictus, alterius Religionis Habitum non portaverit, vel Heremita cum veſtibus Monachalibus fuerit: habeat nè ſurores collocandas, Parentes indigentes, aut infirmos, hærevè alieno gravatus, ſitquè membrorum ſuorum integritate ornatus, non deformis, aut ſuo corpore vitiatus (3). Tandem ad

(3) Stat. Vien. p. 3. § 109

receptionem Religioſorum Ordinis noſtri ſerventur omnino Decreta ſummorum Pontificum, & Sacroſancti Concilii Tridentini Sanctiones, attenta diligenter Domorum commoditate; quæ quidem requiſita nullatenus diſpenſanda, ſerventur in omnibus ad ſtatum Clericalem admittendis, pariterquè ad ſtatum Laicorum; in iſtis tamen, non prætendatur intelligentia linguæ latinæ.

§. 2. Quod ſi recipiendus diligentiſſimè, & pluries examinatus, nullum habuerit impedimentum, quo minus idoneus videatur; de conſenſu majoris partis Clauſtralium, ideſt Canonicorum jam Profeſſorum, & in ſacris Ordinibus conſtitutorum, D. Præceptori Generali proponatur, & ſi ejus Dominationi placuerit, Commiſſionem pro informationibus in noſtra Religione ingredi cupientis, juxta tenorem requiſitorum prædictorum, cui benè viſum ſuerit, in forma autentica committat: qua ſolicitè, juridicè, & cautè confecta ſi in ea de prædictis requiſitis conſtaverit, induatur habitu noſtræ Religionis cum licentia in ſcriptis D. Præceptoris Generalis, & actus receptionis in deſtinato libro ſcribatur, quem ſubſcribent recipiens, receptus, & duo teſtes: Laici, autem, neſcientes ſcribere, ſignum Crucis loco ſubſcriptionis forment.

Caput III.

De Novitiis.

§. 1. Ubi primum quis receptus ſuerit, tradatur à Commendatore, ſeu Superiore inſtituendus Novitiorum Magiſtro, cujus electio à D. Præceptore Generali fiat. Eligatur, autem, in Novitiorum Magiſtrum unus ex Sacerdotibus, qui vitæ integritate, morumque gravitate ſit præditus: qui prudentia, & diſcretione polleat: qui manſuetudine, & ſeveritate pro rerum, & Perſonarum qualitate, uti optimè noverit: qui noſtræ Congregationis, ſive Præceptoriæ Gener. communes labores libenter, & aſſiduè cum aliis ſubeat: qui rebus divinis, & Eccleſiaſticis cæremoniis, non mediocriter ſit eruditus: qui Mandata Dei, atquè Conſilia, perfectionisque viam verbo, & exemplo alios edocere valeat. Is pro ſacultate à D. Præceptore Gener. conceſſa, diligenter, & ſolicitè informet Novitios ſibi commiſſos, Deum ex animo amare, mundi hujus voluptates, & illecebras contemnere: paupertatem, & humilitatem in rebus omnibus colere: obedientiam prompto, & alacri animo complecti: puritati, & vitæ Innocentiæ magnopere ſtudere: bis ſaltem in die conſcientiam examinare: bis in hebdomada confiteri: diebus Dominicis una convenire, ac coram Magiſtro culpas ſuas dicere. Hortetur, etiam, eos tentationes, atque cogitationes ſingulas Magiſtro ſuo, quam citiſſime ſua ſponte detegere: tempus in rebus inutilibus non conterere: vanas ſæculi occupationes devitare: ſilentium opportunis locis, & temporibus ſervare: Orationis fervorem, & aſſiduitatem diligere: rebus divinis magnopere delectari; atquè cætera Religionis noſtræ Inſtituta diligentiſſimè tueri.

§. 2. Si quis Novitiorum ſe ipſo voluerit abire, & Ordinem relinquere; Commendator, ſive Superior, ac Magiſter, cauſas blandè ſcrutabuntur; & ſi propter ſolam tentationem, vel aliquam humanam apprehenſionem adverterint, illam repellere charitativè conabuntur; ſed ſi perſiſtat, non ſe moleſtos exhibeant, illum retinendo; ſed illi reſtituant quæ attulerit (4), niſi caſu conſumpta ſint, vel in ejus victu, aut veſtitu expenſa, vel ab eo libere relinquantur.

(4) Conc. Trid. Seſ. 25. cap. 16.

§. 3. Di-

§. 3. Diligenter ſtudeat Novitiorum Magiſter, quod Novitii ad ſtatum laicalem recepti, de Rudimentis Fidei, & diſciplina religioſa doceantur, ita, ut pii, ſimplices, modeſti, fideles, & ad labores patientes ſint; eos præcipuè poſt Dei timorem, & perfectionis religioſæ inculcare ad opera manualia, à quibus numquam quocumquè prætextu ſe excuſare valeant; ſed ita temporibus diſtribuant, ut ad communem Orationem cum aliis veniant; Miſſæ quotidiè interſint. Pro Matutino Orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam quindecies, & pro quibuscunque cæteris Horis ter dicant; ac nullos umquam libros latinos legant, ſed pios vulgaris idiomatis, quos tamen de manu, vel licentia Superioris, aut Magiſtri accipiant.

§. 4. Novitii ad nullum Ordinem promoveantur, ſed ſola Clericali Tonſura, poterunt initiari. Si quis Novitiorum fuerit Sacerdos, perraro, & non niſi in diebus Feſtis de Superioris licentia Sacrum faciat, ac nulla ratione Confeſſionibus audiendis exponatur. Ante Profeſſionem nemini Philoſophiæ, nec Theologiæ lectionibus intereſſe facultas fiat; niſi aliter D. Præceptori Generali certa de cauſa videatur; ſed divino cultui, Eccleſiaſticis Cæremoniis, ſui ipſius abnegationi, atque devotis, & ad pietatem accomodatis legendis libris vacent. Noſtra Statuta, ac Regulam perlegant, & iſtam Memoriæ commendent pariterque, ſi opus fuerit in linguæ latinæ intelligentia perficiantur; & horis, & tempore deſtinatis in cantu plano, ſeu Gregoriano ſe exerceant, ut omnipotenti Deo in Choro, & Eccleſia decentius poſſint deſervire.

§. 5. Profeſſi cum Novitiis ne verſentur, nec ullo pacto colloquantur absque neceſſitate, aut Superioris, vel Magiſtri licentia. Numquam de Domo exeant Novitii; ſed ſi aliqua urgentiſſima cauſa intervenerit, ſimul cum Magiſtro poterunt exire, prius tamen conceſſa à Superiore licentia. Novitii tamen Laici poterunt absque Magiſtro è Domo exire, quando rationabilis cauſa Superiori videatur.

§. 6. Sexto cujuslibet Novitii menſe novitiatus expleto, Superior, ſive Commendator Capitulariter congreget omnes Clauſtrales, ſive Canonicos Profeſſos in ſacris ordinatos, (quia iſti tantummodò, & non Laici, neque Choriſtæ debent ſemper congregari Capitulariter in omnibus actibus Communitatum; utpotè ſolos Sacerdotes, & Choriſtas in ſacris ordinatos decernimus habere votum:) ibique agatur de modo, quo ſe geſſerit, & gerat Novitius: ſi majori parti aſſiſtentium videatur idoneus, aut dignus, Novitiatum proſequatur, cujus rei actum in omnium præſentia, in libro deputato notetur; ſi verò non, D. Præceptori Generali denuntietur, ac ipſo conſentiente, habitu ſpolietur, & à Religione ejiciatur: menſe pariter decimo Novitiatus finito, Capitulo ſimiliter Congregato, ad profitendum proponatur; & ſi fuerit à majori parte approbatus, ita notetur in libro, ac D. Præceptori Generali licentia ad ipſum profitendum poſtuletur: ſi vero non, prævia participatione, & conſenſu D. Præceptoris Generalis, à Religione expellatur.

§. 7. Ne tamen lites, aut diſcordiæ inter Religioſos, Superiorem, & Præceptorem Generalem ſuper receptionem Novitiorum, & eorum Profeſſionem in poſterum oriantur, præ oculis habeatur, quod juxta tenorem Statutorum reformationis Vienenſis (5), & Acta Capitularia in hac majori Domo celebrata anno MDCXIV. (6) admiſſio Novitiorum, & eorum Profeſſio pertinet, ut jus privativum D. Præceptori Generali ita, quod vota Religioſorum, ſive ad admiſſionem ad habitum, ſive ad Profeſſionem, numquam fuerunt, nec ſunt deciſiva, ſed conſultiva; quapropter, quando quis Novitiorum proponatur à Superiore dictis Religioſis Clauſtralibus ad inquirendum, utrum ſit idoneus, nec nè ad dictam Profeſſionem, ſi aliqua diſſenſio notabilis inter ipſos ſuper admiſſione, vel non admiſſione fuerit exorta, conſulatur D. Præceptor Generalis qui Informatione prævia, rei veritate comperta, dabit licentiam ad Profeſſionem, vel præcipiet, ut excludatur; ſi tamen nulla notabilis Controverſia ſuper admiſſione, vel non admiſſione interfuerit, ita, quod unanimes conveniant, licentia ad Profeſſionem concedatur; ſi vero unanimes diſſentiant, ſtatim à Religione ejiciatur.

(5) 3 part §. 109. & 110.

(6) 3. c. 8. & 9.

Caput IV.

De Formula Profeſſionis emittendæ.

§. 1. Anno Approbationis elapſo, ac decimo ſexto ſuæ ætatis expleto (7), præcedentibus in antecedenti Capitulo diſpoſitis, Profeſſionem emittat, quæ juxta conſuetudinem hujus noſtræ Præceptoriæ Generalis fiet ante Altare majus Eccleſiæ finita Miſſa conven-

(7) Con. Trid. Seſ. 25. cap. 15.

ventuali, in qua accipiet Novitius de manu celebrantis SS. Euchariſtiæ Sacramentum: & Prælato locali, vel ejus deputato, omnibus Religioſis aſſiſtentibus: poſitaque ſuper Aram Reliquia S. P. N. Antonii, alta voce ſolemnia vota Deo ter promittat in hunc modum.

Ego N. facio Profeſſionem, & ſolemniter voveo Omnipotenti Deo, B. Mariæ Virgini. B. P. N. Antonio, & tibi Reverendo D. Superiori meo, vice D. N. Præceptoris Generalis, & ſucceſſorum ejus perpetuam obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, morumque meorum emendationem, ſecundum Regulam B. P. N. Auguſtini, & Statuta hujus noſtræ Congregationis, ſive Præceptoriæ Generalis Olitenſis.

§. 2.

Laici vero, ſic ter pariter dicent.

Ego Frater N. Laicus facio Profeſſionem, & ſolemniter voveo Omnipotenti Deo, B. Mariæ Virgini, B. P. N. Antonio, & tibi Reverendo D. Superiori meo, vice D. N. Præceptoris Generalis perpetuam obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, morumque meorum emendationem in ſtatu Laicorum juxta Regulam B. P. N. Auguſtini, & Statuta hujus noſtræ Congregationis, ſive Præceptoriæ Generalis Olitenſis.

§. 3. Verba antem Profeſſionis Laicorum idiomate vulgari proferantur. Reliquæ cæremoniæ Profeſſionis ſint juxta notata in formulario noſtro ad habitum ſuſcipiendum, & ad Profeſſionem emittendam in fine harum Conſtitutionum inſerto. Qnibus peractis, actus Profeſſionis in deſtinato libro ſcribatur, quem ſubſcribent recipiens, receptus, & duo reſtes: Laici autem ignari ſcribere, ſignum Crucis loco ſubſcriptionis forment.

Caput V.

De voto Obedientiæ.

. 1. OBedientiam accuratè ſervare, & in ea magnopere excelle-
, quisque ſtudear. Nos enim docet noſtra Regula magnus Parens Augu-
nus, quod *Præpoſito, tamquam Patri* *diatur* (8), & etiam, quod *honore* *am vobis Prælatus ſit vobis* (9): qua
pter in his, quæ Superiores juſſerint, externè tantum eis obediatur; verum am magno eos amore, & intima reentia proſequatur. Noſtrarum actionum regula ſit Superioris voluntas, quam dabimus operam, ut perſpectam habeamus, ſequamur, & exequamur; ſemper cogitantes, Prælatum Deo pro omnibus redditurum eſſe rationem (10.)

(10) S. Auguſt. ibid.

§. 2. Non ſolum curæ ſit Religioſis Superiorum juſſis quam perfectiſſimè obedire: ſed eorum etiam conſtitutionibus ordinatis, litteris, Nuntiis, ac ſubordinatis Officialibus. Ad communes pariter exercitationes, aut actiones, audito ſigno Campanæ, ſine mora confluant, & quæcumque Officia per communem tabellam, ſive conſuetudinem diligenter peragant. Si quis autem, ſuadente Diabolo, per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem inobediens ſuo Superiori extiterit; vel cum eo intus, vel foris protervè fuerit auſus contendere, legitimè convictus, carceribus mancipetur.

§. 3. Inſuper ad jurgia vitanda, & ad diſciplinæ regularis ſulcimentum ſancimus, & ſtatuimus: ut quicumqne noſtrorum Religioſorum ad curias ſæculares, pro debita correctione, & punitione vitanda, aut quocumque alio prætextu fecerit recurſum, ipſo facto excommunicatus exiſtat, quousquè judicio D. Præceptoris Generalis, beneficium abſolutionis promeritus fuerit accipere. Præcipimus etiam, Ipſi Regulæ M. P. Auguſtini obtemperando, ne quis aliquas litteras occultè legat, niſi eas prius Superiori legendas obtulerit (11.) Poterit, autem, Superior cum aliquo, ratione ſui Officii, diſpenſare; ſi qnis autem ſecus feciſſe, convictus fuerit, ſecundum dictam Regulam (12), *ad arbitrium Superioris gravis emendetur.*

(11) Cap. 7.

(12) ibid.

Caput VI.

De Voto Paupertatis.

§. 1. PAupertas expedita ad Deum via, & Religioſæ Chriſti familiæ magnum, certumqnè vectigal publicè, privatimqnè exercenda eſt, juxta præceptum Domini pluries commendatum, diſpoſitionem Concilii Trident. (13); ac etiam Auguſtini M. P. Regulam (14): *non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.* Nemo, igitur, ex noſtris Religioſis aliquid poſſideat proprium; ſed omnes in communi, & de communi vivant: eleemoſynæ, ac bona omnia, ſive Confeſſariis, ſive Præsbyteris, ſive quibusvis aliis, à quibuscumquè, ſive conſanguineis, ſivè extraneis, quocumquè nomine datæ ſint, ad Superio-

(13) Seſſ. 25. Cap. 2.

(14) Cap. 1. & aliis.

riorem deferantur, & ab ipſo dividantur, ſicut cuiquè opus fuerit.

§. 2. Ne quis veſtem, librum, aut quodvis aliud munuſculum, absquè ſu' Superioris licentia, & benedictione utendum accipiat. Apud externos, ne quis horum aliquod depoſitum, quod Superior non approbet, retineat; id, enim proprietatis habet ſpeciem. Quæ alicui à Superiore conceſſa ſunt, ea oon det aliis ex Religioſis, aut Sæcularibus, absque Superioris licentia.

§. 3. Nemini liceat bona mobilia, vel immobilia, cujuseumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo acquiſita, tamquam propria, aut etiam nomine Communitatis poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim Superiori tradantur, Domuiquè, & Hoſpitali, ut primum commodè poterit, incorporentur, juxta Decretum Concilii Trid. (15.)

(15) Trid. ubi ſupra.

§. 4. Decernimus etiam M. P. Auguſtini veſtigiis inhærendo, quod ſi quis ex Religioſis in tantum progreſſus fuerit malum, ut contra præcepta Domini, Sanctiones Concilii Trident. & paupertatis votum, pecunias, vel aliquid aliud occultè acceperit, aut retinuerit per ſe, vel per alium, apud ſe, vel apud alium, præmiſſisquè legitimis informationibus convictus fuerit, furti judicio condemnetur, & carceribus mancipetur, donec pecunias, aut alia occultata reſtituerit: quæ ſi reſtitui nequeat, peracta pœnitentia, è carceribus liberari poterit; ſi autem Laicus fuerit convictus, in carcetibus jejunet bis in Hebdomada in pane, & aqua; ibiquè detineatur pro rei gravitate ad arbitrium Superioris, qui in pœnitentia poterit mitius agere.

Caput VII.

De Voto Caſtitatis.

§. 1. AD Caſtitatem ſervandam adhortari minimè opus eſſe arbitramur. Religioſis enim viris, non tam præclarum eſt eam virtutem colere, quam turpem non colere; itaque nihil hoc loco adjiciendum eſt, niſi, ut aſpectu, inceſſu, ſermone, & totins corporis forma Angelicam quodammodo in terris puritatem imitemur, memoria retinentes præcepta Domini, & Regulam M. P. Auguſtini.

Caput VIII.

De Hoſpitalitate.

§. 1. QUamquam ſecundum juris communis diſpoſitionem omnes Eccleſiarum Rectores ad exercenda charitatis opera efficaciter teneantur, præcipuè, & ſpecialiter omnia bona, proventus, & eleemoſynæ hujus noſtræ Religionis S. Antonii Abbatis ad ipſa opera charitatis, & ad Hoſpitalitatem ſervandam perpetuò, & inviolabiliter ſunt obligata: qua quidem conſideratione, dicta noſtra Statuta reformationis Vienen. ſub anno MCCCCLXXVII. celebrata (16), conſtitutioni felicis recordationis Bonifacii VIII. inhærendo; (16) 3. part. §. 285.
ſicut etiam inſequendo alias plures diffinitiones Capitulorum Generalium, ante ipſam reformationem celebratorum, ſtatuerunt, declararunt, & diffinierunt omnia, & ſingula bona ipſius Ordinis S. Antonii Abbatis, ſive Vienen. in quibuscumque mundi partibus exiſtentia, tam in Capite, quam in membris ad Hoſpitalitatem infirmorum igne gehennali, ſive ſacro, vulgariter dicto, & nuncupato *igne S. Antonii* contactorum, perpetuo futuris temporibus fore, & eſſe debere efficaciter, & inexcuſabiliter ſubmiſſa, adſtricta, perpetuoquè obligata, & affecta.

§. 2. Cum autem prædicti DD. Præceptor Generalis, & Superiores, Procuratores, aut Diſcreti, non velint ſupradicta ſolvere, ſed adimplere: ſimiliter ſtatuunt, decernunt, & determinant omnia, & ſingula bona Domorum, & Hoſpitalium hujus Præceptoriæ Generalis quocumque modo eis pertinentia, ad Hoſpitalitatem infirmorum dicto ſacro igne laborantium fore, & eſſe inexcuſabiliter, & perpetuo adſtricta, affecta, & obligata.

§. 3. Ut autem Hoſpitalitas infirmorum ab omnibus noſtris Religioſis, ſine intermiſſione exerceatur, inſequentes antiqua noſtri Ordinis ſtatuta noviter eitata, ſtatuimus, & mandamus univerſis Commendatoribus, & Superioribus hujus Præceptoriæ Generalis, quod ut hactenus obſervatum eſt, in omnibus Domibus ſit Hoſpitale ad receptionem infirmorum, in quibus Hoſpitalibus feminæ infirmæ ſint per murum ſeparatæ à viris pariter infirmis: præcipientes, quod omnes, & ſingulæ Perſonæ utriusque ſexus contactæ, & infirmæ præfato morbo, ſeu igne gehennali, ſi ad hanc, vel alias Domos hujus Gener. Præceptoriæ recurſum fecerit, illico, & absquè ulla difficultate, ſeu contradictione recipiantur, & recipi debeant, & de neceſſariis, durante eorum infirmitate, provideantur: curamque habeant Commendatores, ſive Superiores, ut ante omnia, per humilem peccatorum ſuorum Confeſſionem, ad ſanitatem corporalem præparentur.

§. 4. Si

§. 4. Si tales infirml in Hoſpitallbus noſtris, ex prædicto igne gehennali aliquod principale membrum perdiderinr, ex cujus membri perditione, ſive abſciſſione inhabiles, & impediti in tantum fuerint, ut ſuum victum io ſæculo lucrari nequeant, ſi ipſi ln noſtris Domibus, & Hoſpitalibus perpetuo vivere velint, ſine ulla difficultate, & contradictione admittantur: & Commendatores, ſeu Superiores perpetuò teneantur, & obligati ſinr, ad ipſos infirmos inhabiles, & impeditos, educandos, inſtruendos, alimentandos, & veſtiendos. Si extra noſtra Hoſpitalia, dictæ infirmitatis cauſa, aliquod membrorum ſuorum perdiderint, & ad Nos advenerint, recipiantur ſimiliter, & eodem modo tractentur.

§. 5. In nullo ex noſtris Hoſpitallbus certus, & determinatus iofirmorum numerus ordinetur, ſeu inſtituatur, ſed quotquot advenerint, recipiantur. Si tamen in tanto, & tam magoo numero, ſub uno Hoſpitall, eſſent infirmi, quod ibidem absquè maxlmo incommodo ſuſtentari non poſſint, ſigoificetur D. Præceptori Gener. & juxta ipſius ordinationem, & diſcretionem ad alia noſtra Hoſpitalia remittaotur, & ibidem recipiantur, & cibentur, ut ſupra.

§. 6. Advertant tamen omnes Commendatores, ſive Superiores Domorum, & Hoſpitalium hujus ooſtræ Præceptoriæ Gener. quod antequam unosquisque in ſuis Hoſpitalibus aliqnem ex infirmis murilatis recipiat, debet prius ſuper ſancta quatuor Evangelia jurare lo ſuis manibus, promittendo, quod erit obediens, & fidelis Religioni, & Superioribus ſuis, & quod honeſtè, & Religiosè vivet juxta Ordinis noſtri, & Præceptoriæ Gener. Statuta, & obſervantias, & quod bona ipſius Ordinls non alienabit, & diſtrahet, aut portabit extra Religionem; quloimo ad dictæ Religionis utilitatem, & commodum fideliter attendet.

§. 7. Omnes mutilati utriusque ſexus in noſtris Hoſpitalibus recepti, portent ſemper in ſuis exterioribus veſtibus ſignum Thau de panno laoeo cerulei coloris. Interſint omoes Miſſæ conventuali ſingulis diebus Dominicis, & Feſtis, loco ipſis in Eccleſia deſignato. Pro qualibet hora Canonica dicant quinquies Orationem Domioicam, & ſalutationem Angelicam. Diebus, vero, Dominicis, & Feſtis duplicetur Oratio. Confiteantur, etiam, peccata ſua omnibus primis menſium Dominicis, nec non ſolemnltatibus annl declaratis, videlicet Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti, Circumciſionis, Epiphaniæ, S. P. N. Aorooii, Purificationis, feriæ quintæ in Cœna Domini, Paſchatis, Anountiationis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, SS. Trinitatis, Corporis Chriſti, S. Joannis Bap. SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. Jacobi Apoſtoli Hiſpaniarum Patroni, Aſſumptionis B. Mariæ Virglnls, S. P. N. Auguſtini, Nativitatis B. Mariæ Virg. S. Archangeli Michaelis, Omninm SS. immaculatæ Conceptioois B. M. V. idquè Confeſſoribus ipſis deſignatis, de quorum conſilio communicare poterunt diebus prædictis.

§. 8. Hoſpltalia, à Cameris, ubi degunr Religioſi, quantum fieri poterit, ſint ſeparata; nec liceat Religioſis Hoſpitalia mollerum lntrare ſub excommunicationis pœoa ipſo facto incurrenda, niſi illis tantum qui pro adminiſtrandis Sacramentis ſuerinr deſtinati. In quolibet Hoſpitali mulierum ſit una Ancilla, moribus, & honeſtate vitæ approbata, qoæ habeat curam iofirmarum, ipſisquè charitativè deſerviat.

§. 9. Sit ln quolibet Hoſpitali Religioſus Sacerdos à Commendatore, vel Superiore deſtinatus, cujus cura erir illorum conſolatio, & quod de rebos neceſſariis provideantur. Cum autem allquis ex infirmis utriusque ſexus malè ægrotat, Superior, ſive Sacerdos deſtinatus ei adminiſtret Eccleſiaſtica Sacramenta; & ſi ab hac vita migraverit, ſepeliatur in Eccleſia ejusdem noſtræ Domus, & Hoſpitalis, & pro ejus anima Miſſa de die obitus decantetur, & ejus ſpolia, ſi quæ fuerint, in beoeficium Hoſpltalis ejusdem reducantor.

§. 10. Infirmi mutilati utrlusque ſexus io noſtris Hoſpitalibus admiſſi, non expellantur, eorum vita durante; niſi eſſent incorrigibiles, aut aliquod enorme commiſiſſent; ſive alias ſcandalum inter cæteros generarent, aut nubere veliot. Volumus autem, & ordinamus, quod cum delinquerint, animadverſione debita per Commendatores Domus, & Hoſpitalis, ubi ſoerint, juridlcè corrigantur. Sit in quoliber Hoſpitali liber, in quo notetur nomen, & Patria cujuslibet ingredientis infirml, in eo morientis, vel ab eo recedentis.

§. 11. Denique inſequentes pariter ſtatuta reformat. Vien. jam citata, ſtatuimus, & mandamus, ut nulli recipiantur infirmi in Hoſpitalibus noſtris, niſi tacti fuerint, ſive mutilati dicto mor-

morbo S. Antonii, & Atteſtationes habeant à chirurgis quibus conſtet, eos propter eundem morbum fuiſſe mutilatos; ſi vero advenerint nondum mutilati, ut curentur, à chirurgo, & medico Hoſpitalis viſitentur, & ſi declaraverint, prædicto morbo eſſe tactos, admittantur, & non aliter.

Caput IX.

De Officio divino.

§. 1. Serventur in Officio Divino Rubricæ Miſſalis, Breviarii, & Cæremonialis Romani, tam in propriis, quam aliis, quæ celebrantur Officiis; ita fuit diſpoſitum in Statutis Refor. Vien. (17) p. 1. fol. 26. jam citatis (17), & ſemper in hac noſtra Præceptoria Gener. & Domibus ſibi ſubjectis fuit inviolabiliter obſervatum.

§. 2. Omnes Religioſi Clauſtrales Canonici, ſivè Choriſtæ ſint obligati ad Divinum Officium recitandum, à die, quo ſolemnem Profeſſionem emiſerint; ſitque cura unicuique eorum habendi codicem, in quo contineantur Officia noſtri Ordinis à S. Sede approbata. Ut autem Omnipotenti Deo, B. Mariæ V. SS. Auguſtino, & Antonio Patriarchis, ſolemnitate poſſibili honor, & gloria tribuatur, præcipimus, & ordinamus, antiquis ſtatutis inhærentes (18), quod (18) 3. p. fol. 133. §. 216. in omnibus Eccleſiis, ubi quatuor admi-nus fuerint Religioſi Clauſtrales, ſingulis diebus totum divinum Officium, & Miſſa conventualis, horis hic aſſignandis decantetur.

§. 3. Hora ſolita ſecundum tempus, & conſuetudinem locorum, dicantur *Veſpera*, *& Completorium*; circa ſolis occaſum *Matutinum*, *& Laudes*. Hora ſeptima matutina, *Prima*, cum ſuo Martyrologio. Hora nona, *Tertia*, poſt *Tertiam*, Miſſa ſemper cum cantu; & poſt Miſſam, *Sexta*, *& Nona*. Tempore quadrageſimæ poſt *Primam*, immediate *Tertia*, *Sexta*, *& Nona*; & poſt Miſſam, Veſperæ. Ut autem ſecundum ſolemnitatem Feſtorum procedatur, præcipimus, quod in Feſtis *primæ claſſis* dicantur cum cantu ſolemni *Veſpera*, *Matutinum*, *Laudes*, *Prima*, *Tertia*, *& ſecunda Veſpera*: *Completorium* autem, *Sexta*, *& Nona* cum ſemicantu. In Feſtis *ſecunda claſſis*, aliisquè diebus *de præcepto* obſervandis, *prima Veſpera Tertia*, *& ſecunda Veſpera* dicantur cum cantu pariter ſolemni; reliqua cum ſemicantu. Cæteris diebus duplicibus, ſemiduplicibus, ſimplicibus, & feriis omnia cum ſemicantu; niſi aliquando, ob devotionem particularem alicujus Sancti, videatur Superiori, quod *Veſpera* decantentur.

§. 4. Si in aliqua ex noſtris Domibus, & Hoſpitalibus non fuerint quatuor Religioſi Clauſtrales, ſive Choriſtæ, omnibus diebus *prima*, *& ſecunda claſſis* decantetur Miſſa Conventualis, ac *prima Veſpera*, *& Tertia* Feſtorum *primæ claſſis*, *& de præcepto colendorum*. Nullus omnino privilegii, aut ſuperioritatis prætextu, immunis à Choro cenſeatur; niſi tempore, quo quis in proprio Officii munere fuerit occupatus, aut de Superioris localis licentia, quæ rarò, & ob urgentiſſimam cauſam poterit concedi; attentis tamen per multis graviſſimisquè curis, & occupationibus D. Præceptoris Gener. cum ſuo munere connexis, immunis hujuſce obligationis ſemper exiſtat.

§. 5. Fiat, & apponatur tabula in loco apto, in qua ſingulis diebus Sabbati de Mandato, & Ordine Superioris localis deſignentur Altaris, & Chori Miniſtri, prout ſolemnitas exquirit, aut Religioſorum numerus permiſerit. Advertat tamen Superior, Sacerdotes ad ſupradicta ſingulis hebdomadibus alternatim deſtinare, ſed in feſtis *primæ claſſis* Commendator, ſive Superior, aliusvè Sacerdos, ab eo particulariter deſtinandus Miſſam Conventualem decantabit.

§. 6. In qualibet ex noſtris Eccleſiis ſit Sacriſta à Superiore deſtinatus, cujus curæ ſit, Eccleſiam eſſe mundam, & poſſibili cultu ornatam. Sacerdotum veſtes, Altarium ornatus, Sacra Vaſa, & cætera, quæ ad divinum cultum pertinent, munda, nitida, & ſuo quoquè loco, ut par eſt, collocata, diſtributa, & reſervata. Quæ omnia cuſtodiat ſub inventario, & de illis rationem reddat Superiori locali, quoties popoſcerit. Omnibus Feriis quintis Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum renovetur. Sacella ſæcularibus ædificanda, vel exornanda concedi poterunt de licentia D. Præceptoris Gener. etiamſi Familiarum inſignia, & inſcriptiones modeſtas, & à D. Præceptore Gener. approbatas velint apponere; idemquè intelligatur de Sepulturis.

§. 7. In omnibus noſtris Eccleſiis fiat cum ſolemnitate poſſibili Officium majoris Hebdomadæ, in quo ſerventur omninò Rubricæ generales Miſſalis, Breviarii, & Ritualis Romani, ne error aliquis, aut varietas Sacerdotibus, vel Clericis noſtris obrepat. In ſolemnitate

Cor-

Corpor. Chriſti, & per ejus octavam fiat expoſitio SS. Sacramenti cum poſſibili decentia ad Miſſam Conventualem, & Veſperas, quæ ſolemniter cantari debebunt.

§. 8. Cum eis, qui ad noſtras Eccleſias pro ſuis peccatis Sacramentaliliter confitendis advenerint, Sacerdotes unſtri ab Ordinario Loci ad audiendas Confeſſiones approbati, rem ſuam privatam, aut commodum ne expectent; Animarum ſaluti magnopere ſtudeant, & quamprimum eximiam charitatem exerceant. Qui in lectis, graviter ægrotant domi, à noſtris Sacerdotibus viſitari de Superiorum licentia poterunt, & ſi quis Iufirmorum velit, ab eis Sacramentum pœnitentiæ miniſtrari, piisquè monitis inſtrui, atquè ad benè moriendum, ut ſe diſponat hortari, ſine repugnantia faciant. Caveant autem, oe ad temporalia in rebus Teſtamentariis ſe admiſceant. Avaritiæ non culpa tantum, ſed omni prorſus ſuſpicione careant. Quamvis peritus quis fuerit, & ad juſtam ætatem pervenerit, maturè ſatis agatur, ne ad munus Confeſſarii admittatur, niſi qui idoneus, prudens, ac moribus, & vita probatus fuerit repertus.

Caput X.

De Carenoniis in Choro exercendis.

§. 1. COpemur diviniṣ intereſſe laudibus purè ſemper, ac ſtrenuè, non ſomnolenti, non pigri, nnn parcentes vocibus, non præcedentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis, aut remiſſis vocibus; ſed ut dignum eſt, ſonitu, & affectu voces Spiritus S. depromendo, nam ſincopa, diſcurſus, vaga mens, mixta loquela tollunt Canonicas meritum dicentibus Horas: ſimul incipiamus, & deſiſtamus: in ſemicantu, commodis in verſibus mediis pauſam faciamus, in penultima, vel antepenultima pro ſillabarum quantitate immoremur: in ultima, moram ſemper cavebimus. *In Choro nemini liceat cantare, quod non ſit cantandum* (19), aut privatim aliquid legere, aut aliud facere, vel inter ſe loqui, dum dicuntur Horæ Canonicæ, aut Miſſæ majores, ſive Conventuales decantantur, memoria retinentes illud Melliflui Bernardi (20): *ſine voce moritur, qui in divino Officio negligenter loquitur.*

(19) M. P. Aug. in Reg. c. 3.

(20) Orat. 2. ad frat.

§. 2. Genuflectendum erit in Choro ad Orationem: *Aperi Domine, Pater noſter, Ave Maria, ſive Credo, Officio præcedentia.* Item ad ea verba Invitatorii: *Adoremus, & procidamus* (21): item *ad praces in Officio Defunctorum*: item in *Hymnis ad totum primum verſum: Veni Creator Spiritus: Ave maris ſtella: O Crux ave ſpes unica: Tantum ergo Sacramentum*, ſi coram Sacramento dicitur; ad ea quoque: *O Salutaris Hoſtia* (22) Item genuflectendum eſt in Hymno *Te Deum* ad ea: *Te ergo quæſumus* (23). Denique ad *Antiphonas B. Mariæ V. quæ dicuntur in fine Officii, & ad Orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & ſymbolum Apoſtolorum*, quæ dicuntur in fine Completorii (exceptis Dominicis, & tempore Paſchali) erit genuflectendum.

(21) Cerem. Ep. lib. 2. c. 6.

(22) Idem lib. 2. c. 28.

(23) Ibidem l. 2. cap. 5. & 6.

§. 3. Inclinatio Capitis fiet ad verſum: *Gloria Patri, ad Nomen JESU, MARIÆ, & Sancti*, de quo Officium recitatur. Item ad *Confiteor, &c.* quod in *Prima*, & ante *Completorium* dicitur, usquè ad *Miſereatur* incluſivè ab eo qui dicit, & cui dicitur reſpectivè, ut in Miſſa. Item caput inclinat Lector, dum dicit: *Jube Domne benedicere* verſus Hebdomadarium: ab omnibus autem fit capitis inclinatio ad nomen *Papæ viventis*, adverſus ſequentes Pſalmorum: *Sit Nomen Domini benedictum: Sanctum, & terribile nomen ejus: Benedictus Dominus die quotidie: Benedictum Nomen Majeſtatis: Benedicat nos Deus, Deus noſter: Benedicat nos Deus*, & in fine Completorii ad verſus: *Benedictus eſt Deus Patrum noſtrorum: Benedicamus Patrem, &c. Benedictus eſt Domine in firmamento Cœli.* Semper, & quando fiat inclinatio, ſit capite detecto.

§. 4. Signum Crucis adhiberi debet pollice ſibi ſignando os, ad illud, Initio Matutini; *Domine Labia mea aperies.* Item manu extenſa ſignando ſe à fronte ad pectus, & à ſiniſtro humero, usque ad dexterum, cum dicitur: *Deus in adjutorium, &c.* Item ad verſum: *Adjutorium noſtrum*, ante Confeſſionem in *Prima, & Completorio.* Item ad *Indulgentiam, &c.* ut in Miſſa, & ad ea in fine *Prima: Dominus nos benedicat*, & in fine *Completorii: Benedicat, & cuſtodiat nos, &c.*

§. 5. Standum eſt in Choro (capite detecto) *ad initia Horarum, ad Invitatorium, Hymnos, Capitula, Reſponſoria brevia, Verſus, Abſolutiones, Benedictiones, Textum Evangelicum* ante Homilia *Cantica Evangelica, Cantica Laudum Ferialium. Simbolum Quicumquè vult, Antiphonas, Orationes, Commemorationes, & ſuffragia communia* SS. Item ad *Antiphonas finales B. Mariæ V. tempore Paſchali*, & in diebus Dominicis, à primis Veſperis ob memoriam Dominicæ Reſurrectionis. Item Coram SS. Sacramento ſtare debent omnes detecto capite ad Horas omnes; & ſi ſedeant, numquam cooperiant, puta

Matutinum, quod ordinariè prolixius eſt Officium: ad reliquas Officii parteſ ſedendum eſt.

§. 6. Deniquè dum Miſſæ decantantur, ſtandum eſt in Choro, ab *Introitu*, usque ad *Epiſtolam excluſivè: à Graduali, vel Tractus* usque ad *Offertorium incluſivè*. Pariter ſtandum eſt, dum decantatur *Præfatium*, quo finitò genuflectant, ad *poſt Communio* ſurgant, & ſtent, usquè ad Benedictionem Sacerdotis, ad quam recipiendam, genuflectant, & ſtando, dum dicitur ultimum Evangelium, finita Miſſa, omnes genuflectant, & dato à Majori ſigno finis, recedant à Choro in forma Communitatis. Hoc ſignum, hæcquè forma ſervanda ſunt, ſemper, & quando à Choro recedendum eſt. Si quæ tamen in ſupradictis omittitur cæremonia, obſervandæ ſunt in Choro omnes Rubricæ Generales.

§. 7. Ut tamen ſupradictæ *Rubricæ*, aut *Cæremoniæ* in omnibus noſtris Eccleſiis inviolabiliter obſerventur, ſtudeat Magiſter Novitiorum omnes in illis inſtruere Novitios, & ne oblivioni tradantur, præcipimus, & mandamus, quod in quolibet ex noſtris Eccleſiis Choro, ſit tabella, in qua ex perceptibili caractere ſit inſcriptum totum hoc Capitulum, ad quam Tabellam erit facilis recurſus, ſi de ſupradictis Rubricis aliqua exorta fuerit dubitatio.

Caput XI.

De Religioſis infirmis.

§. 1. Cum noſtra Religio, ad exercenda charitatis opera, ſit erecta, & approbata, ut diximus cap. VII. §. I. magnopere curandum eſt; ut cum in morbum quis noſtrorum Religioſorum, ſive Sacerdos, ſive Clericus, aut Choriſta, ſive Novitius, ſive Laicus, ſive Donatus inciderit, eis neceſſaria accuratè miniſtrentur, ne conſanguineorum benevolentiam, aut Domus ſuæ commoda deſiderare poſſe videantur. Qui febri, vel gravi alio quovis morbo laborant, eis in cubiculum deferatur cibus. Commendator, aut Superior ſedulum Religioſum patientia præditum, & cæteris virtutibus caritativè ægrotis curandis præficiat: is det operam, ut Medicorum Mandata, & omnia, quæ fuerint neceſſaria ſuo tempore conficiantur; & ſi infirmus, ipſius incuria, omiſſione, ſivè negligentia periclitetur, ſeverè pro culpa puniatur. Commendator, ſive Superior, & cæteri Religioſi, ſi fieri poterit quotidie, aut ſaltem alternis diebus ægrotos viſitent, eosque ad patientiam, divinarumquè rerum deſiderium cohortentur. Multi autem, ne commorentur ſimul in infirmorum cubiculis: res frivolas ne tractent: ſubmiſſa voce loquantur, nequè ſermonem æquo longius producant.

§. 2. Mandata M. P. Auguſtini in Regula obſervantes, venerantes, & exequentes, infirmis dicentibus quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur (24).
Communis Medicus, pro infirmis omnibus curandis à Superiore eligatur, ne- (24) Cap. 9.
què alius à quoquam ſine ejus licentia adhibeatur. Senium, & qui imbecilla ſunt corporis valetudine, ratio habeatur. Cum infirmi vires priſtinas reparaverint, redeant ad feliciorem conſuetudinem ſuam, quæ ut ait Auguſtinus, (25) *famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent.* (25) Idem in Reg cap. 5.

§. 3. Qui in lectulis diuturno morbo detinentur, ad eos ſemel in menſe SS. Domini Corpus deferatur; ubi morbus ingraveſcet, curabit Prælatus, ut non modo Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis opportunè miniſtrentur; verum etiam, ut alii præſtò ſint, qui eos moneant, conſolentur, & ad cæleſtem Patriam diſponant, & inſtruant. Solicitè etiam advertat Prælatus, quod antequam infirmus recipiat SS. Sacramentum Euchariſtiæ, vel inmediatè poſt ipſius receptionem, inquirat ab eo, ſi in aliquo tenetur alicui quoad reſtitutionem bonorum, aut ſi alius ei teneatur, aut ſi habet alicubi depoſitum aliquod, quod ipſe Superior ignoret, faciatquè de omnibus bonis, ab Ordine ſibi ad uſum conceſſis, lucidum inventarium, & ſi prædictus ægrotans inventarium facere renuerit, Commendator, ſive Superior eum compellat ſub pœna proprietarii, quod ſi noluerit, & mori contigerit, privetur Eccleſiaſtica ſepultura. Commendator autem, ſive Superior, qui dictum inventarium fieri non procuraverit, per triennium voce activa, & paſſiva privetur. Hoc idem faciet Commendator, ſive Superior, dum eum coegerit infirmitas in manibus antiquioris Sacerdotis ſuæ Domus.

§. 4. Circa infirmum in extremis laborantem omnis cuſtodia adhibeatur, nec ſine cuſtode die, ac nocte relinquatur; Orationibus Religioſorum ad id ſeriò adhibitis, eum juvari curet Superior, deligatque aliquem, vel aliquos, qui infirmum morti proximum inviſent, ei-

eique aſſiſtant, & animoſiorem reddant, eaque ei ſuggerant, quæ auxiliis cum juvent, ac verbis dulcibus conſolentur, quo eo tempore conveniant juxta illud Eccleſiaſtici (26): *conſolare mortuum in exitu ſpiritus ſui.*

(26) 38. v. 24.

§. 5. Cum infirmarius, quilibetvè alius mortem vicinam intellexerit, faciet ſignum campanæ, quo audito, omnes Religioſi, in decumbentis cubiculu conveniant, & Officium commendatiuuis Animæ debitè perſolvant, egredientemque Animam, Pſalmis, atque orationibus committentur.

Caput XII.

De ſuffragiis faciendis pro quolibet defuncto Religioſo.

§. 1. Cum jam quis defunctus fuerit ſive profeſſus, ſive Novitius, ſive Donatus, Habitu proprio induatur. Sacerdotibus, aut Choriſtis addatur ſuperpelliceus, Almutia, & birretum, ac deducentibus omnibus, corpus in Eccleſiam deferatur. Deinde opportuno tempore, totum Officium defunctorum in Choro decantetur. Fiat pariter Officium ſepulturæ, & celebretur Miſſa ſolemnis de die obitus, atque in loco à Superiore deſignando ſepeliatur. In duobus ſequentibus diebus, Nocturnum cum Laudibus, ac Miſſa pro ejus Anima decantetur. Hæc in Domo, ubi vita functus fuerit, fiant; in reliquis vero Domibus decantetur Nocturnum cum tribus Lectionibus Defunctorum, & Miſſa de die obitus.

§. 2. Omnes Sacerdotes noſtrarum Domorum, etiam Prælati per quatuor dies ſacrum faciant pro Anima cujuscumque Religioſi defuncti, ſive Profeſſi, ſive Novitii, ſive Donati. Clerici, ſive Choriſtæ per quatuor vices integrum Officium Defunctorum dicant. Laici, vero, & Donati quatuor integros Roſarios B. M. Virgin. recitent. Quando Noſter D. Præceptor Generalis, vitam cum morte commutaverit, in omnibus hujus Præceptoriæ Gener. Domibus decantetur integrum Officium Defunctorum, & tres Miſſæ ſolemnes; atquè ab omnibus Sacerdotibus Sacrificium Miſſæ per ſex dies celebretur. Clerici, aut Choriſtæ per ſex vices Officium Defunctorum devotè recitent, atquè Laici, & Donati ſex integros Roſarios B. M. V. dicant. Quando quis Commendatorum, ſeu Superiorum mortuus, fuerit, omnes Commendatores, ſeu Superiores præter ſuffragia pro quolibet particulari Religioſo jam deſtinata, duobus aliis diebus Sacrificium Miſſæ celebrent, quæ quidem ſuffragia quantocitius fiant.

§. 3. Sit autem cura, & obligatio Commendatoris, ſive Superioris in cujus Domo quis Religioſus vita fuerit functus, de eo, quam primum certiorare D. Præceptorem Gener. qui de illius morte participes faciet omnes alios Commendatores, aut Superiores; ut tam ipſi, quam eorum ſubditi dicta ſuffragia, quam primum, adimpleant.

Caput XIII.

De Miſſis votivis, & de earum celebratione.

§. 1. Rationi, juſtitiæ, ac ſtatutis antiquis congruum, & neceſſarium comperimus, quod omnes Sacerdotes hujus Præceptoriæ Gener. conſcii fiant de obligatione, quam habent pro Matre Religione, quæ eis de victu, veſtitu, & aliis neceſſariis providet; quapropter ſtatuimus, declaramus, & ordinamus, quod omnes Sacerdotes cujuslibet Domus teneantur celebrare per duas vices in quolibet menſe pro intentione Superioris localis; in reliquis diebus poterunt pro ſe, aut pro parentibus, vel pro eleemoſyna, ut poſſint ſe honeſtè de veſtibus, & aliquibus rebus manualibus providere.

§. 2. Ut autem in hac gravi materia cum claritate procedatur, & devotioni fidelium, eleemoſynas pro Miſſis celebrandis afferentium Juſtitia, & rectitudine, qua par eſt, ſatisfiat; mandamus, quod in qualibet Domo ſit unus Religioſus Sacerdos à Superiori locali deſtinatus, qui in libro notet cum claritate, & diſtinctione, ac fideliter numerum Miſſarum, & eleemoſynam pro qualibet ex ipſis à fidelibus diariè oblatam.

§. 3. Ordinamus pariter, & mandamus ſub excommunicat. pœna, abſolutione ſuo Superiori locali reſervata, quod omnes Religioſi, ſive Commendatores, ſive Superiores, ſive Sacerdotes, Choriſtæ, ſive Laici teneantur dicto Sacerdoti Miſſarum collectori omnes, & ſingulas eleemoſynas ad dictum effectum eis à fidelibus impartitas commendare, ſive depoſitare. Si quis, autem (quod abſit) hoc noſtrum præceptum temerariè neglexerit, ac contra illius diſpoſitionem ſe geſſerit, legitimè convictus, carceribus mancipetur, ac pro gravitate delicti, arbitrio ſuperioris puniatur. Si

No-

Novitius, aut Donatus fuerit legitimè pariter convictus, noſtro S. Habitu ſpolietur, & à Religione ejiciatur; & ſi collector infidenter in prædictis deprehenſus, & juridicè convictus fuerit, carceribus detineatur, & per ſexennium noſtræ Religionis muneribus careat.

§. 4. Ultima die cujuslibet menſis congregentur Commendator, ſive Superior, & Religioſi Sacerdotes clauſtrales, in quorum præſentia dictus collector reddat rationem de numero, & eleemoſynis Miſſarum indicto menſe à fidelibus oblatis, & earum fiat legalis diſtributio inter Commendatorem, ſeu Superiorem & Sacerdotes conventuales; ut autem talis legalis diſtributio nullam in poſterum excitet Confuſionem, ſed ab omnibus claritate debita intelligatur, fiet in hunc modum. Inprimis Commendator, ſeu Superior ad onera Domus ſuſtentanda accipiat eleemoſynas correſpondentes duobus Miſſis à quolibet Sacerdote clauſtrali celebratis, & de eleemoſynis Miſſarum, quæ ſuperſint, fiat æqualis diſtributio inter Superiorem, & Sacerdotes: quæ omnia in eodem libro collectionis ſcribantur cum ateſtatione, & ſubſcriptione dictorum, ut in viſitationibus Generalibus, & quandocumquè opus fuerit de legalitate conſtet.

§. 5. Cum autem contigerit, quod alicui Religioſo tradatur pro celebranda Miſſa aliqua eleemoſyna, excedens numerum duorum realium argenteorum, talis exceſſus tradatur Superiori locali, & redundet in bonum ipſius Domus, ſive Hoſpitalis; eleemoſyna autem, quæ pro decantanda Miſſa alicui Religioſo fuerit commendata, non collectori, ſed Superiori locali tradatur.

Caput. XIV.

De Miſſis ordinariis in qualibet Domo fundatis, & de Suffragiis ſingulis menſibus, pro Religioſis, & Benefactoribus noſtris celebrandis.

§. 1. Licet fundationes in Domibus, & Eccleſiis, ut plurimum commodum ſemper ſecum afferant, poſſunt tamen aliquo rationabili inconvenienti incommodum afferre: quapropter unusquiſque Commendatorum, ſeu Superiorum hujusce Præceptoriæ Gener. poterit admittere quamlibet fundationem in ſua Domo, Eccleſia, vel Hoſpitali, ſed antequam illam admittat, magnam adhibeat curam, nè ſuæ Domui incommodum afferat, quæ obligatio ad talem fundationem fiat de conſenſu Religioſorum Clauſtralium, aut Choriſtarum in Sacris conſtitutorum ſuæ Domus, & certiotetur de eo D. Præceptor Generalis.

§. 2. Commendator, ſeu Superior, Clauſtrales, aut Choriſtæ ordinati in Sacris, ſui ſubditi teponent in depoſito ſecuro Principalitatem cujuscumque fundationis, ſicut etiam Principalitatem cujusque luitionis, ſi fieri contigerit; & cum primum potuerint, imponant ſuper ſecurum fundum, vel emant aliquam proprietatem.

§. 3. Miſſæ in noſtris Eccleſiis fundatæ, & otdinatæ in qualiber ex noſtris Sacriſtiis ſint in Tabula, in qua notentur omnes, tam privatæ, quam cantatæ, deſcribendo in ea menſem, altare, diem, & nomen fundatoris, juxta intentionem, diſpoſitionem, & Ordinationem fundatorum, & à Superiote, vel à Præsbyteris Clauſtalibus celebrentut. Ut autem hæc obligatio ſine gravi incommodo, & cum punctualitate impleatur, dictus collector in quolibet menſe deſeribat in ſuo libro Miſſas ipſi menſi correſpondentes, & ſic de iſtis reddat rationem ſimul cum votivis diariè concurrentibus, & de omnibus fiat diſtributio juxta prædicta in cap. anteced. A nullo, autem Sacerdotum prætendatur pro eleemoſyna cujuslibet Miſſæ fundatæ plusquam argenteus vulgo *un real de plata*. Singulis vero annis ſolicitè examinetur à Superiore, & Religioſis Sacerdotibus Capitulariter congregatis, an fuerint celebratæ omnes Miſſæ tam fundatæ, quam votivæ ipſius anni, & ſi quæ defuerint celebrandæ, à Sacerdotibus extraneis in eisdem noſtris Eccleſiis ſine mora celebrentur.

§. 4. Prima die menſis feſto dupli ci non impedita decantetur à Commendatore, vel ejus deputato in qualibet ex noſtris Eccleſiis *Anniverſarium Defunctorum*, & in ultimo Reſponſorium pro Animabus Religioſorum, & benefactorum noſtræ Religionis. Eodem die teneantur omnes Sacerdotes particulares celebrare pro eadem intentione.

Caput XV.

De Confeſſariis in qualibet Domo deſtinandis pro Religioſis confitendis.

§. 1. IN qualibet ex noſtris Domibus inſtituantur, examinentur, & approbentur à Superiore locali duo, vel tres Confeſſarii pro numero Religioſorum,

rum, qui ſiut doctrina, prudentia, & charitate præditi: & ſic, nemo noſtrum ſua peccata externo Sacerdoti confiteri queat, ſed his tantum modo uoſtris Confeſſariis, qui à tali Superiori fuerint deſignati; qui autem de liceutia Superioris iter faciunt, cum Sacerdote, ab Ordinario loci, ad audiendas confeſſiones approbato, confiteri licebit. Caveaut, autem diligentiſſimè, tam Superiores, quam Confeſſarii, nè ea notitia, quam de aliorum peccatis iu coufeſſione habuerint, ad exteriotem gubernationem utantut.

§. 2. Omnes Religioſi noſtri Ordinis uon Sacerdotes, ac etiam Donati in majori Sacro, ſive Miſſa conventuali communicent ſingulis diebus Dominicis, Solemnitatibus Chriſti D. N. Feſtivitatibus de præcepto colendis B. Mariæ V. S. Michaelis Arch. Feſtivitatibus omnium Apoſtolorum, Omnium SS. Pattocinii S. Joſeph, & in diebus SS. Patriarcharum Auguſtini, & Antonii: in hoc tamen poterit diſpeuſare Superior localis.

Caput XVI.

De Capitulo à quolibet Commendatore, ſive Superiore, in ſua Domo ſemel in ſeptimana congregando.

§. 1. UBi admiuus fuerint quatuor Religioſi conventuales, iu uno die cujuslibet ſeptimanæ, à Superiore locali deſtiuando, congregentur hora, & tempore ipſi Superiori bene viſo, ipſemet Superior, & omnes Religioſi, tam Sacerdotes, quam Choriſtæ, & Laici; ibiquè legatur aliquod capitulum uoſtræ Regulæ, ac Commendator, ſive aliquis Sacerdos de ipſius ordine, faciat aliquam exhortationem ſpiritualem ſuper obſervantiam hujusmodi capituli, in qua totis viribus conetur excitare iu cordibus Religioſorum, præ omnibus, amorem Dei, & virtutem, ſive humilitatis, ſive obedientiæ &c. ac poſtea Religioſi omues, ordine ſuo, genibus flexis, coram Superiore ſe de peccatis externis, quæ contra Regulam, conſtitutioues, & præcepta Superioris commiſerint, breviter, & aperte, palam ſe accuſent, pœnitentiamquè poſtulent à Superiore, eamquè æquo animo ſubeaut, humiliterquè expleant.

§. 2. Ad majorem Dei gloriam, & humiliationem Religioſorum, licebit unicuiquè adſtanti, alios proclamare de manifeſtis, & levibus culpis, & qui proclamatus fuerit, geuibus flexis, pœnitentiam ſpectet. In aliis culpis ſerventur ea, quæ docet, & monet M. P. Auguſtinus in ſua Regula VII. cap. per totum.

Caput XVII.

De quotidianis Exercitiis.

§. 1. EXtra prædicta in cap. de Officio divino, tamquam præcipuum regularis diſciplinæ inſtitutum, cenſemus, ut orationi mentali, magnopere ſtudeamus: quapropter, à die 1. Maij, uſque ad feſtivitatem S. Archang. Michaelis, manè ſurgant hora ſexta omues Religioſi, tam Sacerdotes, quam Choriſtæ, Laici, & Donati; & à feſtivitate S. Michaelis Archangeli, uſque ad 1. Maij, manè ſurgaut hora ſeptima omues ſupradicti; & dum ſe modeſtè induunt, aliquid in Domino meditentur, ac decenter veſtibus opperti, humiliter genuflectant, ac Deum adoreut: deinde lectum componant, ac alia neceſſaria expleant, donec poſt dimidiam horam, pulſato ſigno, conveniant omnes ad chorum, orationem vocalem per quartum horæ ab Hebdomadario, ſive alio, à Superiore deputato, legendam audituri. Qua expleta, oratioui mentali vacent pariter per quartum horæ ſuper materiam lectiouis. Quo finito, Laici, & Donati ad eorum miuiſteria complenda, ſe conſerant. Reliqui verò, Primam, juxta prædicta, modeſtè dicaut, qua peracta, ſilenter, ac ſimul, à choro egrediantut.

§. 2. Hota competenti pulſetur ad refectorium corporale, & ſtatim conveuiant omnes modeſtè, ac ſilenter, factaquè de more, à Superiore benedictione, ſedeant primò Superiores, deinde Sacerdotes ordiue infra ſcripto, poſtea Diaconi, & Subdiaconi, & in menſa ſeparata Choriſtæ, Novitii Choriſtæ, Laici, & Donati, ordiue profeſſionis ſuæ. Poſt prandium, gratiis devotè peractis, fieri poterit recreatio honeſta per horam, in loco deputato: ibiquè loquantur de rebus iu Domioo utilibus, qua expleta, in ſua cubicula ſe recipiant, niſi proprio occupentur officio, ibiquè, poſt breve examen conſcientiæ, & iuvocato devotè divino auxilio, aliquid legant, ſcribant, aut ſtudeant, ſive aliud, ex præſcripto Superioris, peragant uſquè ad Veſperas, quibus cum Completorio peractis, pari ratione ſe habeant.

§. 3. Completo Matutioo cum Laudibus hora, & forma in cap. de divino Officio præſignata, dato ſiguo, dicatur devotè in Eccleſia una pars Roſarii B. M. V. cui interſint etiam Laici, &

Donati. Poſtea pulſetur ad refectorium pro refectione corporali, qua finita, poſt recreationis tempus, arbitrio Superioris localis recipiant ſe iu cubicula lectioni vacaturi: ac poſt examen conſcientiæ, hora decima ad lectum eant. Extra cubiculum nemo poſt hanc horam reperiatur, niſi de Superioris licentia.

§. 4. Semel in Septimana poterit diſpenſare Superior localis cum univerſa Communitate in aſſignatis quotidianis exercitiis, ut crebrior fiat recreatio, ſecundum tamen loci, & perſonarum diſtinctionem. Nullus Religioſorum egredi ex noſtris Domibus audeat abſque licentia, ſingulis vicibus impetrata, & benedictione à Superiore locali accepta, qui juxta Regulam M. Auguſtini, quantum poſſibile ſit adimplendam, ſocium adjungat, non egredienti rogatum, ſed arbitrio Superioris electum; poterit tamen diſpenſare cum Procuratoribus, & Eleemoſynariis, ut accepta manè, & ſerò ſpeciali benedictione ſæpius in die egrediantur. Cum autem omnes ad Domum revertetur, Superiorem ipſum adeant, benedictionem accepturi.

§. 5. Extra Domum autem, in noſtris Religioſis gravitas modeſtia, & Religioſitas ſemper eluceat: nuptiis, aliiſvè choreis nè interſint; & ſi aliquando non potuerint ſe excuſare, memoria
(27) teneant illud M. P. Anguſtini (27):
In Reg. C. 6. *in omnibus motibus veſtris nibil fiat, quod cujuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat Sanctitatem, ſive inſtitutum*; & ad excuſandam mulierum familiaritatem, volumus, quod nullus Religioſorum valeat pueros tenere, aut de Sacro Fonte levare, niſi ex urgentiſſima cauſa, & cum licentia D. Præceptoris Generalis.

§. 6. In unaquaque ex noſtris Domibus ſit unus Religioſus deſtinatus à Superiore, qui alios excitet hora conſtituta, ideoque, dimidia ſaltem hora ante cæteros ſurgat, eoſdemque vocet, lumenquè, cum opus fuerit in ſingulorum cameras deferat. Sicquè lampas in loco apto totam noctem ardens.

Caput XVIII.

De Silentio.

§. 1. Silentii, quod eſt cuſtos Religionis, ſemper habenda eſt ratio. Qua propter, ſtatuimus, ordinamus, & mandamus, ut ſilentium in tota Domo ſervetur extra tempus recrestionis; ſed maximè in Eccleſia, in Choro, Sacriſtia, Dormitorio, & Refectorio: ubi cum de rebus neceſſariis loqui neceſſe erit, id obiter, & ſubmiſſa voce fiat, & in dictis locis fragor, aut ſtrepitus non excitetur tempore, quo fiunt exercitia communia, ac præcipuè, à prima nocte ſalutationis Angelicæ, uſque ad ſolis ortum.

§. 2. Ut autem prædicta ordinatio de ſilentio abſquè obſtaculo ſervetur, præcipimus omnibus Superioribus hujuſcæ Præceptoriæ Generalis nè quis in ſua Domo recipiat illos, qui metu juſtitiæ ſæcularis ad noſtras Domos confugerint; ſi tamen neceſſitas, ſive periculum eorum urgeat, non amplius, quam per tres dies in noſtris Domibus demorentur, & tunc ſint in loco ſeparato à concurſu frequentiori Religioſorum, qui cum dictis pauca, aut nulla loquantur.

CONSTITUTIONUM PARS SECUNDA.

Caput I.

De Honeſtate babitus Religioſorum.

(28) §. 1. Ait Auguſtinus P. (28) *non ſit*
In Reg. C. 6. *notabilis Habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.* Veſtimenta igitur Religioſorum talia eſſe debent, ut in illis, nihil poſſit vanitatis notari, vel ſuperfluitatis, nihilque, quod pertineat ad ſuperbiam, ſeu vanam gloriam; quapropter inhærentes ordinationi antiquorum ſtatutorum (29); ac
(29) Stat Vien. 2 p. 149. fol. 45. etiam conſuetudini, hucuſquè in hac Præceptoria Generali, ejuſque Domibus obſervatæ, ſtatuimus, & mandamus, quod Habitus omnium Religioſorum Clauſtralium, Choriſtarum, ſive Clericorum ſit niger, & ſimplex non ſericus, ſed laneus, videlicet qui honeſtos deceat Clericos, & ſacris Canonibus non repugnet, in quo munditia, cum paupertate ſit conjuncta. Inſequantur deniquè in Habitu exteriori Clericos ſæculares probatæ vitæ, & virtutis.

§. 2. Sacrum Religionis Antonianæ noſtræ ſignum, quod *Thau*, ſive Potentia appellatur, ut diſertè habet Bonifacius VIII. eo diplomate, quo primum Abbatem creavit, ac noſtram Religionem erexit, & approbavit anno MCCXCVII. ſit de camelloto, panno, aut etiam ex ſerico cerulei coloris cum

cot-

cordula , aſſuatutque ad pectus lateris ſiniſtri ; Commendatores vero , ſive per privilegium , ſive per immemorabilem conſuetudinem , *prædictum ſignum Thau ex auro , argentove conſlatum collo appenſum , vel ut teſſeram geſtant* , (30) & geſtare poterunt. In Habitu chori ſemper ſe conformarunt Religioſi noſtræ Præceptoriæ Generalis Canonicis regularibus Sanctæ Eccleſiæ Pompilonenſis , portando ſcilicet ſupra veſtem talarem Superpeliceum , & Almutiam nigri coloris cum ſigno *Thau* in ipſa aſſuto : ita pariter erit in poſterum Habitus pro choro in omnibus noſtris Domibus.

(30) Laur. Bev. tom.6.lit.R

§. 3. Commendatores , vero , & Religioſi Graduati , ſive in Sacra Theologia , ſive in Sacris Canonibus , ſive in Jure Cæſareo in aliqua Univerſitate Hiſpaniarum approbata , foderaturam coloris violacei in Almutia poterunt geſtare , juxta privilegia pro Graduatis , & conſuetudinem in noſtra Præceptoria Generali obſervatam. Similiter Commendatores , ſive Superiores portabunt in Almutia *Thau* cordula argentea ornatum. Inſuper , ut omnes dictæ noſtræ Præceptoriæ Generalis Religioſi ſe gerant cum majori decentia , poterunt portare Thugam honeſtam nigri pariter coloris cum ſuo birreto , quod etiam in choro portabunt.

§. 4. Laicorum, verò ſint ejuſdem formationis Sotana , & Pallium , quam Clericorum , ſive Choriſtarum; de tela tamen *vulgo eſtamenta B. M. V. de Monte Carmelo* , vel alia conſimili , quæ eſt ejuſdem coloris laneæ ; ex ipſa , aut de rudiori panno ejuſdem coloris erunt omnes eorum veſtes. Donati eodem Habitu utantur , ac Laici , tam quoad qualitatem , quam quoad colorem : ſotana verò , per dimidium palmi , ſupet pedis claviculam deſit. Tam Donati , quam Laici portent pariter in pectore ſignum *Thau* , ſicut , & Clerici , ſive Choriſtæ.

§. 5. Nulli ex noſtris Religioſis , ſive Superior ſit , ſive Sacerdos , ſive Choriſta, ſive Laicus,ſive Donatus liceat unquam prædictum ſignum *Thau* dimittere ; ſiquis autem temerè dimiſerit , vel per contemptum occultaverit , ipſo facto excommunicatus exiſtat. Quilibet Commendator , ſive Superiot localis teneatur dare ſine mora omnibus Religioſis Choriſtis , & Laicis ſibi ſubditis , à die profeſſionis , ac etiam Donatis , ab anno ingteſſus in Ordine , omnia veſtimenta neceſſaria, tam interiora , quam exteriora , ac lectulum , provideatque de aliis rebus pro religioſo cubiculo neceſſariis.

§. 6. Sacerdotes vero (ad evitanda jurgia , & contentiones) provideantur à Superiore de rebus pro religioſo cubiculo neceſſariis. Veſtimenta , autem, & aliæ quæcumque res manuales ſint de obligatione ipſiuſmet Sacerdotis ; ad hunc enim effectum conceditur ipſis in cap. 13. 1. part. uſus eleemoſynæ Miſſarum. Caveant autem Superiores omnia prædicta ſervare , utpote rationi , ac juſtitiæ conſonum eſt , quod Religioſi provideantur de neceſſariis à Domo , cui die, ac nocte deſerviunt. Si ſecus autem aliquis Supetiorum fecerit , fiat à quocumque Religioſo recurſus ad D. Præceptorem Generalem, qui modis , & formis ipſi benè viſis juſtitiam adminiſtravit.

CAPUT II.

De Menſa , atque jejuniis.

§. 1. Ciborum parſimoniam, & ſobrietatem magnoperè ſervemus : ait enim in Regula Auguſtinus P. (31): *carnem veſtram domate jejuniis , & abſtinentia eſca , & potus , quantum valetudo permittat* : quapropter jejunia ab Eccleſia indicta accuratè cuſtodiamus jejunetur pariter ab omnibus Religioſis toto tempore Adventus , Dominicis diebus exceptis ; uti tamen poterunt lacticiniis ; idem ſervetur in vigilia Nativitatis , & Purificationis B. M. V. ac etiam in vigiliis SS. PP. Auguſtini , & Antonii. Inſuper , ob præcipuam reverentiam erga Salvatoris noſtri Sacratiſſimam Paſſionem ſervetur jejunium in omnibus feriis ſextis , niſi feſtum , pro quo pridie ſit jejunatum in ea incidat. Abſtineant omnes à carnibus omnibus feriis quartis totius anni , niſi eo die contigerit feſtum Nativitatis Dominicæ , vel SS. PP. Auguſtini , & Antonii. Religioſi tamen iter facientes , tantum ad ſervanda jejunia , ab Eccleſia indicta , erunt obligati.

(31) Cap. 3.

§. 2. In menſa, & in victu frugalitas ſervetur; injungimus tamen omnibus Superioribus , ac pariter præcipimus , ut Religioſorum neceſſitati (ſicut hactenus ſervatum eſt) charitativè provideant. Numquam deſit in menſa ſacra lectio , vel ex Regula , vel ex SS. PP. vel aliis Authoribus valdè probatis, juxta illud M. P. Auguſtini (32) *nè ſola vobis fauces ſumant cibum, ſed, & aures eſuriant Dei verbum.* Lectionem omnes auſcultent ſilentio ; ejus errata corrigere , aut de ea , verba facere , præter Superiorem , audeat nemo. Choriſtæ , Novitii , Laici, & Donati in ſeparata menſa ſedeant , nec unquam Sacerdotibus

(32) Ibidem C.4.

commiſceantur in refectorio: ita fuit ſemper conſuetudo, ac in poſterum pariter eſſe debet.

Caput III.

De Domibus Novitiorum, & eorum Magiſtris.

§. 1. CUM ex primæva Religioſorum educatione oriantur in omnibus conſuetudines, ac reliquæ virtutes morales, dignum, & congruum videtur, quod Novitii recipiantur in Domibus, ubi eſt ſufficiens numerus Religioſorum pro choro, aliiſquè Religioſis exercendis: in quibus Domibus erit Magiſter Novitiorum, qualitatibus prædictis Cap. 3. P. 1. §. 1. ornatus, cui imminebit cura educationis ipſorum, juxta omnia in dicto Cap. prænotata, & ordinata.

§. 2. Laici, autem & Donati poterunt in quacumque Domo recipi, & eorum educatio ad ipſum Commendatorem, vel Superiorem localem, ſive ad Sacerdotem ab ipſo deſtinatum pertineat. Caveant autem tam Superior, quam Sacerdos deſtinatus, quod tales Laici, aut Donati numquam, ut ſupra dictum eſt, libros latinos legant, ſed pios vulgaris idiomatis. Statuimus, etiam, & ordinamus, quod ad Clericalem ſtatum Laici, ſive Donati, nunquam tranſire poſſint, quod ſi attentatè præſumpſerint, ſeveriſſimè puniantur, & viliſſimis quibuſcumquè officiis ſemper emancipentur.

Caput IV.

De noviter Profeſſis.

§. 1. CHoriſtæ noſtræ Religionis, poſt emiſſam profeſſionem, litterarum ſtudiis, & Cæremoniis Eccleſiaſticis vacent, ut regularis diſciplina in eis confirmetur, & ſtabiliatur. Habebunt votum pro recipiendis Novitiis, & eorum profeſſione, dum fuerint in Sacris Ordinibus conſtituti, & non antea. Infra triennium, à die profeſſionis non promoveantur ad Sacros Ordines, in hoc tamen poterit diſpenſare D. Præceptor Generalis attenta alicujus idoneitate, aliave rationabili cauſa.

§. 2. Suggeſtione, ac fallacia Dæmonis, non raro contingere ſolet Alumnos Religioſæ perfectionis decipi, etiam ſub prætextu perfectionis vitæ: propterea nemo noſtrorum Religioſorum audeat ad aliam Religionem arctiorem, ſive ſtrictiorem tranſire, niſi de D. Præceptoris Generalis licentia, quæ non concedatur, ſi ex levitate, temeritate, odio, contemptu, aut alia animi perturbatione provenire cognoſcat: cujus reſolutionem, ſiquis protervè recuſet, carcerali cuſtodia aſſervetur; ſi aufugerit, excommunicatus publicetur; ſi tamen pœnitens reverſus fuerit, petita venia recipiatur, ab excommunicatione à Superiore locali abſolvatur, & iterum incarceretur, donec per Superiorem Generalem fuerit diſpenſatus.

§. 3. Neceſſe eſt Clericos, utpotè verbi Dei, Sacramentorumque Miniſtros, omni bonarum litterarum genere, præcipue vero Theologiæ eruditione eſſe conſpicuos, nè divina miſteria per imperitos cum Religionis dedecore exerceantur. Magna, ergo, cura adhiberi debet, ut qui ſtudiis videntur eſſe apti, hi Logica, Philoſophia, & Theologia Scholaſtica, & Morali erudiantur. Nemo tamen ad Logicam, aut Philoſophiam admittatur, niſi poſt profeſſionem. Nullus ſtudentum tranſeat à Logica ad Philoſophiam, & à Philoſophia ad Theologiam, niſi à Superiore locali, ſuoque Magiſtro examinatus, idoneus fuerit repertus, ac de D. Præceptoris Generalis licentia.

§. 4. Ut ſchola ſit frequentior, in ſeq. capite præfigentur Domus, ad quas, ex aliis hujuſcæ Præceptoriæ Generalis, ſtudiorum cauſa, de D. Præceptoris Generalis electione, & licentia, demigretur. Per tres annos, Logicæ, ac Philoſophiæ operam dabunt, & per alios tres annos Theologiæ ſcholaſticæ, vel Sacris Canonibus. Per id totum tempus, lectiones in Univerſitate, aſſiduè audiant, illaſque poſtea in Domo, coram Magiſtro repetant, ac dubitationes de ea, ac argumenta quotidie proponant inter ſe: ſingulis hebdomadibus habeantur in Domo privatim diſputationes, in quibus unus concluſiones propoſitas defendat, & alii argumenta contraria objiciant. Ne legendis aliarum ſcientiarum libris diſtrahantur, deotur ſingulis à Magiſtro libri, quos ſolos legere poterunt.

§. 5. In Domibus ſtudiorum, Officium divinum cum ſemicantu dicatur. Miſſa, autem conventualis, & primæ veſperæ feſtorum colendorum 1. claſſis decantetur. A lectulis ſurgant hora quinta matutina, & poſt orationem mentalem, audiant devotè Sacrum à Magiſtro, vel Superiore locali celebrandum. Diſtributio horarum pro divino Officio, ac pro ſtudio, ad arbitrium Superioris localis, ac Magiſtri ſtudentum ſiat. Summoperè curet Magiſter, ut omnes ſui diſci-

ſcipuli obligationem adimpleant. Si quis ſtudentum negligens fuerit, ſupradictis non obedierit, ac in litteris non profecerit, à Magiſtro moneatur, ac illius arbitrio, prudenter tamen, puniatur; & ſi opus fuerit, Informetur D. Præceptor Generalis, & ſi Dominationi ſuæ benè viſum fuerit, privetur à proſecutione ſtudiorum, & in aliqua ex noſtris Domibus conventualis mittatur.

§. 6. Licentia exeundi à Domo debet præſtari ſtudentibus à Superiore locali, ac etiam à Magiſtro, quæ raro concedatur, præterquam in feriis quintis cujuslibet ſeptimanæ poſt veſperum, & completorium, in quibus poterunt exire omnes extra Civitatem, pro honeſta recreatione animi: ſimul tamen cum eis ivit, & erit eorum Magiſter.

Caput V.

De Domibus Studiorum, & de earum congrua ſuſtentatione.

§. 1. In noſtra Oſcenſi Domo, pro Religioſorum commoditate, titulo Collegii, fundata continuo aſſiſtant octo Religioſi, qui in ejus Regia, Pontificia, & Sertoriana Univerſitate per tres annos ſtudeant Logicæ, & Philoſophiæ. Finita Philoſophia, qui in ea examinati, idonei fuerint reperti, & approbati à Superiore locali, & Magiſtro, per alios tres annos Theologiæ Scholaſticæ, ſive Sacris Canonibus vacent. Sacrorum autem Canonum Studium ſit de conſenſu, & licentia D. Præceptoris Generalis. Sit in dicta noſtra Domo, & Collegio aliquis Religioſus noſtri Ordinis, in aliqua ex Univerſitatibus Hiſpaniarum approbata Doctoratus gradu inſignitus, à D. Præceptore Generalis deſtinandus, qui munus Magiſtri Collegialium habeat. Omnes autem noſtri Ordinis Religioſos hortamur, quantum poſſibile ſit, ſtudere Philoſophiæ, ac Theologiæ, juxta mentem, & Scholam Angelici D. D. Thomæ Aquinatis veri Commentatoris M. P. Auguſtini, cujus Regulam ſequimur.

§. 2. Quia tamen dicta Domus Oſcenſis redditibus, & eleemoſynis ſufficentibus, ad dictos octo Collegiales, ſive ſtudentes, & Magiſtrum ſuſtentandos, ac veſtiendos caret, D. Præceptor Generalis, & Commendatores, ſive Superiores Capitulariter congregati ultrò ſe obligarunt juvare ad ſupradicta dicto Oſcenſi Collegio, ſolvendo unuſquiſque ſingulis annis penſionem tenoris ſequentis.

D. Præceptor Generalis quatuorcentum realia argentea.

Commendator Cervariæ ſexaginta quatuor reali argentea.

Commendator Ilerdæ ſexaginta quatuor realia argentea.

Commendator Cæſar-Auguſtæ centum & viginti octo realia argentea.

Commendator Valentiæ ducentum, & viginti realia argentea.

Commendator Majoricæ, ſive Palmæ octoginta realia argentea.

Commendator Vallisſcampi viginti quatuor realia argentea.

Commendator Calatajubil ſexdecim realia argentea.

Prior Tarragæ triginta duo realia argentea.

Commendator Pompilonæ ſexaginta quatuor realia argentea.

Commendator Tubeliæ centum, & viginti realia argentea.

Commendator Barchinonæ ſeptuaginta duo realia argentea.

§. 3. Quas omnes penſiones tenentur ſolvere omnes Commendatores, ſive Superiores prædicti, & eorum pro tempore ſucceſſores prima die menſis Novembris anni proximi futuri: ac deinceps, eodem die, ſingulis annis; dictam autem ſolutionem faciant, mittendo unusquiſque, ſuis ſumptibus, penſionem ipſi correſpondentem ad Superiorem Domus, & Collegii Oſcenſis. Si quis, autem, Commendatorum, ſive Superiorum prædictam ſolutionem per unum menſem retardaverit, duplicatum ſolvat; ac ſi aliquo prætextu, vel cauſa præſumpſerit, aut voluerit ſe excuſare, illicò à D. Præceptore Generali, toto rigore juris compellatur.

§. 4. Si contigerit aliquem ex ſupradictis Collegialibus, vel Magiſtrum in dicta Domo Oſcenſi non intereſſe, infirmitatis cauſa, vel alio legitimo titulo, debeat Superior talis Domus depoſitare pro unoquoque tercentum, & viginti realia argentea quolibet anno, vel pro rata ipſius abſentiæ; & hoc depoſitum, arbitrio D. Præceptoris Generalis in beneficium dictæ Domus refundatur, ſive illam reparando, ſive emendo libros, ſive in aliqua alia re neceſſaria.

§. 5. Si aliquis Collegialium, ſive ſtudentum fuerit Sacerdos, ſervetur cum eo quoad celebrationem Miſſarum diſpoſitum, & ordinatum cap. 13. part. 1. harum Conſtitutionum; Magiſter autem celebret ſemel in menſe pro benefactoribus, & Religioſis, & pro ſua intentione ſingulis aliis diebus, & dicto Superiori Oſcenſi ſit cura, eum de veſtimentis, & aliis neceſſariis providere.

S 3 §. 6.

§. 6. In Domo Majoricenſi aſſiſtant Religioſi ſtudentes noſtri Ordinis illius Domus, & Domus noſtræ Minoricæ, & curet Commendator, quod in Univerſitare, aut in alio Conventu, Collego ipſi benè viſo litteris vacent, & in illis ſe exerceant, juxta prædicta in capit. antecedentibus: eligatque ipſemet Commendator Magiſtrum ſtudentum, vel Collegialium habentem qualitates ſupradictas.

Caput VI.

De numero Religioſorum cujuslibet Domus, & de inter eos præferentia.

§. 1. IN hac Domo, ac Præceptoria Generali Olitenſi ſint tot Religioſi, quot benè viſum fuerit D. Præcepturi Gener. In Dumibus Cæſar-Auguſtæ, Valentiæ, Majoricæ, ac Minoricæ ſint ſex Religioſi pro unaquaque. In Domibus Cervariæ, Tubellæ, ac Pumpilonæ ſint duo pro unaquaque. In aliis Domibus ſit tantum pro unaquaque unus: qui Religioſi ſint Sacerdotes, aut Choriſtæ. Religioſos autem Laicos, aut Donatos tot habear unusquisque Commendator, ſive Superior, quot ipſi videantur convenire pro eleemoſynis faciendis, & cæteris miniſteriis, Dumibus ipſis competentibus.

§. 2. Præſerentia inter Sacerdotes à die Profeſſionis emiſſæ ſumatur. Præferat itaque antiquior in Profeſſione, quæ quidem regula ſervetur pariter inter Choriſtas, qui & Novitii Choriſtæ ſemper præferant Laicis, & iſti Donatis præſetant.

§. 3. Ut autem aliquam exceptionem habeant illi, qui majori cum diligentia litteris ſe dederunt, ac in eisdem intelligentiam, atque idoneitatem ſuo ſudore in Religionis honorem fuerunt adepti: ordinamus, & mandamus, quod ſi de Superioris Generalis licentia, in aliqua Univerſitate approbata Hiſpaniarum Gradum Doctoratus habeant, ſive in Sacra Theologia, ſive in Sacris Canonibus, ſive in Jure Cæſareo præſideant omnibus Sacerdotibus, à die, quo Ordinem Sacerdotalem accipiant; inter ipſos antem Doctoratos, præſerentia ſumatur à die Profeſſionis. Hæc tamen præferentia Doctorum, reſpectu aliorum Sacerdotum, ſervetur tantum in eis, qui de cetero noſtrum Sanctum Habitum ſumpſerint.

§. 4. Magiſtri Novitiorum præferant aliis Sacerdotibus non graduaris, & ſi fuerit graduatus, ſuo ordine præſerat, Magiſtri ſtudentum præſerant Magiſtris Novitiorum, & aliis Sacerdotibus tam graduatis, quam non graduatis. Secretarius D. Præcept. Gener. præferet Lectoribus, ſive Magiſtris ſtudentum, Magiſtris Novitiorum, & aliis Sacerdotibus tam graduatis, quam non graduatis: & hæc præferentia Magiſtri Novitiorum, Lectorum, & Secretarii intelligatur quoad jam exiſtentes in Religione, & ſic, finito Capitulo, qui habuerit titulum, & exercitium D. Præcepturis Generalis ad aliquod ex ſupradictis Miniſteriis, habeat ſupradictam præſerentiam.

Caput VII.

De Diſtrictu cujuslibet Domus pro eleemoſynis faciendis.

§. 1. STatuta antiqua noſtræ Religionis ordinarunt (34), quod nullus Præceptor Ordinis, quicumque ſir, Generalis, ſive Subditus per ſe, nec per alium, directè, vel indirectè præſumat aliquo modo, limites aliarum Præceptoriarum invadere, quæſtas facere, vota, ac legata promiſſa, & eleemoſynas in alienis Præceptoriis petere, vel exigere, & hoc ſub pœna duplici illius, quod talis Præcept. ſic invadens receperit, ſolvenda illi Præcepturi, cui facta eſt injuria infra unius menſis ſpatium, & ſub excommunicationis pœna. Idem, & ſub eisdem pœnis, ſtatuimus, & mandamus omnibus Commendatoribus, ſive Superioribus hujus Præceptoriæ Generalis. Et quia dicta ſtatuta ordinant, quod limites dictarum Præceptoriarum ſtent conſuetudini ſuper hoc hactenus obſervatæ, declaramus pro limite cujuslibet Domus, juxta conſuetudinem usque modo in Domibus hujuscæ Præceptoriæ Gener. ſervatam.

(34) Fol. 142. & 243.

§. 2. Commenda major, ac Præcepturia Gener. *de Olite* habet pro limite Epiſcopatum *Pompilonæ*, ac Provincias de *Alaba*, *Guipuzcoa*, & *Vizcaya*.

Commenda *Perpiniani*, quæ per Decretum vacat ob promotionem ultimi Commendatoris ad Commendam *Pompilonæ*, habet pro ſuo limite Epiſcopatus *Elnæ*, atque *Gerundiæ*.

Commenda *Cervariæ*, habet pro ſuo limite Epiſcopatum de *Urgel*, *Solsonæ*, *Vique*, & Archipræsbyteratum, vulgo de *Acber*: quia tamen Domus *Tarragæ* eſt intra Epiſcopatum *Solſonæ*, pro illius ſuſtentatione, aliquis limes intra ipſius Epiſcopatum, infra ei deſignabitur.

Commenda *Illerdæ* habet pro ſuo limite ipſum Epiſcopatum *Illerdæ*, & Abbatiam de *Labais*.

Com-

Commenda *Cæſar - Auguſtæ* habet pro ſuo limite Archiepiſcopatum *Cæſar-Auguſtæ*, & Epiſcopatum *Turolenſem*.

Commenda *Valentiæ* habet pro ſuo limite Archiepiſcopatum *Valentinum*, & Epiſcopatus *Dertuſen. Oriolen. Segurbicen*, *& de Albarracin*.

Commenda *Majoricæ*, ſive *Palmæ* habet pro ſuo limite, & diſtrictu Epiſcopatum, ſive Inſulam *Majoricenſem*.

Commenda *Valliſcampi*, habet pro ſuo limite, & diſtrictu Archiepiſcopatum *Tarraconen*. Inſulam de *Ibiza*, & Abbatiam *Sanctarum Crucum*. Prioratus *Tarragæ* habet pro ſuo limite, & diſtrictu Decanatum *Tarragæ*.

Commenda *Calatajuvii* habet pro ſuo limite, & diſtrictu Epiſcopatum *Tiraſonen*.

Commenda *Pompilonæ*, quæ eſt Hoſpitium, ſive Camera hujus Præceptoriæ Gener. habet pro ſuo limite, intra ipſum Epiſcopatum *Pompilonæ*, quamdam vallem, quæ appellatur *la Cuenca de Pamplona*.

Commenda *Tubellæ* habet pro ſuo limite *Decanatum ipſius Tubellæ*, & omnia loca Diœceſis *Tiraſonen*. quæ ſunt in Regno *Navarræ*.

Commenda *Barchinonæ* habet pro ſuo limite Epiſcopatum *Barchinonæ*.

Collegium *Hoſcæ* habet pro ſuo limite Epiſcopatus *Hoſcæ*, *Burtinæ*, *& Jaccæ*.

Domus *Minoricæ* habet pro ſuo limite ipſam Inſulam *Minoricæ* per ceſſionem Commendatoris *Majoricæ* ab univerſo Capitulo approbatam.

Caput VIII.

De non alienandis bonis Religionis

§. 1. Antiqua noſtræ Religionis ſtatuta reform. Vienen. ſtaruerunt, & ordinarunt (35): *quod nullus Præceptor, Commendator, ſive Superior Ordinis cujuſcumquè conditionis exiſtat, poſſeſſiones ad ſuam Præceptoriam pertinentes dare, vendere, permutare, ſeu alias alienare, quovismodo præſumat .... Si quis autem contra iſtam prohibitionem aliquid alienandum, attentatè præſumpſerit, contra eum procedatur ad privationem ſui Beneficii, & ad revocationem ad Clauſtrum, & alias ſecundum ea, quæ felic. record. Paulus Papa II. contra alienatores rerum Eccleſiaſticarum ſalubriter ſtatuit, & decrevit.*

(35) P. 3. §. 235. f. 137.

§. 2. Nos itaquè volentes in hac gravi materia, rectitudine, qua par eſt, procedere: ordinamus, & mandamus omnibus Commendatoribus, & Superioribus obſervare Decretum Sac. Congreg. Concilii ſpeciali juſſu SS. Urbani VIII. editum die VII. Septembris anno MDCXXIV. ubi perpetuò prohibetur omnibus Superioribus cujuslibet Religionis, ſub pœna privationis omnium Officiorum, vocisquè activæ, & paſſivæ, ipſo facto incurrenda, bonorum mobilium, aut immobilium prætioſorum alienatio, aliæquè actiones, & contractus circa eadem bona in eodem decreto contenta, niſi conſulta eadem Congregatione, & cum ipſius expreſſa licentia, præterquam in caſibus à jure permiſſis.

§. 3. Nullus pariter Commendator, ſeu Superior permittat aliquod damnum in ſua Domo, Hoſpitali, Eccleſia, vel Hæreditatibus, ſicut etiam nullus ex dictis concedere poſſit Capellam, Altare, aut Sepulturam absque licentia in ſcriptis D. Præceptoris Generalis, & duorum Conjudicum.

Caput IX.

De Cura Superiorum pro Privilegiis noſtri Ordinis obſervandis.

§. 1. Nemini eſt dubium, quod noſtræ Domus, & Hoſpitalia hujus noſtræ Præceptoriæ Generalis redditibus, ad ſufficientem ſuſtentationem, careant: qua propter, earum conſervatio conſiſtit in magna adhibenda cura pro ſervandis Privilegiis Apoſtolicis, & Regalibus, quæ ſumma liberalitate Nobis fuere conceſſa à Summis Pontificibus, & Regibus Catholicis noſtris Dominis, & Patronis. Qua propter ſtatuimus, ordinamus, & mandamus omnibus Commendatoribus, Religioſis, Procuratoribus, & Adminiſtratoribus, quod unusquisque in ſua Domo, quæſtu, vel diſtrictu defendat, & faciat obſervare dicta Privilegia, & indulta, ut in illis continetur, & conceditur; & D. Præceptor Generalis idem promittit facere in ſua Domo Olitenſi majori cura, & vigilantia poſſibili.

§. 2. Ut autem unusquisque ſciat, quæ debeat facere, & obſervare: præcipimus, quod quilibet Commendator, ſive Superior habeat in ſua Domo tranſumptum authenticum dictorum privilegiorum. Nullus igitur permittat in ſuo diſtrictu Eremitoria, Oratoria, ſeu Confraternitates absquè ſui ipſius licentia, & cum aliquo reditu, vel reſponſione ſuæ commendæ, vel Domui, juxta Bullam felic. record. Clementis P. VII. (36). Si quis autem Superiorum talia Privilegia, ut ſupradictum eſt, non curet obſervari, D. Præceptor Gener. expenſis ejusdem

(36) In ſuo diplom. apud S. Petr. an. 1523. 6. Kal. Decem.

dem negligentis, id procuret. Omnia ſupradicta in hoc cap. ita fuerunt ſtabliita & ordinata in actis Capitulatibus hujus Præceptoriæ Gener. (37)

(37) P. 2. C. 13. folio 24.

Caput X.

De culpis, & earum pœnis.

§. 1. Licet in charitate, & ſpiritu manſuetudinis, & non in virga ferrea Religioſi regi debeant; quia tamen aliquibus nimia benignitas nocere ſolet, ne tranquillitas Ordinis perturbetur, ideo pœnæ delinquentibus imponantur; ita, ut primum charitativè debeant admoneti: poſtmodum, pœnis infra aſſignandis, vel aliis hujusmodi, juxta qualitatem culpæ, debent à Superioribus coerceri; & cum diverſæ ſint culpæ, & pœnæ debent eſſe diverſæ. Quapropter diverſitatem delictorum deſcribemus, & pariter differentiam pœnarum unicuique, juxta ipſius qualitatem, correſpondentium.

Caput XI.

Quæ ſit culpa levis, & de pœna ei debita.

§. 1. Levis culpa eſt: ſi quis in Choro legendo, vel cantando in aliquo defecerit: ſi quis divino Officio non intentus, vel in aliis locis publicis vagis oculis, & motu irreligioſo oſtenderit levitatem: ſi quis in Choro in aliquo libro legerit, quod ad Officium non pertineat, vel in quocumque libro, aliis cantantibus, ipſe legerit: ſi quis in Eccleſia, vel in clauſtro inquietudinis aliquid fecerit: ſi quis lectionem, vel cantum ſtatuto tempore non providerit: ſi quis diſſolutè, & inordinatè ridens ludis, dictis, vel factis alios concitaverit ad ridendum: ſi quis, ſtatutis temporibus cum aliis, auditurus lectionem, non adfuerit: ſi quis Altare, vel ornamenta Eccleſiæ negligenter tractaverit: ſi quis veſtes, vel libros ſibi commendatos, ſtatuto tempore, non repoſuerit: ſi quis ad Capitulum, vel ad Communem refectionem, ſeu collationem, ob negligentiam non interfuerit: ſi quis eorum, qui Officio deputati ſunt, in aliquo negligens repertus fuerit.

§. 2. Pro ſupradictis culpis, & his ſimilibus, imponatur Sacerdotibus Pſalmus, vel alia Oratio ab ipſo quam primum in choro dicenda: non Sacerdotibus verò, quod ſemel comedant in loco, & menſa ipſis correſpondenti, ſed ſtando.

Caput XII.

De culpa gravi, & de pœna ei debita.

§. 1. Culpa gravis eſt: ſi quis alicui Religioſo, vel ſæculari opprobrium, vel nomenclaturam, quæ cedit in deriſum dixerit, aut ſcripſerit, vel aliquem defectum naturalem, animo injuriandi, objecerit: ſi quis immodeſtè cum aliquo Religioſo, vel ſæculari contenderit: ſi quis turpem ſermonem protulerit, vel ſcripſerit: ſi quis Religioſo prætetitam culpam, pro qua jam ſatisfecit, improperaverit: ſi quis alicui Religioſo Indulgentiam à ſe petenti de aliquo commiſſo, veniam negaverit: ſi quis alicui detraxerit, vel de eo graviter murmuraverit: ſi quis culpam ſuam, vel aliorum protervè defenderit: ſi quis jejunia Ordinis fregerit: ſi quis de rebus Religionis cum ſæcularibus ſermonem fecerit: ſi quis Religioſorum, abſque Superioris localis licentia è Domo exierit, vel cum redierit Domum, ipſo Superiori, pro benedictione accipienda, non ſe præſentaverit. Pro hujusmodi, & ſimilibus culpis, Sacerdotes ſemel in loco, & menſa ipſis correſpondenti comedant, ſed ſtando; non Sacerdotes vero ſtando in loco, & menſa ipſis correſpondenti, ſolo pane, & aqua ſemel reficiantur.

Caput XIII.

De culpa graviori, & de pœna ei debita.

§. 1. Culpa gravior eſt: ſi quis jejunium ab Eccleſia inſtitutum fregerit: ſi quis mortale peccatum manifeſtè commiſerit: ſi quis blasphemiam evomerit: ſi quis ſciens & volens: ſententiam excommunicat. incurrerit, ſi quis ſciens, ſe eſſe excommunicatum, celebraverit, vel in ſuis ordinibus miniſtraverit: ſi quis, per contumaciam, & manifeſtam rebellionem, Superiori ſuo Inobediens extiterit, vel cum eo, poſtpoſita debita reverentia, & paternali timore, quaſi de pari contendere auſus fuerit: ſi quis item ebrius, aliquando, etiam ſemel tantum, dephrehenſus fuerit: qui in eleemoſynis tradendis ſuo Superiori fuerit infidelis, aut quæcumque bona Religionis uſurpaverit. Qui hujusmodi, & ſimilibus culpis convictus fuerit, in ſuo cubiculo per hebdomadam recluſus retineatur, cum externis non loquatur, nec ab eo exeat, niſi ad chorum, inſequendo Communitatem, quo tempore ſecunda, quarta, & ſexta feria ſolo pane, & aqua reficiatur.

§. 2. Con-

(38) Seſ. 25. c. 4. §. 2. Concilium Trident. (38) loquendo de Regularibus ait : *ne liceat Regularibus à ſuis Conventibus recedere, etiam prætexta ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint.* His attentis ſtatuimus, ordinamus, & mandamus, quod nullus Religioſus noſtri Ordinis exeat à diſtrictu, limite, Regno, vel Provincia, in quo ſua Domus conventualis exiſtit, absque licentia in ſcriptis ſui Superioris localis; ſi tamen, cauſa juſta, petita tali licentia Superiori locali ab aliquo Religioſo particulari, ipſi non fuerit conceſſa, absque ea poterit accedere ad hanc Præceptoriam Gener. cum Teſtimonio ſuæ ſubmiſſionis ejus Superiori locali. Si tamen neceſſitas urgeat accedendi ad Gener. Præceptoriam, Religioſus particularis id faciat cum licentia in ſcriptis ſui Superioris localis. Commendatores, verò, & Superiores non exeant à diſtrictu ſuæ Domus ultra unam dietam, absque licentia pariter in ſcriptis D. Præceptoris Gener. Si autem contigerit aliqua urgentiſſima cauſa, poterunt cum præſumpta licentia pergere ad quamlibet Civitatem, aut locum Regni, vel Provinciæ, ubi ſua Domus, aut Commenda exiſtit; ſed teneantur, quam primum, certiorare D. Præceptorem Gener. Si quis autem ſive Commendator, ſive Superior ſecus fecerit, reputetur ei pro culpa graviori, & ad ejus tenorem puniatur.

Caput XIV.

De culpa graviſſima, & de pœna ei debita.

§. 1. Graviſſima culpa eſt: ſi quis fuerit falſarius: ſi quis gravem aliquam læſionem alicui intulerit: ſi quis ſe fornicationis crimine maculaverit: ſi quis Apoſtaſiam fecerit: ſi quis Commendatorum, ſeu Superiorum Mandata, ſub excommunicationis pœna impoſita, non expleverit: ſi quis Confeſſionem revelaverit: ſi quis Superiorum, aut Religioſorum ea, quæ in his Conſtitutionibus, ſub Excommunicationis pœna, præcipiuntur non impleverit, & cætera hujusmodi. Qui in prædictis, & ſimilibus inciderit, carceribus mancipetur: illius Superior, ſive Commendator, reddat de eo rationem D. Præceptori Generali, de cujus Commiſſione recipietur authentica informatio, qua, & aliis de jure ſolitis, & neceſſariis, D. Præceptor Gener. cum duobus Conjudicibus imponat pœnitentiam, juxta allegata, & probata.

Caput XV.

De Incorrigibilitate.

§. 1. Incorrigibilis ille quidem judicandus erit, qui culpas graviſſimas non veretur committere, vel de ejus correctione, & emendatione, non eſt aliqua probabilis ſpes, de quo dicit M. P. Auguſtinus (39) : *Etiam ſi ipſe* (39)
non abſceſſerit, de veſtra ſocietate projiciatur: In Reg. c. 7.
non enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer; nè contagione peſtifera cæteros perdat. Quapropter ſtatuimus, ordinamus, & mandamus, quod ſi quis, per tres vices, in culpam, vel culpas graviſſimas inciderit, & de illa, vel illis fit pariter per tres vices proceſſatus, & punitus, retineatur in carcere, juxta diſpoſitionem in Bullis Apoſtolicis, & à Domino Præceptore Generali, cum duobus Conjudicibus Habitu ſpolietur, & à Religione projiciatur. Nullusque Superior, ſive Commendator talem ad Ordinem ulterius recipiet, & ſi receptio contigerit, ſit nulla.

Caput XVI.

Quomodo, & à quibus injungendæ ſint prædictæ pœnæ.

§. 1. Circa pœnas ſupradictas, ſtatuimus, & mandamus, quod Religioſis aſſuetis levi culpæ, pœna levis mutetur in gravi; & aſſuetis gravi, illam mutetur in graviorem, & aſſuetis graviori, in graviſſimam, & quod ſemper aggravatis culpis, ratione circumſtantiarum, aggraventur etiam, & pœnæ in conſtitutionibus taxatæ, in quibus quidem omnes notare circumſtantias, impoſſibile foret.

§. 2. Declaramus etiam, quod Commendator, ſeu Superior localis per ſe, & absque alterius Conſilio poterit imponere pœnam, & levis, & gravis culpæ. Pœnam vero gravioris culpæ de Conſilio Sacerdotum Conventualium. Ad pœnam graviſſimæ culpæ, ut ſupra dictum eſt. Cap. XIV. §. I. hujus partis.

§. 3. Si quis Commendatorum, ſeu Superiorum pœnas aliter impoſuerit, à Domino Præceptore Generali pro prima vice durè arguatur: pro ſecunda puniatur: pro tertia, recipiatur authentica informatio de Commiſſione D. Præceptoris Gener. qua finita juxta diſpoſitionem juris, puniatur juxta ſententiam à D. Præceptore Gener. & duobus Conjudicibus imponendam. Impoſitæ, tamen pœnæ, quocumque modo imponantur,

tur, à ſubditis humiliter acceptentur poſtpoſita omni appellatione, nam à correctionibus non licebit Religioſis noſtris appellare: ſi tamen in impoſitione pœnarum non ſerventur ſupradicta, poterit Religioſus in ſcriptis informare D. Præceptorem Gener. qui veritate comperta, ſi Superior malè ſe geſſerit, cum eo, ut ſupra dictum eſt, ſe gerat.

§. 4. In culpis levibus, & gravibus poterit Superior localis diſpenſare pœnas correſpondentes: id tamen rarò fiat. Pœna verò pro culpis grav[illegible]ri, & graviſſima ſine diminutione imponi, & ab eo, qui deliquerit, impleri præcipimus: qui enim non eſt veritus tales culpas committere nullo Privilegio, nec honore, nec reſpectu debet gaudere, quo minus condignam ſuis demeritis ſubeat pœnitentiam.

CONSTITUTIONUM PARS TERTIA.

Caput I.

De Domino Præceptore Gener.

§. 1. Dominus Præceptor Generalis hujus Regiæ majoris Domus, & omnium in Regnis Navarræ, Aragoniæ, Catalomniæ, Valentiæ, Majoricæ, & Minoricæ unicum, & Supremum Caput, hucusque per S. Sedem Apoſtolicam proviſus, & electus, non ut poteſtate dominans, ſed ut charitate ſerviens Religioni, & eorum membris, honorem promereatur: dicit enim
(40) Luc. 22. v. 27. Chriſtus, (40) *Ego ſum inter Vos tamquam qui miniſtrat.* Non ergo, ſe erigat, tamquam dominaturus in Clerum, ſed forma gregis factus, ſit tamquam unus ex reliquis Religioſis, vel illos morum, & vitæ integritate præcedat; ut fidelis miniſter, & ſoliciti Paſtoris partes ſuſtineat, ut eam, quam tenetur ſummo Paſtori de commiſſa grege reddere poſſit rationem.

§. 2. Semper hæc Regia Domus Olitenſis fuit, & eſſe debet dicti D. Præceptoris Gener. ſedes, ſive reſidentia, à qua abeſſe ſine gravi cauſa, & pro bono Religionis non debent, niſi viſitationis munus obeat, aut fortè valetudinis conſervandæ cauſa. Ejus ſupellex ab aliorum Religioſorum ſupellectili non differat, excepto habitu chori, quem portabit, hucusquè conſuetum eſt. Non ſit obligatus in communi refectorio, refectionem ſumere, ſed illam accipiet in ſua habitatione, quando ſuæ Dominationi benè viſum fuerit.

§. 3. Quamvis illius obedientiæ, & juriſdictioni ſubſint omnes Præceptoriæ, ſive Commendæ ſubditæ illius Dignitati, & præcipuè, & immediatè hæc Regia Domus, eorum tamen mobilia, vel immobilia quocumque alio non transferat, nec transferri permittat, ſi ſecus fecerit, pœnis à jure ſtabilis ſubſit. Poſſeſſionem ſuæ Dignitatis recipiet à Religioſis conventualibus in hac Regia Domo Olitenſi; & nullus ſive Commendator, ſive Religioſus particularis aliarum Domorum in dicta poſſeſſione ſe intromittat, ſed ſtatim, ut eam fuerit receptus, omnes Religioſi, & Commendatores, ſive Superiores hujus Præceptoriæ Generalis illi obediant tamquam unico, & ſupremo capiti, ſicut ab immemorabili, & ultra ſemper ita fuit obeditus.

Caput II.

De licentiis D. Præceptori Generali reſervatis.

§. 1. Nullus Commendator, ſeu Superior hujus Præceptoriæ Gener. poſſit aliquem ad Habitum, & Profeſſionem admittere, abſque licentia in ſcriptis D. Præceptoris Gener. ſi ſecus fiat, indutus, licet Profeſſus Habitu ſpolietur: ex nunc namquè declaramus, eſſe nullam, & irritam talem Profeſſionem, & Commendator, ſive Superior talem exceſſum committens, ut aggreſſor convictus culpæ graviſſimæ puniatur.

§. 2. Nullus pariter poſſit ad Ordines promoveri, & examini ante Ordinarios locorum ad Confeſſiones audiendas, & ad verbum Dei prædicandum ſe præſentare, abſque dimiſſoriis, & licentiis D. Præceptoris Gener. qui curam habeat, quod antequam Religioſi ante Ordinarios locorum ſe præſentent ad ſupra dicta, ſint prius examinati, & approbati ab aliquo Religioſo ipſi bene viſo.

Caput III.

De Clauſtraliis, ſive Conventualitatibus, & de Religioſis iter facientibus.

§. 1. Ad ſolum D. Præceptorem Gener. pertinebit Clauſtralias, ſive conventualitates cuilibet Religioſo aſſigna-

aſſignare. Nullus noſtrorum Religioſorum, cui à Præceptore Generali miſſæ fuerint litteræ patentes conventualitatis, ſeu Clauſtraliæ ad aliquam aliam Domum inquirat cauſam ſuæ remotionis, ejusquè novæ Clauſtraliæ, ſeu conventualitatis. Sua enim Dominatio poterit ſemper, ac quando voluerit aſſignare novam conventualitatem, ſeu removere quemlibet Religioſum de una in aliam Domum. Itaque cum D. Præceptor Gener. de una ad aliam conventualitatem tranſire per ſuas litteras patentes præceperit, humiliter, & absquè replica, quam primum obediatur. Commendator verò, ſive Superior Domus, a qua quis Religioſorum ita recederit, ſtatim det tali Religioſo (ſi fuerit Sacerdos, ſive Choriſta) recedenti pro viatico tot realia argentea, quot leucæ fuerint usque ad Domum, ad quam pergit. Si fuerit Laicus, idem conferatur pro qualibet leuca, ablata tamen tertia parte in quolibet realio argenteo.

§. 2. Religioſi noſtri iter facientes, ſi tranſeant per aliquam Civitatem, aut locum, ubi Domus noſtræ Religionis adfuerit, teneantur ad eam pergere, & quandiu ibi fuerint, pernoctare: Commendatores autem, aut Superiores eos admittant, & recipiant charitativè, & de licentiis ad iter faciendum certiorati, victum, & alia neceſſaria per tres dies non denegent, ſed alacri animo, hilariquè vultu tribuant.

Caput IV.

De Reſponſione Penſionum D. Præceptori Generali.

§. 1. STatuta antiqua noſtri Ordinis re-
(41) Fol. 179. format. Vien. (41), ſtatuerunt, determinarunt, & declararunt,
quod omnes Commendæ, ſive Præceptoriæ ſubditæ hujus Præceptoriæ Generali, ſolvant D. Præceptori Gener. *in
(42) Idem, ibid. ſignum ſubventionis, & Superioritatis*, (42)
annuas penſiones, ſive reſponſiones ſingulis annis cuilibet Domo, ſive Commendatori aſſignatas. Hæc ſtatuta inſequentes Præceptor Gener. & Commendatores in Actis Capitularibus jam cita-
(43) 2. p. C. 17. tis, (43) fecerunt præſentem declarationem, & aſſignationem ſolutionis dictarum penſionum pro unaquaque Domo.

§. 2. Domus ſive Commenda S. Antonii *Perpiniani*, ſive *Eluen* ſolvir pro unoquoque anno viginti florinos aureos Aragoniæ, id eſt octo realia argentea pro unoquoque florino, qui faciunt ſexdecim ſcutorum decem realium argenteorum.

Commenda, & Domus *Cervariæ* ſolvit pro unoquoque anno triginta florinos aureos ſimiles, qui faciunt viginti quatuor ſcuta decem realium argenteorum.

Commenda, & Domus *Illerdæ* ſolvit pro unoquoque anno quinque libras decem realium argenteorum.

Commenda, & Domus *Cæſar-Auguſtæ* ſolvit triginta quatuor florinos aureos Aragoniæ, qui faciunt viginti & ſeptem ſcuta decem realium argenteorum.

Commenda, & Domus *Valentiæ* ſolvit pro unoquoque anno quadraginta florinos aureos ſimiles, qui faciunt triginta & duo ſcuta decem realium argenteorum.

Commenda, & Domus *Majoricæ*, ſive *Palmæ* ſolvit pro unoquoque anno quadraginta florinos aureos ſimiles, qui faciunt triginta & duo ſcuta decem realium argenteorum.

Commenda, & Domus *Valliſcampi* ſolvir pro unoquoque anno quinque libras, quæ faciunt quinquaginta realia argentea Caſtellæ.

Commenda & Domus *Calutajubii* ſolvit pro unoquoque anno ſex florinos aureos Aragoniæ, qui faciunt quadraginta, & octo realia argentea Caſtellæ.

Domus, & Prioratus *Tarragæ* ſolvit pro unoquoque anno triginta realia argentea Caſtellæ.

Domus & Commenda *Pompilonæ* ſolvit pro unoquoque anno decem florinos aureos Aragoniæ, qui faciunt octoginta realia argentea Caſtellæ.

Domus, & Commenda *Tutellæ* ſolvit pro unoquoque anno ſex florinos aureos ſimiles, qui faciunt quadraginta, & octo realia argentea Caſtellæ.

Domus, & Commenda *Barchinonæ* ſolvit pro unoquoque anno decem florinos aureos ſimiles, qui faciunt octoginta realia argentea Caſtellæ.

§. 3. Ita fuit aſſignatio ſolutionis reſponſionum, ſeu penſionum in dictis Actis Capitularibus hujus Præceptoriæ Generalis. Quia tamen, à celebratione dictorum Actuum Capitularium uſque huc fuerunt noviter fundatæ Domus Hoſcæ, & Minoricæ, aſſignabimus pro unaquaque penſionem, ſeu reſponſionem, ſingulis annis, ſnlvendam D. Præceptori Generali, attento, quod prædicta ſtatuta reform. Vien. determinant, & declarant, *quod in Præceptoriis, ſive Commendis, quamtumcumquè minimis, in quibus non reperiatur aliqua penſio ab antiquo impoſita, de
novo imponatur, & aſſignetur juxta faculta- (44)
tem ipſius Præceptoriæ, ſive Commendæ.* (44) Stat. Vien.
Quapropter ſtatuimus, & mandamus, fol. 179.

quod prædictæ Domus teneantur ſolvere D. Præceptori Generali penſiones in hunc modum.

Domus *Hoſca* in diſtrictu hujus Præceptoriæ Gener. fundata, & de redditibus, & eleemoſynis ipſi pertinenibus vivens, ſicut à ſua fundatione aſſuevit ſolvere, ita in poſterum pro quolibet anno debet ſolvere quadtaginta ſcuta decem realium argenteorum.

Domus *Minorica* noviter fundata ſolvit pro unoquoque anno triginta realia atgentea.

Hæc ſunt penſiones pro unaquaque Domo antiquitus aſſignatæ, nunc revalidatæ, & in poſterum ſolvendæ.

§. 4. Sancitum itaque fuit in dictis Actis Capitular. quod omnes reſponſiones, ſeu penſiones, ut ſupra aſſignatæ ſolverentur in ſingulis annis ab omnibus Commendatoribus abſque ulla replica,
(45) & dilatione (45) in omnium Sanctorum
Part. 2. cap. feſtivitate, vel in duobus ſolutionibus,
17. quarum una fieret in die Nativitatis D. N. JEſu Chriſti & altera in die Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, abſque eo quod in dicta ſolutione faceret D. Præceptor Generalis aliquas expenſas, & ſi eas fieri contigerit, in damnum negligentis Commendatoris, ſeu Superioris redundare debere, ad quam ſolutionem obligandos, & compellendos fore omnes Superiores Domorum, & Hoſpitalium cum omni juris rigore, cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis temporalibus.

§. 5. Quia tamen non obſtantibus prædictatum ſanctionum pœnis, talis mora in ali[illegible]ibus experta eſt, quod D. Præceptor [illegible]ener. cum hoc gravi detrimento, magnis expenſis, & ſumptibus, illi ratione ſui Officii, aut Dignitatis occurrentibus, non poſſit ſubvenire: attendentes, & conſiderantes, quod obligare ad hujusmodi ſolutionem ſecundum ſancita in Actis Capitul. cedit in dedecorem Religionis, & fortè in ſcandalum ſæcularium, & Religioſorum: ſtatuimus, & ordinamus, quod Commendatores, ſeu Superiores, qui infra menſem dietum aſſignatarum prædictam debitam ſolutionem non feecrint, obligentur per cenſuram Eccleſiaſticam à D. Præceptore Generali imponendam; & ſi poſt prædictum menſem, à die intimationis cenſuræ, talis ſolutio non fuetit facta, omni appellatione poſtpoſita, talis Commendator, ſeu Superior ita negligens ſuſpendatur à D. Præceptore Gener. à ſua Superioritate, vel Commenda per ſex menſes, & ſi adhuc non ſolverit, ſuſpendatur per alios ſex menſes.

Caput V.

De Viſitatione noſtrarum Domorum, ſeu Hoſpitalium à D. Præceptore Generali, vel ejus Deputato facienda.

§. 1. SAcroſanctum Concilium Trident. (46) ſtatuit, & decre-
vit: quod *Abbates, qui ſunt Ordinum* (46) Seſ.25.c.
Capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Supe- 20.
riores Epiſcopis non ſubjecti, quibus eſt in alia inferiora Monaſteria, Prioratusvè legitima juriſdictio, eadem illa ſibi ſubdita Monaſteria & Prioratus, ſuo quisque loco, atque Ordine ex Officio viſitent, etiam ſi Commendata exiſtant. D. ergo Præceptor Gener. habet legitimam jurisdictionem in omnibus præfatis Domibus, & Hoſpitalibus ſibi ſubjectis; quapropter ſemper eas omnes per ſe, vel per à ſe deputatum, pacificè viſitavit, & in poſterum viſitare debebit.

§. 2. In noſtris Religionis antiquis ſtatutis non eſt aſſignatum aliquod determinatum tempus, in quo viſitatio fieri debeat. Acta Capitularia hujus noſtræ Præceptoriæ Gener. ſtatuerunt de triennio in triennium (47). Nos, autem,
attentis viſitationis expenſis, & pauper- (47)
tate Domorum, illam de ſexennio in Part.3. cap.
ſexennium decernimus faciendam. D. 1.
Præceptor Gener. per ſe ipſum curabit, viſitationem fieri: ſi autem legitimè fuerit impeditus, eliget aliquem Commendatorem hujus Præceptoriæ Generalis, in quo ſcientia, prudentia, virtus, & zelus exiſtant, ut ſuo nomine talem faciat viſitationem. Statuta noſtræ Or-
dinis (48) decernunt, & Nos cum illis (48)
pariter decernimus, quod in viſitatione Part. 3. fol.
debeant corrigenda corrigi, ſeu etiam 135. §.229.
puniri, reformanda reformari, & deperdita, ſeu alienata recuperari; ſi expediens fuerit, Commendatores, ſeu Superiores, & Religioſi patticulares poterunt pet cenſutam Apoſtolicam compelli ad ea, quæ neceſſaria fuetint pto conſervatione noſtri Inſtituti, cum còmper-
tum ſit (49); *ab eis* (loquitur de Re- (49)
ligioſis) *non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam re-* Conc.Trid.
gularis vitæ pertinent, relaxari: ſi enim il- Seſ.25.c. 1.
la, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius regularis diſciplinæ exactè non fuerint conſervata, totum corruat ædificium neceſſe eſt.

§. 3. Omnis Commendator, ſive Superior habeat librum in quo clarè, & diſtinctè conſtent omnes fructus, redditus, & eleemoſynæ ſuæ Domus, ſeu Hoſpitalis, notando diem, in quo ſupradicta perceperit: habeat pariter alium librum, in quo ſumptus pro conſervao-

da

da Eccleſia, Domo, & Hoſpitali, Religioſiſquè alendis, & veſtiendis, vel pro aliqua alia re neceſſaria, ſint pariter deſcripti. Dicti libri debent accuratè legi, & examinari in viſitatione, & ſi aliqua fraus, error malitia, aut negligèntia reperiatur, provideatur de remedio opportuno, attenta cujuslibet defectus qualitate, & ſi fuerit neceſſarium, imponantur Mandata.

§. 4. Nullus Commendator, aut Superior aliquo titulo, vel prætextu præſumat ſe excuſare, aut non recipere viſitationem, & ea, quæ in illa fuerint ordinata non adimplere: quia ut ait S. Synodus: *teneantur* (50), *quicumque prædictorum Ordinum Monaſteriis præſunt, prædictos Viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi.*

(50) Seſ. 25. c. 20

§. 5. Quia tamen viſitatio in commodum noſtrarum Domorum, & Hoſpitalium redundat, æquum, & congruum videtur, quod omnes ſumptus, quod ſecum affert viſitatio, à prædictis Domibus, & Hoſpitalibus ſolvantur: quapropter ſtatuimus, & determinamus, quod omnes Commendatores, ſeu Superiores teneantur ſuis expenſis facere omnes ſumptus, dum D. Præceptor Gener. vel ejus Deputatus deambulaverit in ſuo diſtrictu, & fecerit Viſitationem; & ad evitandam confuſionem, aſſignamus pro quolibet die, iter octo leucarum Hiſpaniæ.

§. 6. Inſuper ſtatuimus, quod D. Præceptor Gener. in Viſitatione, vel ejus deputatus exiſtat in noſtris Domibus in actu Viſitationis, quantum ipſi, ad Dei Gloriam, videatur conveniens, ſed non poſſint prætendere pro ſua procuratione, vel labore pluſquam octo dietas, ubi Communitas adeſt, & tres dietas in Domibus, ubi talis Communitas non fuerit: pro hac autem dieta aſſignamus D. Præceptori Gener. octo realia argentea, & ejus Secretario quatuor realia argentea. Viſitatori, vero, à ſua Dominatione deputato aſſignamus pro dieta ſuæ procurationis ſex realia argentea, Secretario quatuor. Quia tamen Domus noſtræ Majoricæ, & Minoricæ ſunt Inſulæ valde diſtantes, teneantur ejus Superiores ſolvere omnes ſumptus, & expenſas navigationis.

CAPUT VI.

De Capitulo de ſexennio in ſexennium celebrando.

(51) Seſ. 25. c. 7.

§. 1. EX Sacroſancta Oecumenica Gener. & Trid. Synodo (51) evidenter colligitur, quantus honor, quantaque utilitas tribuatur Eccleſiæ Dei à Monaſteriis piè inſtitutis, rectèque, & fideliter adminiſtratis. Ut autem in Monaſteriis illibata conſervetur Regularis diſciplina, vel reparetur, ſi forte fuerit relaxata, præcepit eadem Sancta Synodus, quod Superiores Religionum magnam adhibeant diligentiam, accuratèque provideant Capitola Generalia, ſive Provincialia ſuis temporibus non prætermittere, ut in illis videatur, examinetur, & conſtet, quomodo adimpleatur perfectio Religioſa, tam qooad ipſius eſſentiam, quæ in tribus ſolemnibus votis conſiſtit, quam quoad alia, quæ ad conſervationem inſtituti, obſervantiamquè conſtitutionum ſenſerint expedire.

§. 2. Volentes, igitur, tam ſalobri, ſanctoque Mandato obedire; ſicut etiam magnam adhibere curam ad fines tam laudabiles impetrandos, decernimus, quod in poſterum de ſexennio, in ſexennium celebretur Capitulum, in quo concurrant Commendatores, ſeu Superiores, præcedentibus litteris convocatoriis D. Præceptoris Gener. cujus celebratio erit die à D. Præceptore Gener. aſſignando. Domus autem futuri immediati Capituli in antecedenti Capitulo ſemper deſignabitur: in cujus tenorem præfad D. Præceptor Gener. & Commendatores, ſive Soperiores, ac Diſcreti pro proximo futuro Capitulo ex nunc aſſignanr Domum noſtram Regiam Civitatis, Cæſar-Auguſtæ. Tale autem Capitulum tribus diebus celebretur. Commendatores, ſive Superiores ſolvent Domui Capitulari pro unoquoque die in illa exiſtentes octo realia argentea. Commendator, autem ſive Superior raiis Domus provideat eos de victu, aliiſque rebus neceſſariis. D. Præceptor Gener, ab hujusmodi ſolutione immunis exiſtat.

§. 3. Si contigerit D. Præceptorem Gener. tempore celebrationis Capituli, infirmitatis cauſa, vel aliquo legitimo titulo eſſe impeditum ad concurrendum in Perſona in dicto Capitulo, ſuo arbitrio nominabit aliquem Commendatorem, ſeu Superiorem hujus Præceptoriæ Gener. qui nomine dicti D. Præceptoris Gener. in Capitulo aſſiſtat, ſitque Præſes dicti Capituli. Si tamen infra annum, poſt adimplementum dictorum ſex annorum ab ultimo celebrato Capitulo, D. Præceptor Gener. non convocaverit ad dictum Capitulum de ſexennio in ſexennium celebrandum, faciant convocationem duo Conjudices, & præſideat antiquior Conjudex ratione ſuæ Commendæ.

Caput VII.

De Conjudicibus hujus Congregationis, ſeu Provinciæ.

§. 1. Sint in noſtra Præteptoria Gener. duo Conjudices, qui ſimul cum D. Præceptore Gener. pronuntient, diffiniant, & ſententient in cauſis crimioalibus Commendatorum, ſeu Superiorum, & Religioſorum Particularium ejuſdem Præcept. Gener. ac etiam in cauſis civilibus excedentibus in re judicanda numerum, ſeu valorem *quinquaginta ſcutorum*. Nullatenus tamen ſe intromittant dicti Conjudices in efformatione proceſſuum dictarum cauſarum, & in aliis rebus de jure pertinentibus, & neceſſariis ad cooclufionem illorum, quia hoc ad ſolum D. Præceptorem Gener. pertinet.

§. 2. Debent eſſe præfati Conjudices Commendatores, ſive Superiores, & eorum electio, & nominatio pertineat ad Capitulum; itaquè D. Præceptor Gener. & Commendatores, ſive Superiores, ſic Capitulariter Congregati, elegerunt, & nominarunt in Conjudices D. D. Antonium de Verdejo Commendatorem Regiæ Domus Cæſar - Auguſtæ, & D. D. D. Joſephum de Durò Commendatorem Domus Regiæ Barchinonæ. Hoc autem Conjudicum munus, & Officium durabit tantum usque ad proximom Capitulum, ſex aonis transactis celebrandum, & In poſterum de Capitulo in Capitulum de ſexennio in ſexennium celebrandum. In quolibet enim Capitulo ħet nova electio Conjudicum juxta ſopradicta, vel antiqoi confirmabuotur.

§. 3. Si autem contigerit, quod aliquis ex prædictis Conjudicibus ante Capitulum vita fuerit functus, ſtatim eligatur alius Conjudex à D. Præceptore Gener. qui exerceat tale munus usque ad proximum Capitulum. Si aliquis Conjodicum in aliqua cauſa civili, vel criminali fuerit judicandus, ſit in tali cauſa Conjudex, loco ipſius, Commendator, ſeu Superior à D. Præceptore Gener. deſtinandus: ſimiliter, ſi aliquis Conjudex fuerit legitimè impeditus, vel in remotis agens D. Præceptor Gener. eliget aliquem Conjudicem, usquedum à tali impedimento ſit liber, vel in Provinciam noſtram, ſive in Præceptoriam Generalem ſe reſtituat.

Caput VIII.

De Sigillis.

§. 1. Neceſſarium tamen duximus, quod Licentiæ, Dimiſſoriales, Proviſiones, aut quælibet alia inſtrumenta ex Officio D. Præceptori Gener. reſervata, non plenam fidem faciant, nec legitima cenſeantur, niſi ultra ſubſcriptionem dicti D. Præceptoris Gener. & ſui Secretarii Sigillo roborentur. Sint itaqoè D. Præceptori Generali duo Sigillà, quorum unum alio ſit majus pro prædictis Inſtrumentis, juxta illorum diverſitatem, ſigillandis: ſint in illis Arma hujus Sacræ Antonianæ Religionis à Maximiliano II. Imperatore conceſſa, quæ ſunt: *Aquila duorum Capitum coronam in collo geſtans, & ſupra Capita aliam Imperialem, & in pectore dictæ Aquilæ ſigno THAU impreſſo.* In dictis Sigillis hæc erit circumſcriptio: *Arma Religionis S. Antonii Abbatis pro Præceptoria Gener. Olitenſi.* Habeat pariter dictus D. Præceptor Gener. aliud Sigillum duobus ſupradictis minor pro Epiſtolis ſigillandis, in quo pariter ſint dictæ noſtræ Antonianæ Religionis Arma.

§. 2. Viſitatores à D. Præceptore Gener. deputati habeant ab illo Sigillum cum dictis Armis, & circumſcriptione prædicta pro viſitatione facienda. Commendatores, & Superiores Domorum, aut Hoſpitalium habeant Sigilla hujus Præceptoriæ Gener. & in unoquoque hæc circumſcriptio: *Arma Religionis S. Antonii Abbatis pro Domo, & Hoſpitali N.* Cum dictis Sigillis omnes expeditiones, & inſtrumenta, nomine Superiorum talis, & talis Domus, & Hoſpitalis ſigillentur & moniantur.

Caput IX.

De Commendis, ſeu Superioritatibus, & earum proviſione.

§. 1. Ex antiquis Statutis noſtri Ordinis à Sixto IV. confirmatis (52): ex Actis Capitular. hujus Præ- (52)
ceptoriæ Gener. (53); & ex imme- Fol. 179.
morabili, & pacifica poſſeſſione, con- (53)
ſtat legitimum Proviſorem, & Collato- Part. 2. c. 70.
rem Commendarum, ſive Superioritatum hujus Præcepturiæ Gener. eſſe D. Præceptorem Gener. Quapropter, cum quælibet Commenda, ſive Superioritas hujus Ordinis per obitum Commendatoris, ſive Superioris, aliovè titulo vacaverit; D. Præceptor Geoer. ad ſuum beneplacitum illam tribuet, & collocabit alicui Religioſo Profeſſo hujus Præceptoriæ Gener. ſibi benè viſo; talis tamen proviſus debet intra annum à die poſſeſſionis exponi, & approbari ab Ordinario loci, in quo extiterit Commenda, aut Soperioritas ad Confeſſiones audiendas. Omnibus enim Commendatoribus, ſive Superioribus, ratione Superioritatis, &

Ho-

Hoſpitalitatis, competit Adminiſtratio Sacramentorum pro Religioſis, Donatis, & infirmis: ſicquè eis imminet cura Animarum. Ita fuit ſancitum in ſtatutis
(54) Fol. 179. & 130. §. 220. & 221. noſtri Ordinis, (54) & nos pariter in poſterum volumus obſervari. Si quis autem proviſus, infra dictum tempus, dictas licentias non fuerit adeptus, ipſo facto maneat tali Commenda, aut Superioritate privatus, & D. Præceptor Gener. in ea alium Religioſum provideat.

Caput X.

De Spoliis.

§. 1. Legitimus Dominus ſpoliorum, cauſa mortis Commendatoris, aut Superioris, ſive Religioſorum Particularium totius noſtræ Præcept. Gener. de *Olite*, eſt D. Præcep. Gener. tam juxta
(55) Fol 185. & (56) Part. 1. c. 16. antiqua noſtra ſtatuta (55), quam juxta Acta Capitularia (56), & immemorabilem, & antiquam pacificam poſſeſſionem, & conſuetudinem. Quapropter hucusque in morte cujuslibet Commendatoris factum fuit ſemper perlucidum inventarium continens omnia bona mobilia Domus, præter veſtimenta, & alias res ad uſum Commendatorum, & in morte Religioſorum Particularium, ſive Sacerdotum, ſive non Sacerdotum factum fuit pariter inventarium, in quo veſtimenta, & cætera, ad uſum illorum conceſſa, continebantur. Quæ quidem inventaria mittebantur ad D. Præceptorem Gener. (in fideli depoſito cuſtodita, quæ nipſis narrabantur) ut de omnibus ad ſuum beneplacitum diſponeret, ut legitimus Hæres, & Dominus.

§. 2. Attendentes, tamen, D. Præceptor Gener. & cæteri Commendatores, ſeu Superiores, & Diſcreti, ſic Capitulariter Congregati grave incommodum Domorum, & torrè ſcandalum Sæcularium in extractione dictorum ſpoliorum à Domibus hujuscæ Præcep. Gener. decernunt, quod ratione ſpolii de jure pertinentis ad D. Præceptorem Gener. fiat ſequens regulatio, determinatio, & diſpoſitio.

Domus *Cæſar - Auguſtæ*, *Valentiæ*, & *Majoricæ* ſolvent ratione ſpolii reſpectivè pro unaquaque Domo D. Præceptori Gener. dùm earum Commendator, aut Superior vita fuerit functus centum florinos aureos octo realium argenteorum.

Domus *Cervariæ*, *Pompilonæ*, & *Tubellæ* ſolvent D. Præceptori Gener. ratione ſpolii pro unaquaque quinquaginta florinos aureos, octo pariter realium argenteorum.

Domus *Ilerdæ*, & *Barchinonæ* ſolvent quadraginta florinos aureos ſimiles pro unaquaque.

Domus *Valliſcampi*, *Tarragæ*, *Calatajubii*, *Heſcæ*, & *Minoricæ* ſolvent ratione ſpolii triginta florinos aureos conſimiles pro unaquaque Domo.

§. 3. Veſtimenta ad uſum Commendatoris defuncti, ſive illorum productus deſerviant pro eleemoſynis Miſſarum, & aliorum ſuffragiorum, ut ejus Anima juvetur. Teſſera, vero, aut Teſſeræ, quæ vulgo *venera* appellantur, vel appellatur ad D. Præceptorem Gener. mittantur legitimum Collatorem, a it Patronum Commendatum, ſive Superioritatum.

§. 4. Dum aliquis Sacerdotum vita pariter fuerit functus, mobilia cubiculi illius, in commodum Domus ſuæ Conventualitatis redundent. Veſtimenta, quæ ad uſum habeat, pro eius anima juvanda. Jocalia, ſive qualibet alia res aurea, vel argentea D. Præceptori Gener. tribuatur. Si pecunias, vel jus ad eas habuerit, tertia pars ſit pro Miſſis, aut ſuffragiis pro ejus Anima faciendis; duæ aliæ partes ad D Præceptorem Gener. pertineant. Dum cæterorum Religioſi vitam cum morte commutaverint, veſtimenta ſint in commodum ipſius Animæ, & omnia alia, quæ ad uſum jure hæreditario, vel quovis alio titulo habuerint, Domibus ſuarum conventualitatum ſpectent.

§. 5. Cum benè viſum fuerit D. Præceptori Gener. aliquem Commendatorem, ſeu Superiorem ad aliam Commendam aſcendere, non prætendat talis Commendator ſecum ferre, niſi veſtimenti, quæ ad uſum ejus Perſonæ habeat, & pecunias ſufficientes ad ſupplementum expenſarum itineris. Antequam ab antiqua Commenda diſcedat, faciat inventarium in præſentia omnium Religioſorum, in quo conſtent omnia, quæ ſunt, vel attingunt ad Domum, & mittetur ad D. Præceptorem Gener. qui tradet illud Religioſo, quem in Commendatorem, ſeu Superiorem talis Domus elegerit, vel nominaverit, ut de omnibus, quæ in illo conſtent reddat rationem in viſitationibus, & quando fuerit conveniens.

Caput XI.

De regimine hujus Præceptoriæ Generalis tempore Vacationis.

§. 1. Cum D. Præceptor Gener. graviter fuerit infirmatus adimpleat,

pleat, ſi potuerit, quæ diſpoſita ſunt in cap. 11. p. 1. §. 3. ut hoc modo paupertatis votum perſolvat, & ut Pater cæteros Religioſos, alumnos, & ſubditos doceat. Dum vita fuerit functus, ſit Præſes, & Superior hujus Majoris Domus Religioſus, qui ad tale miniſterium à dicto D. Præceptore Gener. fuerit electus; & ſi dictus D. Præceptor Gener. talem electionem non fecerit, immediatè poſt mortem, Religioſi Profeſſi conventuales Sacerdotes, & ordinati in Sacris in hac dicta ac Majori Domo illam faciant: talis Præſes eam gubernet uſque dum novus Præcept. Gener. fuerit electus, & Poſſeſſionem aſſumpſerit.

§. 2. Magnam curam habeat prædictus Præſes in certiorando quam primum omnes Commendatores, ſeu Superiores hujus Præceptor. Gener. de morte D. Præceptori Gener. ut ejus anima juvetur ſuffragiis, cap. 12. p. 1. §. 2. har. Conſt. aſſignatis. Inſuper faciat perlucidum, & diſtinctum inventarium, in quo conſtent omnia, quæ in hac Domo fuerint, vel ad ipſam pertinuerint, ut de omnibus reddat rationem Præceptori Generali eligendo omnium ſupradictorum Domino legitimo, & ſucceſſori, exceptis veſtimentis ad uſum D. Præceptoris defuncti, quæ inmediatè poſt ejus mortem, impartientur à prædicto Præſide inter Religioſos hujuſcæ Domus, imponendo eis obligationem ad Animam defuncti aliquibus ſuffragiis, aut Miſſis juvandam.

§. 3. Inſuper ſit in noſtra Præceptoria Generali unus Vicarius Generalis, qui tempore vacationis eam gubernet: talis autem Vicarius Generalis ſit unus de Commendatoribus, aut Superioribus à Capitulo eligendus: habeat omnia jura, exemptiones, prærogativas, & privilegia Præceptoris Gener. Defuncti: non poſſit tamen Viſitationem facere, nec prætendat aliquam exemptionem, vel titulum, aut honorem, ratione talis nominationis, uſque dum adveniat vocatio. Ejus nominatio, aut jus ſupradictum durabit tantum uſque ad proximum Capitulum, ſexannis tranſactis celebrandum, & in poſterum de Capitulo in Capitulum de ſexennio in ſexennium celebrandum. In quolibet, enim, Capitulo fiet nova electio Vicarii Generalis juxta prædicta, vel antiquus confirmabitur. Si autem contigerit, quod Vicarius Gener. morte occupatus fuerit infra ſexennium, ejus nominatio, aut electio pertinet ad D. Præceptorem Gener. (nè Religio maneat viduata Paſtore) qui exerceat tale munus uſque ad proximum Capitulum.

§. 4. In executione, ergo ſupradictorum D. Præceptor. Gener. & cæteri Commendatores, ſeu Superiores Capitulariter Congregati, elegerunt, & nominarunt in talem Vicarium Gener. D. D. D. Petrum de Plaza Commendatorem Regiæ Domus, & Hoſpitalis Civitatis Valentiæ. Si tamen quocumque alio legitimo titulo hanc Præceptoriam Generalem contigerit vacare, pariter ſtatuimus, & ordinamus, quod talis Vicarius Generalis ſic electus, & de ſexennio in ſexennium eligendus, à die vocationis, uſque ad poſſeſſionem novi Præceptoris Gener. munus Vicarii Generalis exerceat.

Caput XII.

De Officio Commendatorum, & de uſu redditum, & eleemoſynarum, ac de Archivio in qualibet Domo ſolicitè ſervando.

§. 1. PRæcipuum Commendatorum, ſive Superiorum munus erit, virtute, charitate, humilitate, ſobrietate, paupertate, & exemplo ſuis præeſſe ſubditis, & quantum valetudo permiſerit in Choro, Oratione, jejunio, cæteriſquè Religioſæ perfectionis virtutibus, nec non harum ſanctionum obſervatione omnibus antecellere; ac charitativè, libenter, ac promptè, ut filiis omnia tribuere, quæ ad victum, & decentiam Religioſam fuerint neceſſaria, memoria retinentes illud Conc. Trident. (57) *Mobilium verò uſum, ita Superiores permittant, ut eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam Profeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihilque etiam, quod ſit neceſſarium eis denegetur.* (57) Seſ. 25. c. 2.

§. 2. Magnam adhibeant curam, ut omnes eorum ſubditi Regulam M. P. Auguſtini, & vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ humiliter, & exactè totis viribus, expleant, & harum conſtitutionum ſanctiones fideliter obſervent, non eas interpretando, aut diſpenſando (quibus ulla poteſtas non niſi in rebus parvi momenti impartitur) ſed potius Religioſæ Perfectionis vitæ optando incrementum. Obligatio enim Religioſi eſt ſtudere perfectioni: hæc autem non interpretationem, aut diſpenſationem quærit, nam ut ait Apoſtolus (58): *Di gnè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis.* (58) Ad Eph. c. 6.

§. 3. Cum amore, & dilectione ſuos ſubditos tractent: omnes enim fratres ſumus, ſicut Religioſi: quapropter unus amor omnes comprehendat, unaquè intentio omnes amplectatur.

Vera

Vera paternalis jurisdictio, & Superioritas eſt, *educare filios in diſciplina, & cor-*
(59) Apoſt. Ad Eph. c. 6. *reptione Domini* (59). Quærelæ, & rixæ in noſtris Domibus nullatenus audiantur : ait enim Apoſtolus (60) :
(60) Idem. c. 2. *Omnia facite ſine murmurationibus, & haſitationibus.* Præ oculis itaque habeamus,
(61) Idem ad Coloſ. c. 3. quod *Charitas eſt Vinculum perfectionis* (61). Quandu ſubditos corrigere fuerit oeceſſarium, diligenter attendantur circumſtantiæ : quapropter, ſi occolta fuerit culpa, privata debet eſſe correctio ; ſi autem publica, & reprehenſio pariter publica eſſe debet. Utatur tamen Superior in repreheodendo ſubditos verbis, & ſermonibus piis, reprehendendo cum charitate Perſonam, & cum rigore vi-
(62) Ad Eph. cap. 4. tium : ait enim Apuſtolus (62) : *Omnis enim amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis.* Cum alicujos ſubditi punitionem cognoveriot expedire, juxta leges præſcriptas fiat : illam tamen miniſtravit charitatis Religioſæ zelus, & ſit prius in corde Superioris pœoa, quam in delioquente punitio.

§. 4. Matutè tamen, & raró aliquid lub præcepto formall obedientiæ Commendatores, ſeu Superiores jubeant : præterea, quia tremendum, & periculoſum eſt, in ſententiam excommunicationis prorumpere, diſtinctè præcipimus, & mandamus omnibus & ſingulis Commendatoribus, ſive Superioribus, nè pro quacumque lnterveniente cauſa, quæ non ſit graviſſima, & præcedentibus admonitionibus, ac vilipendiatu præcepto ſormali obedientiæ, & quando nullum alium prorſus inveniator remediom, in ſententiam excommunicationis prorumpant. Si quis autem contra hanc ordinationem ſe geſſerit arbitrio D. Præcept. Gener. corrigatur.

§. 5. De his, quæ ad divinum cultum, & majorem Dei gloriam, honorem, & obſequium pertinent, nulla in Commeodatoribus, ſeu Superioribus arguatur oegligeotia. Ornamenta, ſacra vaſa, & omnia alia, quæ ad Sacroſanctum, & tremendum ſacrificium pertinent, ſint pura, munda, & quantum facultates Domus permiſerint prætioſa. Solicitè corabunt, quod Sacerdotes, venerabile tremendum, & magnificum Miſſæ Sacrlficium devotè celebrent : omneſquè cæremonias in Miſſali præſcriptas attentè, & accuratè perſolvant, præ oculis ſemper habentes illud Sacros.
(63) Concil. Trident. (63) *Quanta cura ad-*

(63) Seſ. 22. in dec. de obſerv. & vit. in celeb. Miſſ. *bibenda ſit in Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium, omni Religionis cultu, ac veneratione celebretur, quivis facile exiſtimare poterit, qui cogitarit maledictum in Sacris litteris vocari eum, qui facit opus Dei negligenter - - - - Satis etiam apparet omnem operam, & diligentiam in eo imponendam eſſe, ut quanta maxima fieri poſſit interiori cordis munditia, & puritate ; atque etiam exteriori devotionis, ac pietatis ſpecie peragatur.*

§. 6. Sciant omnes Commeodatores, ſive Superlores noſtrarom Domorum, & Hoſpitalium, quod quæſtuum, redditruum, cenſuum, & eleemoſynarum, cujuscumque generis ſint, non eis poteſtas Dominorum fuit conceſſa, led fidelis Adminiſtratoris facultas eſt impartita: qua propter de ſupradictis bonis debent de neceſſarlis providere Eccleſiæ, Domui, & Hoſpitali, decenter, & Religiosè alere, & veſtire ſuos ſubditos, ac pro le ſumere ea, quæ fuerint oeceſſaria ad victum, veſtitum, & decentiam correſpoodentem ſuæ Perſonæ, ac modeſtiæ Religioſæ, & paupertati, quam Profeſſarunt, & in qua ſubditos docere debent. Habeant itaque librum, in quo omnia ſupradicta booa, & ingreſſus fideliter, diſtinctè, ac clarè cooſteot, & alium pariter, in quo omnes ſumptus deſcribantur, ot ita de ingreſſu, & exitu bonorum Domus reddant rationem D. Præceptori Gener. vel ejus deputato, ut ſupradictum eſt cap. 5. hui. 3. part. §. 3.

§. 7. Jura, actiones, & Privilegia ſuæ domus, & Hoſpitalis, Commendæ, aot Superioritatis totis viribus ioviolabilia, quantum poſſit unusquisque Commendatorum, ſeu Superiorum reſpectivè defendat. In qualibet igitur Domo locus ſegregatus, & munitus deputetur, in quo (ſi non ſit) conſtruatur Archivium, ubi ſerventur cuſtoditæ, claræ, & diſtinctæ omnes Scripturæ, & Acta Domui pertinentia, & in libro pro inventario ſcribantur, & numerentur. In Archivio pariter pooantur, & cuſtodiantur libri Habitus dandi, Profeſſionis emittendæ, viſitationis, reddituum, quæſtuum, cenſuum, eleemoſynarum, froctuum, & expenſarum ipſius Domus. Ad evitandom tamen detrimentum Domorum, forlan curſu temporis, eventurom, omnes Commendatores, ſeu Superiores faclant tranſumptus Authenticos omnium ſcripturarum, & jurium ad ſuas Domus pertinentium, & illos quamprimum mittant D. Præceptori Gener. ut in Archivio hujus Majoris Domus cuſtoditi poſſint ſuis Domibus, ſi tale detrimentum ſupervenerit, delervire.

Caput XIII.

De Regimine cujuslibet Domus, ejus Commendatore, aut Superiore defuncto.

§. 1. Cum aliquis Commendatorum, ſive Superiorum vitam cum morte commutaverit (ſi non potuit facere, vel adimplere, quæ in Capitulo 11. part. 1. §. 3.) ordinatum reliquimus: Præſes, qui erit Sacerdos (Commendatore defuncto nominatus) vel ſi hoc Superior non fecerit, à Sacerdotibus, & Ordinatis in Sacris ejusdem Domus, poſt mortem Commendatoris electus, faciat inventarium, ſicut ſtatutum eſt ſupra Cap. 3. hui. p. 3. §. 2. & 3. & quam primum de morte ejus Superioris certiorabit D. Præceptorem Gener. ut cum ipſius ordine Anima defuncti ſuffragiis ſtabilitis ſubveniatur. Talis Præſes erit legitimus Superior usque dum aliter provideat D. Præceptor Gener. quapropter debet illam adminiſtrare, & omnia adimplere, ſicut pro Commendatoribus variis in locis har. Conſt. Ordinatum extat.

Caput XIV.

De Procuratore ſemper in Curia Romana conſervando.

§. 1. Æquum, & congruum videtur, ac neceſſarium, quod ſemper in Curia Romana exiſtat aliquis Procurator hujus Præceptoriæ Gener. & Domorum ipſi ſubjectarum propter diverſa negotia, & lites, quæ poſſunt occurrere corpori totius Præceptoriæ Gener. vel alicui Domui particulari. Qua propter volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod dictus Procurator ſemper in dicta Curia exiſtat, & ratione gratitudiois ſui incommodi in peragendis, & procurandis, quæ ad dictas noſtras Domos pertinuerint; aſſignamus dicto Procuratori pro quolibet anno triginta ſcuta argentea monetæ Romanæ.

§. 2. Sumptus, qui in litibus, dependentiis, & negotiis Corporis totius Gener. Præceptoriæ occurrerint, debent à D. Præceptori Gener. ſubminiſtrari, & reddita eorum ratione in quolibet Capitulo de ſexennio in ſexennium celebrando, ut ſupra diximus, fiet illorum diſtributio à Capitulo, juxta facultates Domorum, & D. Præceptor Gener. debeat de omnibus, quæ pro omnibus, quæ pro omnibus Domibus, expenderit, à quolibet Commendatore, ſeu Superiore reintegrari, juxta dictam taxationem infra duos menſes à celebratione dicti Capituli. Si aliquis Commendatorum, ſeu Superiorum in dicta ſolutione fuerit negligens, procedat cum eo D. Præceptor Gener. juxta prædicta cap. 4. hui. 3. p. §. 5.

§. 3. Quando lites, negotia, aut dependentiæ fuerint particularia alicujus Domus, debet talis Domus curare de ſumptibus, absque eo, quod prætendat aliquam refectionem, vel aliquod juvamentum aliarum Domorum. Nominatio, vero, talis Procuratoris ad D. Præceptorem Gener. pertinebit, qui dabit ei Mandatum procuræ ſuo nomine, ac etiam totius hujus Præceptoriæ Gener. Ita ſtabilitum fuit in Actis Capitular. hujus Præceptoriæ Gener. Quando autem aliqua ardua res attingens corpori totius Præceptoriæ Generalis, vel Provinciæ acciderit, tunc concedatur Mandatum procuræ à toto Capitulo, & non aliter.

Caput XV.

De Obligatione harum Conſtitutionum.

§. 1. Nullus Commendatorum, ſive Superiorum, aut Religioſorum Particularium hujus Præceptoriæ Gener. aliquo titulo prætendat ſe excuſare ab obligatione, & adimplemento harum Conſtitutionum; quia præterquam à Corpore Superiorum, & Vocalium totius dictæ Præceptoriæ Gener. fuerunt conſtructæ, & approbatæ, conſtat ex formulario Habitus dandi, & Profeſſionis emittendæ hujus Præceptoriæ Gener. quod omnes Religioſi, eam componentes, promiſimus ante emiſſionem Profeſſionis *ſervare omnia ſtatuta facta, & facienda.*

§. 2. Ad evitandum tamen ſcrupulum, quod de obſervantia, aut non obſervantia, harum Conſtitutionum poteſt in aliquibus evenire, ſtatuimus, & declaramus, quod licet deſideremus univerſas conſtitutiones antecedentes obſervari, optamus etiam omnes Religioſos ſecuros eſſe, vel certè adjuvari, ne in laqueum ullius peccati, quod ex vi Conſtitutionum hujusmodi, aut ordinationum proveniet, incidant: qua propter viſum eſt omnibus noſtris, quod exceptis tribus expreſſis, ſolemnibus, & eſſentialibus votis *paupertatis* ſcilicet, *Caſtitatis*, & *obedientiæ*, ac etiam his, quæ ſub *præcepto formali obedientiæ*, *vel excommunicationis* præcipiantur; nullas conſtitutiones, declarationes, vel Ordinem ullum vivendi poſſe obligationem ad peccatum mortale, vel veniale inducere:

cere: ita ſtatuimus, ordinamus, & declaramus. Poterit, tamen Commendator, aut Superior alicui Religioſo aliquid in his Conſtitutionibus ordinatum præcipere ſub *præcepto formali obedientiæ*, ſi ita judicaverit conveniens ad bonum particulare talis Religioſi, vel ad bonum commune Religionis: ſi in tali caſu (quod abſit) noluerit talis Religioſus obedire peccabit mortaliter non ratione conſtitutionum, ſed cauſa inobedientiæ.

CAPUT XVI.

Ad quem ſpectet declaratio, interpretatio, diſpenſatio, nec non in foro Animæ abſolutio harum Conſtitutionum.

§. 1. Sicut D. Præceptori Gener. imminet cura ſuper obſervantiam harum Conſtitutionum, ita ad eum pertinebit in his, quæ accidunt, ubi declaratione, interpretatione, vel diſpenſatione opus eſt, habita ratione Perſonarum, locorum, temporum, & aliarum circumſtantiarum declarare, interpretare, aut etiam diſpenſare, ſalva in omnibus S. Sedis Apoſtolicæ Authoritate: in hoc tamen ea cum prudentia ſe gerat, quam lux æterna communicaverit, finem harum conſtitutionum intuendo, qui alius non eſt, quam majus Dei obſequium, & eorum bonum, qui noſtrum inſtitutum ſequuntur. In rebus tamen graviſſimis conſtitutionum declaratio, & interpretatio ad D. Præceptorem Gener. & ad duos Conjudices pertineat.

§. 2. Volentes, tamen miſericorditer procedere cum his, qui in ſeotentiam Excommunicationis, vel peccatum mortale inciderint, transgredientes ea, quæ ſub tali pœna in his Conſtitutionibus præcipiuntur, ſtatuimus, volumus, & ordinamus, quod quilibet Superior, localis poſſit in foro Animæ, vel conſcientiæ quemlibet ſubditum, in tale lapſum incidentem, abſolvere. Si fuerit Commendator, ſive Superior, qui tale exceſſum commiſerit, poſſit pariter à quolibet Sacerdote totius Præceptoriæ Gener. ad audiendas Confeſſiones ab Ordinario loci approbato in foro Animæ, vel conſcientiæ abſolvi.

CAPUT XVII.

De Modo, & Forma habitum dandi, & Profeſſionem emittendi in hac Sacra Religione S. Antonii Abbatis pro omnibus Domibus, & Hoſpitalibus hujus Præceptoriæ Generalis de Olite.

§. 1. Suppoſitis omnibus, quæ in cap. 2. 3. & 4. p. 1. har. conſtit. Cod. Regul. Tom. V.

ſtatutum, & ordinatum relinquimus, quæ omnino volumus obſervari, dum quis in noſtra Religione recipiendus erit, die, qua localis Superior providebit, aſſiſtat induendus Miſſæ conventuali, & Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum de manu celebrantis recipiat: poſtea omnibus Religioſis Communitatis in unum Congregatis ante Altare Majus, ſedenteque Superiore locali, vel ipſo impedito, alio Sacerdote Religionis ab eodem deputato, genuflectat recipiendus ante ipſum Altare, & à Superiore ter interrogetur.

Quid petis? *Reſpondeat*: Miſericordiam Dei, & veſtram Societatem cum Habitu S. P. N. Antonii Abbatis. *Tunc Superior, vel ejus deputatus dicat ei*: Fili Chariſſime, miſericordiam Dei tibi dare non valemus; ſed verè credimus tecum factam fuiſſe, quando Dominus Deus te inſpiravit ad ingreſſum hujus Sacræ Antonianæ Religionis; ad noſtram vero Societatem, & Habitum te admittere contenti ſumus, ſi ex parte tui non obſtet aliquod impedimentum in noſtris conſtitutionibus notatum. *Tunc faciat ei Juramentum præſtare in manibus ſuis de veritate dicenda in omnibus ſequentibus interrogatoriis.*

1. An ſit de legitimo Matrimonio natus?

2. An à Parentibus, & Avis jam olim Chriſtianis deſcendat?

3. An ipſe, Parentes ſui, cognati, & agnati, usque ad ſecundum gradum incluſivè fuerint per Inquiſitionis Officium de Apoſtaſia fidei, vel aliquo alio crimine puniti?

4. An ipſe, parentes ſui, aut Avi fuerint à juſtitia Sæculari infamiter puniti?

5. An fuerit Matrimonio ligatus, vel legitima ſervitute impeditus?

6. An Habitum ſumpſerit alicujus Religionis fratrum, vel Clericorum, vitam aliquandiu in obedientia cum eis agendo, ſive non emiſſa Profeſſione, vel Eremita cum veſtibus Monachalibus fuerit?

7. An fecerit votum intrandi aliam Religionem, vel aliud votum ſolemne, per quod non poſſit ſervare ſtatuta hujus Religionis?

8. An habeat infirmitatem occultam?

9. An habeat æs alienum?

10. An ſit obligatus creditoribus.

11. An Patrem, aut Matrem ſororeſve indigentes habeat?

Si recipiendus ſit interrogatus aliquod ex his impedimentis ſe tenere reſpondeat, repellatur, ut noſtra Religionis incapax; ſed ſi ab em-

omnibus hic liberum eſſe dixerit, fiet ei proteſtatio à recipiente, illum ab ordine eejiciendum eſſe, etiam Profeſſione emiſſa, ſi aliquo ex ſupradictis impedimentis fuerit gravatus. Deinde ne aliquando dicere poſſit ſe fuiſſe deceptum, vel non crediđiſſe tot ardua eſſe in Religione, exponat ei recipiens aſperitatem Ordinis, videlicet abdicationem propriæ voluntatis, labores, longa jejunia, macerationem carnis, tædium clauſtri, contemptum, paupertatem, ruborem mendicitatis, vilitatem ciborum, & circa hæc omnia reprehenſiones, mortificationes, & pœnitentias, firmiter promittens ei ex parte Dei vitam æternam, ſi prædicta obſervaverit: dicat ei pariter: Fili tu habes unum annum approbationis in Ordine, tali conditione, quod ſi tua ſocietas placuerit Religioni in eadem te retinebimus: ſi vero non placuerit, te repellemus ab eadem, & ſimiliter tu habes idem Privilegium: qua propter intra annum poteris exire à Religione, vel in ipſa remanere. *Si reſponderit* ſe velle cum Dei adjutorio, cuncta ſufferre, & ſervare in quantum humana fragilitas ſervare ſinit: *dicat ei Superior*: Accipiemus te ad Approbationem, ſicut mos eſt, & Dominus qui incepit in te bonum opus ipſe perficiat: *Et reſpondeant Adſtantes Religioſi, Amen.*

His peractis dicentur Pſalmi infraſcripti.

Deus in adjutorium meum intende &c. Domine ad adjuvandum me feſtina: Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini.

Qui ſtatis in Domo Domini, in atriis Domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras, & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit Cœlum, & terram.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Laudate Dominum in Sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum virtutibus ejus, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in Pſalterio, & Cythara.

Laudate eum in Tympano, & Choro, laudate eum in cordis, & organo.

Laudate eum in Cymbalis bene ſonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis, omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c.

℣. Ego dixi Domine miſerere mei.

℟. Sana Animam meam, quia peccavi tibi.

℣. Salvum fac ſervum tuum.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Domine exaudi Orationem meam.

℟. Et clamor meus, &c.

℣. Dominus Vobiſcum,

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui Apoſtolis tuis præcepta dediſti, ut Sanctæ Divinitatis fide mirabili ſe invicem vocari fratres Paulum, Jacobum, Joannem conſtituiſti: Benedic ✠ hunc Famulum tuum N. qui ſe hodie in tuo nomine fratrem fieri conſtituit, ut amodo deinceps, per te nunc, & in futurum valeat corroborari. Per Chriſtum D.

Oremus.

Deus, qui ad æternam vitam in te confidentes filios advocaſti, manus in Apoſtolos extendiſti, & in tuo nomine Petrum, Joannem, & Philippum germanos eſſe voluiſti: exaudi nos pro famulo tuo N. qui ſe hodie in amorem nominis ſui fratrem confirmari voluit, creſcat in eo amor ſicut in Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, & timor, ut in Patriarchis; dilectio, ut in Sergio Abbate; caſtitas, ut in Joſeph; veritas, ut in Abraham; humilitas, ut in Moyſe; ſobrietas, ut in Petro adamante D. N. J. C. qui cum Patre, &c.

Oremus.

Dominator Domine JEſu Chriſte, qui feciſti hominem ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, qui juſſiſti SS. Apoſtolis tuis Philippo, & Bartholomæo fratres fieri, conſuetudini carnali non obligati, ſed fide, & Spiritu S. & quomodo SS. Martyres Sergium, & Bachium fratres dignatus es fieri: ita bene ✠ dic hunc famulum tuum N. conſuetudine, fide, & Spiritu Sancto, da ei intra ſe amorem ſine odio, ſine ſcandalo ſit omnibus diebus vitæ ſuæ, per interceſſionem Genitricis tuæ V. Mariæ, quia te decet omnis honor, & gloria per infinita ſæculorum. Amen.

Deinde benedicitur Habitus, qui erit Sotana cum Thau.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Domine JEſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abun-

undantiam , ut hoc genus veſtimenti , quod SS. Patres , in innocentiæ , & humilitatis indicium , ſæculo abrenuntiantes ferre ſanxerunt , ita bene ✠ dicere digneris , ut hic famulus tuus N. qui hoc uſus fuerit , ſe induere mereatur. Qui vivis , & regnas , &c.

Poſtea Superior induat eum tali Habitu , & Choriſtis addatur Superpelliceus , dicendo : Per hæc veſtimenta damus tibi noſtram ſocietatem , & Habitum S. P. N. Antonii Abbatis. *Habitu induto dicantur hi Pſalmi.*

Deus miſereatur noſtri , & benedicat nobis : illuminet vultum tuum ſuper nos , & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam : in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi Populi omnes.

Lætentur , & exultent gentes ; quoniam judicas Populos in æquitate , & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi Populi Deus : confiteantur tibi Populi omnes , terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus , Deus noſter : benedicat nos Deus , & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri , &c.

Levavi oculos meos in montes : unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino , qui fecit Cælum , & terram.

Non det in commotionem pedem tuum; neque dormitet , qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit , neque dormiet , qui cuſtodit Iſraël.

Dominus cuſtodit te : Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non uret te , neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum , & exitum tuum ex hoc nunc , & uſque in ſæculum. Gloria Patri &c.

Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.

Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum.

Sicut oculi Ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad D. Deum noſtrum , donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine , miſerere noſtri , quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt Anima noſtra opprobrium abundantibus , & deſpectio ſuperbis. Gloria Patri. &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon , Kyrie eleiſon.

Pater noſter &c.

℣. Salvum fac Servum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Eſto ei Domine Turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus , &c.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Protege Domine quæſumus famulum tuum N. & gratiæ tuæ dona in eo multiplica ab omnibus ſit liber offenſis , & temporalibus non deſtituatur auxiliis, & ſempiternis gaudeat inſtitutis. Per Dominum &c.

Deinde ſuſcipiat Superior manus ingredientis dicendo : Nos te ſuſcipimus in fratrem noſtrum , & donamus tibi noſtram ſocietatem , ut ſis particeps in omnibus operibus bonis , videlicet , in hymnis , pſalmis , canticis ſpiritualibus , vigiliis, jejuniis , & eleemoſynis & in omni opere bono , & perducat te Dominus ad regna Cœlorum , qui cum Patre , &c.

Et nunc deoſculetur pedes Superioris , & det oſculum pacis omnibus Religioſis adſtantibus ; deinde cantetur ſequens Hymnus : & interim Novitius proſtratus jaceat ſuper tapetum ante Altare.

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita ,
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui diceris Paraclitus
Altiſſimi donum Dei ,
Fons vivus , Ignis, charitas ,
Et ſpiritalis unctio.
Tu ſeptiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ
Tu rite promiſſum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus ,
Infunde amorem cordibus ;
Infirma noſtri Corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longius
Pacemquè dones protinus:
Ductore ſic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus ad Patrem ,
Noſcamus atque Filium:
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri ſit gloria
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

℟. Confirma hoc Deus, quod operatus eſt in nobis.

℟. A templo Sancto tuo, quod eſt in Jeruſalem.

Oremus.

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere, per Dominum &c.

De modo emittendi Profeſſionem.

P*Rofeſſio fiet ante Altare majus Eccleſia finita Miſſa Conventuali, in qua accipiet Novitius de manu celebrantis S. Euchariſtia Sacramentum: & Pralato, ſive deputato, & omnibus Religioſis aſſiſtentibus ponetur ſuper Aram Reliquia S. P. N. Antonii Abbatis, & Novitius cum ſotana & ſuperpelliceo indutus, ſi fuerit Choriſta genuflectat ad pedes recipientis qui dicet ei*: Dilecte fili in Chriſto, ecce tempus tuæ probationis completum eſt, in quo expertus es omnem Ordinis aſperitatem; nunc ergo de duobus oportet te unum eligere, ſive à nobis diſcedere, ſive renuntiare huic ſæculo, & abdicare, atque offerre te ipſum totum Deo, & Ordini noſtro, ſciens, quod poſtquam te ſic obtuleris, collum tuum quacumquè ex cauſa de ſubjogo obedientiæ non licebit excutere, quod ſub tam moroſa deliberatione, cum recuſare libere poſſes, ſponte ſuſcipere voluiſti.

Deinde diſtincte, proponat ei tria Religionis eſſentialia vota, videlicet obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, breviter tamen explanet qualiter intelligenda, & ſervanda ſunt. Quod ſi propoſitis ſibi, & declaratis hujuſmodi votis, iterum reſponderit Novitius ſe velle ſic vovere Deo, atque Ordini noſtro uſque ad mortem ſe offerre, inquirat etiam ab eo Superior, utrum vi, vel metu faciat Profeſſionem, & ſi reſponderit ſe ſponte, & libere, & non vi, vel metu vovere velle, tranſeat ad legendum per tres vices alta voce cedulam ſua propria manu ſubſcriptam in hunc modum.

Ego N. facio Profeſſionem, & ſolemniter voveo omnipotenti Deo, B. Mariæ V. B. P. N. Antonio, & tibi Reverendo D. Superiori meo vice D. Præceptoris Generalis, & ſucceſſorum ejus perpetuam obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, morumque meorum emendationem ſecundum Regulam B. P. N. Auguſtini, & ſtatuta hujus noſtræ Congregationis ſive Præceptoriæ Generalis Olitenſis. *Laici vero ſic ter pariter dicant, ſed vulgari idiomate:*

Ego frater N. Laicus facio Profeſſionem, & ſolemniter voveo omnipotenti Deo, B. Mariæ V. B. P. N. Antonio, & tibi Rev. Domino Superiori meo vice D. N. Præceptoris Gener. perpetuam obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, morumque meorum emendationem in ſtatu Laicorum juxta Regulam B. P. N. Auguſtini, & ſtatuta hujus noſtræ Congregationis, ſive Præceptoriæ Generalis Olitenſis.

In fine autem cujuſlibet lectura prædicta Profeſſionis cedula ſurgat Novitius, & accedens ad Altare, manibus admodum crucis ſuper ipſum poſitis deoſculetur Aram, & Reliquiam S. P. N. Antonii.

Poſt trinam lectionem, & Ara, & reliquia deoſculationem revertatur ad Pralatum, & ad ejus pedes genuflexus tradendo ei cedulam, dicat alta voce: Suſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum, & vivam. Tunc Pralatus imponens ei Almutiam cum ſigno Thau, ſi fuerit Choriſta, & ſi Laicus, pallium, dicet: Ego nomine, & vice D. N. Generalis N. & Authoritate ipſius, qua fungor, accepto Profeſſionem tuam, & unio te corpori myſtico noſtræ ſacræ Religionis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Poſtea dicatur Antiphona: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter &c.

℣. Salvum fac ſervum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus &c.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus miſerere famulo tuo N. & dirige eum ſecundum clementiam tuam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat per Chriſtum &c.

Ore-

Oremus.

Deus, qui revertentibus à ſæculo, gratiam tuæ charitatis infundis: dilata hujusCongregationis temporale habitaculum cæleſtibus bonis, ut ſupernæ teneantur compage charitatis unanimes continentiæ præcepta ſervent, ac concordet vita illorum cum nomine Profeſſionis, & ſentiant in opere, quod deprecamur humili voce, per Chriſtum &c.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo venit ad Patrem: quæſumus clementiam tuam benigniſſimam, ut hunc famulum tuum N. à carnalibus deſideriis abſtractum per iter diſciplinæ regularis educatur, & qui peccatores vocare dignatus es, præſta, ut hæc vox imitationis tuæ in eo convaleſcat, quatenus onera peccatorum deponat, & agnoſcere eum inter oves tuas digneris, & ipſe ita agnoſcat, ut alienum non ſequatur, ſed te, neque audiat vocem aliorum, ſed tuam, qui dicis, qui mihi miniſtrat, me ſequatur, qui vivis & regnas &c. Amen.

Tunc detur novo Profeſſo candela accenſa, & genuflexus ante Altare majus in Superiori gradu ipſius incipiant,

Te Deum Laudamus. &c.

Finito Cantico dicantur verſiculi ſequentes.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabitur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Ora pro eo S. Dei Genitrix.

℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora pro eo B. P. Auguſtine.

℟. Ut dignus efficiatur &c.

℣. Ora pro eo B. P. Antoni.

℟. Ut dignus efficiatur &c.

Oremus.

Deus qui corda fidelium S. Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Concede hunc famulum tuum, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa B. Mariæ V. interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Adeſto Supplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges intercedente B. Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſum P. N. Antonium variis tentationibus probatum inter Mundi hujus turbines illæſum tranſire feciſti, concede nos famulos tuos, ut in præclaro ipſius in Sancta Profeſſione proficiamur exemplo, & à præſentis vitæ periculis ejus meritis & interceſſione liberemur. Per Dominum noſtrum &c. ℟. Amen.

Deinde deoſculetur pedes Superioris, & det oſculum pacis omnibus adſtantibus Religioſis, poſtea reverſus ad pedes Superioris hortabitur eum Superior, ut mores, quos in probatione didicit, quando Novitius, non negligat ſervare jam Profeſſus, quia, quod in probatione impendebat pro libito, nunc reddere tenetur ex voto. Poſtea benedicat eum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. & omnes diſcedant.

CAPUT XVIII.

De Revocatione Statutorum, Sanctionum, ſive Conſtitutionum hactenus pro regimine hujus Præceptoriæ Generalis eductorum.

§. 1. Quia in Archivio hujus Regiæ, ac majoris Domus, in reliquiſque Domibus hujus Præceptoriæ Gener. reperiuntur quam plurima ſtatuta, ſanctiones, declarationes, ſive conſtitutiones, & Acta præſentibus conſtitutionibus contraria, & quæ in magna parte fuerunt per præſentes revocata, aut ſaltem declarata, vel minuta: idcirco D. Præceptor Gener. Commendatores, ſive Superiores, & Diſcreti omnia alia ſtatuta, ordinationes, declarationes, ſive conſtitutiones, aut Acta hactenus pro regimine Domorum hujus Præceptoriæ Gener. in hac majori Domo, vel alibi facta, & conſtructa tenore præſentium revocant, caſſant, irritant, & annullant, atque caſſas, irritas, & annullatas, perpetuò eſſe velle pronuntiant, & declarant, volentes, & mandantes, quod in poſterum Regimen, & gubernium Domorum, & Hoſpitalium, Commendatorum, ſive Superiorum, aut Religioſorum particularium hujus Præceptoriæ Gener. ſit ex nunc juxta prædicta, ordinata, declarata, & ſtatuta in præſentibus Conſtitutionibus.

§. 2. Ut

§. 2. Ut autem ab omnibus Commendatoribus, ſive Superioribus, & Religioſis Particularibus omnium Domorum hujus Præceptoriæ Gener. poſſint prædicta, ordinata, ſtabilita, & ſancita in præſentibus Conſtitutionibus adimpleri, & obſervari, erit cura D. Præceptori Generali, ut quam primum commodè fieri poſſit Typis mandentur, & poſtea diſtribuantur per univerſas Domos, declarantes, nullum Commendatorum, aut Religioſorum eſſe ad earum adimplementum, & obſervantiam obligatum, quouſque ad ipſum pervenerint ſic Typis Mandatæ, & impreſſæ: cum autem illas ſic habuerint, ex tunc in omnibus ſupradictis illarum obligatio, & obſervatio incipiant.

§. 3. Quia tamen volumus in omnibus, & per omnia ſubjici correctioni, emendationi, diſpoſitioni Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, mittantur quam primum omnes iſtæ ſupradictæ Conſtitutiones ad Romanam Curiam à D. Præceptore Generali, & in Tribunali competenti præſententur à noſtro Procuratore, qui nomine omnium noſtrum, hujuſque totius Præceptoriæ Gener. humiliter petat has noſtras Conſtitutiones roborari, confirmari, & approbari Authoritate Apoſtolica: Siquid autem fuerit correctum, vel emendatum humiliter, æquo, & religioſo animo dictæ correctioni, & mendationi ſubjicimus, volentes, quod facta de iſtis cenſura Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſolum ea teneamur ſequi, quæ à dicta S. Sede fuerint confirmata, roborata, & approbata.

Ad Confirmationem, robur, & approbationem omnium, & ſingulorum Capitulorum, & ſtatutorum hujus Præceptoriæ Gener. ſic eductorum præfati D. Præceptor Generalis, Commendatores, ſeu Superiores, & Diſcreti ad perpetuam rei memoriam ſtatuta prædicta propriis manibus ſubſcribenda fore determinarunt, & ſubſcripſerunt, ut ſequitur.

Dr. D. Chriſtophorus de Miralles.

Præceptor Generalis S. Antonii de Olite.

1. *D. Raymundus de Mòra Commendator Cervaria.*

2. *D. Joſephus de Monreal Commendator Ilerda.*

3. *D. Antonius de Verdejo Commendator Caſar-Auguſta.*

4. *Dr. D. Petrus de Plaza Regia Domus, & Hoſpitalis S. Antonii Valentia Commendator.*

5. *D. Damianus de Gilabert Commendator Majorica.*

6. *D. Joannes de Hernaque Commendator Domus, & Hoſpitalis S. Antonii Vallenſis.*

7. *D. Mauritius de Torres Commendator Domus, & Hoſpitalis S. Antonii Bilbilitani.*

8. *D. Joſephus Morales Commendator Domus, & Hoſpitalis S. Antonii Pompelonenſis.*

9. *D. Didacus Zatoya Prior S. Antonii Tarraga.*

10. *D. D. Joſephus Durò Præceptor Barchinona.*

11. *D. Bernardus Fernandez Commendator Civitatis Tubella.*

12. *D. Franciſcus Sanz à Zuloeta Præſes S. Antonii Hoſca.*

13. *D. Joannes Taltabull Præſes Domus Minorica.*

14. *D. Joſephus de Zelada Procurator Domus Olitenſis pro Communitate.*

15. *D. Dominicus de Herrero Procurator Domus S. Antonii Cæſar-Auguſta pro Communitate.*

16. *D. Vincentius de Vila Procurator Domus Valentia pro Communitate.*

17. *D. D. Franciſcus Ferrer Procurator Domus Minorica.*

18. *D. Hieronymus Soliveras Procurator Domus Minorica.*

D. Joannes de Taltabull Præſes Domus noſtræ Religionis Minoricæ, & D. Hieronymus de Soliveras Diſcretus, ſive Procurator dictæ Domus pervenerunt ad ultimam Seſſionem præſentis Capituli Particularis, ſed approbant, ratificant, & confirmant omnes Conſtitutiones ſupradictas, atque ad obſervantiam illarum, ut ſupra dictum eſt, pro ſe, dictaque Domo, ac Communitate ſe obligant: in quorum fidem ſubſcripſerunt, ut ſupra.

In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & Teſtimonium præfati D. D. Præceptor Generalis, cæterique Commendatores, ſeu Superiores, Diſcreti, Procuratores, ſeu vocales ordine, & forma ſupradicta nominati, manu propria ſubſcripſerunt, & firmarunt hoc Inſtrumentum Autheoticum harum conſtitutionum, ſtatutorum, ſeu Sanctionum, & mandarunt roborari ſigillo majori hujuſcæ Præceptoriæ Gener. ut de facto fuit roboratum, ſigillatum, & munitum. De quibus omnibus ego infraſcriptus Notarius Apoſtolicus, & Secretarius ad dictum Capitulum nominatus, deputatus fidem facio, & atteſtor die adimpletionis hujus Capituli ſcilicet IX. Maji anno à Nativitate Domini MDCCXXXI.

His

His peractis D. Præceptor Generalis juſſit omnibus adſtantibus genuflectere, & Confeſſionem Sacramentalem dicere, qua finita, D. Præceptor Genet. dixit. *Miſereatur veſtri &c. Indulgentiam &c.* & ſtatim ſubjunxit: *Ego Authoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti abſolvo vos, & omnes noſtro regimini commiſſos ab omni vinculo excommunicationis, & ſuſpenſionis, & pariter diſpenſationem indulgeo ſuper quacumque irregularitate (ſi forſan quis indigeat) atque etiam remiſſionem ab omnibus transgreſſionibus, exceſſibus, ſeu omiſſionibus Regulæ, & noſtrarum conſtitutionum, quantum ego poſſum; & quod non poſſum, ſuppleat, & perficiat ſummus, & omnipotens Sacerdos & Pontifex D. N. JEſus Chriſtus; & injungo vobis in pœnitentiam, & remiſſionem omnium peccatorum quidquid boni feceritis, & ſpecialiter jugum obedientiæ, & regularis obſervantiæ diſciplinam. Neque intendimus abſolvere perditionis, & iniquitatis filios, ſcilicet proprietarios, & Apoſtatas, ſed per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, eos primo, ſecundo, & tertio monemus, ut profugi, & Apoſtatæ corde humili revertantur ad ſinum ſuæ Profeſſionis, & ordinis; proprietarii vero, & bonorum temporalium cupidi, & amatores, ad ſui voti, & veram Profeſſionis inopiam redeant, alioquin eos ex nunc in ſcriptis denuo Excommunicationis ſententia innodamus, idque declaramus. Et quia, qui perſeveraverit usque in finem, hic ſalvus erit, authoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus S. benedicimus in Chriſto Chariſſimos fratres, tam abſentes, quam præſentes in quantum poſſumus, & quod fragilitas noſtra non obtinet, ſuppleat, & perficiat D. N. JEſus Chriſtus ſua larga benedictione, & ſit vobiſcum in itinere veſtro, & ad Domos veſtras ſanos, incolumesque reducat, qui vivit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

Tunc ſurgentibus omnibus inceptus fuit decantari Hymnus *Te Deum &c.* quem alternatis verſibus canentes proceſſerunt omnes proceſſionaliter ad Eccleſiam; finitoque Hymno duo Cantores dixerunt: *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*, & reſponderunt omnes: *A templo Sancto tuo, quod eſt in Hieruſalem*: Poſtea D. Præceptor Generalis decantavit ſequentem orationem.

Oratio.

Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur, qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

Reſponderunt. Amen.

Poſtea deoſculaverunt omnes Capitulares ſuo ordine manus D. Præceptoris Generalis ante Altare majus, ſicque finitum, vel ſolutum fuit Capitulum.

Deinde ſolemniter ab omnibus decantatum fuit pro Animabus Religioſorum Nocturnum, & Miſſa Defunctorum: de quibus omnibus ego infraſcriptus Secretarius Capituli fidem facio menſe, & anno, ut ſupra, & in Signum Veritatis meum Signum appono.

Loco ✠ Sigilli.

Doct. D. Ignatius Armiſen, & Marin Not. Apoſtolicus & Secret. Capituli.

ADDITAMENTUM XL.

STATUTA CANDIDI ET CANONICI ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

OBSERVATIO CRITICA.

NUlla hominum Religioſorum Societas in tot diſpartitur Congregationes ac Canonicorum Regularium celeberrimus Ordo, qui à nullo certo Fundatore exordium ſumens, ſed gradatim à Viris privatis ad morum reformationem vocatis introductus, in varias Congregationes coaluit, & magnum ſplendorem univerſali Eccleſiæ attulit, præ ertim Sæculis XI. & XII. prout ex obſervationibus prævìis ad celebriores illiùs Ordinis Congregationes Tomo ſecundo hujus operis adductas obſervavimus. Non hic loquimur de antiquis Illis Clericis ſub magno illo Eccleſiæ Lumine S. Auguſtino vitam communem ducentibus, neque de Canonicis ſub S. Chrodogangi, aut Aquisgranenſium Patrum Regula militantibus, quia omnes Illi, licet communem vitam duxerint, nullis tamen votis Religioſis aſtringebantur, ideóque proprie Canonici Regulares non erant, quales nimirum ſub moderno ſtatu florent plurimi in varias Congregationes diviſi, & pro norma vitæ Religioſæ communem S. Auguſtini Regulam ſequentes. Prima etenim & vera Canonicorum Regularium moderni Inſtituti Congregatio exorta eſt in Eccleſia SS. Juſti & Rufi Diœceſis Avenionenſis, quam Benedictus Epiſcopus quatuor ſedis ſuæ Cathedralis Canonicis Arnoldo, Odiloni, Pontio, & Durando conceſſerat anno MXXXVI., qui vitæ Religioſæ ſtudio accenſi tribus ſe votis in morem Monachorum aſtrixerunt; & quia Canonicis prius adſcripti fuerant, quam Monaſticis ſe inſtitutis addicerent, ab omnibus deinceps appellati ſunt Canonici Regulares. Eodem quoque Sæculo XI. labente S. Jvo Epiſcopus Carnutenſis apud Bellovacas in Eccleſia S. Quintini Canonicos ad Regularem vitam congregaverat; atque Hildemarus & Conon Presbyteri cum Rogerio Laico apud Arteſios Monaſterium Aroaſiæ erigere cœperunt. Ex quibus parvis initiis mirum in modum propagata eſt Religio Canonica ac celeberrimæ Canonicorum Regularium Congregationes exortæ; quæ tamen nunquam ſub uno capite vel Præpoſito Generali coaluerunt.

Verum ineunte Sæculo XII. exortus eſt novus Ordo Canonicus, qui ob arctam Religioſam Diſciplinam ubique obſervatam ſub communi S. Auguſtini Regula & uno Præſide Generali militare Deo cœpit, ab omnibus aliis Canonicorum Regularium Congregationibus omnino diſtinctus.

Hic eſt Candidus & Canonicus Ordo Præmonſtratenſis denominationem ſumens à Candidis veſtibus, & a primo Cœnobio pro ejusdem Profeſſis erecto, cujus locus Sanctiſſimo Fundatori à Deo præmonſtratus eſt, priusquam fundamenta S. Ordinis ſui jecerat; Et ideo ab hoc per miraculum Præmonſtrato Cœnobio omnes S. Ordinis Alumni Præmonſtratenſes audiunt. De quorum ortu & progreſſu pauca ſed certiſſima delibanda plurumque deſumpta ex celeberrimò Edmundo Martene, qui Tom. 6. pag. 83. veterum Monumentorum, poſtquam originem Congregationis S. Victoris retulerat, de hujus S. Ordinis ortu & progreſſu ex inconteſtatis monumentis agit, quem & hic ſequimur. Certum igitur eſt, hos Canonicos Præmonſtratenſes circa annum MCXIX. exordium ſumpſiſſe, ac deinceps prodigioſum feciſſe progreſſum

Au-

Auctore S. Norberto *poſtea Archiepiſcopo Magdeburgenſi Ordinis Canonici vero Reformatore. Natus Is eſt* Sanctis *in Clivia ducatu anno MLXXXXII. nobilibus ſimul ac ditiſſimis Parentibus Patre Heriberto, & Hadwige Matre, à quibus liberaliter educatus, licet ſtatum Eccleſiaſticum ambiret, nondum tamen ſæcularem pompam & divitias removere cogitaverat. Nam Canonicus Imperialis Eccleſiæ, quæ Sanctis eſt, factus, aulam* Friderici Colonienſis Archiepiſcopi *ſequi voluit; Deinde in Aulam* Henrici Quinti Imperatoris *aſſumptus, cum eodem Cæſare Imperialem Coronam accepturo Romam profectus eſt magis Aulicorum moribus, quam Eccleſiaſtica Diſciplina instructus. Dum autem conſpiceret Tyrannidem Imperatoris contra ſupremum Pontificem* Paſchalem II. *Ejusque Cardinales, quos in diros carceres detruſos per bimeſtre ſpatium iniquiſſime habuit; tanto horrore percuſſus eſt, ut aulam relinquere decreverit. Hinc ſummi Pontificis pedibus proſtratus, ac venia delictorum impetrata in Patriam remeavit; ubi oblatum Epiſcopatum Cameracenſem modeſte, ac generoſo animo à ſe repulit.*

Cum vero aliquando ſolus cum puero ad locum nomine Freden *contenderet, orta ſubito graviſſima tempeſtate fulmine ictus equo dejicitur, & tum dolore cordis tactus velut alter Saulus hanc in vocem erupit:* Domine, quid me vis facere? *Sibique reſponſum viſum:* Deſine à malo, & fac bonum. *Quo audita in alium virum mutatus, depoſitis pretioſis veſtibus, cilicio indutus ad* Sigibergenſe *Ordinis S. Benedicti Cænobium, Diœceſis Colonienſis acceſſit; ubi adhibito in conſilium* Conone Abbate *admirandæ Sanctitatis viro, poſtea Epiſcopo Ratisbonenſi de abdicando Sæculo ſerio deliberavit. Sed tunc Sacro Subdiaconatu tantum initiatus, ad Sacerdotium anhelans Fridericum Archiepiſcopum Colonienſem convenit, ab Eóque uno die Diaconus & Presbyter ordinatus eſt. Sacerdotii dignitate jam auctus ad* Santenam Eccleſiam, *cujus erat Canonicus, conceſſit; ubi ardentius contra pravos Clericorum mores verba faciens à ſuis Concanonicis Eccleſia ejectus eſt. Inde ſummum Pontificem Gelaſium adit, veniam ab eo ob duos ſacros Ordines uno die acceptos, ſimùlque facultatem ad diſſeminandum Dei verbum impetrat. Litteris Apoſtolicis munitus, rudi tunica ex pellibus agninis indutus, in Belgium profectus, ubique populum rudem ad pœnitentiam, Clerum ad morum reformationem piis, ferventibusque exhortationibus invitans. Ipſe interim rigidiſſimam vitam ducens, ſolis cibis quadrageſimalibus contentus usque ad Veſperas jejunium protendit. Sub hæc tempora vero Dei Norberto frequenter ad populum Salevcienſem verba facienti occurrit* Burchardus (Bernardum *Eum vocat P. Heliot*) Cameracenſis Epiſcopus; *olim in aula Imperatoris familiariter notus, qui viſo* Norberto *nudis pedibus, & vili veſte amicto eum tenerrime amplexatus à lacrymis ſibi temperare haud potuit; eoque ſpectaculo motus* Hugo *Epiſcopi Capellanus mox abdicatis, quæ in ſæculo exſpectare poterat, commodis Sanctiſſimo ſeſe Viro adjungit Diſcipulum, Ipſius admirandæ vitæ ſcriptor, & poſt mortem in regimine Ordinis Succeſſor.*

Anno autem MCXIX. mortuo apud Cluniacum ſummo Pontifice Gelaſio II. Illi ſubrogatus eſt Callixtus II. qui Concilium Generale Rhemis *indixit, quem nudis pedibus adiens cum ſociis ſuis* Norbertus, *cum per triduum acceſſum Pontificis fruſtra præſtolaretur, receſſit à ſæculi tumultibus & negotiis, in ſolitudine ſoli Deo, animæque vacaturus. Eunti fit obviam Bartholomæus Antiſtes Laudunenſis, qui ad Concilium Rhemenſe properans Virum Sanctiſſimum cum duobus ſuis Sociis perhumaniter ſalutat, ſciſcitatur,* qui eſſent, quòve tenderent? *Cui reſpondit Norbertus,* ſe relictis parentibus, ſæculique vanitate Religioſam vitam ſequi ſtatuiſſe, ad normam ſedis Apoſtolicæ, Conciliique authoritate præſcribendam, jamque ſibi triduo Rhemis demorato præ multitudine jugiter confluentium divitum nullum ad Papam aditum patuiſſe. *His auditis optimus Epiſcopus Virum Beatum Rhemos ſecum reducit, & ſiſtit Papæ, à quo benigne ſuſceptus Laudunum præmiſſus eſt, quo Ipſe cum Bartholomæo Epiſcopo finito Concilio venturus erat.*

Itaque ſummus Pontifex cum Bartholomæo (ut promiſerat) Laudunum veniens Norberto Canonicorum Regularium Monaſterii S. Martini reformationem demandavit. Hos vero Canonicos diſcolos arctam diſciplinam ſequi recuſantes ſimul ac Laudunum deſerere cogitavit Vir ſanctus, pauperrimam vitam in deſertis & incultis locis ſequi præeligens. Hinc Epiſcopus Religioſiſſimus poſt Papæ diſceſſum per varias Diœceſis ſuæ ſolitudines illum circumducens, eidem duo loca Religioſæ & ſolitariæ vitæ aptiſſima, nimirum Fuſniaci & Tenaliis *monſtrat; ſed illa aliis non ſibi deſtinata dicebat Norbertus. Qui tandem ad locum Præmonſtratum dictum perveniens, eundem præ reliquis ad inhabitandum elegit, utpote quem ſibi à Deo Præmonſtratum cognovit.*

In hoc ergo loco prope inacceſſo , Deo Duce & Auſpice Deipara , quam ſibi Patronam elegerat , fixam ſedem poſuit , Illúmque tanquam tutiſſimam ſeceſſus Religioſi ſtationem , & totius Ordinis futurum caput , & ſedem conſtituit. Ibidem autem ædicula S. Joanni Baptiſtæ ſacra , quæ ad jus Monaſterii S. Vincentii pertinebat , quam coëmptam ab Abbate optimus Epiſcopus Norberto & Sociis attribuit. Et cum in eodem deſerto Piiſſimus Eremita Wido *habitaret , audiens tantæ ſanctitatis Viros velle ibidem demorari , ſponte ad alium latebrarum locum ſeceſſit , prout Author Hiſtoriæ Viconenſis Monaſterii apud Edmundum Martene in Collect. veterum Script. Tom. 6. pag. 283. his verbis refert.* Illo in tempore , quo Venerandus Pater Norbertus Præmonſtratum venit habitaturus , Sacrarúmque inſtitutionum , quibus jam totum ferme per Orbem Catholica decoratur Eccleſia , rudimenta daturus , Præfatus Wido paucis diebus illic demoratus , ſicut audivimus , ſeceſſit loco majori cedens , & in Viconienſem Sylvam ſe recepit.

Apud Præmonſtratum igitur conſtitutus Beatus Norbertus, *poſt paucos dies Laudunum redivit , & Scholam Magiſtri* Rodulphi , *qui Fratri ſuo Anſelmo ſucceſſerat , ingreſſus , habito ad Scholares hortatorio ſermone , ſeptem ex Iis ditiſſimos , qui nuper ex Lotharingia advenerant , convertit , & cum ingenti pecuniæ ſumma Præmonſtratum adduxit. Verùm pecuniam illam haud adeo Eremiticæ Paupertati congruam , unus de Viri Dei Sociis , cui commiſſa fuerat , ſibi attribuiſſe fertur ; quacum ſuadente Diabolo & clam , non reverſurus , aufugit. Interim hyeme tranſacto* Beatus Norbertus *Apoſtolico munere pro more defungens per vicos & oppida , multos ad veram pœnitentiam perduxit , atque* Cameraci *ſermone exhortatorio habito* Evermodum *magnæ ſpei Adoleſcentem , ac poſtea Epiſcopum* Raceburgenſem *in Saxonia Deo eſt lucratus , ſibique adſcivit ; nec multo poſt Nivigellæ alterum Nobilem Juvenem nomine Antonium Deo & ſibi acquiſivit, quibus & alii adjuncti ſunt. Cum his igitur Diſcipulis , aliiſque Sociis Præmonſtratum reverſus congregatiſque fere quadraginta Clericis & plurimis Laicis , poſtquam iiſdem arctam diſciplinam Religioſam juxta Sanctorum Patrum inſtituta obſervandam propoſuerat amplam jam Congregationem ad vota Religioſa ſolemniter emittenda admiſit , ipſo Natalis Domini die feſto , anno MCXX.*

Atque hæc eſt vera origo Sacri Ordinis Præmonſtratenſis , *qui anno MCXIX. inchoatur , & ſequenti perficitur per inſtitutionem ſatis amplæ Congregationis ad vitam communem & Religioſam ſubeundam aptiſſimæ. Verum circa Regulam à Beato Norberto ſuis primis Diſcipulis præſcriptam fervens ſatis diſputatio ventilari ſolet , quam Eruditis decidendam relinquimus. Certum eſt , à pluribus ſæculis omnes hujus Sacri Ordinis ſocios ſemper ſecutos eſſe* Regulam Auguſtinianam , *ideóque* Canonici Regulares Præmonſtratenſes *ſunt appellati. Quibus tamen non obſtantibus , non deſunt ſcriptores ſatis celebres , qui aſſerunt , S. Norbertum ab exordio ſuis Diſcipulis præſcripſiſſe* Regulam Benedictinam , *prout* Arnoldus Wion *in ſuo* Ligno vitæ *p. 1. lib. 1. cap. 71.* & Aſcanius Tamburinus , *de jure Abbatum Tom. 2. diſp. 24. quæſt. 4. pag. 308. qui ſic loquitur :* Præmonſtratenſis Canonicorum Regularium Congregatio primum ſub Regula S. Benedicti inſtituta à S. Norberto &c. *Sed hoc ipſum negant alii Canonici Regulares cum Pennoto in ſua Hiſtoria tripartita , qui affirmant , Præmonſtratenſes Canonicos ſemper amplexos fuiſſe Regulam S. Auguſtini , quam etiamnum hodie ubique ſequuntur.*

Utut ſit , hoc negari nequit , S. Norbertum *primæ Religioſæ vitæ fundamenta didiciſſe apud Monachos Benedictinos , quando Spiritu Divino tactus , mundanam pompam relinquere ſerio cogitavit , apud Sigibergenſes Religioſos aliquo tempore demoratus ; ubi ab Abbate Conone optime inſtructus Diſciplinam Benedictinam exercuit , etiamſi adhuc nullis votis Religioſis aſtrictus. Notum quoque eſt Sanctiſſimum Illum Præmonſtratenſis Ordinis Inſtitutorem à ſuis Concanonicis Santinis expulſum ad Cluniacenſes Benedictinos confugiſſe , ibique moram feciſſe , donec ſummus Pontifex Gelaſius II. & ipſe Benedictinus , Illum in Belgium miſit ad prædicandum Evangelium. Denique ſi arctam Diſciplinam Monaſticam ab Ipſis primis hujus Sacri Ordinis alumnis obſervatam rite expendamus , & illam ex* Regula Benedictina *plerumque deſumptam agnoſcere debemus ; imo hoc ipſum denotare videtur uſus* Scapularis , *nullis aliis Canonicis Regularibus communis , niſi ſolis* Præmonſtratenſibus.

Interea S. Norbertus *in ſuo Cœnobio apud* Præmonſtratum *erecto , rigidiſſimam Diſciplinam Monaſticam ſimul ac Canonicam obſervavit, quod ejuſdem Diſcipuli juxta præcepta à Magiſtro tradita , in omni humilitate & Paupertate vitam antiquorum*

Mo-

Monachorum imitati fuerint. De horum igitur Religioſorum Ordinum Sanctis moribus lubet audire ſupra laudatum Viconienſis *Hiſtoriæ Authorem illis temporibus æqualem, qui de illis ſic loquitur:* Quis autem valeat digne differere, qualis, quantusque fuerit eo tempore tam in diſcipulis, quam in Magiſtro amor veritatis, Cuſtodia humilitatis, Contemptus humanæ vanitatis, cum certis indiciis ſinceræ Charitatis omnes ſe monſtrarent mortuos eſſe mundo, & mentibus habitare in cæleſtibus cum Chriſto. Cur autem Eos mundo mortuos non recte dixerim, quibus tanta erat parcitas in victu, tanta vilitas in veſtitu, ut quæque guſtui dulcia, tactu mollia penitus abhorrerent, & talia quærentes oſtentui haberent? Tanta quippe erat auſteritas in victu, quod æſtivis temporibus, cum legumina non haberent tribulos & agreſtes herbas per arva legentes & propriis humeris domum advectantes una cum foliis arborum coctas in cibos ſumerent: nec tamen mors in olla ſentiebatur, quia farinula perfectæ charitatis condiebatur. Erat vero tanta vilitas in veſtibus, ut tunicis toties reclavatis plerique veſtirentur, quod in dubium venerit, ex qua potius parte initium ſumſerint. Quid autem dicam de aſſiduitate laboris, vel inſtantia orationis, cum vix unquam aut manus quieſceret à labore, vel lingua vacaret ab oratione? Pono conſuetudo talis erat, ut egredientes ad laborem, ſive ad ſarriendum, vel ad ſarta cremandum, finito labore non vacui redirent; ſed quisque pro viribus onera ſibi bajulantes ſeriatim, & cum ſilentio repedarent.

Deinde eosdem Canonicos Regulares eundem rigidum vivendi modum adhuc retinuiſſe ineunte Sæculo XIII. teſtatur Jacobus de Vitriaco *Author haud incelebris in ſua hiſtoria occid. cap. 22. ſic de Illis differens:* Carnes ſiquidem Præmonſtratenſis Ordinis Canonici & Fratres Laici nunquam niſi in Infirmitate manducant. A Feſto S. Crucis uſque ad Paſcha jeſunant, duobus pulmentis more Ciſtertienſium in refectorio veſcuntur. Camiſiis non induuntur, pellibus ovinis utuntur, veſtiti tunicis albis & caligis calceati dormiunt, cappis laneis albis abſque tinctura veſtiuntur. Diebus feſtis more aliorum Canonicorum novem lectiones, aliis autem diebus tres tantum in matutinis legunt. Poſt officium nocturnum ad Dormitorium revertuntur, ut dormiunt, & requieſcunt. Temporibus determinatis, & locis certis ad labores manuum egrediuntur. Parochiales Eccleſias, & animarum Sæcularium curas in propriis perſonis ſuſcipiunt. Omnia hujus Inſtitutionis & Religionis Monaſteria ſub uno Capite Præmonſtratenſis Monaſterii continentur; habent autem Curias, & Prioratus, in quibus tam Clerici, quam Laici ſecundum, quod eis à Superioribus ſuis injungitur, commorantur.

Ex his igitur inconteſtabilibus teſtimoniis perſpectam habeamus Præmonſtratenſium Canonicorum *piam originem, atque Arctiſſimam Religioſæ diſciplinæ obſervantiam; qui per paupertatem Evangelicam, obedientiam, & morum Caſtimoniam antiquos Monachos imitantes mirifice vitam Angelicam in terris duxerunt. Interim* Gualterius *primarius* S. Norberti *Diſcipulus circa annum MCXX. Monaſterio S. Martini* Lugduni *Abbas præficitur, & ſequenti anno apud Namurcum fundatur Monaſterium Floriſienſe, ex quibus Monaſteriis prodierunt Viri ſanctitate, & doctrina perſpicui. Quamprimum enim ad hæc eximia Cænobia introducitur rigida Monaſtica diſciplina apud Præmonſtratum uſitata, quorum proin Alumni Piiſſimi per Belgium diſperſi mirum in modum Sacrum Ordinem propagarunt; plurimáque alia Cænobia erecta ſunt, præſertim poſtquam S. Norbertus cum quibusdam Sociis ſuis à Burchardo Epiſcopo Cameracenſi ordinatur Antverpiam accedere, ad profligandam nefariam* Tanchilini, *hæreſim cujus hæreſiarchæ turpiſſima Dogmata feliciter extinxit.*

Verum non ſolum in Galliis, & in Belgio ſacer hic Ordo mirifice propagari cæpit, ſed & brevi tempore in amplum Germaniæ Imperium introductus eſt. Nam anno MCXXVII. S. Norbertus *ad occupandum* Magdeburgenſem Archiepiſcopatum *cælitus vocatus non ſolum Canonicos Cathedralis Eccleſiæ ad vitam Apoſtolicam amplectendam Sanctiſſimo ſuo exemplo perduxit, ſed & ubique apud vicinas provincias arctam diſciplinam Præmonſtratenſem propagavit. Nec ſane Sacer hic Ordo ſub magno Europæ* Continente *ſe continuit, ſed ad Inſulas* Magnæ Britanniæ *translatus, plurima Cænobia apud* Scotos, Anglos, *&* Hybernos *obtinere meruit, adeo, ut poſt triginta ab ejus Ortu annos centum Abbates ad celebrandum Capitulum Generale* Præmonſtratum *convenerint. In ſolo enim Scotiæ Regno* Præmonſtratenſes Patres *ſex ampliſſima Cænobia adepti ſunt, plerumque ante annum MCL. erecta ſub imperio ſanctiſſimi Scotorum Regis* Davidis; *prout inſtruimur ex Monaſtico Scotico nondum edito, de quibus pauca dicenda ſunt.*

Primum ergo Præmonſtratenſium Religioſorum Cœnobium apud Scotos erectum appellabatur Sedes animarum, *& aliquando* Viride Stagnum. *Situm erat in ampliſſima* Gallovidiæ *Provincia, cujus primi Inquilini ex ipſo Præmonſtrato adducti ſunt; prout refert Joannes le Paige in ſua Biblioth. Præmonſt. mihi Lib. 1. pag. 333. Hoc Cœnobium mandante Rege S. Davide circa annum MCXLVIII. erexiſſe dicitur* Ferguſius Gallovidiæ Regulus, *qui poſtea, nimirum anno MCLX. factus eſt Canonicus Regularis ad S. Crucem Edinburgi. Quemadmodum igitur hoc erat primum hujus Sacri Ordinis in Scotia Monaſterium; ſic aliorum Cœnobiorum Mater exſtitit, unde Illius Cœnobii Abbas in Reliqua Præmonſtratenſia Cœnobia Juriſdictionem Eccleſiaſticam exercebat, communiter appellatus:* Pater Abbas.

Secundum Cœnobium erat apud Candidam Caſam, *ſive* Witternam *etiam in* Gallovidia *ſitum, locus olim ſede Epiſcopali & celeberrimo veterum Monachorum Monaſterio clarus: nam juxta Venerabilem Bedam Hiſt. Eccl. per ſanctum Niniam, ſive Ninianum Epiſcopum ineunte Sæculo quinto Epiſcopatus erectus eſt, & ibidem Monachi introducti; ſed poſtea injuriis temporum & frequentibus Danorum incurſionibus ædificia in cineres redacta ſanctiſſimus Scotorum Rex David I. Sæculo XII. Epiſcopatum reſtituit, & ſæpe laudatus* Ferguſius Gallovidiæ Regulus *in Cathedralem Eccleſiam introduxit* Canonicos Præmonſtratenſes, *pro quibus & magnificum erexit Monaſterium. Ex hoc igitur Monaſterio prodierunt multi Viri pietate & doctrina conſpicui, & ideo ad Dignitatem Epiſcopalem ſæpius evecti. Primus autem hujus Cœnobii Prior nominabatur* Chriſtianus, *natione quidem* Scotus *ſed apud* Præmonſtratum *educatus, qui anno MCLIII. in Epiſcopum ejusdem ſedis eſt electus, quam & ſanctiſſime rexit plures annos, cujus obitum ſic refert Chronographus Melroſenſis*: Anno MCLXXVI. obiit piæ memoriæ Chriſtianus Epiſcopus de candida Caſa Nonis Octobris Haleultran. *Inter alios autem hujus Cœnobii Prælatos, & Cathedralis Eccleſiæ Epiſcopos celeberrimus erat* Adamus Abbas & Epiſcopus Candidæ Caſæ, *qui ex Canonico Regulari Eccleſiæ Metropolitanæ Andreapolitanæ, circa annum MCLXXX. in hujus Cœnobii Abbatem eſt electus, & poſtea Ipſius Epiſcopatus Antiſtes digniſſimus. Hæc omnia diſcimus ex doctiſſimis ejusdem Epiſcopi operibus in unum volumen collectis & editis Antverpiæ apud Bellerum* 1669. *& ex egregio Ejusdem Tractatu*: Soliloquium de Inſtitutione animæ, *quem nuper ex antiquis Manuſcriptis eruit Clariſſimus Bernardus Pez, & inter ſua Anecdota edidit Tom. 1. pag. 336.*

Tertium Cœnobium appellabatur Dryburgum *ad ripam Tuedæ fluminis ſitum anno MCL. erectum & ampliſſimis terris dotatum ab* Hugone de Morevilla *Regni Scotiæ Conſtabulario. Ex hujus Cœnobii antiquis monumentis infra exhibebimus celebrem Illam Bullam ſummi Pontificis Innocentii IV. Sacro Ordini Præmonſtratenſi conceſſam, & nondum editam.*

Quartum Cœnobium erat Sacrum Nemus *in* Gallovidia *ſitum, eodem tempore erectum à ſupra laudato* Ferguſio Gallovidiæ Regulo. *In hoc Sacri Nemoris Monaſterio habitum Præmonſtratenſem induiſſe celeberrimum illum Mathematicum Joannem à Sacro Boſco exiſtimant Bibliographi Sacri, qui aſſerunt, illum denominationem ab ipſo Monaſterio traxiſſe, cum Sacer Boſcus idem ſit ac Sacrum nemus.*

Quintum Cœnobium dicitur Tunglandia *in eadem provincia, & ab eodem Fundatore erectum: de ejus tamen Inquilinis, & antiquis monumentis nihil ſupereſt niſi rudera quædam, quæ ibidem magnifica olim ædificia fuiſſe teſtantur.*

Pari modo loquendum eſt de ſexto Cœnobio in Provincia Roſſiæ *ſito, quod Farnum, & aliquando* Monaſterium de Bonafarina *appellatur, à* Ferquhardo Roſſiæ Comite *circa annum MCCXX. erectum.*

Hæc quidem fuſius forſan, quam par erat, ex Monaſtico Scotico *excerpſimus, ad monſtrandam celerem hujus Sacri Ordinis propagationem, cum ille ad extremos Europæ fines introductus ſit, intra triginta & paucos annos à primæva ſua Origine. Nec ſane apud ſolos Magnæ Britanniæ Incolas Sæculo XII. & ſequenti Sacer hic Ordo propagatus eſt, ſed per alia regna & provincias adeo extendi meruit, ut tandem Mille Virorum Abbatias cum trecentis Præpoſituris præter quingentas Sanctimonialium Abbatias hinc inde diſperſas numeraverit, ut Authores fide digni referunt. Has Abbatias tam Virorum, quam Sanctimonialium in viginti provincias, quas* Circarios *nominant, diviſerunt; quarum duodecimam conſtituebant ſex ſupra relata Monaſteria Scotica. Atque etiamſi per graſſantem Hæreſim tam in Magnæ Britanniæ Inſulis, quam in aliis Regnis & Provinciis plurima ampliſſima Cœnobia penitus ſint deſtructa, tamen adhuc per Gallias, Belgium, & Germaniam, aliaque Regna Catholica (rarius per Italiam) ampliſſi-*

mas

mas adhuc Abbatias poſſident Canonici Regulares Præmonſtratenſes , *qui etiam à ſanctiſſimo ſuo Inſtitutore ſæpius nuncupantur* Norbertini , *& aliquando à ſuo habitu Religioſo* Candidi Canonici *vocantur: veſtibus enim Candidis ubique tam Domi , quam foris utuntur.*

Nec ſane mirandum, hunc Sacrum Ordinem adeo multiplicatum fuiſſe ; cum incontaminatos mores vitæque Sanctimoniam à Præmonſtratenſibus ubique obſervatam & ſuperius explicatam , ſimulque varia & inſignia Privilegia Pontificia eidem Sacro Ordini conceſſa vel obiter percurramus. Quod autem attinet ſummorum Pontificum Bullas multiplices , quas in eorum favorem conceſſas & illas ex eorum Doctiſſimis Annaliſtis Joanne le Paige jam laudato , atque à R. Dom. Carolo Lud. Hugone Abbate Stivagienſi editas in ſequentibus eorum inſtitutis habemus , ſuperfluum foret hic repetere ; ideo unam ſolummodo Bullam Innocentii IV. Papæ hactenus nunquam editam exhibere lubet. Hanc autem ex chartulario Monaſterii de Dryburg in optime inſtructa Bibliotheca juridica Edenburgi aſſervato excerpſimus , ſub hoc Titulo :

Generale Privilegium Ordini conceſſum , videlicet ſuper Protectione Ordinis & Confirmatione Statutorum & Regularium Inſtitutorum , & ſuper pluribus aliis libertatibus.

INNOCENTIUS *Epiſcopus , Servus Servorum DEI. Dilectis Filiis Abbati Præmonſtratenſi , & Cæteris Abbatibus , & Canonicis Præmonſtratenſis Ordinis , tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis.*

IN eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpeculo licet Immeriti diſponente Domino conſtituti pro ſingulorum ſalute ſolliciti eſſe compellimur , & ea ſincere tenemur amplecti , quæ ad Incrementum Religionis pertinent , & ad virtutum ſpectant ornatum , quatenus Religioſorum quies ab omni ſit perturbatione ſecura , & à jugo mundanæ oppreſſionis ſervetur illæſa , cum Apoſtolica fuerit tuitione munita. Attendentes itaque , quomodo Religio , & Ordo veſter multa refulgens gloria meritorum , & gratiam redolens ſanctitatis , palmites ſuos à mare uſque ad mare extendit , ipſum Ordinem , & univerſas domus ejuſdem Ordinis Apoſtolicæ protectionis præſidio duximus confoventes præſenti privilegio muniendas. Ea propter dilecti in Domino Filii , veſtris juſtis poſtulationibus benignius annuentes , ad exemplar felicis recordationis Alexandri Lucii , Urbani , Clementis , & Innocentii Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum univerſas Regulares Inſtitutiones & diſpoſitiones , quas de communi conſenſu vel majoris & ſenioris partis feciſtis , ſicut inferius denotantur , Authoritate Apoſtolica roboramus , & præſentis Scripti privilegio communimus. Videlicet ut Ordo Canonicus quemadmodum in Præmonſtratenſi Eccleſia , ſecundum Beati Auguſtini Regulam & diſpoſitionem recolendæ memoriæ Norberti quondam Præmonſtratenſis Ordinis Inſtitutoris & ſucceſſorum in Candido habitu inſtitutus eſſe dinoſcitur , & per omnes ejuſdem Ordinis Eccleſias perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur , & eædem penitus obſervantiæ , iidem quoque libri , qui ad officium Divinum pertinent , ab omnibus ejuſdem Ordinis uniformiter teneantur. Nec aliqua Eccleſia , vel perſona Ordinis veſtri adverſus omnia Ipſius Ordinis Inſtituta , Privilegium aliquod poſtulare , vel obtentum audeat quomodolibet , retinere. Nulla etiam Eccleſiarum ei , quam genuit , quamlibet terreni commodi exactionem imponat , ſed tantum Pater Abbas curam de Profectu tam Filii Abbatis , quam Fratrum domus Illius habeat , & poteſtatem habeat ſecundum Ordinem corrigendi quæ in ea noverit corrigenda , & Illi ei tanquam Patri reverentiam filialem humiliter exhibeant , & devote. Abbas autem Præmonſtratenſis Eccleſiæ , quæ Mater eſſe dinoſcitur aliarum , non ſolum in iis Eccleſiis , quas inſtituit , ſed etiam in omnibus aliis ejuſdem Ordinis & dignitatem , & Officium Patris obtineat , & ei ab omnibus tam Abbatibus quam Fratribus debita Patri obedientia impendatur. Præterea omnes Abbates Ordinis veſtri ſingulis annis ad Generale Capitulum Præmonſtratenſe poſtpoſita omni actione conveniant , Illis ſolis exceptis , quos à labore viæ corporis retardaverit infirmitas ; qui tamen idoneum pro ſe delegare debent nuncium , per quem neceſſitas & cauſa remorationis ſuæ Capitulo valeat nuntiari. Hi autem in remotioribus partibus habitantes ſine gravi difficultate ſingulis annis ſe nequiunt Capitulo præſentare , in eo Termino conveniant , qui in eis à Capitulo fuerit conſtitutus. Si vero quilibet Abbatum , vel Præpoſitorum per contumaciam veſtrum Capitulum frequentare deſierit , liceat Abbati Præmonſtratenſi conſilio ſui Capituli

coa

eos uſque ad condignam Satisfactionem ſententia percellere ſingulari, & ſententiam, quam Præfatus Præmonſtratenſis Abbas ſive in genetali Capituln, ſive extra Capitulum conſilio Abbatum, in Præſatos, & ſubditos totius Ordinis veſtri Canonici talir, nulli Archiepiſcoporum ſeu Epiſcoporum, niſi forte de mandato Romani Pontificis, liceat relaxare. In Generall igitur veſtro Capitolo præſidente Abbate Præmonſtratenſi, cæterisque conſidentibus & in Spiritu Sancto cooperantibus; de his, quæ ad ædificationem animarum, ad inſtructionem morum, & ad Informationem virtutum atque Incrementum Regularis Diſciplinæ ſpectabunt, ſermo diligens habearur. Porro de omnibus quæſtionibus, & querelis tam Spiritualibus, quam temporalibus, quæ in ipſo Capitulo propoſitæ fueriot, illud teneatur irrefragabiliter, & ſervetur, quod Abbas Præmonſtratenſis cum his, qui ſanioris Conſilii, & magis idonei apparuerint, juſte ac provide judicabunt. Sane ſi Abbas aliquis veſtri Ordinis in famis, vel inutilis, aut Ordinis ſui Prævaricator inventus fuerit, & præſens per Patrem ſuum Abbatem aut per nuncios ejus ammonitus, ſunm corrigere, & emendare delictum neglexerit, aut cedere, ſi ammonitus fuerit, noluerit, Authoritate Generalis Capituli deponatur, & depoſitus ſine dilatione ad domum, unde exivit, ſeu ad aliam ejusdem Ordinis, quam elegerit, ſine ulla conditiune temporalis commodi revertatur, in obedientia Abbatis ſicut cæteri Fratres ipſius domus firmiter permanſurus. Id ipſum etiam alio tempore, ſi neceſſe fuerit, & capitulum ſine ſcandalo vel periculo exſpectari nequiverit, per Abbatem Præmonſtratenſem, & Patrem Abbatem, & alios Abbates, quos vocaverit, fieri licebit. Quodſi depoſitus in ſe datæ ſententiæ contumaciter contraire tentaverit, tam ipſe, quam Principales ejus, qui de Ordine veſtro fuerint, in ſua contumacia fautores, ab Abbate Præmonſtratenſi & cæteris Abbatibus, cenſura Eccleſiaſtica, donec ſatisfaciant, arceatur. Verum cum aliqua Eccleſiarum veſtrarum Abbate vel Præpoſito fuerit deſtituta, vel cum Abbatis electio regulariter ſuerit celebrata, ſub Patris Abbatis poteſtate ac diſpoſitione conſiſtat, & cum ejusdem conſilio, qui eligendus fuerit à Canonicis eligatur. Electo autem Fratres Eccleſiæ ſtatim obedientiam promittant. Qui non quaſi abſolutus à poteſtate Patris Abbatis vel Ordinis ſui, Archiepiſcopo vel Epiſcopo, io cujus Diæceſi fuerit, præſentetur, plenitudinem ab eo officii percepturus, ita tamen, quod poſt factam Archiepiſcopo vel Epiſcopo ſuo Profeſſionem, occaſione illa non transgrediatur Conſtitutiones Ordinis ſui, nec in aliquo ejus Prævaricator exiſtat. Si quis etiam ex vobis Canonice electus in Abbatem, Diæceſano Epiſcopo ſemel & iterum per Abbates veſtri Ordinis præſentatus, Benedictionem ab eo non poterit obtinere, ne Eccleſiá, ad quam vocatus eſt, deſtituta conſilio periclitetur, officio & loco Abbatis plenarie ſecundum ordinem ſungatur, in ea tam in exterioribus providendis, quam in interioribus corrigendis, donec aut Interventu Generalis Capituli veſtri, aut ex præcepto Romanl Pontificis ſeu Metropolitani Benedictionem obtineat. Porro nulla perſona Eccleſiaſtica pro Criſmate, aut conſecrationibus & Ordinationibus, aut pro ſepultura partium, aut Benedicendo Abbate, & deducendo in ſedem ſuam palafridum, aut aliquod aliud à vobis exigere, nullus etiam veſtrum, ſi exigatur, dare præſumat, quia & exigentem & dantem nota & periculum Symonachicæ pravitatis involvit. Cæterum ſi aliqua Eccleſiarum veſtrarum Paſtoris ſolatio deſtituta, inter Fratres de ſubſtituendo Abbate diſcordia fuerit, vel ſuborta ſciſſura, & ipſi facile ad concordiam vel unitatem revocari nequiverint, Pater Abbas Conſilio Coabbatum ſuorum, eis debet idoneam providere Perſonam, & illi etiam eam ſine Contradictione recipient in Abbatem: Quam ſi recipere contempſerint, ſententiæ ſubjaceant, quam Pater Abbas cum Conſilio Coabbatum ſuorum in eis duxerit Authoritate Ordinis promulgandam. Ad hoc cum Præmonſtratenſis Eccleſia prima Mater eſt omnium Eccleſiarum totius Ordinis, & Patrem ſub ſe alium non habet, ſicut ad cautelam, & cuſtodiam Ordinis ſtatutum eſt, per tres primos Abbates Laudinen, Floriſien, & Cuſiacens, anoua ibidem viſitatio fiet, & ſi quid io propria domo corrigendum fuerit, absque majori per eos audientia corrigatur. Quodſi Abbas in corrigendo tepidus, & Fratres ſæpius moniti iocorrigibiles permanſerint, ad Generale concilium reſervatur, & ſicut melius viſum fuerit concilio Generali, emendetur, & ſentenitia in hac parte Capituli ſine retractatione aliqua obſervetur. Quoties vero Eccleſia Præmonſtratenſis ſine Abbate fuerit, ad Præfatos tres Abbates ejus cura reſpiciat, & à Canonicis ipſius Eccleſiæ ſine eorum Conſilio perſona in Abbatem idonea eligatur, ad Conſilium ſuum quatuor aliis Abbatibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus pariter advocatis, quos ipſi Canonici providerint advocandos. Liceat quoque unicuique Matrici Eccleſiæ Ordinis cum conſilio Abbatis Præmonſtratenſis de Abbatibus Eccleſia-

ſiarum, quæ ab ea proceſſiſſe noſcuntur, ſive etiam de alia ejusdem Ordinis inferiore Eccleſia ſibi quemcunque voluerint (ſi tamen idoneus extiterit) in Abbatem aſſumere; Perſonam autem de alio Ordine nulla Eccleſiarum veſtrarum ſibi in Abbatem, nec veſtri Ordinis aliqua in Abbatem Monaſteril alterius Ordinis, niſi de Authoritate Romanæ Eccleſiæ ordinetur. Nulli ctiam Canonicos, vel Converſos veſtros ſine licentia Abbatum recipere, aut ſuſceptos liceat retinere. Sane Nulli Eccleſiæ veſtri Ordinis liceat ad aliquam aliam Profeſſionem temeritate qualibet ſe transferre; ſi qoæ vero Eccleſiæ Canonicorum alterius Ordinis ad Ordinem veſtrum veneriot, ad Eccleſiam veſtri Ordinis habeant ſine reſragatione reſpectum, in qua veſtrum noſcuntur Ordinem aſſumpſiſſe. . Præterea ſi inter aliquas Eccleſias veſtri Ordinis de temporalibus quæſtiu emerſerit, non extra Ordinem Eccleſiaſtica, vel ſæcularis audientia requiratur, ſed mediante Præmonſtratenſi Abbate, & cæteris, quos vocaverint, aut charitative inter eos componatur, aut auditis utrinque rationibus eadem Controverſia juſto judicio terminetur. Ad majorem quoque Ordinis veſtri pacem cooſervandam diſtrictios prohibemus, ne aliquis Prælatorum, vel ſubditorum veſtrorum in iis, quæ ad Diſciplinam & inſtituta Ordinis ſpectant, audeat (prout ſtatutum eſt in Lateranenſi Concilio) appellare, ſed & ſiquis appellare attemptaverit, nihilominos illi, quorum intereſt, Regularem diſciplinam exercere debebunt. De cætero, cum à ſtrepitu, & tumultu Sæcularium remoti quietem & pacem diligitis, grangias veſtras, & curtes, ſicut & alteria Eccleſiarum à pravorum incurſu, & violentia liberas fore ſancimus. Prohibentes, ut nullus ibi hominem capere, ſpoliare, verberare, ſeu interficere, aut furtum audeat vel rapinam committere. Ob evitandos vero Sæcularium Veſtrorum frequentias liberum ſit vobis ſalvo Jure Diœceſanorum Epiſcoporum Oratoria in Grangiis & Curtibus veſtris conſtruere, & in ipſis vobis & Familiæ veſtræ divina officia, cum neceſſe foerit, celebrare, & ipſam Familiam, niſi aliqui ſint, qui in vicinia habeant propria domicilia, ad Confeſſionem, Communionem, & ſepulturam cum veſtri Ordinis ſuſcipere hooeſtate. Liceat quoque vobis Perſonas liberas, & abſolutas cum rebus ſuis e ſæculo fugientes ad Converſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Ioſirmos quoque abſolutos, qui in extrema voluntate ad vos ſe transferint, aut apud vos ſepeliri deliberaverint, nollus impedire, ſen res eorum legittimas detinere præſumat, ſalva tamen Hæredum legittima portiooe, & Canonica Juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum Corpora aſſumuotur. Ad majorem etiam Ordinis veſtri Reverentiam, & Regularis Diſciplinæ obſervantiam, vobis, Filii Abbates, ſubjectos veſtros ligandi & ſolvendi plenam concedimus facultatem. Quia vero, quæ ad Religionis profectum & animarum ſalutem ordinaſtis, præſenti abbreviationi nequiverunt annecti, nos cum iis, quæ præſcripta ſunt, conſuctudines veſtras, quas inter vos Religionis intuitu regulariter ſtatuiſtis, & deinceps Auctore Domino ſtatuetis Authoritate Apoſtolica roboramus, & vobis, veſtrisque ſucceſſoribus, & omnibus, qui Ordinem veſtrum Profeſſi fuerint, perpetuis temporibus inviolabiliter decernimus obſervandas, nec aliquæ litteræ habeant firmitatem, quæ tacito Nomine Præmonſtratenſis Ordinis, contra libertates vobis ab Apoſtolica ſede indultas fuerint impetratæ. Sane Laborum veſtrorum de Poſſeſſionibus habitis ante Concilium Generale, ac etiam Novalium, quæ propriis manibus, aot ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de Ortis & Virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Interdicimus vero Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, niſi ſervato erectionis numero in Lateraoenſi Concilio conſtituto, in veſtris Monaſteriis hoſpitari; ad Grangias aotem veſtras & ad Curtes hoſpitaodi gratia non niſi in magna neceſſitate divertant, & tunc contenti ſint ipſarum manſionum Cibariis conſuetis cum honeſtate atque Charitate exhibitis. Nulli autem ſæculari Perſonæ vel Eccleſiaſticæ in aliqua domorum veſtrarum liceat carnibus veſci, niſi manifeſtæ ægritudinis gratia, & hoc in ſolis Monaſteriis veſtris Conventualibus. Prohibemus inſuper, ne aliqua Perſona Fratres Ordinis veſtri audeat ad ſæcularia judicia provocare; ſed ſi quis adverſus eos aliquod ſibi crediderit de jure competere, ſub Eccleſiaſtici examine judicii experiendi habeat facultatem. Licitum præterea vobis ſit in cauſis veſtris Fratres veſtros idoneos ad teſtimonium adducere, & eorum teſtimonio, ſicut rectum fuerit, & propulſare violentiam, & juſtitiam vendicare. Prohibemus quoque, ne cuilibet Eccleſiaſticæ, vel ſæculari Perſonæ fas ſit in Eccleſiis veſtris contra ſtatuta Concilii Lateranenſis tallias exercere, vel quasque alias vobis ineptas & iniquas exactiones imponere. Interdicimus etiam vobis, ne feras, Aves, Canes, ſive cætera ejusmodi curioſitatis animalia à quolibet ad nutriendum ſive cuſtodiendum in detractionem veſtri Ordinis ſuſcipere præſumatis.

Porro ut quietius Deo ſervire poſſitis, & diſcurrendi à vobis neceſſitas auferatur, præſenti Scripto duximus indulgendum, ut ſi Epiſcopis veſtris aut malitioſe differentibus, vel pro juſto impedimento non valentibus Ordinationes, & cætera Eccleſiaſtica Miniſteria vobis conferre, aliquem Epiſcopum, de cujos Ordinatione & Officio plena ſit vobis notitia, hoſpitem vobis habere contigerit, liberum ſit vobis ab eo & Ordinationes, & cætera Sacramenta ſuſcipere, dum tamen præjudicium in Diæceſano Epiſcopo non debeat generare. Præterea poſtulatione veſtra clementius inclinati, præſenti pagina duximus inhibendum, nequis Archiepiſcopus vel Epiſcopus, aut eorum Officiales Eccleſias veſtras, ſeu Regulares Perſonas earum, abſque manifeſta & rationabili cauſa interdicere ſeu ſuſpendere præſumat; ſed ſiquid in eis fuerit corrigendum, ad Audientiam Generalis Capituli Præmonſtratenſis referatur, & ibi, prout juſtitiæ, & honeſtati congruerit, emendetur. Purro ſiqui Epiſcopi aut eorum Officiales in Perſonas veſtras vel Eccleſias ſententiam aliquam contra libertatem eisdem à Prædeceſſoribus noſtris, vel à nobis indultam promulgaverint, eandem ſententiam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indultum probatam ſtatuimus irritandam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum Gubernatione, aut ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ Authoritate. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Sæcularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertióve commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reámque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & ſanguine Domini Redemptoris noſtri JESU Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri JESU Chriſti, quateous & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniaot. Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii V. non. Maji, Indictionis IIII. Incarnationis Dominicæ Anno MCCXLVI. Pontificatus vero Domini Ionocentii Papæ quarti Anno tertio.

Præter hanc celebrem ſummi Pontificis Innocentii IV. *Bullam ſunt in eodem Chartulario & aliorum Pontificum authentica diplomata, quæ cum Privilegia hujus ampliſſimi Cænobii tantummodo contineant, huc non ſpectant. Apud omnes in confeſſo eſt, hunc Sacrum Ordinem anno MCXXVI. ab Honorio II. Pontifice Maximo ſolemniter approbatum, à variis ejusdem Piiſſimis ſucceſſoribus eximiis privilegiis donatum fuiſſe, prout nonnullæ eorum Bullæ inter ſequentia ſtatuta adductæ teſtantur, & inter Epiſtolas* Alexandri III. *Papæ à clariſſimo Baluzio duobus voluminibus editas plurimæ adſunt in favorem hujus Sacri Ordinis.*

Nolumus hic integrum Canonicorum Præmonſtratenſium hiſtoriam contexere utpote ab eorum Annaliſtis dudum præſtitam. Hoc unum aſſerere poſſumus, nullum Sacrum Ordinem à Sæculo XII. in Eccleſia erectum, ad tot Epiſcopatus regendos vocatum fuiſſe. Nam præter candidæ caſæ *Epiſcopatum in Scotia apud Germanos inferiores eundem Ordinem Profitentes conſtituti ſunt Canonici Cathedralium Eccleſiarum apud* Brandeburgenſem, Havelbergenſem, *&* Razeburgenſem *Epiſcopatus, à quibus etiam illarum Diæceſinm Antiſtites ſemper fuerunt electi, quamdiu Catholica & Orthodoxa fides in illis Regionibus vigebat; & quidem Præpoſitus Eccleſiæ Magdeburgenſis hujus quoque ſacri Ordinis in hos Epiſcopatus juriſdictionem exercuit; quamvis Epiſcopi plerumque* Præmonſtratenſes Canonici *ab ejus juriſdictione & viſitatione liberi exſtiterint. Sic enim nos docet* Joannes Buſchius *Canonicus Regularis Congregationis Windesheimenſis, à concilio Conſtantienſi ad introducendam novam reformationem in illas partes miſſus, in ſua hiſtoria apud Leibnitium, ſcriptorum Brunſuicenſium Tom. 2. pag.* 836. Præpoſitus Magdeburgenſis hujus Ordinis mandatum habet ſuper omnes Canonicos Præfatorum Monaſteriorum, & ſuper Prælatos eorum, ſed non ſuper Epiſcopos illos, quamvis habitum deferant Ordinis ſicut cæteri. Poteſt etiam dictos Canonicos excommunicare, & ſub pœoa Excommunicationis eis mandare, incarcerare & abſolvere juſtitia mediante.

Hæc jam ſufficiant ad declarandum Sacri hujus Ordinis honorem, ubique ejusdem Profeſſis exhibitum, quamdiu illi ſalutaria ſtatuta à ſanctiſſimo Inſtitutore ſancita obſervabant. Et quamvis in quibusdam Monaſteriis quædam rigoroſæ Diſciplinæ Monaſticæ laxitas aliquando irrepſerit; attamen ſæpius in Capitulis

Ge-

Generalibus antiqua Diſciplina renovata eſt, & in aliquibus mitigata. Hæc omnia eruuntur ex ſequentibus ſtatutis, quæ in unum volumen collecta anno MDCCXXV. Stivagii *prodierunt cura A. R. P.* Caroli Saulnier *ejuſdem Cœnobii Prioris. Eſt autem* Stivagium *inſigne hujus Sacri Ordinis Monaſterium in confinibus Galliæ ſitum, habens propriam Diœceſin, cujus Officialis ipſe editor erat.*

Hæc autem ſalutaria ſtatuta dividuntur in quatuor Diſtinctiones, & hæ in ſua certa capita, quæ complectuntur doctrinam neceſſariam ad ducendam vitam Regularem & Canonicam, tam circa Divinum officium, quam circa externum Cœnobiorum Regimen. Sed cum hæc ſtatuta non uno eodemque tempore edita, ſed in diverſis Capitulis Generalibus ſancita fuerint; ſic ad illa frequentes annotationes ad denotandum tempus & locum addita ſunt, quando fuerunt introducta. Quibus ſubjuncta eſt Regula S. Auguſtini *omnino diverſa ab illa* in Codice Regularum *exhibita Tom. 1. parte 3. pag. 349. hanc Regulam ſupra laudatus* Adamus Candidæ Caſæ in Scotia Cœnobiarcha & Epiſcopus *in XII. Capita diviſit. Denique ſubjiciuntur XXIII. Articuli Reformationis antiqui rigoris, Anno MDCXIII.* in Monaſterio Muſſipontano *decreti, ex quibus percipere licet arctam Diſciplinam apud hos Canonicos obſervatam. Ex hoc enim Cœnobio Muſſipontano prodiit Reformatio celeberrima totius Ordinis Sacri, quæ tandem ſub Nomine* Reformationis Lotharingicæ *introducta eſt ad alia plerumque Monaſteria horum Canonicorum Præmonſtratenſium per Galliam, Belgium, & Germaniam diſperſa; Monaſteria enim Hiſpanica jam anno MDLXXIII. aliam arctiorem Diſciplinæ Regularis obſervantiam inire coacta fuerunt.*

Hic coronidis loco apponimus ſententiam cujusdam antiqui Poëtæ nomine Brunelli, qui circa finem Sæculi duodecimi vel certe initium decimi tertii vixit, quam ex veteri Codice MS. Stabulenſis Monaſterii excerptam eruditiſſimus Martene Tomo ſexto veterum monumentorum exhibet Columna ſeptima, quamque ante ipſum Eruditiſſimus Mabillonius Romæ ex Bibliotheca Reginæ Sueciæ eruit. Nos omiſſis cæteris Ordinibus in eo Opuſculo deſcriptis ſolum hic exhibemus ea, quæ habet de antiqua diſciplina Canonicorum Præmonſtratenſium.

Præmonſtratenſes rurſus qui veſtibus albis
 Induti veniunt, ſimplicitate placent.
His Color unus adeſt niveo candore refulgens,
 Hos ſemper ſimplex veſtis ovina tegit
Omnibus abjectis, duris pro mollibus uti
 Veſtibus ad præſens hoc ſtatuêre modo.
Vellere partito quod colli nuda protexit,
 In proprios uſus conſtituêre ſuos.
Ne caro luxuriet vervecis vellere criſpo
 Corpora caſtigant aſperitate gravi.
Damna tamen lini lana redimente ſuavi,
 Ordine cogente ſuſtinuiſſe decet.
Ordinis auſterus rigor eſt, quia carnibus uti
 His in conventu tempus in omne vetat.
Diſpenſando tamen ſacer Ordo ſalubrius uſus
 Conſiliis ſuper his alleviavit onus,
Pinguia concedens quæ ſunt affinia carnis,
 Sic tamen ut nunquam ſit manifeſta caro.
Bellum cum carne, pacem cum pinguibus eſſe
 Pacis amatores hoc ſtatuêre modo.
Carnis honeſtatem ſic conſervare volentes
 Ne contra carnem lex inhoneſta foret.
Si foret excluſa penitus caro, carnis honeſtas
 Sæpe daret cauſam materiamque mali.
Unde nec admiſſa penitus nec tota repulſa,
 Exulat in patria Monſtrua facta ſua.

His jam præmiſſis ſequuntur ipſa

STATUTA

Candidi & Canonici Ordinis Præmonſtratenſis, & quidem anno 1630. renovata, & à Capitulo Generali plene reſuluta, acceptata & omnibus ſuis ſubditis ad ſtricte obſervandum impoſita, variiſque generalium & provincialium Capitulorum decretis illuſtrata, notis & commentariis adornata à R. P. CAROLO SAULNIER, Canonico Præmonſtratenſi, Stivagii Priore, & tractûs Stivagienſis Officiali.

HIC diligens & inſignis ſui Ordinis ſcriptor poſt ſuam ad Lectorem Canonicum Præmonſtratenſem veteris Inſtituti Canonicam Præfationem (quam hoc loco omittendam judicamus (ipſis Statutis, quæ in quatuor Diſtinctiones, & has in ſua capita diſtinctas exhibet, præmittit

I. *Confirmationem primam Canonici Ordinis à ſanctiſſimo Patre Norberto fundati per Calixtum ſecundum ſummum Pontificem.* 1124.
II. *Aliam per SS. Dominum noſtrum Honorium ſecundum Papam* 1126.
III. *Aliquot ſummorum Pontificum de Ordine Præmonſtratenſi Elogia.*
IV. *Petri Goſſetii totius Ordinis Præmonſtratenſis Generalis Mandatum, quo univerſis ſui Ordinis hæc ſtatuta in Capitulo Generali approbata ſtricte præcipit obſervari. anno* 1630.
V. *Bullam SS. D. N. Julii ſecundi Papæ, qua Patribus Ordinis Præmonſtratenſis datur poteſtas, ut vetera ſtatuta mutent, minuant, vel in toto tollant, ac nova, quoties toties opus fuerit, condant & promulgent. anno* 1503.
VI. *denique Præfationem ad omnes Candidiſſimi & Canonici Ordinis Præmonſtratenſis Religioſos.*

Quæ omnia, ut nihil deſit, hic apponimus.

Ipſis autem Statutis accedunt Regula S. P. Auguſtini, nec non Articuli Reformationis, ſeu Communitatis antiqui Rigoris nuncupatæ.

CONFIRMATIO PRIMA CANONICI ORDINIS A SANCTISSIMO PATRE NORBERTO FUNDATI.

PETRUS LEONIS Presbyter, & GREGORIUS Sancti Angeli Diaconus, Dei gratiâ Apoſtolicæ Sedis Cardinales, & Legati; Venerabili Fratri NORBERTO, & cæteris Fratribus, Canonicam ſub eo vitam Profeſſis, Salutem & Benedictionem. Omnipotenti Deo, cujus miſericordia ſuper viras, gratias agimus. Quia vos eſtis, qui Sanctorum PP. vitam probabilem renovatis, & Apoſtolicæ inſtituta doctrinæ, primordiis Eccleſiæ ſanctæ inclita, ſed & creſcente Eccleſiâ jam penè deleta, inſtinctu S. Spiritûs ſuſcitatis. Duæ enim ab Eccleſiæ ſanctæ primordiis vitæ, ejus ſunt filiis inſtitutæ. Una quâ infirmorum debilitas detinetur, alterâ quâ fortiorum virtus bona perficitur. Una remanens in Segor parvula, altera in montium altiora conſcendens, una in lachrymis, & eleemoſynis peccata redimens quotidiana, altera per quotidiana inſtituta, merita æterna conquirens, alteram tenentes inferiorem, bonis terrenis utuntur, alteram ſequentes ſuperiorem, bona terrena deſpiciunt, & relinquunt. Hæc autem quæ à terrenis, divino fervore divertitur, In duas, unius penè ejuſdemque propoſiti, dividitur portiones, Canonicorum ſcilicet, & Monachorum. Harum ſecunda, per divinam miſericordiam frequentata, jam ſatis ſeculo univerſo elucet. Prima verò, licet decaleſcente fervore fidelium, aliquandò penè defluxerit, noſtris tamen temporibus, divinâ inſpirante clementiâ, vigere plurimùm cœpit. Hanc *Urbanus* Pontifex, & Martyr inſtituit, hanc *Auguſtinus* ſuis ordinavit Regulis, hanc *Jeronymus* ſuis Epiſtolis reformavit. Non minoris itaque æſtimandum eſt meriti, vitam hanc primitivæ Eccleſiæ, aſpirante & proſequente Domini Spiritu, ſuſcitare; quàm florentem Monachorum religionem, ejuſdem Spiritûs perſeverantiâ, cuſtodire. Veſtrum ergò propoſitum, Sedis Apoſtolicæ, cujus legatione fungimur, authoritate firmamus, & firmos

vos

vos in ipſo ſtare adhortamur, & tanquam Deo per nos exhortante obſecramus. Quamobrem, omnibus in veſtris Cœnobiis vitam Canonicam ſecundùm hujus tenorem Ordinis profitentibus, & in eâ adjuvante Domino permanentibus, Nos Apoſtolorum Petri & Pauli benedictionem, & peccatorum ſuorum abſolutionem concedimus. Conſtituentes, ne cuiquam omninò liceat, hunc veſtri Ordinis ſtatum commutare, cujus tantus in tot terrarum partibus fructus exuberat, ut plures veſtri ſaporis dulcedine condiantur. Statuimus etiam ne profeſſionis Canonicæ quiſpiam, poſtquam Dei vice ſuper caput ſibi hominem impoſuerit, alicujus levitatis inſtinctu, & diſtrictioris religionis obtentu, ex eisdem clauſtris audeat, ſine Abbatis, totiuſque congregationis permiſſione, diſcedere. Diſcedentem verò, ut nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullus Monachorum, ſine communium literarum cautione ſuſcipiat, interdicimus.

Vos ergò, Filii in Chriſto Chariſſimi, dilectionis veſtræ ſtudiis ſemper promptioribus reſpondentes ſtrenuè quod DEO promiſiſtis implere ſatagite. *Et luceat lux veſtra, coram hominibus, ut videant opera veſtra bona & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*, cujus Patris (ut hæc firma permaneant) & Filii, & Spiritûs Sancti virtute ſanximus. Si quis contra hujus paginæ ſanctionem ſciens venire tentaverit, niſi ſecundò tertiòve commonitus, ſatisfecerit, Canonicâ ultione plectatur.

Et erat ſubſignatum

Ego P. Sedis Apoſtolicæ Presbyter Cardinalis & Legatus S. S. Ego G. Sancti Angeli Diaconus Cardinalis & Legatus S. S. Scriptum *Noviomii*, quarto Kalendas Julii, Anno Incarnationis Dominicæ 1124. Pontificatûs autem Domini Calixti ſecundi PP. Anno ſexto.

CONFIRMATIO INSTITUTI ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS PER SANCTISSIMUM D. N.

HONORIUM PP. II.

HONORIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis NORBERTO Fratri in Chriſto, & Canonicis Præmonſtratenſis Eccleſiæ S. MARIÆ, eorumque Succeſſoribus Regularem vitam in perpetuum profeſſis. Apoſtolicæ diſciplinæ ſectantes veſtigia, mundanis quidam pompis & poſſeſſionibus abrenunciant, & Domino totis anniſibus famulantur. Iſti ergò ſi bonum quod incœperunt conſummaverint, in extremi examine Judicii, ſunt immortalitatis ſtolam & perpetuam gloriam adepturi. Quia igitur vos religiosè vivere & Canonicam vitam ſecundùm *B. Auguſtini Inſtitutionem* ducere, inſpirante Divinâ gratiâ decreviſtis, Propoſitum veſtrum, Sedis Apoſtolicæ authoritate CONFIRMAMUS, & firmos vos, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, in eo perſiſtere adhortamur, &c.

Datum 13. Kal. Martii, Anno MCXXVI.

ALIQUOT SUMMORUM PONTIFICUM DE ORDINE PRÆMONSTRATENSI ELOGIA.

HADRIANUS PP. IV.

ATtendentes itaque quomodò Religio & Ordo veſter, CUJUS NOS ALUMNUS ALIQUANDO FUIMUS, multâ refulgens gloriâ meritorum, & gratiâ redolens ſanctitatis, palmites ſuos à mari uſque ad mare extenderit, &c.

ALEXANDER PP. III.

OMnipotenti Deo, à quo univerſa bona procedunt, gratiarum referimus actiones, qui vos in unitate Catholicâ conſervavit, & non permiſit ſchiſmaticâ pollui pravitate: licet enim ſchiſmaticorum præſumptio diverſis vos calliditatibus, mendaciis à devotione Sancti Petri & noſtrâ, retrahere niteretur, veſtra tamen diſcretio illorum iniquitatem ſtuduit evitare, & unitatem Catholicam conſervare. Quod ſiquidem gratum, & acceptum tenentes, & veſtræ fidei conſtantiam & ſinceritatis affectum in Domino plurimùm commendantes, gratias quas debemus vobis referimus &c.

Honorius PP. III.

BEnefaciens Dominus bonis & rectis corde, dilectos Filios, Fratres Præmonſtratenſis Ordinis, in viâ mandatorum ipſius inoffensè currentes, tamquàm populum acceptabilem ſibi numero & merito ampliavit.... Nos igitur, prædictos Fratres ſpeciali prærogativâ dilectionis & gratiæ amplexamur, ut qui Domino jugiter offerentes ſuorum vitulos labiorum, non ſolùm nobis, ſed etiam univerſali Eccleſiæ piis interceſſionibus incomparabiliter ſuffragantur &c.

Gregorius PP. IX.

CUM Religio veſtra, cujus bonus odor longè, latèque diffunditur, DEO ſit, & hominibus gratioſa &c.

Innocentius PP. IV.

USque adeò nos & prædeceſſores noſtros fragrans veſtræ Religionis fama reſperſit, ut odore ſinceræ opinionis veſtræ in Domino delectati, ſuper his quæ à vobis, in communi Abbatum veſtri Ordinis Capitulo ſtatuuntur nullatenùs dubitemus, quin ad ea ſecundùm jus & ſtatuta noſtra rectè & rationabiliter procedatis &c.

Idem Innocentius.

SAnè mundo celebris & ſupernis grata civibus, ſacra Religio Præmonſtratenſis Ordinis, à ſuæ plantationis initio Regis æterni fuit habitaculum, virtutum ſplendoribus illuſtratum, quod ſemper honore proficiens & honeſtate concreſcens, generalis Eccleſiæ decus extulit, & decorem multimodis ampliavit. Ex hoc enim nos ſpiritualem in Domino lætitiam conſequentes, affectu pio de ipsâ Religione concipimus, ut noſtræ proviſionis auxilio, ejus robur & pulchritudinem augeamus: ita quòd ipſa in domo Domini contra tentatoris impetum & turbinem vitiorum ſit quaſi Turris eburnea, virtutum munita propugnaculis, in quo lectum amœnæ quietis habeat veri excellentia Salomonis, &c.

Idem Innocentius.

VIrtute conſpicuos ſacri Ordinis veſtri Profeſſores qui contemplationi cœleſtium ferveſcentes invigilant, & piæ vitæ ſtudio ſine intermiſſione deſudant, decet per Apoſtolicæ circumſpectionis auxilium ſic providè dirigi, & ſollicitè conſoveri, ut alicujus prætextu calumniæ nullum internæ pacis excidium, nullum Religionis ſtatûs perferant detrimentum.

Urbanus PP. IV.

ATtendentes itaque quomodò Religio & Ordo veſter multâ refulgens gloriâ meritorum, & gratiâ redolens ſanctitatis palmites ſuos à mari uſque ad mare extenderit; Ipſum Ordinem & univerſas domos ejuſdem Ordinis Apoſtolicæ præſidio duximus confovendas, & præſenti privilegio muniendas. Ea propter ad Exemplar fœlicis recordationis Alexandri, Lucii, Urbani, Clementis, & Innocentii Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, univerſas Regulares Inſtitutiones & diſpoſitiones, quas ex communi conſenſu, vel majoris & ſanioris partis, inter vos Religionis intuitu regulariter ſtatuiſtis, & deinceps auctore Domino ſtatuetis, auctoritate Apoſtolicâ roboramus.

Nicolaus PP. IV.

QUantò præclara Ordinis veſtri Religio inter Religiones alias, per inſignem gratiarum multarum prærogativam, & eminentiam ſanctitatis conſpectiori rutilat claritate, tantò magis adeſſe vobis proponimus, & illa vobis concedere ſecundùm Deum de Sedis Apoſtolicæ pietate, quæ vobis credimus profutura.

Coelestinus PP. V.

FRaternitatem veſtram ignorare non credimus quòd Fratrum Præmonſtratenſium Ordo per Dei gratiam, jam per diverſas mundi partes crevit, & eorum in bono converſatio & Religio, ad benè vivendum plurimos incitavit.

Bonifacius PP. VIII.

IN Eccleſiæ firmamento veſter Ordo claro nitore coruſcans, univerſalem Dominici gregis aulam illuminat, currentibus in ſtadio rectum iter inſinuat, quo ad ſalutis bravium faciliùs pervenitur.

PE-

PETRUS GOSSETIUS, Chriſtianiſſimi Francorum Regis Conſiliarius, & Eleëmoſynarius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Præmonſtrati Abbas, ac totius Canonici Præmonſtratenſis Ordinis Generalis: Univerſis ejuſdem Ordinis Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Prioriſſis, Canonicis, Converſis, Sanctimonialibus, omnibuſque utriuſque ſexûs perſonis Ordinem noſtrum Præmonſtratenſem Profeſſis, præſentibus & futuris Pacem, Charitatem, Salutem, Unionem & omnium virtutum incrementum, & horum Statutorum exactam obſervantiam.

A Tempore, quo divina bonitas me ad ſuprema candidiſſimi Canonici Ordinis noſtri Præmonſtratenſis gubernacula, nullo meo merito, ſed, *ut mirabilem faceret gratiam ſuam qui in eum ſua merita contulit, in quo meritorum ſuffragia* (ut cum Sancto Leone loquar) *non invenit*, dignata eſt provehere, nulla major me preſſit ſollicitudo, quàm ut ſtudioſiſſimè allaborarem, ut Sanctiſſimi Patris noſtri NORBERTI familiam, Divini Numinis favore, & juvantibus ejuſdem Sanctiſſimi Patris noſtri precibus (qui etiamſi ad cœleſtia tranſierit, tamen inſtituti à ſe Ordinis providentiam, ut de S. Petro dixit Leo, non reliquit) in diebus meis viderem, ut erat in primævo ſuo flore, Canonicâ diſciplinâ vigentem, ſacrâ coruſcantem doctrinâ, & omnis virtutis gloriâ rutilantem.

Leo Sermone 1. de Anniverſ.

Serm. 2. de Anniverſ.

Ut autem ad talem tantamque reſtaurationem, atque eximium ſplendorem, temporum iniquitate non-nihil obfuſcatum pervenire poſſet, omninò neceſſarium duxi, in ipſo regiminis mei limine, anno ſcil. 1618. indicere Ordinis noſtri Capitulum generale, ut in eo, juxta poteſtatem, ab Apoſtolicâ Sede nobis conceſſam, prædictæ Statutorum noſtrorum communes leges accuratè diſcuterentur, & cum magnâ diſcretione, maturoque judicio, ſubditorum viribus, & inſtituto noſtro Canonico, debitè attemperarentur.

Nam cùm in his Legibus, ut de aliis dixit Tullius, poſitum ſit fundamentum libertatis (*ſed ſpiritûs*) fons æquitatis, mens & animus, conſilium & ſententiæ noſtræ Religionis, & vigor totius diſciplinæ, ideò in his, ſicut in aliis, exiſtimavimus magnâ diſcretione providendum, ne nimiâ auſteritate exaſperent, vel nimiâ obſervandi difficultate fatigent. Tales enim Leges pleromque vel excuti ſolent, vel negligi atque contemni. Imò fit, *ut cùm volumus conſulere diſciplinæ, opus virtutis exigere* (inquit Ambroſius) *non compatientes naturæ, non æſtimantes poſſibilitatem, auſteriora decernamus, quam poſſit humana conditio ſuſtinere*, & ea prætigamus, quæ juxtà Hieron. *non juvent, ſed obſtent ad meliora pergenti.*

Pro Cluentio.

Ambroſ. ſer. 5. in Pſal. 118. Hieron. in c. 3. ad Gal.

Hac autem in re, Majorum noſtrorum tramitem ſumus inſecuti, qui ab ipſius Ordinis noſtri incunabulis, in Capitulis ſuis Generalibus Statutorum noſtrorum decreta, vel auxerunt, vel diminuerunt, vel mutaverunt, vel confirmaverunt, proùt charitatis neceſſitas, vel ſpiritualis profectûs utilitas exigebat.

Leges namque noſtræ, à Sanctis Patribus, ad nihil aliud ſunt inſtitutæ (ſicut de Regulâ S. Benedicti, aliiſque, affirmat D. Bernardus) quàm ad lucrum, & cuſtodiam charitatis. Et ideò, eodem Bernardo aſſerente, per homines loco & officio tuis canonicâ electione ſuccedentes, licitè interdum, innoxieque, ubi pro charitate expedire videtur, vel omittuntur, vel intermittuntur, vel in aliud fortè commodius demutantur. Eam enim hæ Leges non habent rectitudinis immutabilitatem, ut mutari non poſſint; ſicut divinæ, ſed propter corruptionis humanæ inſtabilitatem, & noſtram in providendis futuris caliginem, huic ſunt mutabilitati ſubjectæ, ut quæ pro tempore aliquo ſunt valdè commodæ, & fructuoſæ, eædem aliâ rerum conſtitutione inutiles fiant, imò noxiæ, & ob id nonnunquam auferri penitus debeant, aut adjectione aliquâ vel detractione commutari.

De præcep. & diſpenſ.

Quapropter quod Majores noſtri, magno ſæpè ſalutis fructu fecerunt, id etiam ſub ſpe ſimili, à nobis faciendum, præſertim in tantâ obſervationis Statutorum Ordinis, quam deprehendimus varietate, non ſolùm utiliſſimum, ſed etiam omninò neceſſarium judicavimus.

Cœpimus proindè Ordinis noſtri Statuta ad incudem revocare, diligenterque diſcutere; & plurimas hac in re experti ſumus difficultates. Valdè namque difficile eſt, Leges tot diverſiſſimarum nationum humoribus (per quas Divino beneficio Ordo noſter, longè latèque diffuſus eſt) accommodatas, atque proficuas condere.

Qua-

Quare etiam rem talem, tantamque non judicavimus unâ Patrum Congregatione abſolvendam; ſed quæ primo Capitulo erant definita, ea publicanda, & ab omnibus obſervanda decrevimus, ut ipsâ experientiâ, quæ rerum eſt magiſtra, ipſoque uſu quo leges juxtà D. Auguſt. firmantur, pateſceret, an conditæ leges utentium viribus ac moribus ſic eſſent accommodatæ, ut deſideratus univerſalis reformationis fructus indè exſpectari poſſet, aut ſperari. Deindè aliqua adhibenda fuit mora, ut in re tanti momenti nulla admitteretur præcipitantia, nullus irreperet error, & omnis tergiverſatio excluderetur, cum id ſolùm quod facile, & uſu probatum eſt, volumus imponere.

Auguſt. l. de verâ relig.

Cùm autem aliquot Capitulis, Statutorum decreta, exactiſſimâ curâ eſſent diſcuſſa, tandem gratiâ cooperante divinâ, hoc anno 1630. in Capitulo noſtro Generali, in Archicœnobio noſtro Præmonſtratenſi celebrato, omnium conſenſu, & ſatisfactione, ſunt reſoluta, promulgata, & ab omnibus Patribus nullo reclamante recepta. Verumtamen reſervavimus nobis, ſicut reſervamus per præſentes, noſtriſque Succeſſoribus, ac Capitulo noſtro Generali, juxtà Privilegia ab Apoſtolicâ Sede nobis impertita, eadem Statuta interpretandi, magis moderandi, ac etiam pro exigentiâ neceſſitatis mutandi, augendique poteſtatem.

Alex 3. in Apoſt. Honor 3. in Emin. Jul. 2. Rationi congruit.

Porrò muneris noſtri ſit, ſummo ſtudio id agere, ut quæ tam maturo judicio ſunt decreta, neceſſarium ſuum, optatiſſimumque nobis ſortiantur effectum, Nos auctoritate noſtrâ, & Capituli noſtri Generalis, ac etiam Apoſtolicâ, quâ hac in parte fungimur, omnibus & ſingulis Ordinis noſtri Abbatibus, Prælatis, Præpoſitis, Prioribus, Præſidentibus, Rectoribus, Abbatiſſis, Prioriſſis, Rectricibus, & utriuſque ſexûs perſonis, Canonicum hunc Ordinem noſtrum profeſſis, quâcumque etiam dignitate fulgeant, ut hæc renovata Statuta, & omnia, & ſingula in eis contenta, juxtâ ſuum tenorem, inviolabiliter, & ad amuſſim obſervent, & exequantur, diſtrictè mandamus, atque præcipimus.

Eâdem etiam auctoritate impetamus omnibus, & ſingulis Prælatis, atque Superioribus, ad quos hoc ſpectat, ut etiam adhibitis (ſi neceſſe ſit) cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque tàm Juris communis, quàm Ordinis noſtri remediis, ac etiam invocato auxilio brachii ſecularis (ſi quorumdam pertinax obſtinatio aliter frangi non poſſit) omnes ſibi ſubjectos, tàm Paſtores & Beneficiatos, quàm Conventuales, alioſque omnes, eadem Statuta obſervare, realiter, & cum effectu curent, atque compellant.

Inhibemus verò omnibus noſtris Vicariis, & Capitularibus Viſitatoribus, & omnibus & ſingulis ſupradictis Canonici Ordinis noſtri Profeſſoribus; utriuſque ſexûs, tam futuris, quàm præſentibus, cujuſcumque ſtatûs, gradûs, Ordinis, vel conditionis exiſtant, ne ad hæc Statuta noſtra, noſtraſque moderationes, & interpretationes, quidquam addere vel demere præſumant, abſque noſtrâ, noſtrique Generalis Capituli certâ ſcientiâ, atque ordinatione.

Qui verò contrarium feciſſe convicti fuerint, vel confeſſi, ſine ullâ remiſſione, viginti diebus pœnæ gravioris culpæ ſubdantur, & quæ acta ſunt reſcindantur, & annullentur, ſicut reſcindimus, & annullamus per præſentes.

Ut verò eorum, quæ in his Statutis præſcribuntur, nullus ignorantiam prætendere queat; Volumus ac etiam ſtrictè præcipimus, ut omnes & ſinguli Prælati, hæc Statuta ſibi, ſuiſque Conventualibus comparent, & hoc ſedulò curent, ut omnes Subditi, tàm Paſtores & Beneficiati, quàm Conventuales, aliique omnes (omnium enim ſalutem concernunt, & ad eorum obſervationem adſtringuntur omnes).eadem Statuta penes ſe habeant ſtudioſè evolvant, & magnâ attentione ruminent, non tàm ut ſciant, quàm ut exactiſſimè ea obſervent.

Inſuper ut certum, & indubitatum ſortiantur effectum, omnibus Vicariis noſtris, ac etiam Capitularibus Viſitatoribus, tàm præſentibus, quàm futuris, ſub pœnâ depoſitionis, noſtræque indignationis, aliiſque à nobis infligendis injungimus, atque præcipimus, ut ad inviolabilem horum Statutorum obſervationem, omnes ſuarum Provinciarum tàm Prælatos, quàm ſubditos, tam Paſtores quàm Beneficiatos, omnibus prædictis remediis, ac etiam privatione Abbatiarum, beneficiorum, paſtoratuum & quorumcumque officiorum compellant & adigant.

Ut autem Majorum noſtrorum, & quorundam aliorum Ordinum morem ſequamur; declaramus, quòd neque nos, neque Capitulum noſtrum Generale, intendamus nobis ſubditos, ad horum Statutorum noſtrorum obſervationem ſtringere ſub obligatione peccati, ſed ſub obligatione pœnæ dumtaxat, niſi contemptus, ſcandalum, vel quid aliud tranſgreſſionem vel mortalem, vel venialem efficiat. Verùm ſub hac declaratione tria religionis vota, Obedientiæ ſcil. Caſtitatis; & Paupertatis, & quæ ad communem vitam, victum, & veſtitum conſervandum, aliaque

D.Th. 2. 2. q. 186.ar.9. ad 1.

que, quæ, ut ait Concil. Trid. ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent., quæ à Seſſ. 25. c. 1.
nullo remitti, vel relaxari queunt, nullatenus volumus comprehenſa. de Regul.

Sed nec ad ea, quæ ex Romanorum Pontificum privilegiis, ordinationibus
atque decretis, & ex Conciliis, vel etiam ex conſtitutionibus Juris communis,
hiſce noſtris Statutis ſunt inſetta, & in margine pleraque annotata, hanc noſtram
extendi volumus declarationem. Nam ſanctæ Sedis auctoritatem, proùt debe-
mus, & proùt etiam Prædeceſſores noſtri fecerunt, omninò volumus exceptam,
& eorum decreta, ſicut & Conciliorum, & quæ ex Canonibus ſunt intermixta,
eam retinere vim, quam à ſuis Auctoribus ſibi inditam habent.

Cùm antem juxta D. Gregorii veriſſimam ſententiam, à nullo graviùs præju-
dicium, quàm à ſuis Sacerdotalibus toleret Deus, *quando eos*, inquit, *quos ad* Hom. 27.
aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit: ſimiliter quan-
do illi, qui conſtituti ſunt in Religione diſciplinæ cuſtodes, ejuſdem violatores
eſſe præſumunt, & qui ſpiritualis profectûs promotores & executores eſſe debe-
rent, ejusdem nimiâ ſuâ acediâ, vel puſillanimitate vel perverſitate, ſunt ne-
glectores, vel contemptores: ideò in viſceribus charitatis Chriſti, vos Præ-
latos atque Superiores omnes inſtantiſſimè monendos, & rogandos duxi, ut ve-
ſtræ ſtrictiſſimæ obligationis memores, hæc renovata, quam exactiſſimè & vos
obſervetis, & ut à vobis ſubiditis, quàm ſtudioſiſſimè obſerventur omnem curam
adbibeatis.

Oportet namque ut vos exemplo præcedatis. Siquidem pulcherrimus eſt or- Bernard.
do, ut ait Bernardus, & ſaluberrimus, ut onus quod portandum imponis, tu Epiſt. 101.
portes prior.

Hac de causâ, ut præclarè dixit Cyprianus, „ Cum omnes diſciplinam Cyprian.
„ tenere oporteat, multò magis Præpoſitoa curare hoc fas eſt, qui exemplum Epiſt. 55.
„ & documentum cæteris, de converſatione & moribus ſuis præbere debeant.
„ Quomodo enim poſſunt integritati, & continentiæ præeſſe, inquit, ſi ex ipſis
„ incipiant corruptelæ & vitiorum monſtra procedere? „ Quare non immeritò in
Regulâ D. Auguſt. Prælatis imperatur, „ ut circa omnes ſeipſos bonorum ope-
„ rum præbeant exemplum. Facilè enim & citò imbibit ſubditus, quidquid in
opere exercet Prælatus, ſive bonum illud fuerit, ſive malum. Imò verò ſubditi, Apolog.
juxta Nazianzeni teſtimonium, „ Antiſtitis ſui improbitate celerrimè impleri
„ ſolent, & quidem multò facilius, *inquit*, quàm virtute.

Præcedite igitur exemplo. „ Nam juxta D. Greg. ante diſtrictum Judicem In Paſtorali
„ tanta Prælatus cogitur in opere perſolvere, quanta conſtat eum voce præce-
„ piſſe. „ Deinde à vobis ſubditis, ut vos ſequantur exigite, imò compellite.
Nam ſicut à D. Auguſtino vobis demandata eſt Regulæ execurio, & tranſgreſſio-
nis caſtigatio: ita à toto Ordine, ut horum Statutorum obſervationem exactiſſi-
mam procuretis, vobis impoſita eſt, graviter ſtringens obligatio: ut proinde
vobis neceſſe ſit, præceptorum obſervatricem conſtanter ſervare diſciplinam,
quam ſectari, inquit Cyprianus, (*ſalubre eſt, averſari ac negligere lethale*, & ob Lib. De di-
id numquam deeſſe debet. ſciplina

Nam ut verè Arriprando Monacho ſcribit D. Aug. „ Si de ſacro conventu Ep. 106.
„ correptionum cenſura ſubtrahitur, diſciplinæ vigor funditùs enervatur & religio
„ tota deſtruitur.

Quare vobis ſummopere annitendum eſt, ut per correptionis rigorem ſtet
ſemperque vireat vigor diſciplinæ. Ita ſanè, ut juxta D. Gregorium, aſſumen-
dus in correptionibus rigor non tranſeàt *in aſperitatem, vel crudelitatem*, ſed
juxta D. Auguſtini præceptum, *omnia fiant cum dilectione hominum, & odio vi-* l. Mor. 19.
tiorum. Suaviter igitur & fortiter diſciplinam tenete, & rigidam Statutorum c. 12.
obſervationem inducite.

Ad quod incitare vos debet vehementiùs, quòd hæc Ordinis noſtri Statuta
ſint noſtræ Auguſtinianæ Regulæ interpretationes, ſemitæ (quibus juxta Canoni-
cum noſtrum inſtitutum, per præſcriptas eâdem Regulâ virtutes, ad Evangelicæ
perfectionis culmen nobis eſt contendendum) vitiorum repagula, & ad quotidia-
num profectum efficaciſſima incitamenta. Huc accedit, quòd ea quoque, quæ Vide Suar.
iisdem Statutis præſcribuntur, talia ſint, ſicut & decreta regulæ, ut abſque gra- tom. 3 l.
viſſimâ noxâ aſpernari non valeant, & abſque aliquali perfectionis detrimento, 10. c. 7. de
etiam minima quæque præteriri non poſſint. Deniquè quia hæc veſtra eſt obliga- relig.
tio, quam non levem, ſed talem viri doctiſſimi arbitranrur, ut quantumvis exi-
gua, abſque mortali noxâ negligere, &, ut intercidant permittere non valeatis.

Quapropter in hac Statutorum introductione, nullo labore fatigemini, nec
imminentium difficultatum acerbitate, vel improborum impiâ tergiverſatione ter- Cyprian.
reamini. Nam ſi ita res eſt, ut egtegiè dixit D. Cypr.) „ ut nequiſſimorum Ep. 55.

„ timeatur audacia, & quod mali jure atque æquitate non poſſunt, temeritate
„ & deſperatione perficiant; actum eſt de Epiſcopatûs, ſivè Prælaturæ vigore,
„ & de Eccleſiæ gubernandæ ſublimi & Divinâ poteſtate: & Chriſtiani (adde,
„ multò minùs Religioſi) ultrà aut durare, aut eſſe non poſſumus, ſi ad hoc ven-
„ tum eſt, ut perditorum minas, atque inſidias pertimeſcamus.

Ibid. „ Manere proindè, (eod. Cypriano monente,) apud vos debet fidei robur
„ immobile, & ſtabilis & concuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus
„ oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine & mole, debet
„ inſiſtere.

Nullas igitur impendentes difficultates pertimeſcite, cùm ad hoc cæteris
ſitis præpoſiti, uti eos ad Evangelicæ perfectionis celſitudinem præeundo ducen-
tes, & reluctantes pœnis flagriſque compellentes, omnes quæ exindè naſcuntur
difficultates, invictâ patientiâ, & inflexibili conſtantiâ generoſiſſimè feratis. Et
proindè vobis curæ eſſe non debet quis vos affligat, vel undè acerbitates, mole-
Ibid. ſtiæque procedant. „ Nam quid intereſt, (ut ait Cyprian.) undè Prælato, aut
„ terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis obnoxius vivit, & de
„ ipſis terroribus, & periculis fit generoſus?

Quapropter non obſtantibus quibuſcumque difficultatibus aut moleſtiis, ſannis
quoque atque convitiis, in hoc ſanctiſſimo opere pergite, & rigorem diſciplinæ
Cyprian. Ibid. in nullo relaxate. „ Non enim idcircò, (ait Cyprianus,) relinquenda eſt Ec-
„ cleſiaſtica diſciplina, aut Sacerdotalis ſolvenda cenſura, quia convitiis infeſta-
„ mur, aut terroribus quatimur; Sed tunc è contra erigendus Sacerdotalis eſt
animus, & perfringenda reſiſtentium acies, oſtendendum præſidentium pectora
Chriſti virtute invicta & fortia, & Domino tuente munita, minis non cedere,
verberibus ab æquitate non flecti, imò nec ab ipsâ morte ſuperari, (dicente eo-
dem Cypriano:) „ Sacerdos DEI Evangelium tenens, & Chriſti præcepta
„ (adde & regulam, Statutaque) cuſtodiens, occidi poteſt, non poteſt vinci.

Oportet proindè, ut in Paſtorali vero munere, ſitis ſtrenui, in exequendis
Vide Jerem. c. 23. Ezech. c. 22. 34. Zach. 11. Malach. 2. &c. Ad Heb. c. 10. Statutis infatigati, & in tolerandis injuriis, rebellionibus, & minis invicti.
Eſtote veri Paſtores, non vos ipſos paſcentes, & illas acerbas reprehenſiones, at-
que horribiles minas, quas tàm Propheticæ, quàm Evangelicæ & Apoſtolicæ
voces, uniformi conſenſu, ignavis Paſtoribus, non quæ Chriſti, ſed quæ ſua,
quærentibus, terribiliter intentant, vehementer horrete, quæ à vobis deſideran-
tur, graviter adimplete, ut Dei iram declinare poſſitis, ſcientes, *quòd horren-*
dum ſit incidere in manus Dei viventis.

Perpendite & intima conſideratione ponderate, quanti criminis ſit, vel unam
animam, tàm pretioſo Chriſti ſanguine redemptam, malitiâ vel ſocordiâ ſuâ perdi-
diſſe. „ Unius enim animæ perditio, (inquit Chryſoſt.) tantam habet jacturam,
Hom. 3. in Act. „ ut nulla ratio poſſit æſtimare. Nam ſi unius animæ ſalus tanti eſt (ſubjungit
„ idem) ut ob hanc Filius Dei fieret homo, tantaque pateretur; perditio cogita
Sap. 6. „ (inquit) quantam conciliabit pœnam?

Itaque ſolius pœnæ (quâ *potentes* juxta Sapientem, *potenter tormenta patien-*
tur) & magni illius diei (quem omnes ſcripturæ horrendum & horribilem nimis
veriſſimè prædicant) exacta intimaque conſideratio, diſcutiat à vobis omnem iner-
tiam, & injiciat magnam ſollicitudinem, ut abruptâ pernicioſiſſimâ morâ manus
Hom. 12. in Ezech. veſtras ad hoc ſanctum opus, ſtrenuè admoveatis, nec deſiſtatis, quouſque ad
fœliciſſimum & ſaluberrimum finem perduxeritis, ſcientes quòd juxta D. Gregor.
nullum Omnipotenti DEO tale ſit ſacrificium, quale eſt zelus animarum.

Sed & Vos omnes, qui in hujus Ordinis profeſſione Canonicâ, Deo mili-
tatis, tam Paſtores, Beneficiatos, quàm Conventuales univerſos, Filios meos
cariſſimos, hortor & moneo, imò cum Apoſtolo rogo, & obſecro in Domino
1. Theſſ. 4. JESU, ut hæc Statuta, maximo in pretio (ſicut oportet) habentes animo volenti
& prompto recipiatis, & adimpleatis; & ſicut accipitis per ea, quomodò ſecun-
dùm profeſſionem veſtram oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambu-
letis & abundetis magis. Nam, ut præclarè dixit D. Bernard. „ Nemo per-
Ep. 34. „ fectus eſt, qui perfectior eſſe non appetit, & in eo quoque perfectiorem eſſe
„ ſe probat, (inquit,) quò ad majorem tendit perfectionem.

Proficite igitur Filii chariſſimi, & magnos progreſſus facite, & Leges tam maturo
judicio vobis præſcriptas, neceſſarias, faciles, & ſanctas, ſtrictiſſimè & rigoroſiſſimè
obſervate, ſcientes, quòd veſtra ſalus indè dependeat. Nemo vos decipiat.
Harum legum contemptores ſuæ profeſſionis ſunt violatores, & qui eas adimplere
noluerit, Regnum Dei non poſſidebit. Vere enim, etiam de Statutis & Regulâ
Baruch. c. 4. noſtrâ, habet locum, quod de Lege Dei ſcripſit Baruch, *Omnes, qui tenent*
eam, pervenient ad vitam, qui autem dereliquerint eam, ad mortem.

Te-

Tenete proindè Leges, vobis tam Statutis, quàm Regulâ præſcriptas, & perfectiſſimè adimplere, ut evitetis mortem, & perveniatis ad vitam.

Ego verò non ceſſabo, cum Apoſtolo, pro vobis & pro omnibus orare, & poſtulare, „ ut impleamini agnitione voluntaris Dei, in omni ſapientiâ, & intel- Ad Coloſ. c. 1.
„ lectu ſpirituali, ut ambuletis dignè Deo, & vocatione, quâ vocati eſtis ſan-
„ ctâ, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes
„ in ſcientia Dei, ut certamen bonum certanres, reportetis coronam Juſtitiæ, quam reddet vobis, & omnibus uſque ad finem in bono perſeverantibus, JESUS Chriſtus Dominus noſter. Datum in noſtro Præmonſtratenſi totius Ordinis Archicœnobio, die 5. Menſis Septemb. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Sexcenteſimo trigeſimo.

TENOR LITERARUM APOSTOLICARUM SANCTISSIMI D. N. JULII PP. II.

Quibus Patribus Ordinis Præmonſtratenſis datur poteſtas, ut vetera Statuta mutent, minuant, vel in toto tollant, ac nova toties quoties opus fuerit, condant & promulgent.

JULIUS Epiſcopus Servus Servorum DEI, Dilecto Filio ABBATI Monaſterii Præmonſtratenſis, Laudunenſis Diœceſis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Rationi congruit & convenir honeſtati, ut ea quæ de Romani Pontificis gratiâ proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem poſtquam fœlicis recordationis PIO Papæ II. prædeceſſori noſtro pro parte tunc Abbatis Præmonſtratenſis, Laudunen. Diœceſis, & aliorum Coabbatum, Monaſteriorum Præmonſtratenſis Ordinis ubilibet conſtitutorum, expoſito, quòd cùm quædam continerentur in Statutis & Privilegiis dicti Ordinis, quæ à non-nullis annis citrà non fueranr obſervata, & ad quæ ſervanda propter eorum rigorem, illorum temporum conditionibus penſatis, non facilè credebantur tantam multitudinem induci poſſe, & quædam ſervata quæ nullum aut modicum fructum adferebant; quòdque Patres ejuſdem Ordinis id conſiderantes, aliqua alia Statuta aliquorum priorum derogatoria ediſſent, quorum uſus in ipſo Otdine tunc plutibus Annis inoleverat, ita quòd de contrario apud tunc exiſtentes, aut nulla, aut parva erat memoria, nonnulla verò rranſiſſent in non uſum, deſuper contrariis Statutis minimè editis: ferebarurque, propterea ab aliquibus, eos non vivere in ſtatu ſecuro, eo quòd Statuta, quæ ipſi ordinaverant, & in commuoem uſum tranſierant, Privilegiis & Statutis ſeu ordinationibus Apoſtolicis, contraria videbantur, quòdque etiam oon omnia ſetvarentur ab Abbatibus prædictis, ut congruebat: idemque PIUS prædeceſſor, Pariſienſis & Cameracenſis, ac S. Quintini in Veromanduâ, Noviomenſis Diœceſis, Eccleſiarum Decanis, eorum propriis nominibus non expreſſis, ſuis dederat litteris in mandatis, ut ipſi, vel duo, aut uous eorum, accerſitis cum eis aliquibus perſonis Eccleſiaſticis, Regularibus vel Secularibus, Divini & humani juris peritiam habentibus, vitæ ac morum honeſtate præclaris, ac religionis zelo flagrantibus, Ptivilegia, Statura, inſtiruta, & conſuetudines hujusmodi, auctoritate Apoſtolicâ diligenter viderent, recenſerent, & examinarent, ac illis viſis, recenſitis, & examinatis ur præfertur, ſi quæ ex eis pro tunc Abbatis & Coabbatum prædictorum ſtatu & indemnitatibus & animarum ſalute hujuſmodi reformanda fore conſpicerent, eundem PIUM per eorum patentes litreras, eorum ſigiliis munitas, curarent quantociùs deſuper efficere certiorem. Ac quondam Thomas de Courcellis, tunc Decanus dictæ Eccleſiæ Pariſienſis ad executionem ipſarum litterarum procedens, earùmque formâ ſervatâ, præfato prædeceſſuri, unà cum Ægidio Carletii Cameracenſi, & Joanne Molet S. Quintini, Ecceleſiarum prædictarum Decanis, ſuis in ea parte Collegis, per patentes litteras ſigilio Decani Pariſienſis & Collegarum hujuſmodi ſubſcriptione munitas, quid in præmiſſis agendum foret, ad plenum reſcripſiſſent: Dictuſque prædeceſſor conſiderans quòd Abbates dicti Ordinis, morum & conſuetudinum in ſua Religione vigenrium, lucidiorem quàm cæteri homines haberenr notitiam, & quid ſinguiis expediret; nec non ad quæ inſtituta obſervanda veriſimiliter induci valerent, plenius indicare poſſent: runc Abbati ejuſdem Monaſterii Præmonſtratenſis per ſuas litteras commiſerat, & mandaverat; ut convocatis dictis Coabbati-

batibus qui nonnullos Canonicos ejusdem Ordinis , obſervantiæ , ac Statutorum, ordinationum , & conſuetudinum ejusdem Ordinis , præ aliis notitiam habentes, ſecum ducerent , Capitulum Generale congregarent ; in quo ipſius Ordinis Profeſſores , ad meliorem obſervantiam Regulæ , & Statutorum dicti Ordinis , ad quam veriſimiliter induci poſſint , inducere procuraret , cæteris Ststutis , attentis circumſtantiis , ac temporum & perſonarum qualitatibus penſatis , donec Profeſſores hujuſmodi ad illa obſervanda inclinati , & diſpoſiti invenirentur , interim in ſuſpenſo remanentibus. Ita tamen quòd Abbates , & alii Religioſi prædicti , Capitula quæ ſequuntur inviolabiliter obſervare tenerentur. Videlicet quòd tria vota obedientiæ , caſtitatis , & paupertatis , nou remitterent , & ea quæ de ſubſtantiâ Regulæ S. Auguſtini , quam profitebantur , foreut , nullatenus inſtingerent , aut diminuerent. Ac pro abſtinentiâ ab eſu carnium , quæ illis tàm ex Statutis piæ memoriæ Innocentii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri , quàm aliis in eorum Capitulis Generalibus editis , injuncta erat , donec ad majorem præmiſſorum obſervantiam induci poſſent , ſingulis quartis feriis , & cujuslibet Sabbati diebus , nec-non à primâ Dominicâ Adventûs , uſque ad Natale Domini , & à Dominicâ Septuageſimæ , uſque ad Paſcha Reſurrectionis , in quolibet loco abſtinerent , ac omnibus ſextis feriis jejunarent ; Qui verò in prædictis diebus carnes comediſſe , convictus vel confeſſus foret , pro vice qualibet , tribus ſextis feriis in pane & aquâ jejunaret , debilibus & infirmis , potionaris , & minutis , qui non in Refectorio , ſed Infirmitorio , vel alio loco , per Abbatem ſeu ejus Vicarium deputando , reficerentur , exceptis ; qui cùm neceſſitas ingrueret ſextis feriis pluſquàm ſemel comedere , & in aliis ſuprànominatis diebus , carnibus refici poſſent. Quòdque omnes & ſinguli Religioſi , & Profeſſores cujuslibet Conventûs inibi quotidiè refici , & in Dormitorio ejusdem de nocte quieſcere deberent , Officialibus qui circa adminiſtrationem rerum temporalium occuparentur , ac debilibus & infirmis , ac aliis cum quibus Abbates , ſeu eorum loca tenentes, ex aliquâ rationabili cauſa , ſuper hoc diſpenſarent , duntaxat exceptis. Præterea omnes religioſi prædicti , in Choro , Clauſtro , Dormitorio & Refectorio , ſilentium obſervarent , & ſi loqui neceſſe foret , brevia tantummodò verba , & ſubmiſſa voce proferrent. Nec loca prædicta mulieres ingredi p·rmitterent , niſi Monaſteriorum Fundatrices forent , vel de licentiâ Abbatum ſeu loca tenentium eorumdem , aliquæ honeſtæ Matronæ ex rationabili tamen causâ , Clauſtrum duntaxat ingredi permitterentur. Necnon quòd domus Sororum dicti Ordinis , nullus ſecularis , vel cujuſvis Ordinis Regularis , niſi ſecundum fo·marn in Statutis dicti Innocentil , & aliorum ſummorum Pontificum , etiam prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc editis , intraret , & quòd nullus Abbas aliquem , niſi decimum octavum ſuæ ætatis annum egiſſet , in Canonicum reciperet , & nulli conſanguineorum ſuorum , vel alteri non egeno , vel pauperi , bona mobilia , vel immobilia Monaſteriorum , quibus præeſſent , in eorum gravamen concederent : necnon hoſpitalitatem , per ſingula Monaſteria ſecundùm locorum poſſibilitatem ſervare , & eleëmoſynas erogare ; quòdque ſtatum domûs , quantitatem expenſarum , & receptorum ſummam , debitorum & creditorum nomina , & cauſas propter quas debita eſſent contracta , & in quas utilitates converſa , illi qui his ſe intromiſiſſent , coràm Officialibus domûs , ad hoc pro tempore deputatis , ad minus ſingulis annis ſemel reddere tenerêntur : necnon Statutorum prædictorum transgreſſores , ſi Religioſi , per Abbates , ſi verò Abbates forent , per Superiores ſuos (ſecundùm quod gravitas culpæ exigeret) debitè punirentur. Aliis autem ordinationibus , & Statutis ejuſdem Ordinis , circa Divini officii celebrationem , Abbatum elect·ones , officiorum & beneficiorum diſtributiones , Eccleſiarum Parochialium regimen , penſionum aſſignationes , victum & veſtitum Religioſorum , equitaturas , Capitulorum congregationes , criminum & delictorum punitiones , & alia quæcumque , tam auctoritate Apoſtolicâ , quàm aliàs editis , quæ tunc Abbati & Abbatibus prædictis , in dicto Capitulo Generali , ut præmiſſum eſt , congregandis , commodè obſervari poſſe viderentur , in ſuo robore duraturis. Nec etiam apud eos , qui Statuta præfata hucuſque obſervare ſoliti eſſent , illa per hujusmodi ordinationem , intelligerentur relaxata , ſed potius ad perſeverandum , in ſuâ devotâ converſatione , & ſolitâ obſervantiâ , ac fructus uberiores virtutis , & ſanctimoniæ , jugiter perferendum , piis exhortationibus , & ſalutaribus admonitionibus , inducerentur. Dictuſque PIUS prædeceſſor , quidquid per tunc Abbatem , cum præſatis Coabbatibus , & Religioſis , & de illorum conſilio , maturâque deliberatione præhabitâ , in dicto Capitulo Generali , quæ ad religionis augmentum , & eorum animarum ſalutem tendere dignoſcerentur , circa præmiſſa fieri contingeret , ex tunc Apoſto-

ſtolicâ auctoritate approbaverat, & confirmaverat, ac ſui ſcripti patrocinio communiverat, ſuppleveratque omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem. Et deinde pro parte tunc Abbatis Præmonſtratenſis & Coabbatum prædictorum ac Priorum, Præpuſitorum, Prioriſſarum, ſingularumque perſonarum ejusdem Ordinis, bonæ memoriæ Sixto Papæ IV. etiam prædeceſſori noſtro, expoſito, quòd per Abbatem & Coabbates & Religioſos prædictos, ad litterarum Pii hujusmodi executionem, ejus ſuperveniente obitu, per omnia proceſſum non fuerat, ac grave admodùm videbatur plerisque dicti Ordinis Profeſſoribus, toto tempore continuo, à Dominicâ Septuageſimæ uſque ad Paſcha Reſurrectionis, à carnibus abſtinere. Idemque Sixtus eorum in eâ parte ſupplicationibus inclinatus, & litteras prædictas eâdem auctoritate approbans, ac in eum ſtatum & vigorem, in quo erant antequam dictus Pius prædeceſſor decederet, reponens, illaſque & inde ſecuta quæcumque, in robore firmitatis ſubſiſtere debere decernens, eidem Abbati ad totalem executionem litterarum earumdem, cum Coabbatibus, & Religioſis prædictis juxta illarum vim, formam & tenorem procedendi, & dies abſtinentiæ carnium inter Septuageſimam & Quinquageſimam in totidem dies, Feſtum Omnium Sanctorum immediate præcedentes, commutandi ac omnes & ſingulas ordinationes, & Statuta (Regulâ ac tribus ſubſtantialibus votis, profeſſione, & toto tenore litterarum Pii prædeceſſoris hujusmodi, aliis exceptis) in Capitulo Generali hujusmodi, ad inſtar Capituli Generalis in Windeſſchem dicti Ordinis S. Auguſtini Trajectenſis Diœceſis, qui ſub regulari obſervantiâ vivebant., cum Abbatibus & Religioſis Prædictis moderandi, interpretandi, ac illis addendi vel minuendi, ac etiam illa in totum annullandi & nova toties quoties opus eſſet, prout pro temporum, locorum, & occurrentium caſuum varietate, & exigentiâ viderent expedire, condendi, ordinandi, & promulgandi, perpetuis futuris temporibus (dummodo ordinationes & Statuta hujusmodi ſacris canonibus non obviarent) auctoritate Apoſtolicâ prædictâ, facultatem conceſſerat, prout in ſingulis Pii & Sixti prædeceſſorum prædictorum litteris, inde confectis, plenius continetur. Recolendæ memoriæ Alexandro Papæ VI. etiam prædeceſſori noſtro, pro parte tuâ expoſito quòd â nonnullis timoratæ conſcientiæ dicti Ordinis Religioſis hæſitabatur, tunc Abbatem Præmonſtratenſem ultra, ſeu præter formam dictarum litterarum, nonnulla Statuta ejusdem Ordinis limitaſſe, & moderatum fuiſſe, & quòd abſtinentia ab eſu carnium hujusmodi per perſonas ejusdem Ordinis diverſimodè obſervabatur, cum aliqui juxta Pii à Dominicâ Septuageſimæ, uſque ad Paſcha Reſurrectionis; alii verò per quindecim dies, Feſtum Omnium Sanctorum immediatè præcedentes, juxta Sixti litterarum prædictarum formas, & quod deterius eſt, aliqui neutrum obſervabant, & propter hujuſmodi varietatem, & verba in eisdem litteris Pii prædeceſſoris adpoſita, per quæ illis qui antiqua Statuta obſervare ſoliti erant, vel ad illa obſervanda induci poſſent, Statuta ipſa relaxari minimè videbantur, in dicto Ordine gravia inconvenientia exoriebantur, & Religioſorum conſcientiæ, non parvo ſcrupulo ſubjacebant: quòdque ſi in eodem Ordine Statuta pariformiter obſervarentur, & omnes indifferenter illa obſervare tenerentur, profectò inconvenientia, & animorum perturbationes hujusmodi, ſubmoverentur, & animarum ſaluti & quieti ac tranquillitati conſcientiarum, perſonarum hujuſmodi, plurimùm conſuleretur: & pro parte tàm tuâ, quàm dilectorum filiorum Abbatum, Priorum, Præpoſitorum, Prioriſſarum & aliarum utriuſque ſexûs perſonarum dicti Ordinis eidem Alexandro prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut animarum ſaluti perſonarum ejusdem Ordinis circa præmiſſa, opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaretur. Præfatus Alexander prædeceſſor, qui ad ea, quæ ad Eccleſiæ decorem, ſacræque religionis, ac ſalutem animarum perſonarum, ſub illius ſuavi jugo degentium, ſalubriter dirigendum, rendere dignoſcebantur, paternâ ſollicitudine proſpiciens; his quæ circa id providâ miniſtrorum ejusdem religionis ordinatione emanaverant, libenter cùm ab eo petebatur, Apoſtolici adjiciebat muniminis firmitatem, & alia deſuper decernebat, & fieri mandabat, proùt in Domino conſpiciebat ſalubriter expedire, Te, ac omnes & ſingulas perſonas prædictas, à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à Jure vel ab homine quâvis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati eratis, ad effectum infraſcriptorum duntaxat conſequendum, abſolvens, & abſolutos forè cenſens, hujusmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub *Data* videlicet 5. *Idus Martii*, *Pontificatûs ſui anno undecimo*, voluit & conceſſit tibi dari in mandatis, quatenùs Tu unâ cum omnibus & ſingulis Abbatibus & Prælatis dicti Ordinis ſimul pro Generali Capitulo ejusdem Ordinis celebrando pro tempore

congregatis, & ipſum Capitulum Generale facientibus, & repræſentantibus, adhibito conſilio aliquorum Canonicorum ejusdem Ordinis qui illius Statuta, conſuetudines, & obſervantias meliùs noſcerent, quæcumque ordinationes, & Statuta, eatenùs per Abbates & Prælatos dicti Ordinis circà modum vivendi perſonarum utriuſque ſexûs ipſius Ordinis facta & edita, dummodò ſacris Canonibus non obviarent, & pro ſalute animarum cognoſceretis expedire, præfatâ auctoritate Apoſtolicâ approbaretis & confirmaretis, ac ſuppleretis omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerant in eisdem, decerneretisque illa perpetuò obſervari debere. Et nihilominus abſtinentiam ab eſu carnium, à Dominicâ in Septuageſimâ, uſque ad Paſcha Reſurrectionis, aliaque ſuper eodem eſu per præfatum Pium prædeceſſorem conceſſa, & moderata, ab omnibus & ſingulis ejusdem Ordinis utriuſque ſexûs perſonis, deinceps obſervari debere, eoſque ex eisdem perſonis, quos pro tempore proficiſci contingeret extrà ſua Monaſteria, carnibus prout illi ad quos divertent, veſcentur, præterquàm In Adventu Domini, & à Dominicâ in Septuageſimâ uſque ad Paſcha Reſurrectionis hujusmodi veſci poſſe. Ac tam circa illos qui Statuta hujuſmodi obſervare ſoliti fuerant, & apud quos illa relaxata non intelligebantur, ac de quibus in dictis litteris fit mentio, quàm circa quaſcumque alias, etiam utriuſque ſexûs, prædicti Ordinis perſonas, quid & qualiter obſervare deberent abſque aliâ animorum inductione, limitatione, reſtrictione, arctitudine, ſuſpenſione, dilatatione ſeu conſcientiarum ſcrupulis; Tribus ſubſtantialibus votis, & ad illorum obſervantiam neceſſariis, quæ ſalva permanerent & obſervarentur, dumtaxat exceptis, omnia & ſingula ſtatueretis, decerneretis, ordinaretis, & ſuper hoc diſpenſaretis ac diſponeretis, quæ prædicto Ordini & illius perſonis omnibus communiter, & diviſim, ad pacem, quietem, tranquillitatem & animarum ſalutem earundem videretis expedire. Nec-non antiqua Statuta, & conſuetudines ipſius Ordinis, moderaremini, interpretaremini & limitaretis, illiſque addetetis, ſeu etiam illa in totum annullaretis, & tolleretis, ac nova toties quoties opus eſſet, prout juxtà temporum, locorum, perſonarum, & occurrentium caſuum exigentiam, expedire cognoſceretis, conderetis, ordinaretis, promulgaretis, dummodò ordinationes, & Statuta hujuſmodi à ſacris canonibus non deviarent. Illaque ab omnibus perſonis prædictis inviolabiliter obſervari mandaretis, ac eas ad id per cenſuras Eccleſiaſticas & alia opportuna juris remedia, compellere, aliaque omnia & ſingula quæ in præmiſſis, & circà ea neceſſaria eſſent, ſeu quomodolibet opportuna facere, & exequi curaretis. Super quibus omnibus idem Alexander prædeceſſor vobis licentiam & facultatem conceſſit, ac ſtatuit, decrevit & ordinavit, quòd deinceps perpetuò, quidquid per ſupradictos Abbates & Prælatos, illorumve ſucceſſores capitulariter ſemel ſtatutum, ordinatum, moderatum, interpretatum, limitatum, additum ſeu detractum eſſet, niſi per ſimile Generale Capitulum, aut Abbates & Prælatos illud repræſentantes, ſeu illius vel illorum duas ad minùs partes, etiam tertiâ contradicente, infringi vel immutari, vel alterari nullatenùs poſſet: Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec-non Statutis & conſuetudinibus Monaſteriorum & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ne autem de abſolutione, voluntate, conceſſione, licentiâ, facultate, ſtatuto, decreto & ordinatione Alexandri prædeceſſoris hujusmodi, pro eo quòd ſuper illis ipſius Alexandri prædeceſſoris litteræ, ejus ſuperveniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, voſque illorum fruſtremini effectu: Volentes, & præfatâ auctoritate Apoſtolicâ decernentes, quòd abſolutio, voluntas, conceſſio, licentia, facultas, Statutum, decretum, & ordinatio Alexandri prædeceſſoris hujusmodi, perindè à dictâ *die quintâ Idus Martii*, ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Alexandri prædeceſſoris litteræ, ſub ejusdem diei datâ confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: quòdque præſentes litteræ ad probandam plenè abſolutionem, voluntatem, conceſſionem, licentiam, facultatem, Statutum, decretum, & ordinationem Alexandri prædeceſſoris hujusmodi, ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur: *Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus*, quatenùs Tu unà cum omnibus & ſingulis Abbatibus & Prælatis Ordinis hujusmodi, ſimul pro Generali Capitulo ejusdem Ordinis celebrando pro tempore congregatis, & ipſum Capitulum Generale facientibus, & repræſentantibus ut præfertur, adhibito conſilio aliquorum Canonicorum ejusdem Ordinis, qui illius Statuta & conſuetudines & obſervantias meliùs noverint; quæcumque Ordinationes & Statuta hactenùs per Abbates & Prælatos dicti Ordinis circà modum vivendi, perſonarum utriuſque ſexûs ipſius Ordinis facta & edita, dum-

dummodò illa ſacris canonibus, ut præmittitur, non obvient, & pro ſalute animarum cognoveritis expedire, auctoritate noſtrâ confirmetis & approbetis, ſuppleatisque omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem; Decernentes illa perpetuò obſervari debere. Et nihilominùs abſtinentiam ab eſu carnium, à Dominicâ in Septuageſimâ, uſque ad Paſcha Reſurrectionis hujusmodi, aliaque ſuper eodem eſu per ipſum Pium prædeceſſorem conceſſa & moderata, ab omnibus & ſingulis ejusdem Ordinis utriusque ſexûs perſonis deinceps perpetuis futuris temporibus obſervari debere: eoſque ex eisdem perſonis, quos pro tempore extrà dicta Monaſteria proficiſci contigerit, carnibus (prout illi ad quos diverterent veſcerentur) præterquàm in Adventu Domini, & à Dominicâ in Septuageſimâ uſque ad Paſcha Reſurrectionis hujusmodi, veſci poſſe: ac tàm circà illos, qui dicta Statuta obſervare ſoliti ſunt & apud quos illa relaxata non intelligebantur, & de quibus in dictis litteris fit mentio, quàm circà quaſcumque alias, etiam utriuſque ſexûs, dicti Ordinis perſonas, quid & qualiter obſervari debeant abſque aliâ animorum inductione, limitatione, reſtrictione, arctitudine, ſuſpenſione, dilatatione, ſeu conſcientiarum ſcrupulis. Tribus ſubſtantialibus votis, & ad illorum obſervantiam neceſſariis, quæ ſalva permaneant, & obſerventur, dumtaxat exceptis, omnia & ſingula ſtatuatis, decernatis, ordinetis, & ſuper hoc diſpenſetis, ac diſponatis, quæ prædicto Ordini, & illius perſonis omnibus communiter & diviſim ad pacem, quietem, tranquillitatem & animarum ſalutem earundem, videbitis etiam ut præſertur expedire. Nec-non antiqua Statuta & conſuetudines ipſius Ordinis moderemini, interpretemini, limitetis, illiſque addatis & minuatis, ſeu etiam illa in totum annulletis & tollatis, ac nova toties quoties opus fuerit, prout juxtà locorum, temporum, perſonarum & occurrentium caſuum exigentiam expedire cognoveritis, condatis, ordinetis, & promulgetis, dummodò Ordinationes & Statuta prædicta ab eisdem ſacris canonibus non devient. Illaque ab omnibus prædictis perſonis perpetuò, inviolabiliter obſervari mandetis, ac eas ad id per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia opportuna compellere, aliaque omnia, & ſingula quæ in præmiſſis & circà ea neceſſaria erunt, ſeu quomodolibet opportuna, facere & exequi, juxtà voluntatem & conceſſionem Alexandri prædeceſſoris hujusmodi, auctoritate noſtrâ curetis. Non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo-tertio, Sexto Kal. Decembris, Pontificatûs noſtri anno primo. Sic ſignatum ſuprà plicam W. de Enckenvoirt, & à tergo, R. Jo.

PRÆFATIO

Ad omnes Candidiſſimi & Canonici Ordinis Præmonſtratenſis Religioſos.

DEUS Omnipotens & Clemens, *cujus natura bonitas*, inquit D. Leo, *cujus voluntas potentia, cujus opus miſericordia*, volens Apoſtolicum ſpiritum, in Eccleſiâ Dei valdè languescentem, immò penitùs extinctum, ſingulari ſuâ benignitate rurſum reſuſcitare, Canonici Ordinis noſtri Fundatorem, noſtrumque Parentem Norbertum, benedictionibus ſuæ dulcedinis ad hoc voluit uberrimè & mirabiliter prævenire. Ser. 2. de Nat. Domini.

Erat vir iſte, generis nobilitate clariſſimus, ex Germanorum Francorumque illuſtriſſimis proſapiis natalium ſplendorem ducens, profeſſione Canonicus, ſed profundiſſimo Dei judicio, vanitatibus hujus ſeculi implicatiſſimus. Utpotè qui ſe ipſum totum, in curiis Regum, atque Pontificum, laſciviendo diſſipaverat, ut ipſe Gelaſio PP. II. poſt converſionem ſuam humiliter eſt faſſus. Vitæ. c. 9.

Volens autem miſericors Deus, hunc virum, quem in occultis ſuæ prædeſtinationis ad valdè præclara delegerat (ſicut etiam matri, eum adhùc in utero geſtanti, divinitùs fuerat revelatum) cœleſti & efficaci intuitu reſpicere, & ad ſe convertere, iter verſus *Fredem* carpentem, equo inſidentem, mundanaque ardenter ſpirantem, graviſſimâ excitatâ tempeſtate, horribili tonitrui ictu, tanquàm alterum Saulum, dejecit, & ſtemmatibus, altoque ſanguine, & rerum omnium affluentiâ undique adblandiente nimis elatum, in terram humiliandum proſtravit. Vitæ. c. 1. Act. c. 9.

Voluit enim Deus hujus viri converſionis initia à profundiſſimâ humilitate, & ab ardentiſſimâ charitate, ſicut in S. Paulo, & Magdalenâ contigit, ſuam ſume- Act. ſup. Luc. 7.

Google

mere radicem, ut quò eſſet humilitate demiſſior, & chsritate ardentior, poſteà fieret ſanctitate ſublimior, & ei qui dilexit multùm, peccata dimitterentur multa.

In Orat. Dominic. lib. 19. in Joan. c. 3. Serm. 10. de verb Domini.

Verè namque dixit Cyprianus: *Fundamentum ſanctitatis ſemper humilitas fuit* & ob id quoque ſcripſit Cyrillius, quòd *charitatis concordiæque*, & conſequenter totius perfectionis, *fundamentum in humili animo jaci ſoleat.* Juxtà Auguſtinum verò fundamentum conſuevit poni profundius, & proinde humilius, quò ſuperſtruendi artificii celſitudo aſceuſura eſt altiùs.

Quià verò vir ille beatiſſimus, in Eccleſiâ Dei ad ſummam ſtupendàmque erat provehendus perfectionem, & ſanctitate præclariſſimi, & virtutum fœcundiſſimi Ordinis futurus erat fundamentalis petra, ideò neceſſe erat, ut valdè profundè dejiceretur, ut ad illam altiſſimam perfectionem à Deo perduci poſſet.

Deinde ad hoc quoque deboit humiliari, ut omnis illa perfectio, omneſque illæ virtutes, præſertim quæ ad Ordinis finem, quem erat electurus, aſſequendum requiruntur, io eo abſolutiſſimè reſulgerent, tanquàm in capite, quæ poſteà diffunderentur, & ſplendidiſſimè lucerent in corpore, ſicut etiam præclariſſimè ſuo tempore eluxerunt.

Undè etiam hujus Ordinis exurgentis, & ſe ubique diſpergentis perfectionis excellentiam, ſummi Pontifices cum admiratione cernentes, & ipſum Ordinem, & ejus Sanctitatis ubertatem miris encomiis extulerunt, ut ex iis Pontificum elogiis, quæ in Statutorum principio poſita ſunt, deprehendi poteſt.

Proindè mirum non eſt, quòd hujus ſanctiſſimi Viri vera converſio, qui tanti Ordinis à Deo erat conſtituendus principium, à dejectionis humilitate incœperit, fueritque valdè profunda humilitas, & robuſta charitas, futuræ ſanctitatis firmiſſimum, & immobile fundamentum.

Hâc igitur in terrâ, vi divinitùs immiſſæ tempeſtatis proſtratione, ad inſtar Sauli, divinis muneribus, per humilitatem aptus effectus, & ſuperno lumine, tanquàm fulgure quodam eum ſubitò penetrante, & colluſtrante, illuminatus, reflectens ſe ad ſe, videnſque vias ſuas, à viis Dei prorſus devias, quaſi è gravi ſomno evigilans, ſtupens & dolens perfecto corde, convertere cœpit pedes ſuos in teſtimonia Domini.

Vitæ. c. 2.

Ut autem hoc ſtabile permaneret, & tantam & tàm ſuavem Dei gratiam in vacuum non acciperet, ſtatim à curiâ in quâ verſabatur, & perdebatur, pedem

Vit. 2. & 3.

retrahens, dignos edidit pœnitentiæ fructus, & intimo amore ſe Deo ſuo conjungens, ad ſacerdotii Ordinem dignè recipiendum, jejuniis, orationibus, aliiſque virtutum ſanctis exercitiis, & corporis afflictionibus, ſeriò ſe præparavit.

Ut verò hunc ſublimem Sacerdotii gradum, multam nimis ſanctitatem requirentem, cum majori gratiæ infuſione, ſuſcipere mereretur, & ſe in alium hominem dextrâ Dei eſſe mutatum, & mundana omnia, quibus antè tanto ſtudio inhæſerat, deſpicere declararet, conceptam deſuper in ſuâ converſione humili-

Ibidem.

tatem, præclarè & cum omnium ſtupore ordinandus exercuit. Nam ornatiſſimam prætioſiſſimamque veſtem, auro, gemmiſque rutilantem, ut ſacra erat ornamenta ſumpturus, abjecit, & agninum pelliceum vir humillimus, terrenum faſtum conculcans, aſſumpſit, veſtimenti genus, quod ab illius ævi nobilibus, qualis ipſe erat, in contemptiſſimis ducebatur.

Ad Dioſc. Athan. ſ. in vita.

Sciens enim vir ille per omnia prudens, primam Chriſtianorum virtutem juxtâ D. Auguſtinum eſſe humilitatem, & juxtà S. Antonium, humilitate omnes diaboli laquéos evitari, omneſque ejus inſultus ſuperari, voluit ſpiritualis ædificii, quod moliebatur, & auſterioris vitæ quam aggrediebatur primum lapidem, eam quam in ſuâ dejectione ei Deus infuderat, veram eſſe humilitatem.

Jacto itaque profundiſſimæ humilitatis ſolido fundamento, & ardens flagrantiſſimâ Dei proximique charitate, ad Sacerdotii culmen aſcendit.

Ipſo autem tempore quo ſummo numini, primum ſuum Euchariſtiæ ſacrificium litabat, Evangelio perſoluto, charitatis flammam, quam in ſuâ converſio-

Vitæ. c. 4.

ne, divini ſpiritûs afflatu, magnam valdè ardentemque acceperat, continere

Vitæ. ibid.

non valens, impulſus deſuper mirabili, inſolito, & vehementi impetu, Verbum Dei in ſuâ Eccleſiâ prædicare cœpit, mundi vanitatem Concanonicis ſuis oſtendens, &, quod ſtupendum, eorum ſcelera etiam nominatim ardenter, & acriter carpebat, atque arguebat.

Cùm verò eam ob cauſam à viliſſimo quodam clerico conſpueretur, humi-

Ibidem.

lis Norbertus injuriam eâ animi conſtantiâ, & patientiæ fortitudine tulit, ut ne moveretur quidem: & de ſeipſo humiliter triumphans, potiùs orationi & lacrymis intendit, quàm ultioni vel vindictæ.

Eam enim, quam diſcipulis ſuis Chriſtus tradidit, lectionem, *Diſcite à*

Matt. 11.

me quia mitis ſum & humilis corde, perfectiſſimè eſt aſſecutus: & ob id humi-

militatem & manſuetudinem, animæ requiem præbentes, tàm adamantino ſibi vinculo conjunxit, ut ſicut in iis virtutibus ſuæ converſionis fundamentum fixerat, ità quòque in actibus ejus perpetuò elucerent.

Futuris nàmque ſuis filiis perpetuum voluit exemplum ſtatuere, ut ſi velint eſſe ejus, immò ſi Chriſti, ſi pacem & requiem poſſidere, quòd has duas præſtantiſſimas virtutes, humilitatem & manſuetudinem adjuncto fervore ſpiritûs, tanquàm pretioſiſſimos & fortiſſimos lapides, ponere debeant ſuæ converſionis fundamentum, & per totam vitam, tanquàm pretioſiſſimas gemmas, in omnibus ſuis actionibus rutilantes conſervare.

Hæc autem fuerunt ſanctiſſimi Patris Noſtri Norberti converſionis ſtupenda primordia, & futuræ excellentiſſimæ ſanctitatis præclara præludia. Tàm enim fortis & efficax fuit in hoc viro divina operatio, ut à puncto quo ſupernè viſitatus, caſtigatioris vitæ propoſitum ſumpſit, & executus eſt, dicere cum Apoſtolo potuerit: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*, &, *Chriſto confixus ſum* Gal. 6. & 2. *cruci. &, omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam.* Philip. 3.

Nàm (ut ex iis quæ converſionis ſuæ principio geſſit abundè deprehenditur) tanta erat huic ſanctiſſimo viro ab eo puncto, quo Deus ab alto miſericordi reſpectu eum eſt intuitus, & ex abyſſo tantæ miſeriæ, in quâ jacebat, nec advertebat, eruere dignatus eſt, data perfectio, ut & terrena cuncta perfectiſſimè contemneret, Deo ſuo intimâ & ardentiſſimâ charitate inhæreret. O bonitas profectò Dei valde admiranda & ponderanda! Si autem in ipſo converſionis limine tantam ſanctitatis excellentiam huic viro Deus ſine ullis meritis eſt impertitus, quid factum, quandò meritorum poſteà acceſſit tanta multitudo? Gratia enim Dei in eo vacua non fuit, ſed fortiſſimè in eo ſemper eſt operata.

Cæterùm poſtquàm cœleſti lumine illuſtratus, interiorem viſum abundantiùs recepiſſet, & pœnitentiæ lachrymis à peccatorum ſordibus prorſùs eſſet emundatus, & ſumpto cœleſti pane valde eſſet confortatus, non tantum Concanonicis ſuis, ut di- Act. c. 15. ctum eſt, ſed tanquàm alius Paulus, acceptâ à Summo Eccleſiæ Præſule ampliſſimâ poteſtate, nudis incedens pedibus, ubique JEſum, cujus amore cor ejus ardentiſſimè æſtuabat, maximâ conſtantiâ, & copioſiſſimo fructu continuò prædicare cœpit.

Multi autem, quorum corda Deus tangebat, hujus viri conſiderantes admirandam ſanctitatem, ardentiſſimum fervorem ſpiritûs, inſolitum vitæ rigorem, & omnium rerum mundanarum; & hujus vitæ commodorum, tàm perfectum contemptum obſtupeſcentes, & ejus veſtigia ſequi cupidiſſimè exoptantes, ejus diſciplinæ ſe tradiderunt, & in ſimplicitate cordis ſui, conſtantiſſimè ei adhæſerunt.

Ipſe verò eos divinis paſcens eloquiis, ad abſolutiſſimam perfectionem, per continuas mortificationes, virtutumque exercitia præparabat, Apoſtolico ſpiritu imbuebat, & ut ad inſtar Apoſtolorum, ad ſalutem animarum procurandam, aptiſſima fierent inſtrumenta, ſummo ſtudio adaptabat: & hoc ſingulariter eis imprimebat, ut ſervarent, in animo prudentiam, in vultu verecundiam, & in linguâ ſilentium.

Accipiebat illa ſancta Congregatio, tam in virtutum perfectione, quàm in perſonarum numero, quotidiana incrementa, & miro religioſæ vitæ ſplendore mundo coruſcare cœpit.

De temporalibus nàmque corporalibuſque (ut ait vita) vix aliquam curam Vit. c. 24. habentes, omne ſtudium ad Spiritualia transferebant, & adhortante viro Dei, firmum ſibi figebant decretum, ſcripturas divinas ſequi, & Chriſtum habere ducem.

Summoperè enim deſiderabat vir ille ſanctus, ut eum ſpiritum, quo ſacræ litteræ ſcriptæ, & factæ ſunt, Evangelicum ſcilicet & Apoſtolicum, legendo & meditando imbiberent, & ad ſublimem valdè perfectionem aſpirarent. Sciebat nàmque Apoſtolum ſcribere, quòd *omnis ſcriptura divinitùs inſpirata utilis ſit* 2. Tim. 3. *ad docendum, & arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in juſtitiâ, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Hæc eſt ratio, & hic eſt finis, ob quem vir Dei diſcipulos ſuos, non tantùm præſentes, ſed & futuros, ſacras ſcripturas tàm ſeriò, & tàm continuè legere, & meditari voluerit, ut ſuccus ille ſpiritualis cibi (*ut ait Ambroſ.*) in omnes ſe venas animæ diffunderet, & in ſpirituales viros eos transmutaret.

Verùm cùm omnis ſocietas, quæ nullis legibus, nulloque votorum vinculo colligatur, citò dilabi & diffluere ſoleat, vir Deo plenus, de fixo vitæ ſtatu formando, & acceptando deliberationem inſtituit.

Cùm autem diverſi diverſa conſilia ſuppeditarent, ipſe, cujus opus & conſi- Vit. c. 24. lium de ſupernis pendebat, ſuum principium, ei qui eſt omnium rerum initium, intimo cordis affectu commendans, eò ſe divinitùs flecti ſenſit, ut JEſum quem prædicabat, Patris ſui voluntatem, in ſalvandis animis ſitientiſſimè exequentem

jejuniis, orationibus, & meditationibus, ad opus Evangelii â ſpiritu in deſertum ductus, ſe quodammodò præparantem, cum dæmone decertantem, verbum Dei prædicantem, & omnes effuſâ charitate juvantem imitaretur.

Ibidem. Quare Canonicum & Apoſtolicum inſtitutum, cui & ipſe, & omnes qui ejus ſe ſocietati conjunxerant, à teneris unguiculis erant aſcripti, omninò retinendum decrevit atque reſolvit. Verùm illud ipſum ad antiquam ſuam, à quâ multùm defluxerat, ſanctitatem, perfectionemque in ardentiſſimâ robuſtiſſimâque Dei proximique charitate, & in obedientiæ, caſtitatis, & voluntariæ paupertatis votis, ac in communi vitâ conſiſtentem, & ad Apoſtolicos, in prædicatione verbi Dei, & in Eccleſiæ regimine ſubeundos labores revocandum duxit, & Monachorum exactam diſciplinam, & ſeverioris vitæ aſperitatem ei conjungendam exiſtimavit.

Nàm uti Apoſtoli, & plures Apoſtolici viri Apoſtolos imitati, olim fecerunt, De Eccleſ. Hier. c. 6. Monachorum pietatem, diſciplinæ rigorem, & ſpiritualem eorum fœlicitatem in conjunctione cum ſacrâ Monade, (*ut ait Dionyſius*) & in puro Dei famulatu, votorum promiſſione firmato conſtitutam, cum Clericorum ſivè Canonicorum, ad inſtar Apoſtolorum, Eccleſiæ Dei ſervientium, laborioſâ & periculoſâ ſorte, firmiſſimo & indiſſolubili votorum nexu, vir ſanctiſſimus copulavit.

Vit. c. 24. Voluit enim ſuos filios Canonicos eſſe, & permanere, & ſub Canonicâ D. Auguſt. Regulâ, quam inter cæteras, divinâ revelatione commonitus elegit ſuiſque præſcripſit, non tantùm cum Monachis contemplativæ, ſed etiam cum Canonicis ſivè Clericis, activæ vitæ ſubire obligationem. Hier Ep. ad Nepot. 1. Petr. 5. Et eam quidem quam, juxta Divum Hieronymum, bis verbis S. Petrus explicavit, „ Paſcite eum, qui „ in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundùm „ Deum, neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè, neque, ut dominantes in „ cleris, ſed forma gregis facti ex animo, & cùm apparuerit Princeps Paſtorum, „ percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. „

His nàmque verbis, ut præmia Paſtoralis officii proponit Petrus, ita quoque ejus graviſſimos labores, ingentem ſollicitudinem, & expaveſcenda pericula, ut effugiant, ad deſerta loca fugiant Monachi, Bern. Ep. 43. Serm. 63. in Cant. Ambr. Ep. 25. & Serm. 69. *quorum inſignia ſunt* atteſtante Bernardo: *labor & latebræ, & voluntaria paupertas, & quorum officium eſt*, juxtà eundem, *non docere, ſed lugere.* Ad quæ dignè & ſecurè adeunda, per Monaſterii abſtinentiam, ut loquitur *S. Ambroſ.* & Eccleſiæ diſciplinam, ſe diſponunt illi, qui ſanctiſſimi Patris Norberti, & aliorum quorundam Sanctorum ſpiritum ſequentes, fiunt Canonici Regulares, & votis ſe Deo adſtringentes, ita contemplativam vitam arripiunt, ut tamen activæ vitæ partes, quandò vocantur ut Aaron, & ab ordinatâ à Deo poteſtate imponuntur, non refugiant, in uno Monachum repræſentantes, in altero Canonicum exhibentes.

Nàm hunc Ordinem eſſe Ordinem Canonicum & Clericalem, & proindè ad animarum regimen, ſivè ad Apoſtolicas functiones deſtinari, ipſi Pontifices ſemper agnoverunt, & ut talem approbarunt, & laudarunt, ut ex eorum verbis, in limine horum Statutorum inſertis, & præſertim ex Ordinis primâ confirmatione, quam duo Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legati fecerunt, clariſſimè patet. Hi enim Monachicum Ordinem à Canonico pulchrè diſtinguentes, Ordinem noſtrum tanquàm Canonicum, & Eccleſiæ Dei utiliſſimum, & meritis uberrimum confirmarunt, ita ut eâ de re à nullo dubitari queat, niſi à maligno, vel rerum noſtrarum prorsùs ignaro.

Verùm quia multi offenduntur in habitu, & ex eo nos Monachos cenſent, & ſi non habitus, ſed profeſſio Monachum faciat, vel Canonicum, hoc unicum addendum eſt, Lantmeter. lib. de ver. Cler. habitu. c. 20. quòd Pontifices, etiam non obſtante candido habitu, qui potiùs Canonicalis quàm Monachialis eſt, & à Canonicis olim geſtari ſolet, Ordinem tamen tanquàm verè Canonicum etiam in candido habitu expreſſè confirmarunt. Ex quibus Alexander PP. III. ſtatuit, ut „ Ordo Canonicus quemadmo„ dùm in Præmonſtratenſi Eccleſiâ, (inquit), ſecundùm Regulam D Auguſti„ ni & diſpoſitionem recolendæ memoriæ Norberti, quondàm Præmonſtratenſis „ Ordinis Inſtitutoris, & Succeſſorum ſuorum, in candido habitu conſtitutus eſſe „ dignoſcitur, per omnes ejuſdem Ordinis Eccleſias, perpetuis temporibus in„ violabiliter obſervetur. „

Nullis profectò clarioribus verbis Pontifex dicere potuit Ordinem noſtrum eſſe, & veſte candidum, & tamen profeſſione Canonicum. Serm. 1. Ideò meritò Adamus noſter Præmonſtratenſis, ſuos Concanonicos hortatur dicens, „ Videte „ quæſò vocationem veſtram, & ambulate dignè in eâ ad Ordinem Canonicum „ vocati, ipſumque eſtis, & coràm multis teſtibus poſeſſi. Ordo certe ſubli„ mis valde, & inter univerſos, quibus ſancta exaltatur, & decoratur, ſanctifica„ tur,

„ tur, & regitur Eccleſia, Ordines, magnâ quâdam dignitate præfulgens. Canonicus igitur & Clericalis eſt Ordo noſter, & nullatenùs Monachialis.

Sanctiſſimus nàmqoe Norbertus, videns Clericorum, ſive Canonicorum inſtitutom valde eſſe ſanctum, & Eccleſiæ Dei omnino neceſſarium, ad hoc à Deo adioventum, ut nos ſemper fœtus Eccleſiæ Dei Clerici parturirent, gignerent, atque foverent, & ipſe quoque, ſaluris animarum flagrantiſſimo deſiderio exardeſcens, ex duplici ſuo ſpiritu, quem ſingulari gratiâ deſuper acceperat, talem meditatus eſt Ordinem, qui per vitæ contemplativæ puritatem ſuos Alumnos ad vitæ activæ arduas, & periculoſas functiones aptè diſponeret, & tàm ſanctitate, quàm doctrinâ dignè præpararet. Omni quoque virtute contrà hoſtiles inſultus, quos in animarum ſalute procurandâ ſuſtinere debent acerrimos, robuſtos redderet & iovictos. Hâc nàmque ratione vir ille ſanctus, tànquam per rectum iter, ſuos ad perfectionis culmen procedere voluit. Nam *ad perfectionis culmen erigitur* (inquit Gregor.) *qui non activâ ſolummodò, ſed etiam contemplativâ vitâ ſolidatur.* Gregor. moral lib. 3. cap. 31.

Quapropter non ſuffecit huic ſanctiſſimo viro, eam dumtaxat à Deo ubertatem pro ſe, ſiliiſque ſuis expetere, quâ pingueſcunt, & fœcundantur ſpecioſa deſerti (hoc eſt Monachorum greges in ipſis deſertis Monaſteriis habitantes, ſibi viventes, & in cœleſtis gratiæ caſtis deliciis ſe ſuaviter paſcentes, & oblectantes) ſed ut alter Elyſæus, ad Eccleſiæ utilitatem & fructum, poſtulavit duplicem in ſe ſuiſque fieri ſpiritum. Hoc enim ſuſpirabant, or inſuper virtute ioduerentur ab alto: Hoc eſt, interprete D. Bernardo, *ferventiſſimâ charitate abundè perfunderentur.* Quâ in die Pentecoſtes induti ſont arietes ovium Apoſtoli, & poſteà Apoſtolici viri, Apoſtolorum in curâ animarum, & tegimine Eccleſiarum ſuc ceſſores, ad hoc nimirùm, ut eâ virtute roborati, intrepidè mitterent manus ſuas ad fortia, ad paſtorales labores, gravia diſcrimina, & dubins luctus, imò & ipſa martyria, pro ovium contrà luporum ferociam propugnatiooe & conſervatione, quandò neceſſe eſſet, robuſtiſſimâ illa charitate ſubirent. Bern ſerm. 3 de Aſcenſ. Domini. Auguſt. 8. Confeſſ. Cap. 6.

Utramque itaque vitam, Contemplativam ſcilicet & Activam, vir prudens, & ſanctus in uno inſtitoto contexuit; ut (qood flagrantiſſimo deſiderio exoptabat) vitâ Contemplativâ per mortificationis ſtudium, & bonæ operationis exercitiom, ſeipſos ſanctificarent, arque perficerent, & tanquàm altera Rachel, coràm divinâ Majeſtate ſe pulchros & ſpecioſos efficerent. Activâ verò per animarum lucra tanquàm altera Lia, etſi lippientibus oculis, qui quotidianæ actionis pulvere, nonnunquàm ſurdeſcunt, Eccleſiæ Dei fructificarent: Contemplativâ, charitatis ubera, omnium virtotum, & doctrinæ lacte replerent; Activâ autem, magno ſpiritûs impetu, verbum vitæ opporunè & inportunè prædicando, populos gentesque, tanquàm nubes, & tonitrui filii, magnâ celeritate, & ubertate perfunderent.

Itaque ſi vitæ contemplativæ partes, & Monachorum diſtinctionem, quam ſanctiſſimus Pater noſter Norbertus Canonico ſuo inſtituto conjunxit, attentiùs conſidetemus, quod de Monachico ſuo Ordine ſcripſit Bernardus, de noſtro qooque, ob eandem quam habemus obligationem, dictum intelligere debemos. Epiſt. 142. ad Monachos Alpenſ.

„ Ordo noſter (inquit) abjectio eſt, humilitas eſt, voluotaria paoperras eſt, „ obedientia, pax, gaudium in Spiritu Sancto. Ordo noſter, eſt eſſe ſub Ma- „ giſtro, ſub Abbate, ſub Regulâ, ſub diſciplinâ. Ordo noſter, eſt ſtudere „ ſilentio, exerceri jejunis, vigiliis, orationibus, opere manuum, & ſuper om- „ nia excellentiorem viam tenere, quæ eſt charitas. In his omnibus proficere de „ die in diem, & in ipſis perſeverare oſque ad ultimum diem. „ Sic Bernardus breviſſimè & tàm copioſiſſimè Monachorum obligationem & vitam explicaos, ad quæ, propter contemplativæ noſtræ vitæ profeſſionem, & propter ſanctitatis majorem excellentiam, quæ à Canonico requiritur magis qoàm à Monacho, non laxiori, ſed arctiori vinculo adſtricti ſumus.

Si autem activæ vitæ functiones, & Canooici ſivè Clericalis inſtituti obligationem, cui Ordinem ſuum Sanctiſſimus Pater Noſter adſtrinxit, intueamur: Ordo noſter gloriæ Dei propagatio eſt, zelus animarum eſt, ſacramentorum divinorum adminiſtratio eſt, Eccleſiæ Dei ſervirium eſt: Ordo noſter eſt Evangelium prædicare, fidei noſtræ rudimenta ignaris tradere, attendere ſibi & lectioni, Eccleſiam Dei regere, paſtorale officium, quandò imponitur, exercere, & juxtà *Ezechielem*, aſcendere ex adverſo, hoc eſt, peccatis populi paſtorali libertate reſiſtere, eaque, juxtà *Iſaiam*, palàm annunriando arguere, arque corripere, opponere ſe morum, hoc eſt, inter Deum ſceleribus populi exaſperatum, & interr aſperantem populom, per preces & ſactificia, per eleëmoſynas & jejuniorum afflictiones, ne ſæviat, ſe medium ponere: inſuper ſtare io prælio in die Do-

mini, contrà viſibiles & inviſibiles hoſtes, hæreticos, alioſque in Eccleſiam Dei ſævientes, venenum ſuum ſpargere molientes, & tanquàm lupi rapaces Dominicas oves invadere, & devorare volentes. Demùm Ordo noſter eſt illas hierarchas, quas ponit *D. Dionyſius*, exercere actiones, purgare, illuminare, atque proficere, & poſt propriæ ſalutis perfectioniſque ſtud[illegible] proximorum ſaluti & perfectioni opportunè, importunè, privatim & publicè, verbo & opere, domi & foris, omnique quâ fieri poteſt ratione & viâ, vigilantiſſimè intendere, & ut ex *famulis iniquitatis* (juxtà D. Leonem) faciamus *miniſtros prodire juſtitiæ*, diligentiſſimè adlaborare.

Leo de jeju, ſerm. 7.

Hæc Ordinis noſtri Canonici functio eſt, hic unicus hujus viri ſcopus, finis, & ſpiritus fuit.

Vit. c. 24. Hanc voluit ſui Ordinis eſſe obligationem & votum, hæc cauſa, cur candidum, ſed Canonicum tamen habitum, adinſtàr Angelorum, Reſurrectionem Chriſti annuntiantium, & Canonicorum ſivè prædicantium imaginem gerentium, ut ex Sanctorum Patrum doctrinâ ipſe Vir ſanctus interpretatur ſanctiſſimâ Virgine exhibente, aſſumpſerit, ſuoſque perpetuò ferre decreverit: ut ipſi ſuo habitu ſe Canonicos ſcirent, exhiberent, ſuæque obligationis admonerentur, ut ſicut vitâ innocentes & candidi, ità & in prædicatione verbi, illud nullâ ratione adulterantes, eſſent purâ veritate incorrupti. Hæc quoque ratio eſt, cur ſuos Vir ille Sanctiſſimus voluerit, ut potiùs in deſertis locis tentoria ſua figerent, quàm in civitatibus, vel ubi hominum magna frequentia, ut longiùs ab omnium conſpectu ſejuncti, ſecuriùs, quietiùs, & liberiùs Deo vacarent, ſibique intenderent, & ad paſtoralia munia, graviaque certamina, ac prædicationis officium dignè ſe præpararent, ut habeant latibula ſua, ubi in quiete è ſupernis hauriant, quod poſteà in ſalutem populorum effundant, & ad quæ, inter & poſt tam ſanctos labores, ſæpiùs redeuntes, ſpiritum reficiant, fervorem tepeſcentem reaccendant, & ſacerdotii gratiam, per manûs impoſitionem receperunt, per indignitatis ſuæ conſiderationem, per devotionis lacrymas & ardentes amoris affectus, juxtà Apoſtolum reſuſcitent; ut hâc ratione, cum Maria ſedeant ad pedes Domini, ejusque verbum ſuaviter audiant; & per animarum lucra, Dominum cum Marthâ officiosè paſcant. Hoc nàmque erat quoque Sanctiſſimo Patri noſtro Norberto perpetuum, ut quandò ad prædicandum verbum Dei exierat, refecturus ſpiritum, ad paupertatis ſuæ domicilium, Præmonſtratenſem Eccleſiam reverteretur. Archi-Epiſcopus verò factus, introductis Magdeburgi, in Eccleſiam Sanctæ Mariæ Ordinis ſui Canonicis, gravioribus activæ vitæ curis fatigatus, ad ſuos ſe recepit, ut ibi quieſcens, levaret ſe ſuprà ſe, & novo quodam ſpiritûs fervore concepto, alacriori animo ad Epiſcopalia ſua munia peragenda reverteretur.

Hujus Sanctiſſimi ſui Patris exemplum ſequentes Ordinis noſtri Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, aliique magni Paſtores, in Eccleſias ſuas Ordinem noſtrum induxerunt, ut cum eis contemplationi, orationi, ſilentio, jejunioque vacantes, ad paſtoralia ſua officia exequenda, robuſtiores redirent & ferventiores. Sic Raſeburgi, Brandeburgi, Havelbergæ, Regiæ aliiſque in locis factum, hiſtoriæ prodiderunt.

Hoc autem omnibus Ordinis noſtri Paſtoribus calcar dare debet, ut majorum ſuorum more, ſpiritum recollecturi, contractas maculas deterſuri, & totâ mente cœleſtibus inhæſuri, ſæpiùs ad Monaſteria ſua ſe recipiant. „ Fieri enim „ nequit, ut quantumlibet caſtè & ſobriè, mortalis hæc vita ducatur (inquit

Serm. 5. de Quadrages. „ D. Leo) quin quodam tamen pulvere terrenæ converſationis aſpergatur: & „ nitor mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita à ſumo totius vanitatis „ alienus eſt, ut nullâ poſſit ſorde fuſcari, & non ſemper indigeat expoliri. „ Quare qui aliorum gubernaculis occupantur, ſæpiùs ad ſua Monaſteria redire, & tanquàm columbæ ad feneſtras ſuas revolare conſueſcant, ibidem gemituri & ſe expolituri, & tunc ad ſanctos ſuos labores redituri. Nec enim ſic pro amore Dei diligenda quies, ut proximorum utilitas curaque poſtponatur, nec ſic pro amore proximi occupationi inſerviendum, ut funditùs deſertâ quiete, ſuperni amoris ignis planè tepeſcat, imò extinguatur; ſed omnia ità ſunt moderanda, ut activæ vitæ laborioſæ occupationi ſuccedat, contemplativæ vitæ, ad ſpirituales vires reparandas, ſuaviſſima & fructuoſiſſima quies.

Hoc enim Chriſtus Dominus (cujus imitatio noſtra eſt portio, & unica ſollicitudo) agere conſuevit: undè rectiſſimè Divus Gregorius: „ Perfectus concionator non eſt (inquit) qui vel propter contemplationis ſtudium, operanda „ negligit, vel propter operationis inſtantiam, contemplanda poſtponit Hinc „ eſt, quòd Redemptor per diem (inquit) miracula in urbibus exhibet, & ad „ ſtudium orationis in monte pernoctat, ut perfectis videlicet concionatoribus „ innuat, quatenùs nec activam vitam, amore ſpeculationis, funditùs deſerant,

„ nec

„ nec contemplationis gaudia, penitùs, operationis nimietate contemnant: ſed „ quiete contemplantes ſorbeant, quod occupati ergà proximos loquentes re- „ fundant. „

Voluit igitur Vir ſanctiſſimus, ſuos in deſertis eſſe, non ut in deſertis ſemper remanerent, ſed ut excellentem ſanctitatis gradum adepti, & in divinis litteris egregiè eruditi, tamquàm Canonici pro ſalute populorum certaturi, in atenam deſcenderent: illa enim hoc certamen præcedere debent. Nàm iſtud abſque ſanctitatis fortiſſimo robore, ſcientiæque, quæ de ſupernis eſt, efficaci præſidio ſuſcipere, eſt ſe in præſentiſſimum diſcrimen, imò in certiſſimam perniciem præcipitare. Quàpropter jure meritò D. Bernardus, imperfectos, & allorum tamen regimen ambientes, his verbis durè & amarè perſtrinxit. „ Cæterùm „ tu Frater (inquit) cui firma ſatis propria ſalus nondùm eſt, cui charitas „ adhuc nulla, aut adeò tenera atque arundinea, quatenùs omni ſta- „ tui cedat, omni credat ſpiritui, omni circumferatur vento doctrinæ, imò cui „ charitas tanta eſt, ut ultrà mandatum quidem diligas proximum tuum, plùs „ quàm teipſum, & rursùm tantilla, ut contrà mandatum, favore liqueſcat, „ pavore deficiat, perturbetur triſtitiâ, avaritiâ contrahatur, protrahatur ambi- „ tione, ſuſpicionibus inquietetur, conviciis exagitetur, curis eviſceretur, ho- „ noribus tumeat, livore tabeſcebat: tu, inquam, ità in propriis teipſum ſen- „ tiens, quânam dementiâ quæſo aliena curare, aut ambis, aut acquieſcis? Sic Bernardus. Serm. 18. in cant.

Quare Norbertus Deo plenus, ſic Ordinem ſuum (ut ſuprà dictum eſt) formavit, ut quæ propriæ ſaluti & perfectioni ſunt neceſſaria, Monaſticâ exercitatione priùs acquirerent, quàm aliis præſiderent, priùs omnibus diſciplinis inſtruerentur, quàm prædicationis munus ſubirent, priùs deſuper abundè & affluenter infunderentur, quàm effundere præſumerent.

Noluit enim Vir ſanctiſſimus, ut ſui eſſent tanquàm canales, qui penè ſimùl & recipiunt & refundunt, ſed tanquàm conchas, quæ donec impleantur expectant, & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicant: „ Scien- „ tes maledictum (inquit Bernard) qui facit partem ſuam deteriorem. Ad rui- „ nam nàmque ſuam illi fluentia cœleſtia aliis adminiſtrant, qui antè effundere, „ quàm infundi volunt, loqui, quàm audire paratiores, prompti docere quod „ non didicerunt, aliis præeſſe geſtientes, qui ſeipſos regere neſciunt. Ibidem.

Itàque nullus ſit ità præceps, quin priùs deſuper infundi, quàm effundere velit, priùs quæ ſuæ ſaluti ſunt neceſſaria ſibi intùs comparet, quàm ad aliorum ſalutem procurandam ad exteriora procedat.

Quæ autem & quanta ſint, quæ infundi oporteat, priùs quàm effundere præſumamus, D. Bernardus, paucis, ſed abundè, eſt complexus dicens: „ En „ quanta priùs infundenda ſunt, ut effundere audeamus, de plenitudine, non de „ plenuriâ largientes. Primò quidem compunctio, deindè devotio, tertiò pœ- „ nitentiæ labor, quartò pietatis opus, quintò orationis ſtudium, ſextò contem- „ plationis otium, ſeptimò plenitudo dilectionis, quam qui nondùm adeptus eſt, „ periculoſiſſimè promovetur, & animarum regimen ſuſcipit, quantislibet (inquit) „ aliis videatur pollere virtutibus. „ Ibidem.

Hæc ſunt ad propriam ſalutem neceſſaria, & ad Apoſtolicum robur acquirendum requiſita: Hi ſunt gradus quibus ad perfectiſſimum charitatis culmen aſcenditur; Hæc ſunt quibus ad animarum regimen, & ad prædicationis munus dignè obeundum, homo præparatur. Hæc eſt ſcala, quâ Sanctiſſimus Pater noſter Norbertus ad ſummum perfectionis culmen aſcendit: Hæc ſunt inſtrmenta, per quæ candidiſſimus noſter Ordo tantam ſibi virtutum abundantiam comparavit, ut nihil ei deeſſet, ſicut nec ſuo parenti quod vel ad perfectionis excellentiam, ad ſcientiæ lucem, vel ad virtutum ſplendorem, vel ad charitatis requiri poteſt plenitudinem. Ut meritò de hoc Ordine dici poſſit, quod de Corinthiis Apoſtolus, cùm ait: „ Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratiâ Dei, quæ data eſt „ vobis in Chriſto JEſu, quòd omnibus divites facti eſtis in illo, in omni verbo, „ & in omni ſcientiâ, ità ut nihil vobis deſit in ullâ gratiâ. 1. Cor. 1.

Quare non ſine gravi ratione ſcripſit Sigibertus in Chronologiâ ſuâ, dicens circà annum 1131. „ Sub his temporibus Ordo Canonicus Præmonſtratenſis, & „ Monaſticus Ciſtercienſis, quaſi duæ olivæ, in conſpectu Domini, pietatis lumen, „ & devotionis pinguedinem, mundo miniſtrabant, & quaſi vites fructiferæ, „ religionis palmites circumquàque propagabant, & per omnes ferè Chriſtiani or- „ bis terminos, bonæ opinionis paulatim odore diffuſo, novas Abbatias (ubi „ antè Dei cultus non fuerat) conſtruebant. Undè etiam in Syriam, & Palæſti- „ nam de Præmonſtrato Fratres miſſi, nonnullas Abbatias ædificarunt. „ Ex

quibos Sigiberti verbis intelligi poteſt, quanta primævis Patribus noſtris foerit gratiæ abundantia, & meritorum copia, & ad annuntiandum Chriſtum, & gloriam Dei promovendam quantus, & quam ardens fervor. Quæ certè à nobis qunque exiguntur, cùm ad hoc Ordo noſter, etiam fatente Clemente PP. VIII. à Sanctiſſimo Patre noſtro Norberto „ ſit inſtitutus ut perpetuum ſit in Eccleſiâ Dei viro„ rum fortium Seminarium, qui virtute ſpiritûs atrium fortis impavidè iorrent, eum „ ligent, & gladio ſpiritûs, quod eſt verbum Dei, ejus vaſa, animas ſcilicet dia„ bolicâ fraude deceptas, vaſa bellantia contrâ Dominum, vaſa vinculis iniquitatis „ irretita atque captiva diripiant, & ex vaſis cootumeliæ, faciant vaſa gloriæ. Ad quod peragendum, quanta requiratur fortitudo, quanta ſapientia, atque perfectio, Gregorius in ſuo paſtorali longè, latèque deduxit, & ex ſuperioribus ſatis patet.

Undè colligere poſſumus, qui taoquàm Canonici, ad curam animarum vocatione, & noſtrâ profeſſione diſponimur, quantâ virtutum copiâ abundare, & quantâ ſcientiâ & ſanctitate eminere debeamos, & ut eam nobis comparemus, quantâ ſedulitate, quantoque labore, per Regulæ oostræ, Statuturumque noſtrorum rigidiſſimam obſervationem, ad veram interioris hominis perfectionem contendere obligemur. „ Scire debemus (inquit Adam noſter Præmonſtratenſis) grandi nos „ debito conſtrictos, qui uſitato nomine Canonici appellamur. Ipſum nàmque „ quod portamus nemen (inquit) monet nos & invitat, ut ſanctam in vitâ regu„ lari converſationem teneamus, omne penitùs quod diſtortum eſt declinantes, & „ quod rectum eſt, tàm intùs in mente coràm Deo, quàm exteriùs io opere coràm „ proximo exercentes. „ Sic ille.

Sern. 2.

Hâc eoim ratione ad munia oostra ritè præparamur, ſi per virtutum, Regulâ, Statutiſqoe noſtris præſcriptarum (quod utinam omne intelligeremus, & facetemus) cootiouas exercitationes, & ſcientiæ claritatem, & robuſtam vitæ ſanctitatem nobis comparare nitamur, ut digni ſimus, qui ad animarum curam juxtà vocationem noſtram evocemur.

Evocemur inquam, noo nosipſos intrudamus, mittamur, & non ultrò curramos, ne regnemus, & noo ex Deo: Priocipes exiſtamus, & ignoret Deus, & curſus noſter non ſit ex Deo, ſed ex oostrâ ambitione procedat, vel ex diſciplinæ nauſeâ, libertatis intemperanti deſiderio, horrore obſervantiæ ſtrictioris, humilis obedientiæ tædio, & inſaniâ liberioris viæ oriatur.

Vide Gregor. paſt. 1. p.

Decipiunt enim ſeipſos plerique, *& quamvis paſtorale magiſterium elationis intentione, vel alio quovis vitioſo affectu appetant, operaturos tamen* (inquit D. Gregorius) *ſe magna pertractant: ſed mentitur iniquitas.*

Paſt. 1. p. c. 9.

Fuit igitur Sanctiſſimi noſtri Norberti ſpiritus ſingularis per omnium virtutum exercitationem, per ſeverioris pœnitentiæ rigorem, & omnium rerum commodorumque hujus vitæ contemptum, per profundam humilitatem & animi demiſſionem, per ardentem ſpiritûs fervorem, & eximiam pietatem, per inſignem zelum gloriæ Dei, & ſalutis animarum, & per tria Religionis vota, per tramitem Regulæ Sanctiſſimi P. Auguſtini & rigoroſæ monaſticæ diſciplinæ viam, ad culmen ſanctitatis & Apoſtolicæ perfectionis contendere. Et hic fuit verus Sanctiſſimi Patris noſtri ſpiritus, & hunc ſpiritum ut ſui aſſequerentur, voluit eos (dilectionem, inſtàr Apoſtolorum Chriſti, ad invicem babentes, unanimes vivere in domo Dei) in lege Domini meditari die ac nocte, Scripturas ſacras continuò legere, Chriſtum perfectè imitari, nec-non charitatis affectu fortiſſimè ei cohærere, vitâ & ſpiritu ipſius animari, & ot humillimè exactiſſimèque ei ſerviamus aſtringi, eumqoe tamquàm Deum & hominem ſubmiſsè ſuſcipere, & revereri, & poſt eum ſanctiſſimam dulciſſimamque ejus Matrem Mariam Ordinis Patronam, atque protectricem, omni honoris & devotionis obſequio colere & venerari. Denique oosipſos per gradus à Bernardo præſcriptos, & ſuprà poſitos perficere, atque ardentiſſimâ Dei, proximique charitate inflammare, ut & alios, obedientiâ jubente, perficere & ioflammare poſſimus.

Hic eſt ſpiritus, ſcopus, & finis Ordiois ſingularis, quem ſemper ſpectare, qoò collimare, & quò ſemper ſummis viribus cootendere debemus, & profeſſione noſtrâ obligamur. Quem precibos Sanctiſſimi Patris noſtri Norberti nobis largiri digoetur Omnipotens Deus, qui vivit & regnat in æternùm.

IN-

INDEX CAPITUM ET TITULORUM.

DISTINCTIO PRIMA.

Cap. I. DE tremendo Altaris Sacramento.
II. De Matutinis.
III. De Horis de Dominâ, Officio Defunctorum, & Septem Pſalmis pœnitentialibus.
IV. De Reverentiâ in Divino Officio exhibendâ.
V. De Primâ, & Miſſis poſt Primam.
VI. De privatis Confeſſionibus.
VII. De Capitulo quotidiano.
VIII. Diſtributio temporis.
IX. De labore.
X. De tempore Jejunii & gemina refectionis.
XI. De victu.
XII. De Refectione & Collatione.
XIII. Quæ in Dormitorio obſervari debeant.
XIV. Quas Officinas, & loca ingredi Relig. liceat.
XV. De admiſſione Novitiorum.
XVI. De Veſtitione.
XVII. De Profeſſione.
XVIII. De Novitiatu.
XIX. De Magiſtro Novitiorum.
XX. De Culturâ Novitiorum.
XXI. De provehendis ad ſacros Ordines.
XXII. De exeuntibus & itinerantibus, &c.
XXIII. De Infirmis & Magiſtro Infirmorum.
XXIV. De Raſurâ.

DISTINCTIO SECUNDA.

Cap. I. DE Abbate.
II. De Officio Abbatis in ſpiritualibus.
III. Quibus virtutibus Prælati ornari debeant.
IV. De Abbatis Supellectili & menſa.
V. De exitu Abbatis.
VI. De Abbate cedente.
VII. De Abbate deponendo.
VIII. De Coadjutore.
IX. De Abbate moriente.
X. De Priore.
XI. De Subpriore.
XII. De Circatore.
XIII. De Cantore & Succentore.
XIV. De Bibliothecario.
XV. De Sacriſta ejuſque ſolatio.
XVI. De Proviſore exteriorum.
XVII. De Cellario.
XVIII. De Veſtiario.
XIX. De Veſtitu.
XX. De Fratre hoſpitali.
XXI. De Hoſpitalitate
XXII. De Portario.
XXIII. De Paſtoribus.
XXIV. De Fratribus Converſis ac Donatis.
XXV. De Monialibus, ſive Sororibus Ord. noſtri.

DISTINCTIO TERTIA.

Cap. I. DE levioribus culpis.
II. De mediis culpis.
III. De gravi culpâ
IV. De graviori culpâ.
V. De tempore & modo gravioris culpæ.
VI. De eorum pœnitentia qui circà Sacroſanctæ Miſſæ eſſentialia, vel neceſſaria, aliquem errorem admittunt.
VII. De ſecretis Ordinis non revelandis.
VIII. De lapſu carnis.
IX. De conſpiratoribus, infamatoribus, rebellibus, ad extraordinariam juriſdictionem confugientibus, & perjuris.
X. De Percuſſoribus.
XI. De Apoſtatis.
XII. De Fratribus emittendis.
XIII. De graviſſima culpâ.
XIV. De iis qui per carcerem puniendi.
XV. De victu Incarceratorum.
XVI. De culpis incertis & pœnis earum, & de pœnis ſtatutorum non immutandas.

DISTINCTIO QUARTA.

Cap. I. DE causâ, loco & tempore Capituli Generalis, & de advenientibus ad illud.
II. De Oratione ubique per Ordinem fundendâ, de Proceſſione, Miſſa, ac aliis antè Capitulum peragendis.
III. De Obedientiâ Domino Præmonſtratenſi præſtandâ, & de deſignandis Deſinitoribus, ac Officialibus Capituli.
IV. De Ordine & modo, quibus in Capitulo Generali procedendum.

V. De

V. *De his quæ poſt prædicta, Primo, Secundo, & Tertio die Capituli ſunt obſervanda.*

VI. *De Ordinationibus Capituli Generalis.*

VII. *De Talliis, ſivè Collectis.*

VIII. *De Concluſione Capituli Generalis.*

IX. *De Capitulo Provinciali.*

X. *De conſtituendis Abbatiis, & earundem unitate, ac uniformitate quoad Regulam, Statuta, Cantum, Ceremonias: ac de ſuccurrendis afflictis Monaſteriis, & Ordinis Privilegiis defendendis.*

XI. *Quæ ſit lex inter Matrices Eccleſias & Filiales, ac inter alias, & de Patrum Abbatum authoritate.*

XII. *De Electione & Translatione Abbatum.*

XIII. *Eccleſia vacante nihil innovandum.*

XIV. *Ne Principum, vel Magnatum, vel aliorum quorumcumque ſecularium favor, vel auxilium ad obtinendas dignitates, officia, vel beneficia imploretur.*

XV. *De Viſitatoribus, & eorum officio.*

XVI. *De inquirendis in viſitatione.*

XVII. *Quomodò concludenda Viſitatio, & quid poſt eam obſervandum.*

XVIII. *De iis quæ Viſitatoribus prohibita, & de eorum poteſtate.*

XIX. *Quomodò Prælatus monendus, & quomodò contrà eum procedendum.*

XX. *De Generali excommunicatione.*

XXI. *De iis quæ Religioſis interdicuntur.*

XXII. *De alienis Fratribus non recipiendis, & de tranſeuntibus ad alium Ordinem.*

XXIII. *De clauſtro, mulieribuſque ab eo excludendis.*

XXIV. *De pueris in Baptiſmo non levandis.*

XXV. *De Canonicis & Converſis, qui Prælatis, vel Principibus conceduntur.*

XXVI. *Ne ceſſetur à divinis contrà formam juris.*

XXVII. *De ſigillo Conventûs, & Conventualis pecuniæ & alienæ cuſtodiâ.*

XXVIII. *De juriſdictione Ordinis noſtri agnoſcenda, & ne ad aliam confugiatur.*

XXIX. *De Appellationibus*

XXX. *De venditione, emptione & permutatione bonorum, ac de conſenſu Domini Præmonſtrat. & Patris Abbatis in his requirendo, &c.*

XXXI. *De Fide juſſione, de Mutuo non contrahendo, & de Depoſito.*

XXXII. *De negotiatione vitandâ, & Partionariis non habendis.*

XXXIII. *De habentibus diſpenſandi poteſtatem, &c.*

SATUTA CANONICI ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

Proùt Authoritate Capitulorum Generalium, Annis 1618. 1619. 1622. & 1627. ſunt formata, recognita & diſpoſita, ac demùm Anno 1630. plenè reſoluta.

Variis Generalium & Provincialium Capitulorum Decretis illuſtrata.

DISTINCTIO PRIMA.

CAPUT I.

De tremendo Altaris Sacramento.

1. DIvinum, ac tremendum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo, poſt panis, & vini conſecrationem, Dominus noſter JEſus Chriſtus, verus DEUS, & verus homo, verè, realiter, & ſubſtantialiter, ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium continetur, omnes Ordinis noſtri Religioſi, ſummâ mentis ſubmiſſione venerentur, revereantur & colant.

Trid. ſeſſ. 13. c. 1.

2. Omnes, ante Venerabile Sacramentum tranſeuntes, humiliter genu fle-

Digitized by Google

flectant. (*a*) Verùm infrà Presbyterii gradus ſub divino officio cremoniæ in Ordinario præfixæ, ſine genuflexione peragantur.

De Celeb. Miſſ. Cap. 10. Sanè & tot. tit de Cult. Euch.

3. Locus, in quo, tam Divinum Sacramentum aſſervatur, ſit nitidus, (*b*) & quantùm fieri poteſt, ſplendidus, & diù noctùque antè ipſum Sacramentum lampas ardeat.

De Conſec. diſtinct. 1. Can. 40.

4. Altaria debitâ niteant puritate. (*c*)

De Celeb. Miſſ. c. ult De Conſ. diſt. 1. c. 43.

5. Corporalia, Calicum purificatoria, & Altarium mappæ, aliaque tam Altarium (*d*) quàm Sacerdotum paramenta integra ſint, & munda.

6. Calices, ad minùs quoàd cuppam, & patenam, ſint argentei, & neceſſitate compellente, eſſe queant ſtannei, ſed ſint nitidi.

De Con. ſec. diſt. 1. c. 45.

7. Sacerdotes, eam vitæ puritatem, & mundi cordis nitantur habere ſerenitatem, ut quotidiè, (*e*) vel ſæpiùs ſaltem in Septimanâ, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium dignè Deo offerant, fructumque in eo latentem hauriant abundentiſſimum.

Diſt. 28. c. 2.

8. Ad offerendum hoc Sacrificium, negligentes Sacerdotes, congruentibus mediis à Superioribus excitentur; & ut ad minùs bis in Septimanâ (*f*) ultrà Dominicas, & Feſta, celebrent, etiam adhibitâ cum diſcretione acriori monitione, ac etiam moderatâ pœnâ, remiſſi, & frigidi, exſtimulentur.

9. Celebraturi, juxtà Apoſtolicum præceptum, ſeipſos probent, & excuſſis conſcientiæ latebris, ſi quod peccatum mortale, vel de quo dubium eſt, repererint, quantùmcumque contriti ſibi videantur (niſi celebrandi urgeat neceſſitas, & tamen Confeſſarii copia non habeatur) ſacramentaliter confiteantur, ne Corpus, & Sanguinem Domini ſumant in mortem, quæ profeciſſe eis debuiſſent in ſalutem.

Trid. ſeſſ. 13. c. 7.

10. In hujus tremendi Sacrificii oblatione, tàm conſtantem omnes Sacerdotes habere nitantur attentionem, ut, eorum potiſſimùm reſpectu, quæ ad hujus Sacramenti veritatem, & eſſentiam ſunt neceſſaria, nullum prorsùs defectum admittant.

11. Requiritur verò ad hujus Sacramenti eſſentiam, & veritatem, primò debita materia, quæ eſt panis triticeus, & vinum vitis, cui, ex præcepto, modica aqua miſceri debet. (*g*)

De Celeb. Miſſ. C. 6.

Num. 2. (*a*) In actis Capituli Provincialis Circariarum Veſtphaliæ, Iveldiæ, & Wadegotiæ, anno 1721. Coloniæ celebrati, ac poſtmodùm die videlicet 12. Februarii 1722. à Reverendiſſimo Domino D. CLAUDIO HONORATO LUCAS, Generali noſtro moderno, confirmati, ſancita hæc leguntur, „ Tranſeuntes antè altare, in quo Venerabile Sacramentum non aſſer-„ vatur, antè conſecrationem & poſt ſumptionem, non flectant genua. *Capitul. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Tit.* 1.

Num. 3. (*b*) „ Sacro-Sancta Euchariſtia ſummo cultu adoretur, & ſpectabili, ac quantùm „ fieri poteſt auguſtiſſimo Sacrario reponatur, die ac nocte lumine colluſtranda. *Capitul. idem Tit.* 1.

Num. 4. (*c*) Ex Sanctiſſimi Patris Norberti doctrinâ & præcepto manaſſe ſtatutum iſtud haud dubiè ſuſpicari nil vetat, ſic enim habetur in vitâ ipſius cap. 9. „ Sed non prætermittenda tria „ quæ præcipuè commendabat, ſæpiùs de die in diem hæc tenenda ingeminans, ſcilicet, cir-„ cà altare, & divina miſteria munditiam &c.... In altari nàmque exhibet quiſque fidem, & „ dilectionem Dei.

Num. 5. (*d*) Non abſimili pietate, Patres Capituli Veſtphalici ſanxerunt, ut eſſet „ decor & „ nitor in templis, ſedilibus chori, altaribus, & maximè in paramentis, quibus Sacerdotes „ Dei, ſacris operaturi, induuntur. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Tit.* 1.

Num 7. (*e*) „ Statuimus, ut univerſi Sacerdotes Ordinis, ad minùs ter in hebdomadâ, cele-„ brarent Miſſas ſuas, niſi in viâ directi fuerint, vel infirmi, ſeu alio juſto impedimento de-„ tenti; de quibus, Prioribus, aut Supprioribus conſtiterit evidenter, quare non potuerint, „ ſeu debuerint celebrare; iiſque injungitur, ut circà hæc ſint valdè ſolliciti. Quòd ſi præ-„ dicti Sacerdotes ſic facere contempſerint, vel neglexerint, pro quâlibet omiſſione, feriâ 2. 4. „ & 6. jejuneut in pane, & aquâ. *Cap. Gen. an.* 1273. *Præm. ſub Guerrico Abbate celeb.*

Num. 8. (*f*) Guerrico mortuo die 6. Decemb. 1278. Ægidius ex Abbate S. Michaëlis Antuerpienſis, ad Præmonſtratenſem Abbatiam electus, Statuta Ordinis, in quibuſdam punctis à jure devia, ut emendaret, capitulum generale celebravit, in quo ſupradictum de Miſſarum celebratione mandatum abolitum fuiſſe teſtantur ſequentia. „ Capitulum, quod quilibet Sacerdos „ teneatur celebrare ter quâlibet hebdomadâ, quod incipit ſic, *Statuimus ut univerſi*, totaliter „ revocamus. Caveat tamen quilibet Sacerdos, ne nimis negligens, vel tepidus exiſtat in di-„ vinis officiis celebrandis, proùt religioſum decet, aliòquin ſecundùm arbitrium Prælatorum „ ſuorum puniantur, niſi cauſam prætendant efficacem, quare non voluerint, aut non debe„ aut celebrate. *Cap. Gen. an.* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Huic decreto minùs, quàm Statutis modernis, conſonat articulus 16. Reformationis, ſeu Communitatis Antiqui Rigoris, cujus tenor hic eſt, *Acceſſus Sacerdotum ad altare pene quotidianus, & non Sacerdotum ad ſacram ſynaxim hebdomadarius.*

Num. 11. (*g*) Veterrima Ordinis Statuta, quæ primaria creduntur, hæc habent, „ In Sacra-„ mento altaris, tria ſunt neceſſaria, materia, ſcilicet panis, vinum, & aqua: forma, ſcili-„ cet verba conſecrationis & intentio. Panis autem debet eſſe de frumento. *Antiq. Statut. diſt.* 1. *C.* 1.

Deindè deſideratur forma, quæ reſpe- (De Conſec. diſt. 2. C. 1. & 2.) ctu panis, eſt: *Hoc eſt corpus meum*; reſpectu verò vini: *Hic eſt calix*, &c. Demùm neceſſaria eſt debita Sacerdotis celebrantis intentio quâ intendat, & velit conſecrare, ſeu facere, quod inſtituit Chriſtus, & facit Eccleſia.

12. Qui circà hæc aliquem defectum publicum, & ſcandaloſum admiſerit, ſine ullâ diſſimulatione pœnitentiæ *Diſtinct.* 3. *Capite* 6. decretæ ſubdatur, & defectus, modo in Ordinis Miſſali præſcripto, reparetur.

(De Celeb. Miſſ. C. 5.) 13. Plures Miſſas eodem die dicturus; ut fit in Natali Domini, & ex legitimâ diſpenſatione aliàs fieri poteſt, nullam, niſi in ultimâ Miſſâ, ſumat, ablutionem (*b*) ne violato naturali jejunio, ad poſteriores Miſſas peragendas, ſe inidoneum reddat.

14. Tam privatæ, quàm ſolemniores Miſſæ cum ritibus, & cæremoniis, in Ordinario, ac Miſſali præſcriptis, ſine ullâ diminutione, vel adjectione, & cum eâ reverentiâ, ac pronunciatione, quæ ibidem decernuntur, exactiſſimè perficiantur.

Caput II.

De Matutinis.

1. MAtutinæ, omni tempore, exceptis diebus in Ordinario notatis, (*a*) mediâ nocte perſolvantur, (*b*) idque cum cantu, in quo à Domino Præmonſtratenſi, aut Vicariis, ſive Viſitatoribus, nullatenùs diſpenſetur, niſi extra majora Triplicia, in Monaſteriis, in quibus ſacrarum litterarum, vel ſcientiarum eis ſubſervientium ſtudia, ad capeſſendam doctrinam, fovendamque pietatem prorſus neceſſaria, vigent; at ubi ea neglecta jacent, ne inerti otio contabeſcant, nulla in cantu fiat relaxatio.

2. Ad Matutinas, Fratres tempeſtivè excitentur, & excitati, mentem ad Deum cum precibus elevantes, ſine morâ, tanquam ad Domini ſui ſervitium evocati, magno ſpiritûs fervore, è lecto conſurgant, ſeque veſtiant.

3. Veſtiti, & iis, quæ cujuſque neceſſitas requirit, expletis, ſanctis meditationibus & orationibus ad Deum ſe convertant, ac in Cellis ſuis, quòuſque per dandum ſignum evocentur, ſeſe continentes, flexis genibus legant tres Pſalmos, cum ſuis verſiculis atque collectis; prout in initio Breviarii præſcribuntur.

4. Signo campanæ, vel nolæ dormitorii, ab eo, qui præeſt, dato, Cellas ſuas omnes egrediantur, ac in loco, deſcenſui dormitorii proximo, convenientes, ibidemque Chorus contrà Chorum ſtantes, Præſidis adventum præſtolentur, & ſigno per eum manuum comploſione dato, Junioribus præcedenti-

---

Num. 13. (*b*) In iiſdem Statutis antiquis, hæc apposita ſunt. „ Porrò cùm aliquis, in Natali „ Domini, vel aliàs de neceſſitate, duas Miſſas celebrare debuerit, poſt primam Miſſam, ſum„ pto Euchariſtiæ Sacramento, vinum profuſionis, ſivè ablutionis, non ſumat, ſed alii ad „ ſumendum tradat. *Ibid.*

Num. 1. (*a*) *Exceptis diebus in Ordinario notatis.* Diebus ſcilicet Mercurii, Jovis, & Veneris hebdomadæ Stæ, in quibus matutinæ cantari conſueſcunt de die. Ritus ille in Ordine Præmonſt. non invaluit antè annum 1579. quo à Capitulo Generali invectus eſt per hoc decretum. „ Inſtituit Capitulum ut in poſterùm in ſingulis Monaſteriis noſtri Ordinis, utriuſque ſexûs, & „ in Prioratibus, Præpoſituris, & Eccleſiis Parochialibus celebrentur in hebdomadâ Sanctâ Ma„ tutinæ, quæ Tenebræ, nunc vocantur, ſerò poſt Completorium, horâ competenti, mo„ re univerſalis Eccleſiæ, ne ab eâ ullo modo videamur deflectere. *Cap. General. an.* 1579. *in Abbatiâ S. Martini Laudun. ſub Joanne de Pruetis celeb.*

(*b*) *Mediâ nocte perſolvantur.* Ex conſuetudine primitivâ univerſalis Eccleſiæ deſcendit inveteratus mos perſolvendi matutinas mediâ nocte in Ordine Præmonſtratenſi: Huncque uſum inſtauravit Capitulum Generale anni 1618. His verbis, „ Matutinæ mediâ nocte ubique cantabun„ tur, niſi Reverendiſſimus Dominus Præm. vel Viſitatores ſuper cantu diſpenſaverint. *Cap. Gen. an.* 1618. *ſub Petro Goſſetio Præm. celeb.*

In omnibus Ordinis Circariis, ſi Brabantinam & Flandrenſem excipias, ſurgunt mediâ nocte Præmonſtratenſes, ad confitendum Deo. In Circariâ Weſtphaliæ & Wadegotiæ perennanum hunc uſum innovavit Cap. Provinciale anni 1659. ità ut, dùm per Vicarios aut Viſitatores ſuper cantu ex cauſis diſpenſatum fuerit, „ loco cantûs, tractim & diſtinctè legantur, exceptis Feſtis „ in Statutis expreſſis; quòdque ſi eâ in re neglectus deprehenderetur, debebit Prælatus ſuos „ ad cantum adſtringere *Cap. Pro. Weſtph. Coloniæ anno* 1659. *celeb.*

Solas domos Religioſorum paucitate tenues, vel aliis legitimis & approbatis cauſis exemptas, ab hoc penſo nocturno liberas declaravit Capitulum ejuſdem Circariæ anno 1721., „ uſque dùm „ accreſcente numero Religioſorum, & ceſſantibus impedimentis id fieri poſſit. Ubi autem talis „ exemptio eſt in uſu, Manè tàm maturè perſolventur, ut horâ quintâ abſolutæ ſint *Cap. Prov Weſtph. Colon.* 1721. *celeb. Tit.* 1.

Reformata Lotharingiæ Congregatio inter Capitales articulos accenſuit, *Matutinum officium mediâ nocte.* Primitùs cum cantu nocturnum illud officium exequebantur Canonici Præmonſtratenſes, nunc verò in Solemnibus tantùm Feſtis id canunt planè.

bus,

bus ; (*c*) omnes ordinatè deſcendant, ac bini & bini, Chorum ingrediantur, in cujus medio, niſi loci diſpoſitio aliud requirat, profundè ioclinent.

5. Tàm autem in Matutinis, quàm in reliquis omnibus Divinis Officiis, ritus & cæremoniæ in Ordinis Ordinario præfixæ, ad amuſſim obſerventur.

CAPUT III.

De Horis de Dominâ, Officio Defunctorum, & Septem Pſalmis pœnitentialibus.

1. HOræ Deiparæ Virginis MARIÆ, caodidi Ordinis noſtri Patronæ ſingularis, iis diebus, quibus, à Breviario dicendæ præfiguotur, ſub obligatione peccati mortalis, io Choro, ſive conventualiter compleantur, in quo nullus diſpenſare valeat.

2. Quicumque Abbas, Præpoſitus, vel Superior, in eo diſpenſare præſumpſerit, vel quicumque cauſam præbuerint, quòd dictis diebus, conventualiter non dicantur, mortale peccatum incurriſſe ſe ſciant.

3. Omnes, & ſinguli, tam Prælati quàm Subditi, tam Paſtores, & Beneficiati, extrà Chorum exiſtentes ; ſub obligatione peccati venialis dictas Horas, præſcriptis diebus, integrè, (*a*) & plenè, perſolvere teneantur.

4. Ab hac obligatione, Horarumque D. Virginis privatâ recitatione, nullus Prælatorum ſive Superiorum ullâ diſpenſatione aliquem eximere queat ; (*b*) niſi ob morbum, ſimileſque cauſas, ob quas à lectione Horarum Canonicarum licitè quis liberari poteſt.

5. Similiter, Officium Defunctorum, Commendationes, ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, & Litaniæ ; quotieſcumque in Breviario dicenda præſcribuntur, ea, ſub obligatione peccati mortalis, conventualiter peragantur, (*c*) nec in eo, à quoquam, vel diſpenſari, vel quidquam relaxari valeat.

Num. 4. (*c*) *Junioribus præcedentibus omnes ordinatè deſcendant.* Qui juniores, qui ſeniores in ordine reputandi ſint, varia fuit ordinis & anceps ſententia. Capitulum Generale anni 1539. ſic definiit. „ Quia plerùmque oritur diſſentio inter Religioſos expreſſe profeſſos, quorum „ alii priùs veſtiri habitu regulari fuerunt, alii etiam poſteà, ſuper eò quòd dubitatur quis eo„ rumdem in ſtallo, & ſedibus debeat anteferri, Capitulum huic diſcordiæ pacem imponendo „ definit, ita ut qui primò profeſſionem emiſere ſolemnem, ſint primi antè eos, qui nondùm, „ & tamen veſtiti primò fuerunt. *Cap Gen. an.* 1539. *Præm.*

Huic decreto concinit Generale Capitulum anno 1556 in Abbatiâ Vallis-Serenæ celebratum. Utrique derogat Capitulum Generale Præmonſtrati habitum anno 1574 his verbis „ Super Quærimoniâ quorumdam diſputantium, an qui priùs habitum Ordinis noſtri induit & accepit, „ debeat præcedere eum qui paulò poſt accepit, & tamen profeſſus eſt priùs Ordinem, quàm „ is qui priùs induerat habitum Conſideratâ ratione conſuetudinis Matricis Eccleſiæ Præmon„ ſtratenſis, & filiæ primæ Monaſterii S Martini Laudunenſis, & multoruum aliorum „ Monaſteriorum, Ordinat ut qui priùs habitum acceperit, præcedat eum qui profeſſus „ eſt priùs, ſed non priùs habitum accepit. Intelligimus autem hoc Statutum de eo, qui „ in primâ veſtiturâ perſeveraverit, & ab eâ nunquàm reſilierit. *Cap. Gen. an.* 1574. *Præm. celeb. ſub Joanne De Pruets.*

Num 3. (*a*) B. Mariæ Virginis officium ab Urbano 2. cadente undecimo ſeculo, inſtitutum vix noverat Eccleſia, cùm Præmonſtratenſis Ordo ad illius perſolutionem ſe voto adſtrinxit. In vetuſtiſſimis enim illius Ordinis inſtitutionibus, *Diſt* 1. *Cap* 3. *Prima de Stâ. Mariâ* præſcribitur *poſt primam diei recitanda*, idem intellige de aliis horis. Quia verò labentibus annis nonnunquàm & pietatem labare contigit, Quidam Jugum talis officii exuere cupientes, an ad ejus perſolutionem pro ſe tenerentur, dùm in choro propter ſolemnitates intermitti conſuevit, dubitarunt Dubium ſolvit Cap. Gen. an. 1518. „ Concludendo quod quilibet Religioſus pro „ ſe horas de Dominâ, eo tempore quo non cantantur in choro, legere tenetur, eò quòd „ de præcepto ad has, ſicut ad cæteras legendas teneatur. *Cap. Gen. an.* 1518. *Præm. ſub Jacobo de Bachimont celeb.*

Huic decreto ſuffragatur Reformatio Lotharingica, quæ parem indicat obligationem recitationis horarum ſivè Canonici, ſivè B. V. officii. *Quotidianum horarum Canonicarum, & Beatæ Virginis penſum.*

Num. 4. (*b*) Definierat Capit. anni 1557. „ Superiores poſſe Religioſos ſuos in majoribus „ non conſtitutos ordinibus, actualiter ſtudiis incumbentes, à recitatione officii B. M. V De„ functorum, & ſeptem pſalmorum pœnitentialium eximere. Statuta moderna quæ ſuprà *Cap.* 2. *Num* 1. in favorem ſtudiorum ſuper cantu ſolùm indulgent, videntur hic cauſam ſtudiorum innuere minùs ſufficientem, ad hoc ut ſcholares ab hâc horarum B. V. recitatione, etiam privatâ, eximantur : At Patres Capituli Generalis an 1657 Statutorum interpretes legitimi, definiendo cenſuerunt. „ Superiores poſſe etiam ab officii Canonici recitatione, Religioſos ſuos „ in majoribus ordinibus non conſtitutos, ratione ſtudiorum, abſolvere. *Cap. Gen. anno* 1657. *Præm ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Num. 5. (*c*) Idem Capit Statutorum mentem benignâ interpretatione enucleans declaravit. „ In „ Quadrageſimâ legi poſſe deinceps in Choro ſeptem pſalmos poſt ſextam, ſimiliterque vigilias de„ functorum recitari, per quatuor Canonicos, à Superiore deputandos pro toto Conventu. Quod decretum in favorem ſtudiorum, & ubi actu vigent ſtudia, inſtauratum & confirmatum legitur, in actis Capituli Generalis, *anni* 1717. *Seſſ.* 5.

6. Particulares verò, extrà Chorum exiſtentes, etſi negligere ea non debent, tamen, ad ea privatim complenda ſub obligatione alicujus peccati, non ſint obſtricti.

Caput IV.

De Reverentiâ in Divino Officio exhibendâ.

De Conſec. diſt. 1. c. 70. De Celeb. Miſſ. C. 9. Dolentes. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

1. CUM Religioſâ noſtrâ profeſſione ad laudes, diù noctùque Deo deferendas, ſingulariter dedicemur, ac in virtute ſanctæ obedientiæ (quod ab omnibus benè ponderandum) ab Eccleſiâ demandetur, ut Horæ tam diurnæ, quàm nocturnæ, devote, attentè ac reverenter perſolvantur: ideò magnâ prorſus & anxiâ curâ, ad Divina, eâ, quâ decet, reverentiâ, & devotione peragenda, omnes præparare ſe ſtudeant.

2. Quod, ut commodè fiat, Conventuales ante Divina officia ſerventur congregationes, ſtationes dictæ: quibus ſub pœnâ, Rectoris arbitrio infligendâ, omnes interſint.

Eccli. 18.

3. In ſtationibus, ad devotè DEO pſallendum, Fratres mentem diſponant, illud Sapientis adimplentes: *Ante orationem præpara animam tuam, ut non ſis, quaſi homo tentans Deum.*

Ex Regul.

4. In orationis decurſu illud Regulæ omnes explere nitantur: *Pſalmis & Hymnis cùm oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore.*

5. Sub Divino Officio, corporis ſtatus ſit rectus, manus, vel ſub ſcapulari, vel ſub cappâ (quando gerenda) ſint compoſitæ, non incurva, ſed recta ſit ſeſſio, inceſſus ſit gravis, & inclinationes fiant (*a*) tam profundæ, ut manus, ſi dimittantur, attingant genua; (*b*) ſerveturque in ſacrâ potiſſimùm æde, illud Regulæ: *In inceſſu, ſtatu, habitu, ac in omnibus motibus veſtris, nihil fiat, quod cujuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram*, adde, & loci ſacri, *deceat ſanctitatem.* Ex Reg.

6. Cantus ſit gravis, & lentus; qui audientium devotionem juvet, non perturbet: verùm pro varietate Feſtorum ſit, vel plus, vel minùs protractus; at verò numquam levis, vel præcipitatus.

7. *Domine labia*, &c. in Matutinis, & *Deus in adjutorium* cum verſu *Gloria Patri*, &c. in initio omnium Horarum, graviter & lentè ſemper canatur.

8. Sub Canticis *Te Deum*, *Benedictus*, & *Magnificat*, & aliis in Ordinario comprehenſis, nullus Chorum ingrediatur, vel egrediatur.

9. Tam in legendo quàm cantando, omnes ſimul incipiant, ſimul in medio verſus reſpirent, ſive pauſent (*c*) ac ſimul finiant, ſitque pauſa notabilis.

10. Verſum ſuum unus Chorus non incipiat, antequàm alius abſolvat ſuum, ac omnes ſyllabæ, perfectè, eâdemque menſurâ, (*d*) ſive æquè tractim proferantur, nec ullæ abſorbeantur. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

Num. 5. (*a*) *Inclinationes fiant.* In Ordinario Cæremoniarum Ordinis hæc habentur. „ Ad glorioſa nomina *JEſus, & Maria*, quotieſcumque in officio Canonico, vel Miſſâ proferuntur, inclinandum eſt, vel, ſi tempus afflictionis fuerit, genuflectendum. Ortam ex hâc ordinatione difficultatem ſolvit Capitulum Generale anni 1543 ut ſequitur. Quoniam Religioſi in Cæremoniis Eccleſiaſticis tempore perſolutionis cultûs divini, in divinis nominibus *JEſu Chriſti*, vel etiam in pronunciatione Beatæ *Mariæ Virginis*, diſpares, ſeu non concordes habentur, Capitulum ordinat, quod de cætero in nominatione ipſorum nominum, ſi fratres habuerint vultus ad alterum verſos, tunc eo modo ſe ſe inclinent; ſi autem versùs altare, versùs altare ſe inclinent. *Cap. Gen an.* 1543. *in Abbatiâ Sti Martini Laudunenſis celeb.*

Num. 5. (*b*) *Attingant genua.* Hic modus inclinandi à primatiâ Ordinis Liturgiâ originem habet. Sic enim in Antiq Statutis legitur. „ Cùm Fratres in Chorum venerint, inclinent tantùm versùs altare, profundè ſuper genua, collectâ cappâ utrâque manu, quæ cappa ſic debet colligi ubicumque inclinaverint. *Antiq. Statut. Diſt.* 1. *Cap.* 2.

Num. 9. (*c*) Etſi Pſalterium jucundum ſit cum citharâ, ne tamen in aure verſetur magis, quòd ore profertur, quàm in corde, ut aſſolet, dùm pſalmis & hymnis Deo, cum ſtrepitu muſicali, decantatur. „ Statutum eſt ut Cantus Eccleſiaſticus tàm in Miſſis, quàm in horis Canonicis, planè, & cum pauſâ decenti, proùt elapſis temporibus in Monaſteriis ſolitus erat decantari, ſine aliquali modulatione muſicali, devotè & laudabiliter decantetur & perſolvatur. *Cap. Gen. an.* 1543. *in S. Mart. Laud. celeb.*

Huic decreto mos contrarius derogavit in pleriſque Germaniæ Abbatiis, in quibus frequentiſſimè ad muſicalem cantatur harmoniam.

Non ſolùm in cantu, ſed in ipsâ etiam horarum lectione, debere hujuſmodi pauſam obſervari ſanxerunt Patres Weſtphalici, his verbis „ In Primâ & Completorio, *Confiteor* recitabitur cum quatuor pauſis, quarum prima ſit poſt verba *Joanni Baptiſtæ*, ſecunda *& tibi Pater*, tertia *meâ maximâ culpâ*, quarta *Joannem Baptiſtam. Cap prov. Weſtph an.* 1721. *Tit.* 1.

Num. 10 (*d*) Eodem devotionis ſpiritu afflati ejuſdem Provinciæ Patres in eodem Capitulo Congregati, „ ad piiſſimam, inquiunt, Fundatorum & Eccleſiæ Catholicæ ad omnes horas neceſſariam intentionem, omnia ſtudioſè & devotè, nihil ſyncopando, nihil abſorbendo, ſed perfectè ac integrè, graviter ac tractim, ſervatâ in medio verſuum debitâ pauſâ, & cum attentione & intentione ad orationem requiſita peragentur. *Capit. idem ibid.*

11. In

11. In cantu, ubique ſerventur eædem notæ, in Ordine conſuetæ; ac ut omnis vitetur diſſonantia, æquali ſpatio, (e) ſive eâdem menſurâ, quantùm fieri poteſt, ſine præcipitantiâ abſolvantur; nec quiſquam ſuo judicio feſtinet, vel protrahat, ſed ad ſe mutuò attendentes, reverenter, & tractim, Divina officia compleant.

12. Risus, & fabulæ, & quæcumque diſſolutiones (f) à Divinis officiis prorſus arceantur, & tanquam Deum irritantes, qui in eo delinquunt, acriter caſtigentur.

Vide Concil. Mogunt. Cap. 57. & Venet. Cap. 14.

13. A Divinis officis, abſque expreſſâ ejus, qui præeſt, licentiâ, nemo ſe ſubtrahat, nemo ſe abſentet.

14. Ut confuſiones, & perturbationes, quæ devotionis ſpiritum diſſipare, & audientes offendere ſolent, evitentur; qui Choro ſunt præfuturi, cuncta, quæ agenda ſunt, ſedulò prævideant, ac confuſionis cauſam, negligentiâ ſuâ præbentes, debitè puniantur.

15. Quæ de reverentiâ, in divinis officiis exhibendâ, ac de protractiori cantu, ac debitâ pausâ, aliisſque, ſuperiùs ſunt decreta, exactè ad Subditorum exemplum, Superiores obſervent, ac rigidè obſervari procurent, ſeverè eos caſtigantes, qui contra niti præſumpſerint, alioqui de negligentiâ, acriter à Viſitatoribus puniendi.

16. Angelicum autem hoc Divinarum laudum officium, excuſſa omni negligentiâ, non nauſeabundè, & tepidè; ſed ſtrenuè, ac fervidè, Fratres exſolvant: memoriâ ſemper recolentes, quòd

Jerem. 48. juxta Prophetam, *maledictus* ſit homo, *qui facit opus Domini fraudulenter*, ſive (ut alii legunt) *negligenter*.

Caput V.

De Primâ, & Miſſis poſt Primam.

1. UT orationes, & meditationes matutino tempore peragendæ commodè compleri queant; Fratres, manè, horâ conſtitutâ, præciſe excitentur, & ſurgant.

2. Dato ſigno, Cellas egrediantur, atque ritu & modo, quo ad Matutinas, conveniant, & ad Chorum deſcendant.

3. Prima autem, ſicut & omnes reliquæ Horæ Canonicæ, ſemper cum cantu perſolvantur.

4. Qui ad quaſcumque Horas, ſive quæcumque Officia divina, tardiùs venerit, pœnitentiæ, *diſt.* 3. *c.* 1. præſcriptæ, ſubmittatur. Qui verò, non niſi poſt primi Pſalmi finem, negligentiâ ſuâ, Chorum intraverit, prout eâdem *diſt. c.* 2. ſtatuitur, graviùs puniatur.

5. Sub Primâ, abſque ejus, qui præeſt, licentiâ, nullus celebret, & ne ſub eo prætextu à Capitulo, præſertim quando illud Primam immediatè ſubſequitur, plerique ſe abſentent, Abbas in eo ordinem ponat, quem rigidè omnes obſervent.

6. Omnes ante ſummum Sacrum (a) Miſſas ſuas abſolvant. Verùm, quando juſta ſubeſt ratio, vel tanta eſt Sacerdotum multitudo, ut id fieri non valeat, tunc acceptâ ab eo Superiore, qui Choro præeſt, facultate, illi qui id ante facere nequiverunt, poſt Evangelium majoris Miſſæ celebrent: quod aliàs ſtudioſè eſt evitandum.

Num. 11. (e) „ In cantu & lectione quantitates ſyllabarum obſervabuntur. *Capit. Communit. Antiq. Reg. an.* 1642.

Num. 12. (f) „ Præcipitur omnibus & ſingulis Abbatibus, ne organiſtas ſuos aliquas cantilenas „ laſcivas ſeu inhoneſtas, in perſolutione cultûs divini ludere ſinant & permittant, cùm tales „ cantilenæ in dedecus, vituperium & opprobrium, tàm domûs Dei, quàm divini cultûs ce- „ dere conſpiciantur. *Cap. Gen. an.* 1543. *in S. Mart. Laud. celeb*

Num. 6. (a) Capitulum Prov. Veſtph. an. 1659. Declarat in Abbatiis & Præpoſituris virorum, teneri Abbates & Præpoſitos indilatè augere eò uſque numerum Sacerdotum, ut tria quotidiè ſacra ſint omiſſione celebrentur. Ejusdem Provinciæ Capit. an. 1721. tria hæc ſacra nominibus Miſſarum *Matutinalis*, *de Beatâ*, & *Summæ*, intelligenda proponit Sacrum *Matutinale*, pro defunctis Fratribus, Sororibus, Benefactoribus &c. *de Beatâ*, pro Prælatis, & *Summum*, ad intentionem Ordinis fieri mandat. „ Et ut hæ tres Miſſæ in omnibus Monaſteriis, „ in quibus ſeptem ſunt Sacerdotes pro curſo ſervando, præter Prælatum, Priorem, & Suppriorem, „ ſeu Conventûs Præſidem, & ubi Supprior non eſt, Seniorem, quotidiè celebrentur, eas obligatorias, ità ut applicatio alia non ſit libera, declarando præcipit. *Capit. Prov. Veſtph. Colon. celeb. an.* 1721. *Tit.* 3.

Si omnia ſacra in aliquâ Eccleſia peragenda, ob perſonarum defectum non poſſint quotidiè celebrari, ſacrum ex fundatione, quotidiè celebrandum, iſto caſu alicui ſacro Ordinis præferendum eſſe declararent Capitulorum Veſtphalicorum Patres Coloniæ congregati; qui tamen „ putant, ut ipſi ajunt, iſto caſo ſacrum Ordinis, in Monaſteriis ſat benè fundatis, per alios „ Sacerdotes legi debere. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. *&* 1721. *celeb.*

7. Miſ-

7. Miſſæ Beatiſſimæ Virginis, & Matutinalis ; (*b*) ſicut & Horæ de Dominâ & Vigiliæ Defunctorum, etiam in Quadrageſimâ, ut omnes pietatis, & ſtudiorum exercitiis, (*c*) ſe magis, ardentiùſque applicare queant, ſine Cantu peragantur, niſi Vicarii, vel Viſitatores neceſſarium, vel expediens judicaverint, in quibuſdam Eccleſiis, aliter ſtatuendum.

8. Quandò, ob fundationum tenuitatem, vel ob juſtas cauſas, Miſſarum reductio eſt facienda (*d*) ea à nullo quàm à Capitulo Generali, vel ejus auctoritate à R. Domino Præmonſtratenſi, vel etiam ſub Generalis Capituli beneplacito, à Capitulo Provinciali, ac in eâ Diœceſium modus ſervetur, & forma.

9. In reductionibus autem faciendis (*e*) diligens habeatur ratio Decreti authoritate Summi Pontificis an. 1625. 21. Junii, editi, & incipit. *Cùm ſæpè contingat.* Quo diſtrictè prohibetur, ne

---

Num 7. (*b*) „ Religioſi extrà Conventum, poſſunt per Miſſas alibi celebratas, ſatisfacere Miſ„ ſis *Matutinali*, & *Beatæ Virginis*, dummodò iis, quibus applicandæ ſunt, illas applicent„ Ità *Capit. Gen an.* 1657. *ſub Auguſtino le Sciser Præm. celeb.*

„ Minor commendatio, à celebrante miſſam matutinalem recitanda diebus ferialibus, & feſtis 3. „ lectionum, obligatoria eſt. *Capit. Prov. Veſtph. an* 1721. *Tit.* 3.

(*c*) Quæ in favorem & gratiam ſtudiorum à Capitulis tum Generalibus, tum Provincialibus decreta ſunt. Vide *ſuperius ad Caput III. & infrà ad Caput VIII. Diſtinct. I.*

Num 8. (*d*) Capitulum Provinciale Suevicum anno 1625. in Marchtallenſi Cœnobio celebratum, intuitu reductionis præſertim anniverſariorum, quibus Circariæ Suevicæ tùm Monaſteria, propter ſtipendiorum nimiam exiguitatem, tùm etiam ipſi Religioſi, propter frequentiorem anniverſariorum illorum perſolutionem gravabantur, ea ſecundùm æquitatis leges, quantùm fieri potuiſſe viſum eſt, ad minorem numerum reduxit. „ Sed licet, inquiunt, dicti Capituli PP. „ hujus reductionis cauſæ ſufficientiſſimæ fuerint, quià tamen Dei judicia, qui noſtras juſtitias „ in illo die judicabit, ſunt longe alia, quàm hominum; Ne Capituli Patres noxam, cum „ Fundatorum injuriâ & diſpendio contraherent, anniverſariorum reductorum Fundatoribus „ hanc fecerunt compenſam, ut deinceps omnium ſatisfactionis bonorum operum perpetuò „ tantùm participes evadant, quantùm eorum eleemoſinæ juſtè promerentur, quæ in totâ Circariâ à Religioſis perficiuntur, & ne hic deſidia & negligentia obrepat, ſeriò volunt Capituli „ Patres, ut quilibet Superior hujus applicationis diligentiſſimam curam gerat, ſuiſque Religio„ ſis compenſam hanc, ejuſque applicationem, & intentionem in operibus tàm quæ ex opere „ operato, quàm quæ ex opere operantis, operantur, cum debitâ explicatione inculcet. Ità *Capit Prov. Sueviæ an* 1625. *in Marchtall. celeb.*

Quoniam in Cœnobiis Congregationis noſtræ antiqui rigoris, Anniverſaria reperiebantur quàmplurima, nuſquam ſufficienter, ne tertiâ quidem ex parte dotata, quæ idcircò non parùm ipſis Cœnobiis erant onerosa; dictæ Congregationis Capitulum monuit & injunxit Prioribus omnibus, ut ſua quiſque ſuæ domûs colligeret anniverſaria, & R. P Vicario exhiberet, qui de aliorum Ordinum more percunctatus, quidquid de illis obſervandum duxerit, indicabit. *Cap. Communit. antiq. Rig. an* 1626.

Qualem effectum ſortita fuerit ſanctio hæc ignoramus. Intereà tamen anniverſaria illa ut primitùs perſoluta fuiſſe opinamur, uſque ad annum circiter 1638. quo inter alia multa dictæ Congregationi conceſſa Privilegia, Urbanus VIII. facultatem conceſſit & modum ejuſmodi anniverſaria reducendi, ut legere eſt in prolixiori Bullâ dicti Pontificis alibi referendâ, & in ſequenti decreto memoratâ. „ Quod in duobus poſtremis Capitulis *An* 1640. *&* 1641. de Anniverſario„ rum & Miſſarum reductionibus, juxtà Apoſtolicum Urbani Papæ 8. diploma, noſtræ Com„ munitati conceſſum, factis, vel faciendis ſtatutum fuit, Præſens hoc Capitulum iterùm re„ novat continuandum, abſque eo tamen quòd Conſtitutio iſta adhuc habeat vim legis, do„ nec R. P Vicarius, unà cum ſuis Conſiliariis, ſuper hoc maturiora conquiſierit conſilia, & „ quæ conſulta fuerint ad proximum Capitulum retulerit, ut ſic ipſum Capitulum firmiorem „ hâc ſuper re decernere queat legem. Interim tamen Capitulum declarat omnia bona opera „ & officia divina, quæ ex Ordinis noſtri præſcripto in dictâ noſtrâ Communitate fiunt ab uno„ quoque, Benefactoribus & fundatoribus hujuſmodi applicanda &c. prout de factò Capitu„ lum in quantùm poteſt & debet, dictiſque Benefactores & fundatores indigent applicat. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1642.

Num 9. (*e*) „ Circà Reductionem Anniverſariorum, Miſſarum & aliorum onerum, maturâ „ deliberatione prævià, & habito reſpectu ad intentionem Conc Trid & præſcriptum ordinis, „ onerum quoque magnitudinem, & cenſuum tenuitatem, ordinatur ad minùs quatuor aureos „ florenos annuos requiri, ut maneat obligatio ſervandi vigilias 9 lectionum, mediam com„ mendationem, & ſacrum cum cantu. Undè ſi diverſa ſint anniverſaria, pro quibus minùs „ quàm dicta ſumma daretur, illa deberent aliis conjungi, donec perveniatur ad dictam ſum„ mam: Si verò plura ſint anniverſaria, tam tenuia, ut etiam conjuncta non poſſint hanc „ ſummam efficere, erit in diſpoſitione Prælati, ut minùs aliquid fiat, ſervatâ proportione „ ſervitii minoris ad majus, & cenſuum qui percipiuntur. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. *&* 1721. *Tit* 3. *Colon. celeb*

„ Anniverſaria autem, ſivè Miſſæ aut præbendæ, ſivè eleemoſinæ extraordinariæ, aut „ ſimilia onera à Prælatis, vel Religioſis Ordinis noſtri utriuſque ſexûs fundata, „ nullam obligationem inducent; loquendo tam de præteritis quàm futuris. Si verò „ diverſa ſint anniverſaria, pro quibus nulli redditus perciperentur, neque conſtet de conver„ ſione in alios uſus, pro monaſterii utilitate factâ, pro iis omnibus ſervabitur unus anniver„ ſarius ſolemnis. *ibid.*

redu-

reducantur aliqua onera celebrandarum Miſſarum, quæ poſt Concilium Tridentinum, aut in limine fundationis, ſivè in ipſâ fundatione ſunt impoſita. Eorum enim reductio Apoſt. Sedi expreſsè reſervatur.

Caput VI.

De Privatis Confeſſionibus.

1. PRivatæ Confeſſiones, in templo, vel Capitulari, aut alio convenienti loco, à Prælato deſignando, poſt Capitulum, vel ſi immediatè Primam non ſequatur, antè fiant.

2. Qui Superiorum licentiâ, vel ex incumbenti ſibi officio, maturiùs ſunt celebraturi, Confeſſarium, etiam ex Choro, ſi indigeant, evocare poſſint.

Clem. de ſtat. Mon. C. 1.

3. Singuli, tam Sacerdôtes, quàm Clerici & Converſi, ſemel ad minus, (*a*) in Septimanâ, confiteri teneantur: omittentes, vel tergiverſantes, compellantur.

4. Præſcriptus in Breviario, Confeſſiones incipiendi, & finiendi modus, (*b*) ab omnibus ſtrictiſſimè obſervetur, ac à Confeſſariis, quæ ibidem præſcripta, abſolutionis forma, atque in abſolvendo adhibendæ cæremoniæ, exactiſſimè teneantur.

Concil. Conſtant. 6. cap. 102. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. de Pœnit.

5. Sacerdotes autem Domini, ad confeſſiones excipiendas conſtituti, quantùm ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & confitentium facultate, ſalutares & convenientes ſatisfactiones injungant, ne ſi fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum Pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera, pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.

6. Habeant præ oculis, ut ſatisfactio, quam imponunt, non ſit tantùm, ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem.

7. Conſtituant proindè Prælati in Eccleſiis ſuis Confeſſarios diſcretos, & doctos; qui pro caſuum varietate, ſolvere ſciant, & ligare.

Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de Pœnit.

8. Abſque legitimâ, (*c*) à Prælato acceptâ, poteſtate, extrà articulum mortis, alterius confeſſionem, nullus Sacerdotum excipere præſumat, & ſi hoc fuerit à quoquam attentatum, tam audiens, quàm confitens, ad triduanum, in pane & aquâ jejunium conſtringatur, & ſi quod mortale peccatum, vel de quo ſit dubium, in confeſſione ſit explicatum, propter defectum jurisdictionis, habenti poteſtatem, confeſſio reiteretur.

Similiter in Capitulo Generali an. 1660. declaratum fuit, Monſterium non obligari ad Miſſam celebrandam, quam conſtat, ex proventibus monaſterii à Prælato fuiſſe fundatam.

„ Pro Miſsâ quotidianâ fundandâ in futurum, ad minùs centum aurei annuè requirentur, cùm „ minor ſumma ad alimentationem honeſtam unius perſonæ non ſufficiat. Quòad fundatas au„ tem Miſſas, antehàc quotidianas, ſervabuntur illæ, ſi valor quinquaginta aureorum quotan„ nis accipiatur, & ſic proportionaliter reductio in aliis Miſſis fieri poterit. *Cap. Prov. Weſtph. an. 1659. & 1721. Colon. celeb.*

„ Sub hàc reducendi formâ non comprehenduntur onera celebrandarum Miſſarum, quæ poſt „ Concilium Trid. aut in limine fundationis, ſivè in ipſâ fundatione ſunt impoſita, quorum re„ ductio Sedi Apoſtolicæ reſervatur. *ibid.*

Quantifacienda iſtiusmodi Capitulorum Decreta? Collige primùm ex Pontificiâ facultate ad id muneris Ordini noſtro conceſsâ; Dein ex confirmationibus quibus tùm R. P. Aug. le Scellier an. 1659. tùm R. P. ac D. Honoratus Lucas an. 1721. ea rata habuere.

Num. 3. (*a*) *Semel ad minus in ſeptimanâ.* Antè inſtitutam antiqui rigoris Congregationem, inter cujus reformationis articulos *Confeſſio hebdomadaria* articulo 15. præſcribitur, ſoli Sacerdotes ſemel in hebdomadâ ſacramentaliter pœnitere tenebantur. Ut patet ex ſeq. decreto. „ Sacerdotes ſaltem in hebdomadâ, novitii & profeſſi, ſingulis ſaltem triplicibus feſtis ad pœ„ nitentiæ Sacramentum accedant. *Cap. Gen. an. 1605. Præm. ſub Franciſco à Longo. prato celeb.*

Num. 4. (*b*) *Confeſſiones incipiendi & finiendi modus.* Inſtitutam à Chriſto peccatorum confeſſionem, quanto cum humilitatis ſpiritu excoluerint Patres noſtri, ad mentem revocat primæva in Ordine noſtro pœnitendi norma. Singulis quippè hebdomadibus quiſque confiteri tenebatur. Diaconi quidem & Subdiaconi, aliique inferioris gradûs, quâlibet feriâ 6. antè prandium; Converſi diebus Dominicis, Sacerdotes verò ſemel ad minùs in hebdomadâ Hi omnes & ſinguli factâ confeſſione, acceptâque ſalutari pœnitentiâ, culpas, etſi ſacramentali abſolutione munitas, ſcopis tamen aliisve flagellis amarè denuò luebant, quovis confeſſario, cuilibet pœnitenti corporalem diſciplinam infligente. Vide *antiq. ſtatut. Diſt.* 1. *Cap.* 4.

Humiliatoriam hanc peccatorum emendationem uſus & conſuetudo diverſa proſcripſere. Pridem enim obſolevit in Ordine noſtro perantiqua illa proſternendi humilificandique hominis diſciplina, privatæque confeſſiones de more univerſalis Eccleſiæ fieri conſueverunt, eo modo & ritu, quo in Breviario præſcribuntur faciendæ.

Num. 8. (*c*) *A Prælato acceptâ.* „ In abſentiâ Abbatis, poteſt Prior in caſu fortuito, qui non pa„ titur moram, dare licentiam alicui non expoſito, id eſt non approbato, confitendi, & ab„ ſolutionem obtinendi, etiam à caſu reſervato, modò dilatio non ſit de induſtriâ ad abſen„ tiam Prælati factâ *Cap. Prov. Weſtph. an. 1721. Colon. celeb. Tit.* 2.

9. Nul-

9. Nullus Confeſſariorum, caſibus reſervatis, niſi quatenùs à Prælato ſibi fuerit commiſſum, ſeſe intromittat, & caveant Confeſſarii, ne ullatenùs limites conceſſæ ſibi poteſtatis excedant.

10. Abbates, & Prælati ab omnibus caſibus, qui Summo Pontifici, vel Domino Præmonſtratenſi, per hæc Ordinis Statuta non ſunt ſpecialiter reſervati, omnimodam habeant Subditos ſuos abſolvendi poteſtatem.

Clemens 8. Bulla dat. an. 1593.

11. Caſus, qui à Prælatis poſſunt reſervari, ac ubique reſervati, intelligi debent, relictâ tamen Prælatis, pauciores ſi velint, reſervandi facultate, ſunt hi:

12. Veneficia, Incantationes, Sortilegia, Apoſtaſia à Religione, ſive habitu dimiſſo, ſive retento, modò apoſtatans Monaſterii ſepta ſit egreſſus (*d*): nocturna ac furtiva è Monaſterio ſive Conventu, etiam ſine animo apoſtatandi, egreſſio: Proprietas, (*e*) quæ ſit mortale peccatum: Falſum juramentum in regulari, ſive legitimo judicio factum: Procuratio, auxilium, ſeu conſilium, ad procurandum poſt animatum fœtum, abortum, etiam effectu non ſecuto; (*f*) Falſificatio manûs, aut ſigilli officialium Monaſterii, ſeu Conventûs: Furtum de rebus Monaſterii, in eâ quantitate, quæ ſit mortale peccatum: (*g*) Lapſus carnis voluntarius, opere conſummatus: Occiſio ſeu vulneratio, ſeu gravis alicujus perſonæ percuſſio: Impedimentum, aut retardatio, aut (*h*) apertio litterarum à Superioribus ad Inferiores, aut ab Inferioribus ad Superiores.

13. Omnia inſuper crimina, inter reſervata cenſebuntur, quæ pro Religionis, ſeu Diſciplinæ conſervatione, (*i*)

Num. 12. (*d*) *Modò Monaſterii ſepta ſit egreſſus* „ Declarat Capitulum non ſub eo, qui ſepta „ monaſterii, vel Conventûs, tranſierit, vel egreſſus fuerit, comprehendere eum, qui tantùm ex clauſtralibus ſeptis Abbatiam ingreſſus ſit. Nocturnam autem & furtivam egreſſionem, etiam ad Collegium Lovanienſe extendit, adeò ut ſi quis religioſus illius Collegii ſepta, ſivè muros, nocturno tempore, furtivè egreſſus fuerit, cenſeri debeat caſum reſervatum incurriſſe, ità *Cap. Prov. an* 1643. *Antuerp. celeb*

(*e*) *Proprietas, quæ ſit mortale peccatum.* „ Quæſitum fuit an Capitulum judicaret determinandam eſſe quantitatem materiæ proprietatis reſervatæ? item an furti reſervati de rebus monaſterii? item an damnificatio in eâdem quantitate comprehendatur ſub furto reſervato? Reſpondit Capitulum ſtandum eſſe, quoad forum conſcientiæ, opinionibus Doctorum probatiſſimorum. Quantùm verò ſpectat ad forum externum, eos qui poculenta & eſculenta furantur, graviter eſſe puniendos, ut proprietarios, & diſciplinæ regularis perturbatures. *Cap. Gen. an.* 1670. *Præm ſub Michaele. Colbert celeb.* item *Cap. Prov Veſtph. an'* 1721. *Tit.* 2.

(*f*) *Falſificatio manûs aut ſigilli officialium.* „ Officiales, quorum ſi manus vel ſigilla falſificentur, incurritur caſus reſervatus, Capitulum declarat eſſe Priorem, Suppriorem, Circatorem, Proviſorem, Cellarium, & eos, ſi qui alii alicubi ſint, qui in ſpiritualibus, ſivè temporalibus publicam habent adminiſtrationem. *Cap. Prov an* 1643. *Antuerp. celeb* item *Cap Prov Veſtph an.* 1721 *Colon. celeb. Tit.* 12

Qualiter in ejuſmodi falſarios, inter Ordinis noſtri initia ſævitum fuerit? ex ſequenti relatu conjicito. Decimo tertio naſcente ſeculo, quidam Canonicus Eccleſiæ *de Leyſtone* in Angliâ, quaſdam Gervaſii, tunc Præmonſtrati Abbatis, litteras, ſuper dictæ Eccleſiæ quâdam ordinatione tranſmiſſas falſaverat. Quod ubi reſcivit Gervaſius, falſarium excommunicationis ſententiâ feriendum ſanxit, atque ab omnibus evitandum declaravit. Facinoris deindè pœnitentem paulò mitiùs puniendum arbitratus miſericors pater, ne tamen tanti exceſsûs impunitas aliis ſubminiſtraret audaciam delinquendi, ſolam hanc in ipſum miſericordiam feciſſe legitur; Nempè ut omni feriâ ſextâ, uſque ad ſeptennium jejunaret in pane & aquâ, niſi Feſtum duplex occurreret, vel jejunans minutus foret vel infirmus. Singulis etiam ſeptimanis pſalterium unum recitaret, correptione unam reciperet, & uſque ad Aſſumptionem B. V. à divinis abſtineret &c. *Vide Gervaſii Epiſt.* 125

(*g*) *Lapſus carnis voluntarius.* „ Ad quæſtionem factam an pollutio ſit caſus reſervatus? Declaratum fuit hanc ſub lapſus carnis non comprehendendam. *Cap. Prov, Veſtph. an.* 1721. *Colon celeb Tit.* 2.

(*h*) *Apertio litterarum.* „ Apertio litterarum ſuperiorum ad inferiores, tunc cenſebitur caſus reſervatus quandò Abbas, comprehende Generalem aut Viſitatorem, ſcribit ſubdito, vel ſubditus Abbati; Quod tamen ſubditus non faciat ſine juſtâ & gravi causâ, & non ſine ejus qui Conventui præeſt licentiâ. *Cap Prov. Antverp an* 1643 *celeb.*

Quod ad litteras attinet, quæ ad Abbatem à Religioſis ſubditis diriguntur, ac in ejus abſentiâ „ ſivè à Priore, ſivè ab officialibus recipiantur, nullus eas aperire præſumat, niſi ſecundùm „ licentiam ab Abbate datam, qui tùm Priori, tùm Officialibus præſcribat, quas litteras, & „ quo caſu in ſuâ abſentiâ aperire poſſint, ut caſum reſervatum evitent. *Ibid*

„ Quandò litteræ ſcribuntur à Superiore ad inferiorem, & ab inferiore ad Superiorem, intelligitur Superior localis, & omnes hujus Superiores, uſque ad D. Generalem. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Colon. celeb Tit.* 12.

Num. 13 (*i*) *Quæ Capitulum judicaverit reſervanda* Præter ſupradictos caſus à Capitulo Provinciali an. 1643. Antverpiæ celebrato reſervatos, idem Capitulum reſervandam judicavit „ omnium horarum per quatriduum continuatam omiſſionem, & de facto reſervavit.

„ Quia autem in diverſis Diœceſibus reſervatur peccatum externum grave in materiâ luxuriæ reſpectu complicis, ità ut non poſſit confeſſarius complicem abſolvere; Hunc Capitulum declaCa-

Capitulum Generale, pro toto Ordine, aut Provinciale pro ſuâ Provinciâ judicaverit reſervanda.

14. Quilibet Prælatus, uni, vel duobus, vel etiam pluribus, neceſſitate hoc poſtulante, ex magis idoneis, largiatur à reſervatis abſolvendi facultatem, veruntamen de ipſis reſervatis, cùm hoc diſciplinæ neceſſarium, vel ità expedire judicaverit, poterit aliquos caſus particulariter ſibi retinere.

15. Ut autem debitâ cenſurâ peccata caſtigentur, & à peccato, pœnarum ſeveritate, perverſi coërceantur, gravioribus quibuſdam peccatis, etiam non reſervatis, certas acerbaſque pœnas Prælati decernere queant, quas Confeſſarii imponere teneantur, modò per eas occultum peccatum non propaletur.

16. Religioſi, nulli caſui reſervato implicati, Prælatis ſuis confiteri non teneantur inviti, nec ad id ab iiſdem conſtringi queant, (*k*) niſi ſemel in anno, idque circà Feſtum Paſchæ, circà quod tàm intranei, quàm extranei, Paſtores, & Beneficiati, Prælatis ſuis, aut aliis (quos Prælati ad hoc ſpecialiter deputare obligantur) confiteri teneantur. Hujus autem Decreti violatores vivi ab ingreſſu Eccleſiæ, & mortui, ab Eccleſiaſticâ ſepulturâ prohibeantur. Ex conſtit. Clem. 8.

17. (*l*) Confeſſario Ordinis, omnes in Monaſterio exiſtentes, utantur; hec quiſquam, abſque Prælati ſui licentiâ, alteri confiteatur, ſitque pœna contravenientis, triduanum panis, & aquæ jejunium; & propter defectum juriſdictionis, ſi quod mortale clavibus ſit ſubjectum, Concil. Trident. ubi ſup.

„ rat idem peccatum reſervari in Ordine noſtro, ram reſpectu virorum, quàm monialium, ità tamen ut complex ab alio confeſſario poſſit abſolvi. *Cap. Gen. an.* 1670. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

„ Item Capitulum declarat Religioſum, qui occultè injuriam facit ſuperiotibus, aut aliis fratribus, ipſorum veſtes clanculum diſcerpendo, libros corrumpendo, & alia damna ſimilia, vel etiam graviora inferendo, uſque ad commiſſionem peccati mortalis, ipſo facto ſuſpenſionem, &, ſi in ſacris non ſit, excommunicationem incurrere, quamvis contrà ipſum nulla reperiatur probatio, dictumque caſum inter reſervatos reputari debere. *ibid.*

Capitulum generale ultimum anno 1717. Præmonſtrati ſub Reverendiſſimo P. ac D. Honorato Lucas celebratum, hæc duo ultima Capituli generalis anni 1670. Decreta confirmando inſtauravit *Seſſ.* 9.

„ Confeſſarius ordinis abſolvens extraneum, vel intraneum fratrem à caſu reſervato in materiâ proprietatis, conſulat caſuiſtas, an non teneatur eum obligare ad reſtitutionem, & quibus modis; tunc verò dicti caſus reſervati cenſebuntur in Bullâ Clementis 8. quando in iis uſque ad peccatum mortale proceſſum fuerit. *Cap Prov. an.* 1643. *Antverp. celeb.*

Num. 16. (k) *Niſi ſemel in anno.* Primitiùs tenebantur omnes & ſinguli, ter in anno proprios adire Prælatos, confeſſionis ergò; Sic enim in antiquis ſtatutis legitur. „ Porrò quilibet Ordinis noſtri profeſſores ter in anno ad minùs, in Natali, in Paſchâ, in Pentecoſten, propriis Abbatibus confiteantur, ſi tamen Abbates commodè potuerint his vacare: alioquin ſciant quòd viventes, ab ingreſſu Eccleſiæ ſunt arcendi, & morientes carere debent ſepulturâ debitâ Chriſtianis. *Antiq. ſtatut. Diſt.* 1. *Cap*. 4.

Primitivam hanc legem inſtaurarunt Abbates, & alii ad generalia comitia Præm. convocati, ſic enim ſanxerunt. „ Ordinavit Capitulum ut omnes & ſinguli Abbates noſtri Ordinis, rebelles & ſaltem ter in anno, juxtà noſtri Ordinis ſtatuta, confiteri proprio paſtori recuſantes, curatos ſuos religioſos citare, excommunicare, aggravare, reaggravare, & omnia ea contrà eos agere poſſint, quæ Dominus Præmonſtrat. in propriâ perſonâ ageret, ſi adeſſet; omnia etiam eorum bona vendere, ut debita ſolvantur, eos etiam revocare propter tales cauſas, & eorum loco alios, qui diligentiores ſint, inſtituere. *Cap. Gen. an.* 1561. *Præm. ſub Jodoco Coquerel Vic. Gen. celeb.*

Paucis ab hujus ſtatuti inſtauratione temporibus lex mitior Beneficiatis impoſita ſequenti decreto narratur „ Ordinavit Capitulum, ut Beneficiati Ordinis tenerentur ſe præſentare, & comparere quolibet anno, coràm proprio Abbate, aut Præpoſito, vel iis abſentibus, coràm Priore Clauſtrali, aliquo die hebdomadæ *Lætare* antè Paſcha, ad integrè & dignè confitendum ſua peccata proprio Paſtori, & ad computum reddendum de omnibus fructibus ſuorum Beneficiorum, & omnium rerum, quæ eis debentur, & quas debent. *Cap. Gen. an.* 1575. *Præm. ſub Joan. de Pruetis celeb.*

Num. 17. (*l*) *Confeſſario Ordinis utantur.* „ Qui relictis propriis Prælatis, vel iis, quibus dicti Prælati commiſerunt vices ſuas, extra Ordinem, vel intrà, cuicumque confiteri præſumpſerint, dummodò poſſint habere copiam eorundem, careant obedientiâ nominatâ, & omni officio toto tempore vitæ ſuæ, nec vocem habeant in Capitulo, nec in accuſatione ſui ipſius, niſi per D. Præm vel Gen. Cap. ad interceſſionem proprii Prælati, cùm eis miſericorditer fuerit diſpenſatum. *Cap. Gen. an.* 1273. *Præm. ſub. Guerrico Abb. celeb.*

„ Confeſſarii in monaſteriis virorum, ſint de Ordine, quibus omnes confitebuntur, niſi propter alicujus vel aliquorum inſtantiam, à Prælato approbandam, alius cenſeretur admittendus; quæ tamen licentia rariùs concedenda, maximè ſi in monaſterio, de Ordinis confeſſariis ſufficienter ſit proviſum. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit.* 2.

confeſſio repetatur, niſi (*m*) Confeſſarius, ex privilegio, poteſtatem habeat vel talis ſit caſus, quo jura id permittant.

18. Paſtores, aliique (*n*) extrà Monaſterium habitantes; ſicut & Conventuales in itinere conſtituti, Confeſſariis approbatis, ſivè Regularibus, ſivè ſecularibus, confiteri queant; niſi Prælati, ex juſtâ, & gravi causâ, aliud circà ſuos judicent ordinandum.

CAPUT VII.

De Capitulo quotidiano.

1. Signo (*a*) ad Capitulum audito, omnes ad locum ſtationum, ſine morâ conveniant, ibidemque reſidentes, meditationi vacent; ac ad nutum ejus, qui præſidet, ſurgentes, Capitulum ordinatè ingrediantur.

2. (*b*) Omnes, exceptis iis, quibus à Prælato vel à Priore, facta fuerit ſe abſentandi poteſtas, Capitulo quotidiè intereſſe teneantur, & ſi qui extrà clauſtrum ſunt occupati, percepto ſigno cum aliis Fratribus, ad locum ſtationum ſatis tempeſtivè concurrant.

3. Quandocumque Abbas Capitulo præſidet, & quotieſcumque datur diſciplina, ac etiam, quandocumque juſſerit Abbas, Capitulo, ſicut & præviæ ſtationi, Officiales, omneſque, qui circà temporalia occupantur, interſint.

4. Dicto ab eo, qui præeſt, *Benedicite*, omnes ſe inclinantes, reſpondeant, *Dominus*, ac ſtatim qui ſe in aliquo ſentiunt deliquiſſe, à junioribus incipiendo, in medio Capituli, loco ad hoc aptato, in genua ſe provolventes, clarâ ac intelligibili voce, culpam ſuam humiliter fateantur, & veniam petant; eoque facto, toto corpore ſe in terram proſternentes, pœnam pro ratione delicti, (*c*) à Præſide ſibi imponendam, patienter exſpectent; eâque impoſitâ, juſſu Præſidis ſurgant, ac inclinantes Majeſtati, ad locum ſuum revertantur: occultam verò culpam, niſi quis ultrò voluerit, nullus publicè confiteri teneatur.

5. Quorum culpa correctoriam meretur diſciplinam, juſſi, ad eam ſe diſponant; ac Prior, vel Supprior (ſi tamen ipſi non præſideant) vel cui hoc fuerit demandatum, eam inferat. Cavea- Arg. 2. quæſt. 7. canon 10. Clericus

(*m*) *Confeſſarius ex privilegio.* Nullum ejuſmodi confeſſarium inter mendicantes religioſos agnovit unquam Ordo noſter, ſemperque tales, abſque Prælati proprii licentiâ adire, vel adiiſſe nefas fuit, exceptis caſibus in jure expreſſis, inter quos nihilominùs aſcribere noli caſum in Ordine reſervatum, definivit enim Capitulum. „ Religioſos caſibus reſervatis irretitos, non validè abſolvi à Religioſis mendicantibus, aut aliis, non Ordinis noſtri, privilegiatis, quandò non acceperunt licentiam apud prædictos confitendi; idque juxtà Breve Urbani VIII. quod incipit, *In Speculâ militantis* &c. Ità *Cap. Gen. an.* 1660 *Præm. Jub. Aug. le Scellier celeb.*
Idem ſancitum legitur in Capitulo Veſtph. his verbis. Decernit inſuper Capitulum, non eſſe permittendum ut Religioſi mendicantes in Monaſterio virorum abſque expreſsâ ſuperioris localis licentiâ confeſſiones ſivè ſecularium, ſivè regularium audiant. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit.* 2.
Num. 18. (*n*) *Extrà Monaſterium habitantes.* Solis ergò Paſtoribus, aliiſque in curtibus vel grangiis, aut in itinere conſtitutis, peccatorum ſuorum ſarcinam licet exuere coràm aliis, quàm à Prælato approbatis, pœnitentiæ miniſtris. Verùmtamen, quam Statuta itinerantibus largiuntur facultatem, eam ità coanguſtandam judicarunt Circariæ Bohemiæ Patres, ut itinerantes non niſi ſibi invicem, confiteri queant, cùm tres, vel quatuor, ſimùl ſunt in itinere conſtituti, Vide *Cap. Prov. Bohem. an.* 1719. *Seſſ.* 3.
„ Religioſi autem Ordinis noſtri, in monaſteriis, uno vel pluribus menſibus hoſpites, non minùs ac alii Conventuales, confiteri teneantur illis duntaxat qui in monaſterio illo ſunt expoſiti; & confeſſio aliter de mortalibus facta, ſit invalida. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit* 2.
Eàdem lege obligantur in Bohemiâ Parochi, quoties ad monaſteria accedunt, ibidemque ſacrâ peccatorum abſolutione opus habent. „ Confiteri quippè advenientes parochi non valent, niſi confeſſario per Prælatum approbato. *Cap. Prov. Bohem.* 1681. *Seſſ.* 7.
Num. 1. (*a*) *Signo ad Capitulum audito.* Capituli quotidiani tempus & hora, pro diverſâ Circariarùm conſuetudine varia ſunt. In monaſteriis Congregationis antiqui Rigoris, quorum reformationis articulus 12. hic eſt, *Proclamatio culparum in Capitulo quotidiano*, ejuſmodi proclamationes fieri conſueverunt immediatè antè completorium, juxta præſcriptum Capituli ejuſdem Congregationis *an.* 1622.
Num. 2. (*b*) *Omnes &c.* Non modò Religioſi interni, ut ajunt, ſeu Conventuales, verùm etiam externi, ſivè hoſpites, in monaſteriis dictæ reformationis, emendatoriæ ſubjacent quotidianæ vindictæ culparum, ſi quas inibi forte commiſerint. Sic enim ſtatutum legitur anno 1634. „ Religioſi noſtræ Communitatis, quandiù hoſpites erunt in aliquo monaſterio regulari diſciplinæ, & ſuperiori locali, etiam quoàd culpas, quas in ejuſmodi monaſterio committent, ſubditi erunt. De aliis verò ſuperiorem dictorum Religioſorum monere oportebit. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1643
Num. 4 (*c*) *A Præſide imponendam* Huic ſtatuto ſuffragatur articulus 13. ejuſdem reformationis, nempe, Correctio culparum in Capitulo, à præſide ejuſdem Capituli juxta dictamen ſtatutorum, pro exceſſibus vel defectibus majoris momenti, vel ex contemptu Super quo, alibi fuſiùs.

tur

tur verò diligenter, ne is, qui eſt inferioris gradûs, illum, qui in ſuperiori gradu conſiſtit, ullatenùs verberet, ut Subditus Superiorem, vel Diaconus Sacerdotem.

6. Compoſitâ rursùm veſte, toto corpore in terram ſe proſternant, & acceptâ, à Rectore Capituli, ſalutari monitione, ac (ſi opus ſit) competenti pœnitentiâ, ſurgant, & inclinatione factâ, redeant ad locum ſuum.

7. Qui monetur, vel corrigitur, prorsùs ſileat, niſi forſitan, agnoſcens culpam, & meliora ſpondens, dicat: *Meâ culpâ, ego me emendabo.*

8. Alii quoque omnes, ſtrictum ſilentium teneant, nec alicui, niſi ex tribus cauſis loqui liceat, cùm ſcilicet vel ſuas, vel aliorum effert, & accuſat culpas, vel quandò Prælato, aut Rectori Capituli, breviter ad interrogata reſpondet, vel quandò tenenti Capitulum, aliquâ neceſſariò habet modeſtè in aurem ſuggerenda.

9. Qui de aliquâ tranſgreſſione proclamat, ſivè culpat Fratrem, non circumlocutionibus utatur, nec verborum ambagibus ſe obſcurum reddat, ſed clarè, apertè, & breviter dicat, *Talis Frater, hoc vel illud fecit*, &c.

10. Accuſatus, modò ſit profeſſus, nomen ſuum audiens; ſtatim ſurgat, ac ſilens, loco conſueto provolvatur, audiatque patienter, de quo Frater eum accuſare voluerit; Præſes verò, rem circumſpectè diſcutiat, prudenter, diſcretèque dijudicet, & prout oportet, reum caſtiget.

11. Ut verò cum majori diſcretione valeant culpæ dijudicari, non plures quàm duo, vel tres, in eodem Capitulo, ſuper diverſis exceſſibus, proclamentur.

12. Ex ſolâ ſuſpicione, nullos alium accuſet, ſed de iis duntaxat Fratrem culpet: quæ vel viſu, vel auditu certo, deprehendit. 2. q. 1. c. 18. Primò ſemper. De præſump. C. 14. Literas.

13. Si judicio Præſidis, proclamato danda ſit diſciplina, ſedulò caveatur, ne vel à Proclamante, vel ab eo, quem forſitan reus proclamavit, ullatenùs ea detur.

14. Omni feriâ ſextâ, in Feſtum triplex, vel duplex non incidente, in Paſſionis Chriſti memoriam, majoremque ſui mortificationem, in Capitulo, vel alio commodo loco, omnes Profeſſi, abſentibus Improfeſſis, à Priore, vel alio Superiore, Capitulo præſidente, ritu in Ordinario præfixo, (*d*) diſciplinam accipiant corporalem, quam Improfeſſi quoque, à Magiſtro ſuo, loco, & tempore ad hoc ordinatis, accipient.

15. Modus verò diſciplinæ, à conſuetudine pendeat cujuſque Circariæ.

16. Cùm in Capitulo, communem aliquam orationem Prælatus injungit, omnes inclinent.

17. Cui Prælatus obedientiam imponit, ſurgens, toto corpore, loco conſueto, ſe proſternat; eamque humiliter, obedienterque ſuſcipiat; juſſu Abbatis ſurgat, ad locum ſuum vadat. Arg. 5. q. 2. c. Quia Frater.

18. (*e*) Qui impoſitam ſibi obedientiam, vel protervè recipere, vel contumaciter exequi noluerit, vel invito Prælato dimittere præſumpſerit, præter alias pœnas, careat obedientiâ nominatâ, toto tempore vitæ ſuæ, niſi per Dominum Præmonſtratenſem fuerit cum eo miſericorditer diſpenſatum. De mājo & obed. C. 2. Si quis, & C. 10. Cùm in Eccleſiis.

19. Quod ſi aliquis Epiſcopus, vel Abbas, vel Archidiaconus, vel etiam Rex, vel Dux, vel ſimilis aliqua eminens, & illuſtris Perſona, Capitulum ingrediatur, Fratres ſurgant, & tranſeunti omnes inclinent, eoque reſidente reſideant;

Num. 14. (*d*) *Diſciplinam accipiant corporalem.* „ Ut circumferamus mortem Chriſti in corpo„ ribus noſtris, & aſſueſcamus ejus ſtigmata portare, qui pro nobis virgis cæſus eſt, ſingulis „ diebus veneris fratres accipiant diſciplinam à Prælato, vel à ſeniore, ſi adfuerit, diſcoopertis „ ſcapulis, vel ſaltem anâ, & Prælatus à Priore vel ſeniore. *Cap. Gen. an.* 1574. *Præm.* „ *ſub Joanne de Pruetis celeb.* Idem. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit.* 4.
In monaſteriis antiqui Rigoris neque in Capitulo, neque ab alio diſciplina illa infligitur, ſed unuſquisque in cellâ propriâ ſe ipſum flagellat. Ne autem in iſto mortificationis exercitio cujuſquam nimium ferveſcat inconſiderata pietas, ſtatutum eſt, ut, „ Nullus in diſciplinâ corporali „ ſibi infligendâ viginti ictuum numerum, ſine expreſsâ ſuperioris veniâ, excedat. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1634.

Num. 18. (*e*) „ Cum quidam Fratres Ordinis noſtri adeò ſint obſtinati, ut ſuſcipere recuſent „ officia, quæ à ſuis Prælatis eiſdem fuerint injuncta, ſtatuimus, ut quicumque officium ſibi „ à Prælato impoſitum ſuſcipere renuerit, aut ſuſceptum protervè dimiſerit, vel exequi ne„ glexerit ſicut decet, careat obedientiâ nominatâ, & omni officio toto tempore vitæ ſuæ, „ nec vocem habeat in Capitulo, nec in accuſatione ſui ipſius, niſi per D. Præm. vel Gen. „ Cap. ad interceſſionem proprii Abbatis, cum eo fuerit miſericorditer diſpenſatum. *Cap. Gen. an.* 1278. *Præm. ſub Guerrico Abb. celeb.*

(*f*) & ſi Fraternitatem poſtulaverit, omnibus ſurgentibus, ea ſtando concedatur: at verò, ſi detur petenti Religioſo alterius Ordinis Sacerdoti, vel Clerico, vel inferioris Ordinis Laico, id fiat ſedendo.

Innoc. 4. Pro divini hono. Alexand. 4. in Bullis Excitat noſtræ mentis.

20. Si quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, vel quævis alia Perſona Eccleſiaſtica, Capitulum intret, & minimum verbum, quòd viſitationem ſapiat, propoſuerit; niſi à Summo Pontifice, vel ab alio, Pontificiâ authoritate, in Ordinem noſtrum poteſtatem, habente, commiſſionem, Ordinis noſtri expreſſam mentionem continentem, exhibuerit, ut exemptionis noſtræ privilegia ſarta tecta ſerventur Præſes Capituli ſtatim dicat *Adjutorium noſtrum* &c. & omnes ſurgentes reſpondeant: *Qui fecit* &c. & cantantes Antiphonam: *Salve Regina*, vel aliam tempori congruentem, ad Eccleſiam progrediantur.

21. Si qui Capitulorum Ordinis noſtri Rectores, hâc in parte deliquerint, tamquàm privilegiorum Ordinis noſtri violatores, graviſſimè puniantur.

22. Cæterùm, ut quotidiani defectus, ſedulò & tempeſtivè, ne radices agant, vel incrementa ſumant, corrigantur; (*g*) Rectorum aliquis quotidiè Capitulo præſit, ſintque in caſtigandis, extirpandiſque defectibus ſtrenui; perpendentes, quòd facientis culpam habeat, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare.

Gregor. 7. Reg. ep. 114 & Dist. 86 c. 3. Facientis.

25. Verùm in coërcendis, caſtigandis, & corripiendis delinquentibus, omnia fiant juxtà Regulam; *cum dilectione hominum, & odio vitiorum*; ut ſcilicet, delinquentium duntaxat ſpectetur emendatio, & pereuntium ſalus.

Trid. ſeſſ 13 C. 1. de refor.

CAPUT VIII.

Diſtributio temporis.

1. UT religiosè, & cum ſalutis fructu, omne tempus traducatur, & otium, omnium malorum origo (*multam enim malitiam docuit otioſitas*) prorsùs excludatur, hæc ſubſequentia, exactè obſerventur.

Eccli. 33. De Conſec. diſt 5. c. Numquam.

2. Matutinis, ut Cap. 2. dictum eſt, completis; omnes ad Dormitorium ordinatè revertantur, ac ejus oſtium ſerâ nocturnâ firmetur, & frigoris neceſſitate id poſtulante, antequàm ad quietem ſe recipiant, ignem, qui volent, accedant, (*a*) ſilentium tenentes; quod ſemper ſervari debet, quandò extrà colloquii horas, Fratres ſe calefaciunt.

C. 6 Cùm ad Monaſterium, de ſtat Mon. & Can.

Num 19. (*f*) *Si Fraternitatem poſtulaverit.* Fraternitas, alia cum toto Ordine, alia cum particulari Circariâ, alia denique cum aliquo alicujus circariæ Cœnobio, poſtulari poteſt & concedi. Primam, à Capitulo Generali vel R D. Præm. Secundam, à Capitulo Provinciali, vel Vicario Generali, Tertiam, non-niſi à Conventu Capitulariter congregato concedi oportet, ſicut & litteras ejuſmodi fraternitatum teſtimoniales. Harum tenorem in vetuſtiſſimo ſtatutorum Ordinis Codice Mſ. hunc olim fuiſſe comperimus. „ G. Dei Patientiâ Præm Abbas, & Abb. ejuſdem Ordinis, & Capitulum Generale, Nobili D. vel dilecto ſibi in Chriſto N. Salutem, & orationes in Domino ſalutares. Ex piæ devotionis affectu, quem ergà Ordinem noſtrum vos habere credimus, viciſſitudinem quam poſſumus rependentes, plenam participationem omnium bonorum ſpiritualium, quæ fiunt, & de cæterò fient in univerſo Ordine noſtro, vobis benignâ concedimus Charitate, adjicientes ex gratiâ ſpeciali, quòd cùm dies obitûs veſtri noſtro innotuerit Capitulo Generali, ſub præſentium teſtimonio litterarum, tantùm fiet pro vobis in Miſſis, vigiliis, orationibus & in pſalmis, quantùm pro uno ex noſtris fratribus conſuevit fieri, cum decedit. Datum &c.

Ad charitativum hoc pro defunctis confratribus ſuffragium, ſtatuto peculiari non ità pridem ſe ſe adſtrinxerunt Bojohemi Patres. In monaſterio enim cui annexa confraternitas eſt, tantum perſolvere debent Religioſi, pro tali confratre, quantum perſolvitur pro confratre Ordinis: Vide *Cap. Prov. Bohem. an* 1711. *Seſſ.* 3. *Num.* 4.

Num. 22. (*g*) *Rectorum aliquis &c.* „ Ut in præſidendo Capitulo ſit ordo, debitaque diſciplina teneatur, Prior ordinariè præſidebit diebus Dominicis, feriis quartis & ſextis. Supprior, feriis 2. & 5. Circator verò, feriis 3. & Sabbathis; ità tamen ut Prior, ſi velit, omni die præſidere poſſit, & Supprior, iis diebus quibus præſidere poteſt circator: Nec proptereà quia non præſunt, vel Supprior à Capitulo Prioris, vel Circator à Supprioris ſe ſubtrahere debent ſed ſicut cæteri intereſſe tenentur, niſi aliud neceſſitas requirat. *Cap. Prov. an.* 1643. *Antverp. celeb.*

„ Caveat autem Prior ne Suppriorem, vel Circatorem publicè corrigat, ne ipſorum authoritas nimiùm lædatur, niſi forſitan publicum & commune cum alia delictum aliud requirat; ut qui alios peccando ſcandalizaverint, in pœnitendo rursùs ædificent. De aliis autem, quæ occurrere poſſunt, erratis in privato moneat, & ut emendentur procuret: Advigiletur autem ne facilis relaxatio pœnitentias viteſcere faciat, & incentivum præbeat delinquendi *ibid.*

Num 2. (*a*) *Silentium tenentes.* Silentii Regularis, quod Lairuelius, inter ſuæ Reformationis articulos, quarto loco adſcribi voluit, obligatoriam legem neſciebat nemo, multi perſtringebant, plures antiquare moliebantur, cùm Lairuelii ſucceſſores hanc intempeſtivæ loquacitatis emendatricem inſtaurare ſanctionem ſunt aggreſſi. Eorum en tibi verba: „ Inviolabilis apud Patres noſtros ſilentii Religio, ſenſim & ex abuſu diffluens in diſſuetudinem, inſtauranda nobis eò ſerius videtur, ut ex obſervatione illius pendeat ſtudii & interioritatis totius

3. (*b*)

3. (*b*) Horâ quintâ matutinâ, vel mediâ antè ſextam, nec unquàm tardiùs, excitentur Fratres; qui ſine morâ ſurgentes, Cellam, & lectum componant ac deindè orationibus, aut aliis ſpiritualibus exercitiis, vacent.

Clemen 8. Cùm ad regularem. 4. Mediâ poſt excitationem horâ, ad meditationem, ſive in Cellis, ſive in Templo, vel alio loco publico, ex judicio Abbatis, peragendam, ſignum horæ à Priore detur, cui, per mediam horam, fervidè omnes incumbant, eâque elapsâ, iterum ſignum à Priore fiat, ut procedatur ad Primam complendam cum cantu, ut Cap. 5. conſtitutum eſt.

5. Primam ſequatur Capitulum, niſi Miſſa matutinalis ſit cantanda (quod inter Primam, & Capitulum fieri debet) & niſi (*c*) ex Circariarum conſuetudine, Capitulum immediatè antè Tertiam ſit complendum.

6. Capitulum autem quocumque tempore fiat, ſemper præcedat ſtatio, Præſidis nutu terminanda.

7. Peracto Capitulo, vel ſi illud differatur, nec matutinalis Miſſa cantetur, ſtatim poſt Primam unuſquiſque ſe ad Cellam ſuam recipiat, & piis exercitiis, ac (*d*) Studio ſe impendat, vel quod juſſerit obedientia, hoc exequatur.

8. Hiemali tempore, antequam Cellas adeant, licebit unicuique ſe calefacere, Prælati ordinationem in eo ſtrictè obſervantes. Clem. 8. ſuprà.

9. Horâ octavâ, vel prò Circariarum & locorum commoditate, mediâ antè nonam, (*e*) ad lectionem integrâ horâ duraturam, ſignum detur. Ubi

---

„ ſum "s. Hinc Capitulum innovando Patrum ſtatuta & pœnas, totâ ſuâ authoritate præcipit, „ ut præſcriptâ ſilentii tempora & loca vigilanter cuſtodiantur, & in infractores ſeverè anim„ advertant ſuperiores locorum. *Capit. communit. antiq. Rig. an.* 1721.

Quibus pœnis ejuſmodi legirupiones ſint mulctandi? Vide infrà ſtatut. Diſt. 3. Cap. 2. num 17.

Num. 3. (*b*) *Horâ quintâ matutinâ.* „ Manè, horâ quintâ, in locis ubi matutinæ de nocte mediâ „ perſolutæ fuerint, omnes excitabuntur & ſurgent, tàm fratres quàm ſorores, precibus ma„ tutinalibus perſolutis, præparaturi ſe ad meditationem per mediam horâm, à medio ſex„ tæ uſque ad ſextam, in choro ſervandam, cui omnes, etiam Miſſam primam celebraturus „ interërunt. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit.* 1.

Num. 5. (*c*) *Ex Circariarum conſuetudine.* In Monaſteriis Circariarum *Weſtphaliæ, Iveldiæ*, & *Wadegotiæ* ſervatur Capitulum immediatè poſt primam; prævià ſtatione; finitoque Capitulo, Miſſam matutinalem inchoare conſueverunt. In Monaſteriis verò *Communitatis antiqui Rigoris*, Miſſa matutinalis à curſario ſine cantu peragitur, interimque primam cum cantu alii perſolvunt, niſi ratione ſtudiorum, vel paucitatis Religioſorum eam ſine cantu complere liceat. Primam ſequitur Capitulum in loco Capitulari ſervandum, abſque tamen ullâ proclamatione culparum, ea enim exerceri conſuevit, immediatè antè Completorium.

Num. 7. (*d*) *Studio ſe impendat.* Quarumlibet indiſcriminatim litterarum ſtudio operam dare, licitum ne credideris. Sed diſciplinarum tantummodò quæ vitiorum emendatrices ſint, commendatricesque virtutum, Præmonſtratenſem Canonicum memento decere ſcientiam. Jure „ igitur meritò „ Prohibuit Capitulum, ſub pœna excommunicationis, omnibus noſtri Ordinis „ Prælatis, & Religioſis, ne de arte medicinæ quovis modo ſe intromitterent. *Cap. Gen. an.* 1503. *apud S. Quintinum, ſub Joanne de Cluſà celeb.*

Artem illam, quam homicidiorum æquè ac curationum artem quidam olim renuntiare auſus eſt, iterùm à Clauſtris exulem fuiſſe factam teſtantur ſequentia. „ Inſuper inhibet Capitulum om„ nibus & ſingulis Religioſis Ordinis noſtri, ne de cæterò habeant vacare arti medicinæ, nec„ non aquas artificiales, ſine conſenſu ſuorum Prælatorum, exceptâ aquâ roſaceâ, alicui con„ ferre, aut diſtribuere; adhærendo ſententiæ Apoſtoli, volendo quòd ab omni ſpecie ma„ li abſtineamus. *Cap. Gen. an.* 1531. *in S. Mart. Laud. celeb.*

Num. 9. (*e*) *Ad lectionem ſignum detur.* In ſingulis Monaſteriis, quantùm fieri poteſt, publicum ſtudium, ſeu publica Theologiæ, vel Philoſophiæ, vel etiam Grammaticæ habetur lectio, cui omnes tam ſacerdotes, quàm juniores, niſi cum quibuſdam diſpenſatum fuerit, intereſſe debent, idque ex antiquâ in Ordine noſtro Religioſos, non tantùm bonis moribus, ſed & litteris ſacris, humanioribusque imbuendi lege & methodo. Ne quis autem in rebus fidei „ plùs quàm oportet ſapere ſapiat „ Capitulum prohibet omnibus & ſingulis Prælatis, & Re„ ligioſis Ordinis, ſub pœna perpetui carceris, ne de cæterò præſumant legere; defende„ re, ſeu quomodolibet diſputare de Lutheranâ hæreſi, ſeu opera per ipſum Lutherum com„ pilata & deſcripta apud eos habere, ſeu manu tenere, nec-non apud ipſos quæſtionem ali„ quam habere, de quâcumque hæreſi per Theologos univerſitatum cenſuratâ, contrà fidem „ Catholicam, Sacramenta Eccleſiaſtica, & mandata Dei. Intellecto quòd in plurimis locis „ peſtis Lutherana incrementum ſuſcipit, in non modicum ipſius Eccleſiæ; & Catholicæ fidei „ dedecus & detrimentum. *Cap. Gen. an.* 1534. *in S. Mart. Laud. celeb.*

Brabantinæ Circariæ Capitulum valdè deſiderans, ut Religioſi in ſtudiis, non minùs quàm in „ pietate proficiant. „ Supremè commendat ut non tantùm ſcholaſticæ Theologiæ; ſed eti„ am ſacræ ſcientiæ, ac lectioni SS. Patrum, maximè verò S. P. N Auguſtini, feriò incum„ bant. Porrò in materiâ *De gratiâ* Omnes humillimi Patris noſtri Auguſtini ſententiam ſe„ quantur, & ab eâ, quoàd uſque aliud definierit Eccleſia, nullâ ratione ſe divelli patiantur; „ ne dùm plus naturæ viribus, & minùs gratiæ tribuunt, quàm oportet, à gratiâ deferan„ tur, & in ſe ſtantes non ſtent; ſed ſpiritu humilitatis vacui laborent. *Cap. Prov. Antverp. an.* 1643. 3. *celeb.*

verò nulla habetur lectio, in exercitiis, ſtudiiſque ſuis, vel in aliis Impoſitis ſibi obedientiis, uſque ad ſignum, vel Capituli, vel Tertiæ, Fratres perſeverent.

Diſt. 38. c. 1. & ſeq. De Conſec. diſtinct. 5. c. 33. 10. Auditâ nonâ, vel mediâ antè decimam, pulſetur, ſive ad Capitulum, ſive ad Tertiam; eoque pulſu inchoato, relictis omnibus, quæ in manibus ſunt, vel in loco ſtationum, ſi ad Capitulum; vel in Choro, ſi ad Tertiam, omnes ſine morâ conveniant; & ibidem pro temporis ratione, Horas ac (*f*) ſummam Miſſam, cum cantu perſolvant.

11. His peractis, ſi quid temporis ſuperſit, vel in Cellis, vel in hortis, juxtà Superiorum placitum, honeſtè occupentur; at hiemali tempore, licitum ſit unicuique ignem adire.

12. Horâ undecimâ primus ad refectionem pulſus detur, omneſque exactè obſervent, quæ infrà Cap. 12. *De Refectione*, præſcribuntur.

13. Peracto prandio, (*g*) iiſque, quæ in Templo ſunt petagenda, completis, Sacerdotes, & Clerici (perſiſtentibus Laicis in obeundis obedientiis ſuis) per integram horam, niſi ex juſtâ cauſâ Vicariis, vel Viſitatoribus, aliter ordinandum videatur, ſibi colloquendi habeant poteſtatem; & horâ evolutâ, revertantur ad Cellas, & ad exercitia ſua, quibus inhæreant, quouſque pulſetur, vel ad Veſperas, vel ad Lectionem, ſi ea Veſperas præcedat.

14. Veſperæ ſemper, vel horâ ſecundâ, vel horâ tertiâ prævii ſtationibus, peragantur; ad quas ſepoſitis omnibus, primo pulſu auſpicato, & præciſè horâ præfixâ dando, omnes conveniant; & ad Præſidis ſignum, Veſperas, & etiam Vigilias (ſi dicendæ) perſoluturi, Chorum ingrediantur.

15. Veſperis peractis, ad ſtudia, vel ad alias obedientias ſuas, uſque ad cœnam, Fratres regrediantur, nec ullus ſine ejus, qui præeſt, licentiâ, Dormitorium exeat. Verumtamen hiemali tempore, frigore compellente, juxtà ordinationem Prælati, focum adire queant, & expletâ neceſſitate, ſtatim ad exercitia ſua revertantur.

16. Semel in Septimanâ, honeſto aliquo corporali exercitio, (*h*) Fratres recreentur. Quod tamen ab ipſo Abba-

---

Quia verò hi ſunt potiſſimum obſervandi, qui diſſentiones, & offendicula, præter doctrinam, quàm à tanto Doctore didicimus, faciunt, ſummoque ſtudio à talibus declinandum præcipit Norbertina fides. Hinc eſt quòd Reformatæ noſtræ Congregationis Patres capitulariter adunati, ut avitæ fidei pietatem, ab omni erroris ſuſpicione immunem ſervarent, edicto ſequenti Janſeniſmum „ proſcripſere. „ Cùm Sanctiſſimus, inquiunt, Ordinis noſtri Patriarcha Norbertus, pro ſuâ „ ergà Romanam Eccleſiam filiali obſequentiâ, Sanctiſſimo Pontifici Romano, vero illius „ Capiti, Chriſti Domini in terris Vicario, firmiſſimè ſemper adhærens, veritates Catholi- „ cas acerrimè prædicando propugnarit, omneſque hæreticas pravitates, & aliena ab Eccle- „ ſiæ & Sedis Apoſtolicæ ſenſu dogmata, ſummo animi ſtudio improbarit: expugnaveritque „ ſemper; Nos tanquàm veri paternæ virtutis, & obedientiæ alumni, novam & peregrinam, „ quæ dicitur Cornelii Janſenii Yprenſis Epiſcopi, doctrinam, aliaſque hujuſmodi à Sanctâ „ Sede damnatas, & proſcriptas, rejicimus, eaſque ut nunquàm tenuimus, ità nec tenere „ volumus. Quapropter Nos, Communitatis, ſivè Congregationis antiqui Rigoris, Ordinis „ Præmonſt. Vicarius Generalis, cæterique anni Capituli dictæ Communitatis Diffinitores, „ omnibus ac ſingulis Congregationis noſtræ Doctoribus, Profeſſoribus ac Magiſtris, Lecto- „ ribus, Scolaſticis, Concionatoribus, Confeſſariis, cæteriſque Religioſis, tàm Superioribus „ & Prælatis, quam ſubditis & inferioribus, eâ quâ fungimur authoritate præcipimus, & præ- „ cipiendo mandamus, ut Janſenianam illam doctrinam, ſimileſque à communi Eccleſiæ ſen- „ ſu, Sanctiſſimorum Pontificum ac Sacrorum Conciliorum Conſtitutionibus, & Catholica- „ rum Academiarum ſententiis, ac decretis alienas, approbare, tueri & prædicare non præ- „ ſumant, ſub pœnis arbitrio Superiorum infligendis: Peregrina enim dogmata, noſtra hor- „ ret Congregatio, proptereàque longè ab eâ peregrinum iſtum volumus Janſeniſmum. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1651.

Num. 10. (*f*) *Miſſam ſummam cum cantu perſolvant.* Hæc Miſſa omni die, in omnibus Ordinis monaſteriis, pro more horâ præfixâ cantatur. Si tamen quandòque horâ ordinaria cani nequeat, propter Miſſam ſolemnem pro defunctis, vel aliam, quæ ex neceſſitate conventualiter cantanda ſupervenerit, eo caſu, major Miſſa legitur ab antè, in ſummo altari, idque juxtà diſpoſitionem Capituli Generalis an. 1657. Præm. celeb.

Num. 13. (*g*) *Iis quæ in templo ſunt peragenda.* „ Mos ille in Cœnobiis quibuſdam inolitus, „ ſemper tamen prohibitus à Viſitatoribus, quòd Nona legatur, extrà dies jejunii, antè pran- „ dium, ſicut & Completorium antè cœnam, ſeriò prohibetur: Nam mala illa conſuetudo & „ corruptela, non tantùm ſtatutis, & Regulæ S. Auguſtini, quam profeſſi ſumus, ſed & rebus „ œconomicis contraria eſt, dùm prandium, vel cæna pro libitu protrahitur, cum temporis diſ- „ pendio & damni irrogatione. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1721 *Colon. celeb, Tit.* 1.

In omnibus Circariæ Bohemicæ monaſteriis, ubi ſex ſunt perſonæ, Nona, ſicut & reliquæ horæ omnes, cum cantu perſolvi debent, ex præcepto Capituli Provincialis dictæ Circariæ an. 1687. celeb.

Num. 16. (*h*) *Fratres recreentur.* Homo quantumvis religioſè vivat, tamen homo eſt, cui non deſunt certæ quædam amaritudines, quibus vel fortia corda frangerentur, niſi alternâ requie convaleſceret interdùm humana fragilitas. Sapienter igitur fratribus ſtatuta non negant moderatas, honeſtaſque relaxationes, quarum utilitas non minùs in animum, quàm in corpus re-

te,

te, vel Vicariis, aut Viſitatoribus, ſi hoc expedire judicaverint, ſecundò poterit indulgeri.

17. In Monaſteriis, in quibus, pro Veſperis, hora tertia præfixa eſt, (niſi aliud Prælatus conſtituerit) (*i*) incipiatur hoc exercitium, completâ Nonâ, ſive ſtatim à prandio, & extendatur uſque ad primum pulſum, dandum pro Veſperis; quo audito, ſinè morâ ad locum ſtationum ſe conferant, & indè ad Veſperas, ac poſt eas, ad Cellas ſuas, prout ſuprà eſt ordinatum, vadant.

18. At verò, ubi pro Veſperarum officio, hora ſecunda eſt decreta, prædictum exercitium differatur, quouſque Veſperæ ſint abſolutæ, & tunc illud ſtatim ordiri licebit, & finietur horâ quintâ. Quâ auditâ, niſi ſit cœnandum, omnes ad Cellas ſuas ſe recipiant.

19. Cœna, horâ quintâ, vel mediâ antè ſextam, ſemper fiat; ad quam, proùt ad prandium, præviâ ſui recollectione, in loco ſtationum peractâ, procedatur.

20. Dictis gratiis, (*k*) colloquium Fratres habeant, nutu ejus, qui præſidet, terminandum, niſi pro regionum varietate, & neceſſitate, à Vicariis vel Viſitatoribus aliud ſtatuatur.

21. Horâ ſeptimâ, vel circiter, ad nutum Præſidis, eant omnes ad ſtationem, indè ad Completorium; & eo peracto aſcendant Dormitorium; quo ſerâ nocturnâ clauſo, ad examen conſcientiæ, (*l*) in loco publico, vel in Cellis, apertis oſtiis, ſivè oſtiorum foraminibus, vel feneſtellis, peragendum, & ad quadrantem horæ producendum, à Priore ſignum detur.

De Confeſſ. diſt. 5. c. In omnibus.

Clemens 8. Cùm ad regulat.

---

dundare poſſit. Porrò Capitulum ejuſmodi recreationum modeſtiæ conſulere percupiens. „ Prohibet, & præcipit omnibus & ſingulis Ordinis noſtri Prælatis, & Religioſis, ne causâ „ ludi, & joci, quò aliàs, indebitè veſtimenta ſua deponant. Attamen ſi aliquando conce- „ datur luſus pili, in ſecreto loco, in quo ſecularis nullus admittitur, etſi eo caſu veſtimen- „ ta ſua depoſuerint, ut modeſtia religionis ſervetur, ſuperpelliceis veſtiantur, ſub pœnâ de- „ cem dierum gravioris culpæ. *Cap. Gen. an.* 1639. *Præm. celeb.*

Ejuſmodi recreationibus intemperanter abuſos, qualiter mulctandos iterùm decreverint Patres noſtri, ex ſequentibus diſcito. „ Juxtà id quod Propheta inquit, *Domine dilexi decorem do-* „ *mûs tuæ &c.* Quia legitimè conſtitit Capitulo Generali, nun-nullos religioſos & ſeculares, „ in pluribus monaſteriis, loca ſancta, & ſanctæ Chriſtianorum ſepulturæ dicata, veluti clau- „ ſtra, & tecta monaſteriorum, ludo palmario, diſcurſibus, & aliis ſimilibus ludis inhoneſtis „ blaſphemiis, perjuriis ibidem prolatis profanare; Idem Capitulum ſub pœnis & cenſuris Or- „ dinis, etiam ad incarcerationem uſque, inhibet, ne de cæterò quiſquam, cujuſcumque „ ſtatûs exiſtat, in eiſdem locis ſacris, & cœmeteriis, in contemptum Dei, Sanctorum, & „ Eccleſiæ, ludos hujus modi exercere præſumat. *Cap. Gen. an.* 1555. *Præm ſub Jodoco Coquerel celeb.*

Cavete à loculis, ajebat olim S. Bernardus, *Cavete à marſupiis, fovea diaboli ſunt, heu quod in illis perdidit! quot in illis interfecit!* Eodem mœroris ſpiritu „ Capitulum, omne genus ludi, „ etiam pro honeſtâ ratione conceſſi, pecuniâ, vel aliquo pecuniâ æſtimabili interveniente, om- „ ninò prohibet, ſub pœna proprietario debitâ, ſicut etiam omnem ludum, per Canones & „ ſtatuta damnatum. *Cap. Gen. an.* 1605 *Præm. ſub Fran. à Longo-Prato celeb.*

Num. 17. (i) *Incipiatur hoc exercitium.... & extendatur &c.* Per Circariam Wadegotiæ religioſis ſolùm indulgetur, ut tempore colloquii, & non ultrà, ſe ſe honeſto aliquo & modeſto luſu exerceant. Tempus autem colloquii non niſi uſque ad veſperas, quæ ſemper horâ tertiâ decantari debent, protendere licitum eſt. * Idem in Communitate antiqui Rigoris exactiſſimè obſervatur; quamvis enim, minutionum temporibus, fratres animo liberaliùs indulgeant, nunquàm tamen recreatoriæ ullius exercitationis ergò, officium divinum vel minuere, vel horas, perſolutioni illius præfixas, immutare fas eſt, nec ulli per totum Ordinem conceſſum fuit, ab eo præſertim tempore quo „ Capitulum ſtatuit, ut Caput ſcriptum Diſt. 1. „ ſtatutorum antiquorum *De minutione* in poſterùm ſic obſervaretur. Ut integrum officium Di- „ vinum peragant fratres, abſque ullâ mutatione horarum conſuetarum aliis diebus. Manebit „ tamen authoritas penès Abbates Regulares vel, in monaſteriis Commendatis, penès Prio- „ res & Præpoſitos Conventûs, recreationes laxare, certis diebus & temporibus, quoties & „ toties videbitur illis, dummodò horis & temporibus illis, omni tempore conſuetis, officium „ peragatur. *Cap. Gen. an.* 1575. *Præm. ſub Joan. de Pruetis celeb.*

Num. 20. (*k*) *Colloquium fratres habeant* „ Horâ quintâ, aut medio ſextæ ſervabitur cœna, quâ „ abſolutâ colloquium conceditur, exceptis diebus jejuniorum, antè ſeptimam terminandum, „ ità ut hora ſeptima præcisè detur pulſus ad Completorium. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit.* 1.

„ Colloquia ſemper ſint modeſta, ſine clamoribus, murmurationibus & querimoniis. Si ſecùs „ factum fuerit, non tantùm culpabiles puniantur, ſed & Prælatis injungitur, ut colloquium „ tam veſpertinum, quàm pomeridianum, pro parte, vel in toto tollant.

Num. 21. (*l*) *In loco publico, vel in cellis.* „ Ubique quiſque faciet examen conſcientiæ, & „ meditationem, ſeorſim in cubiculis dormitorii, demptis junioribus novitiis, & junioribus „ profeſſis, qui ſunt ſub diſciplinâ Magiſtri. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1660.

„ Poſt Completorium, per quadrantem horæ, ſervabitur examen conſcientiæ in choro, ubi non „ eſt publicus in dormitorio ad hoc aptus locus. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1421. *Colon. celeb. Tit.* 2.

22. Si in Cellis compleatur, (*m*) circumeat Circator, vel alius à Prælato deputandus, & an officio ſuo omnes fungantur, diligenter attendat. Quem negligentem deprehenderit, vel dormitantem, excitet, moneat, & ſi ſe non correxerit, Priori deferat, ut ipſe in eo provideat.

23. Horâ octavâ, ſine ullâ exceptione, omnes ſe ad quietem recipiant, nec ullus lucubrando, dictam horam excedat.

24. De hâc temporis diſtributione, nihil umquàm mutetur, niſi in Quadrageſimâ, in quâ, quæ de Divinorum officiorum ordine præfigit Ordinarius, exactè obſerventur.

25. Quoniam tamen, Provinciarum, morum, onerumque Eccleſiis noſtris Incumbentium, magna diverſitas, facit ut in omnibus Circariis, una eademque temporis diſtributio, ad amuſſim ſervari non poſſit: Ideò Dominus Præmonſtratenſis, & Capitula Provincialia (non alii) eam habeant poteſtatem, ut ſuprà poſitam temporis diſtributionem, cogente ad id verâ neceſſitate, & non aliter, nonnihil immutare, & conſtitutioni Provinciarum accommodare queant: ſalvo quòd in unâ, eâdemque Provinciâ, hâc in re, non permittatur ulla difformitas.

26. Cùm autem in viro Religioſo non minùs noxia, quàm fœda ſit imperitia, & dicat Scriptura: (*n*) *Si quis ignorat ignorabitur*: ideò juxtà Canonum decreta, ſinguli (*o*) Prælati teneantur virum aliquem doctum, vel regularem, 1. Cor. 14.

Num. 22. (*m*) *Circumeat Circator.* „ Circator quotidiè poſt examen conſcientiæ, omnes cel-„ las, earumdem feneſtellas aperiens, vel etiam oſtiolum, ſi Abbas judicaverit expedire, „ viſitet, ut ſi quis deſit, ſtatim Priorem moneat. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio. celeb.*

Num. 26. (*n*) *Si quis ignorat ignorabitur.* Sicut ea neſcire, quæ ignorare non licet, turpè eſt, atque propterea ignorari, turpiſſimum: ità certè is maximè gloriâ excellit, qui debita eruditione & doctrina plurimum præſtare dignoſcitur. Ad vitandam ergò turpitudinis ignaræ calumniam, doctoralibus inſulis caput inſignire parùm eſt, ni mens ſcientificis priùs inſtructa „ fuerit diſciplinis. Undè. „ Quia non-nulli ex noſtris Religioſis in Pariſienſi, & aliis Uni-„ verſitatibus, in Regno Franciæ conſiſtentibus, nituntur ſine ſpeciali licentia, ad Baccalau-„ reatûs aut Doctoratûs Theologiæ, aut juris Canonici promoveri, Capitulum inhibuit, ſub „ pœna inobientiæ, omnibus & ſingulis Religioſis, in prætacto regno ſtudentibus, ne amo-„ dò præſumant ad aliquos gradus, ſine licentiâ ſpeciali Capituli Generalis, promoveri. *Cap. Gen. an.* 1513. *in S. Mart. Laud. ſub Jacobo de Bahimont celeb.*

Idem prohibitum legere eſt, in actis Capitularibus Communitatis antiqui Rigoris. *an.* 1635.

Quoniam autem qui quærunt ſedem claritatis, ut ait Auguſtinus, priùs bibere debent calicem „ humilitatis, ideò „ Capitulum prohibuit, ne quis Ordinis Profeſſor, quâcumque digni-„ tate, etiàm Abbatiali, fulgeat, libros ullos, aut ſcripta quæcumque in lucem emittere præſumat, „ niſi a Capitulo ipſo Generali, aut à Reverendiſſimo D. Præmonſtratenſi, ſervatis ſervandis, „ facultatem obtinuerit *Cap. Gen. an.* 1717. *Præm. ſub R. D. Honorato Lucas celeb.*

Hoc decretum anteceperat Reformatæ Congregationis antiqui Rigoris Capitulum an. 1679. his „ verbis Studiorum Magiſtri, ſubſignata à ſe, & à deputatis examinatoribus, theſium ſuarum Autographa, ad R. P. Vicarium Generalem tranſmittant, nec antè typis mandari attentent, quàm illius ſuper eâ re conſenſum ſcriptis obtinuerint: Ad id autem, inter ex-„ aminando, advigilent Doctores deputati, ut uniformis præſcriptæ nobis doctrinæ modulus „ religiosè ſervetur, omnis ambiguitas tollatur, ſuſpecti propoſitionum termini reſecentur, „ & quantùm fas eſt, non tam ſcientia, quæ inflat, proferatur, quàm religioſa modeſtia, „ humilitas & decor, in proferendâ doctrinâ eniteant. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1679.

(*o*) *Prælati teneantur &c.* „ Capitulum cupiens Religioſos monaſteriorum imbutos eſſe non tantum „ bonis moribus, ſed & litteris ſacris, & humanioribus, ordinat, & ſtatuit, ut fiat lectio „ in Grammaticâ, & Theologiâ, per aliquem Religioſum monaſterii, ſi quis ſit idoneus, „ vel per Secularem bonæ fidei & morum, ſtipendiis & victu competentibus datis per Ab-„ batem. Mandantes omnibus Abbatibus, & Prioribus clauſtralibus, & ſuperioribus, ut re-„ ligioſos cogant, & compellant lectionibus adeſſe, & negligentes caſtigent, ac puniant, „ prout juris & æquitatis erit. *Cap. Gen. an.* 1579. *in S. Mart. Laud. ſub Joan. de Pratis. celeb.*

„ Capitulum vehementer lætatur, quòd plures ex Religioſis, hoc tempore alieniſſimo, ſanctas „ litteras amplexentur, &, de noſtro conſenſu & authoritate, ad gradus Doctoratûs promo-„ veantur; qui promoti, ſuorum laborum & ſtudiorum exiguam mercedem in monaſteriis con-„ ſequuntur. Nihilominùs tamen aliqui ex illis prælegunt aliis fratribus, alii verbum Dei po-„ pulo annuntiant, illuſtriuſque nomen noſtrum reddunt, & ut in poſterùm liberiùs litteris „ vacent, tempore lectionum, vel prædicationum, eos abſolvimus à diurno, & nocturno of-„ ficio, & hebdomadâ. Gaudeant tamen portione conſueta, & omnibus ſuorum monaſte-„ riorum juribus debitis, ac ſi ſemper præſentes eſſent, idque abſque ullo murmure fratrum, „ Præcipientes omnibus & ſingulis Abbatibus, & Prioribus, ut hanc noſtram ordinationem „ debitè executioni mandent, ſub pœnis in ſtatutis contentis, & privatione officiorum. *ibid.*

Mirandum certè, quòd ſtatuta, quæ ſtudium ſacrarum litterarum in propriis monaſteriis præcipiunt, nil de ſubmittendis Religioſis ad ſeminaria, ſivè collegia, causâ ſtudiorum decreverint. Providerat tamen ſuper hoc Capitulum an. 1605. hoc ſancito. „ Præcipit Capitulum „ ut in ſingulis Regnis conſtruatur Collegium, ſivè Seminarium, in quo litteris vacent Ca-„ nonici, juxtà Conc. Trid. & ne id videatur grave, ob ſumptus, Magiſter Seminarii eâ por-

vel

Diſt. 37. c. 12. De quibusdam. Clement. C. 1. §. Ad ampliationem de ſtatu Monach. & Canon. Trid. Seſſ. 5. C. 1. de refor.

vel ſecularem, ad profectum ſuorum Religioſorum, in Lectorem aſſumere, qui horis ſuperiùs præfixis, Scripturam exponat, vel Theologiam, vel etiam Philoſophiam, vel humaniores litteras doceat, ut Religioſi paulatim doctrinâ creſcentes, Divina clarius intelligant, eaque intimiùs ſapiant, & quæ obligationis ſuæ ſont, perfectiùs aſſequantur.

Caput IX.

De Labore.

Vide De Conſe. c. 53. Nunc quam. Diſt. 92. per totum.

1. IN Prælatorum ſit poteſtate, ſuos Religioſos, vel in toto, vel ex parte, à labore manuum eximere. At quandò ipſa neceſſitas, vel Prælati joſſio, laborem poſtularit, tunc in eo ſubſequens ſervetur modus.

2. Horâ laboris, Prior, & eo abſente, vel jubente, Supprior, per intervalla tribus ictibus tabulam feriat. Quo facto, omnes dormitorium intrent, ac in Cellis ſuis, quouſque per ſignum noiæ evocentur, expectent.

3. Signo dato omnes, exceptis infirmis, ac iis, qui diverſis officiis ſunt deputati, & iis, quos Prælatus, ex juſtâ causâ, duxerit abſolvendos, ad conſtitutum locum ſine morâ conveniant, etiam ipſe miniſter infirmorum, niſi nimiâ, ac neceſſariâ, circà infirmos, occupatione detentus, ſcitu Præſidis, cogatur ſe abſentare.

4. Quicumque ſe excuſare voluerint, cauſas ſuas exponant Priori, & quidquid ipſe juſſerit, faciant; ac iis, quorum excuſationem admittit, certum præfigat opus, quod complere teneantur, cùm ea peregerint, ob quæ ſe abſentarunt.

5. Si Abbas, vel Prior, aliquem judicaverit retinendum, retentus antè exitum Conventûs, vel ſtatim poſt reditum (ſi aliter fieri nequit) Ductori hoc ſignificet.

Vide Clem. 8. Nullus omninò, num. 18.

6. Septa Conventûs, & multò minùs ipſam Abbatiam, ſine expreſsâ Prælati abſentiâ, Fratres ad laborandum, non egrediantur.

7. Exeuntes ad laborem, & indè redeuntes, Priorem, vel quem ipſe conſtituerit, bini & bini, ordinatè & religiosè ſequantur; Subſequatur Conventum Supprior, vel is, cui hoc fuerit imperatum.

8. Pervenientes ad locum laboris, neque inter ſe ſigna multiplicent, neque inter laborandum loqui præſumant, niſi, neceſſitate compellente, de ipſo labore; idque cum Priore breviter, & ſubmiſsè.

9. Prior, abſente Abbate, raró loquatur, ac eo præſente, ob ejus reverentiam, rariſſimè.

10. Cùm Fratres operantur, ſine licentiâ neque quieſcant, neque propter quamcumque neceſſitatem, digrediantur; & cùm obtentâ facultate digreſſi fuerint, expletâ neceſſitate, in ſilentio, ac citò, revertantur.

11. Cùm indulgente Priore, vel eo qui præeſt, Fratres repauſant, ſive quieſcunt, circà Priorem, vel Præſidem reſideant, & tunc is, qui præeſt, cùm hoc judicaverit expedire, impartiri poterit poteſtatem, ut de neceſſariis, honeſtiſque rebus, ſine tumultu, clamoribuſque, loquantur.

12. Si quiſpiam, qui non ſit Ordinis noſtri, ſupervenerit, quamdiù præſens fuerit, ſine ejus, qui Conventui præeſt, permiſſione, non loquantur, & factâ poteſtate, id agant cum omni modeſtiâ, & honeſtate.

13. Ad laborem, nec librum quis ferat, nec ſub labore quis legat.

14. Satis tempeſtivè à labore ceſſetur, ac ad Monaſterium redeatur, ut Horas in Choro, more conſueto, Fratres perſolvant.

15. Inſtrumenta ad laborem neceſſaria, procuret Prior, & poſt laborem, ea ſuis locis reponantur, debitèque cuſtodiantur, ac iis repoſitis, dicturi orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ad Eccleſiam Fratres eant, & Oratione completâ, quiſque ſe recipiat ad obedientiam ſuam.

Caput X.

De tempore Jejunii & geminæ refectionis.

1. BInam in die refectione, exceptis ſubjunctis diebus, per totum Annum Fratres habeant.

„ tione contentus erit, quâ quiſque Religioſus in monaſterio exiſtens gaudere ſolet. *Cap. Gen. an.* 1605. *Præm. ſub Franc. à Longo-Prato celeb.*

Hujus Capituli vota, jam impleta, conſpicit Ordo noſter: habet enim Gallia Præmonſtratenſia ſuum Collegium Pariſiis: Hiſpania, Salamanticæ: Italia, Romæ: Polonia, Cracoviæ: Bohemia, Pragæ: Flandria, Lovanii: Veſtphalia, Coloniæ: Rhenana Provincia Treviris: Lotharingia nota, Muſſiponti: aliæque Circariæ, variis in Urbibus ſibi quæque ſtudiorum Academias erexerunt.

2. Dies autem, (*a*) in quibus omnes Ordinis noſtri Religioſi etiam Paſtores & Beneficiati unicâ refectione contenti, jejunare tenentur, ſunt ſubſequentes.

De Conſecr. diſtinct. 3. c.

3. Litania major, dies Rogationum, (*b*) Vigiliæ Pentecoſtes, Venerab. Sacramenti, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, Conceptionis & Purificationis Beatiſſ. Virginis Mariæ, & Sanctiſſ. P. N. Norberti.

Rogationes, & diſt. 1. c. Solent.

4. Inſuper jejunare tenentur, (*c*) per totum Adventum, omnibus per an-

Julius 2. in Bulla præfixâ Statutis.

Num. 2. (*a*) *In quibus jejunare tenentur.* Jejunii præconia hic celebrare, noſtri non eſt inſtituti: Hæc pauca ſolùm obiter juvat attendere, continuam videlicet abſtinentiam, perpetuumque jejunium, à Sanctiſſimo Patriarchâ noſtro NORBERTO amplexata, perpetuòque ſervata, omnibus ejuſdem Sanctiſſimi Patris diſcipulis perpetuò ſimiliter obſervanda primitùs indicta fuiſſe, paucis tamen à morte NORBERTI annis perduraſſe. Quantulo enim tempore hocce jejunium in ſuo rigore duraverit, indicant vel ipſa primaria Ordinis ſtatuta, quæ ſic habent „ A „ Paſcha uſque ad Feſtum S. Crucis, Fratres bis reficiantur, exceptis litaniâ majore, diebus „ Rogationum, vigiliâ Pentecoſtes, jejuniis quatuor temporum, vigiliis SS. Joannis-Baptiſtæ, Petri & Pauli, Laurentii, & Aſſumptionis S. Mariæ. A Feſto autem S. Crucis uſque „ ad Paſcha, continuum jejunium teneatur, & comedemus poſt nonam, exceptis Dominicis diebus, & die Nativitatis Domini. *Antiq. ſtatut. Cap. 6 & 7.*

Succeſſu temporum, ſuccreſcenteque morum malitiâ, ſuccrevit & jejunii laxamentum. Anno etenim 1342. jejunium, ex inſtitutione primariâ, perpetuum, poſteàque ad tempus, ut ex antiq. ſtatut. mox retulimus, reductum, ad contractius iterùm tempus relaxatum fuiſſe „ teſtatur, decretum ſequens. „ Licet Patres noſtri antiquitùs ſtatuerint fratres univerſos noſtri Ordinis, à Feſto S. Crucis uſque ad Paſcha, debere omni die refectione unicâ „ ſuſtentari; Nos autem attendentes quòd ſtatutum hujuſmodi, licet tempore ſuo bonum, tamen per experientiam, certam, moderno tempore didicimus prædictam ordinationem, ſeu „ ſtatutum, in detrimentum vergere animarum, cum modernum tempus diſtrictionem, ſeu „ rigorem præcedentis temporis, ratione debilioris naturæ, pati non valeat, ſecundùm Canonicas ſanctiones. Et ideò periculum hujuſmodi attendentes, cùm ſivè plectendo, ſivè „ ignoſcendo, hoc ſolùm benè agatur, ut vita hominum corrigatur, diſtrictionem, ſeu Rigorem dicti ſtatuti aliqualiter temperando, ordinavimus & ſtatuimus, de cæterò, omni „ tempore, refici bis in die, cum illâ reſtrictione, quòd in ſexta feria, tam in æſtate, quàm „ in hieme, ab omnibus, quâcumque excuſatione illegitime ceſſante, jejunetur. Per hoc „ tamen non eſt intentionis noſtræ jejuniis adventûs, & aliis per Eccleſiam ordinatis, necnon de duobus diebus immediatè poſt Dominicam Quinquageſimæ, quâ dicitur *Eſto mihi* „ ſequentibus, in aliquo derogare. *Cap. Gen. an. 1342. ſub Joanne de Sancto-Quintino celeb.*

Redintegratam, Lairuelio Authore, perennem abſtinentiam, primariamque ſtatutorum, de jejunio ab exaltatione S. Crucis uſque ad Paſcha, ſanctionem innovatam, atque fœliciter in omnibus reformationis noſtræ Cœnobiis obſervatam, non ſine laude, miratur totus Ordo. Hic eſt enim tertius Lairuelicæ reformationis articulus. „ Abſtinentia perpetua à carni„ bus, & jejunium ab exaltatione S. Crucis, uſque ad Paſch. Quem articulum, quàm ſtrictè obſervent Communitatis antiqui rigoris tum Prælati, tùm ſubditi, ex alibi referendis manifeſtum fiet.

Num. 3. (*b*) *Vigilia Venerabilis Sacramenti.* De jejunio vigiliæ Solemnitatis Corporis Chriſti locuta non fuiſſe primaria Ordinis ſtatuta, ut potè tanti Feſti inſtitutione antiquiora, mirum non eſt. Statutorum ergò munus explevere Capitulorum Patres, qui „ Ad honorem Dei, & „ reverentiam ſolemnitatis Feſti Sacramenti Corporis & Sanguinis ejuſdem, necnon ad animarum utilitatem, & ad populi devotionem excitandam, ſtatuerunt, ut annis ſingulis, in vigiliâ dicti Feſti, ab univerſis noſtri Ordinis profeſſis, tam viris quàm ſororibus, in perpe„ tuùm jejunetur, & quòd in die dicti Feſti ab omnibus noſtri Ordinis profeſſoribus antè dictis, Communio recipiatur, antè dicti Corporis & Sanguinis Sacramentum *Cap. Gen. an. 1315. ſub Adamo de Orcy celebr.*

Idem ſanxerunt Patres Capituli Generalis anno 1319. ſub eodem Adamo congregati, hoc addito, „ nempè „ Ut per univerſum Ordinem Feſtum de Sacramento altaris, more duplicis Feſti „ cum ſolemni octavâ celebraretur.

Vigilia .... B. V. Mariæ. „ Ad honorem Glorioſiſſimæ & Intemeratæ Virginis Mariæ, & ob ipſi„ us reverentiam, ſtatuitur ut annis ſingulis, in vigiliis Conceptionis, Nativitatis, Purifi„ cationis, Aſſumptionis & Annuntiationis ejuſdem, ab Ordinis noſtri tam viris, quàm ſo„ roribus, in perpetuùm jejunetur, & quòd in diebus feſtivitatum prædictarum, communice„ tur in perpetuùm, ab univerſis noſtri Ordinis tam monialibus, quàm converſis. *Cap. Gen. an. 1315. ſub Adamo de Orcy celeb*

Idem ſancitum renovatum legitur in Cap. Gen. an. 1317. ſub eodem Adamo, in quo prætereà Feſtum Conceptionis, more Feſti duplicis, deinceps celebrandum præcipitur.

„ Quemadmodum ad omnia Deiparæ Feſta, majori devotione celebranda, jejunio prævio ſole„ mus diſponi, uno excepto vulgariter nuncupato *S. Mariæ ad nives*, etiam ad iſtud, jeju„ nio non abſimili, omnes deinceps eſſe diſponendos Capitulum cenſuit *Capit. Communit. Antiq. Rig. an. 1626.*

Num. 4. (*c*) *Per Adventum & feriis ſextis.* „ Ob reverentiam & honorem Paſſionis Domini „ noſtri Jeſu-Chriſti, ſtatuimus, ſub pœnâ jejunii in pane & aquâ feriis 2. 4. & 6. pro quâlibet „ omiſſione, ut univerſi profeſſi de Ordine noſtro, ſivè Canonici, ſivè converſi, jejunent quâ„ libet ſexta feria per annum, niſi gravi infirmitate detenti fuerint, ſeu gravibus negotiis occu„ pati. *Cap. Gen. an. 1273. Præm. ſub Guerrito Abb. celeb.*

Statuta Ordinis à Joanne de Cluſâ in Cap. Generali an. 1505. novis quibuſdam Conſtitutionibus „ moderata, hæc loquuntur, „ A Feſto Sanctæ Crucis uſque ad Paſcha Domini, reficio-

num

num feriis ſextis, ac in quibuſvis aliis jejuniis ab Eccleſiâ inſtitutis, & in Diœceſibus ſervari ſolitis.

L. 3. decret. tit. 46. c. 3. 5. Quandò Feſtum Nativitatis Domini in feriam ſextam inciderit, omnes à carnibus abſtineant, verumtamen (*d*) bis reficiantur.

6. Quocumque autem alio die Natale Domini occurrerit, in utrâque refectione, carnibus uti licebit.

Jul. 2. ſuprà. 7. In Sabbatis verò, quæ inter Nativitatis Chriſti, & Purificationis B. Mariæ Feſta, intercurrunt, omnibus tàm Beneficiatis, quàm Conventualibus, carnes interdictæ cenſeantur.

Vide Concil. Gangr. 8. Si quis indictum ab Eccleſiâ jejunium, extrà neceſſitatis caſum, violare præſumpſerit, (*e*) duobus diebus in pane & aquâ, ſine ullâ relaxatione jejunare teneatur. c. 19. diſt. 30. c. 8.

CAPUT XI.

De Victu.

1. IN Vigiliis Nativitatis Domini, Aſſumptionis B. Mariæ, & Omnium Sanctorum, omnes Ordinis noſtri Profeſſores, tàm Paſtores & Beneficiati, quàm Conventuales, & alii, ubicumque fuerint, niſi ex prægnanti, juſtâque causâ, ab Abbatibus, cum eis diſpenſetur, (*a*) quadrageſimalibus duntaxat cibis utantur.

2. (*b*) In Adventu, & aliis Feſtivitatum Vigiliis, lacticiniis uti licebit, Diſt. 82. c. Illa & diſt. 76. c. Urinam.

„ tur in die fratres, ſicut in æſtate, exceptis feriis ſextis diebus Adventûs Domini, nec non „ jejuniis ab Eccleſiâ inſtitutis. Hæc eadem ſtatuta alio in loco, vigilias Feſtorum B. V. M. & „ omnes ferias ſextas inter jejuniorum dies annumerant.

Saxonum ergà B. V. M. devotioni non ſufficiebat, multoque minùs, ipſorum ergà Paſſionem Dominicam pietati ſatis erat, ſolitus in Ordine noſtro jejunandi modus: ſed quid ex hâc occaſione decretum fuerit attende. „ Super requeſtâ factâ per Præpoſitos Saxoniæ requirentes, „ ut cogantur ſubditi ad jejunandum in pane & âqua in profeſtis B. Mariæ Virginis, & in om- „ ni feria ſexta, tempore quadrageſimali, & ad ſilentium obſervandum, in omni loco, & „ tempore, Capitulum ordinavit, quòd fieret miſſiva littera Præpoſito S. Mariæ Magdebur- „ genſis, & aliis dictæ Circariæ præpoſitis, exhortativa, ne onus grave, nuſquam in Or- „ dine noſtro, aut aliis majoribus Ordinibus viſum, vel auditum, imponerent, ne fiat in „ Ordine difformitas: Sintque contenti obſervare ſtatuta noviter edita, & per Summum Ponti- „ ficem modificata, nihil eis addendo, vel detrahendo. *Cap. Gen. an. 1510. ſub Joan. de Cluſâ celeb.*

Quod denegatum eſt Saxonibus in hoc Capitulo, pro vigiliis Feſtorum Beatæ Virginis, conceſſum fuit Hungaris, in Cap. Gen. an. 1516. Brunæ celeb.

„ Statuta renovare volentes, præſenti decreto ſtatuimus, ut ſuper eſu carnium, & jejuniorum „ obſervantiâ, tam in ſextis feriis, quàm in Adventu Domini, Septuageſimâ, & ſabbathis, il- „ la obſerventur ad rigorem. *Cap. Gen. an. 1517. Præm. ſub Jacobo de Bachimont. celeb.*

„ Quia jejunia & abſtinentiæ ſunt optima contrà impudicitiam pharmaca, jejunium Adventûs, & „ dierum veneris, & pro feſtorum B. V. ſicut & abſtinentia ſeptuageſimæ, & dierum mercu- „ rii, exactè ſerventur, & violatores eorumdem ad duorum dierum jejunium compellantur. *Cap. Gen. an. 1618. Præm ſub Petro Goſſetio celeb.*

Num. 5. (*d*) *bis reficiantur.* Quia à jejunio in ſtatutis antiquis, ſicut in modernis, excipitur dies natalis Domini, ob reverentiam tanti Feſti, exceptione illâ utuntur Reformati Præmonſtratenſes Communitatis antiqui Rigoris, non tamen carnibus veſcuntur, etiam ſi extrà feriam 6. feſtum illud occurrerit, propter articulum 3. ſuæ reformationis, quo perpetuam à carnibus abſtinentiam voverunt.

Num. 8. (*e*) *Duobus diebus jejunare teneatur.* Primæva Ordinis, ergà jejunii infractores, ſeveritas hæc erat, ut qui ſine licentiâ, à Feſto Stæ. Crucis uſque ad Paſcha, antè nonam comediſſet, indè proclamatus, in Capitulo vapularet, atque uno die potum, niſi aquam, non haberet. Quantò ſeveriùs in Eccleſiaſtici jejunii legirupas, tunc temporis animadvertendum fuerit, qui poteſt capere capiat.

Statuta moderna talem intemperantiam duorum dierum jejunio, in pane & aquâ, coercent, quam paulò anteà his verbis frenandam judicarat Capitulum: „ Qui jejunium Eccleſiæ ſolve- „ rint, ad triduanum in pane & aquâ jejunium teneantur. *Cap. Gen. an. 1618. Præm ſub Goſſetio celeb.*

Num. 1. (*a*) *Quadrageſimalibus duntaxat cibis utantur.* Cibus Quadrageſimalis à 40. dierum jejunio ſortitur ethymon. Quid tamen per quadrageſimales cibos hic intelligendum, ſpeciatim, præbeant ſtatuta, dictu parùm difficile non eſt. Varia quippe fuit ab initio, & eſt etiam num in variis Religioſorum Ordinibus, ſicut in variis orbis Chriſtiani provinciis, per quadrageſimam eſuriales ferias agendi methodus, quam ad præſens propoſitum enucleare nil juvaret, cùm nec ipſa primæva naſcentis Ordinis ſtatuta, magis quàm modernæ noſtræ inſtitutiones, quadrageſimaliter vivendi rationem edoceant, ſed utrinque, quid non ſit potius, quàm quid ſit cibus quadrageſimalis innoteſcat, ut ex infrà referendis cuilibet attendenti comperire erit.

Num. 2. (*b*) *In Feſtivitatum Vigiliis.* Statutis veteribus hic in eo derogatur à modernis, quòd iſta per Adventum, & omnes ſolemnitatum Vigilias, exceptis ſolum tribus præcedenti numero memoratis, lacticiniorum uſum permittant; illa verò „ in toto adventu infrà monaſteria, „ & in 2. & 3. feriis antè Caput jejunii, diebus quatuor temporum Septembris & Decembris, „ in Vigiliis Aſcenſionis, Pentecoſtes, Aſſumptionis S. Mariæ, & omnium Sanctorum, qua- „ drageſimalibus cibis omnes uti debere jubeant, itemque in vigiliis SS. Joannis-Baptiſtæ,

niſi tamen Diœceſium leges, quibus Fratres ſub iis habitantes, ſe conformare teneantur, aliud requirant.

Diſt. 12. c. Illa & diſt. 76. c. Utinam. 3. (c) In Quadrageſimâ, juſtâ exiſtente causâ, licebit Prælato diſpenſare, ut iis diebus, quibus, Epiſcopali relaxatione, ſecularibus permittitur, Fratres lacticiniis utantur.

4. Feriâ ſextâ ſanctâ, ab omnibus in pane & aquâ jejunetur. Verùmtamen licebit Prælato cum aliquibus, ex juſtâ causâ, diſpenſare.

5. A Dominicâ Septuageſimæ incluſivè, uſque ad diem Cinerum, & omni feriâ quartâ per annum, tàm Parochi ac Beneficiati, quàm Clauſtrales (d) abſtinentiam à carnibus exactiſſimè ſervent, ſub pœnis, à Julio Pontifice decretis. Diſt 4. c. 4. & Jul 2.

„ Petri & Pauli, Laurentii, Matthæi, Simonis & Judæ, & Andreæ. *Antiq. Statut. Cap.* 11. Antiquum hunc jejunii rigorem in Cap. Gen. an. 1290. Præm. ſub Guill. de Louvignies celeb. „ mitigatum legimus, hoc modo. „ Concedimus, ut in Vigiliis Apoſtolorum & jejuniis qua„ tuor temporum veſcantur Fratres noſtri Ordinis, ovis & caſeo, quocumque genere voci„ tentur. Ubi piſces commodè non poterunt haberi, ſaltem illis diebus, butyro illis uti liceat. „ Reſumendum ſanxit Reformata Communitas antiq. Rig. an. 1640. hoc edicto. „ Etiam die„ bus Lunæ & Martis, poſt Dominicam Quinquageſimæ, ab ovorum & caſei eſu ubique ab„ ſtineant, & radices in collationibus nunquàm butyro, ſed oleo duntaxat, cum aceto con„ ditas comedant. Jam paſſim collapſum defleant ejuſdem antiqui rigoris Reformati profeſſores.

Num. 3. (c) *In Quadrageſimâ licebit diſpenſare.* Exemplum hujuſmodi diſpenſationis ſubminiſtrat Capitulum generale an. 1556. hoc modo. „ Ob defectum olei, Capitulum permittit Ve„ nerabili Abbati de Corneolo, & ejus Conventûs Religioſis omnibus, & ſingulis, ſine ali„ quo conſcientiæ ſcrupulo tempore quadrageſimali, butyro & lacticiniis uti, ſicut laicis con„ ceditur, ex conceſſione Archiepiſcopi Diœceſis Biſuntinæ, dummodò ſinguli quique dicti „ monaſterii de Corneolo religioſi, in remiſſionem pœnæ defunctorum, unum Pſalterium, per „ dictum tempus Quadrageſimæ, ad longum recitent. *Cap. Gen. an.* 1556. *Vallis-Serenæ ſub Jodoco Coquerel celeb.*

Sequentibus annis ad Patres Abbates, vel Viſitatores, à Capit. Generalibus devoluta eſt hæc diſ„ penſandi facultas „ Patres Abbates, vel Viſitatores, viſitando monaſteria, habebunt ra„ tionem commoditatum monaſteriorum, & annonæ caritatis, ut diſpenſare poſſint cum re„ ligioſis de uſu lacticiniorum in ſummâ piſcium & olei penuriâ. *Cap. Gen. an.* 1575. *Præm. ſub Joan. de Pruetis celeb.* Quam poteſtatem confirmando Capitulum Generale an. 1605. ad Dominos quoque Abbates tranſmiſſam declaravit.

Num. 5. (d) *Abſtinentiam à carnibus ſervent.* Voluerat Sanctiſſimus Patriarcha NORBERTUS, diſtrictiſſimèque præceperat, ut fratres ſui Ordinis omni tempore, præterquàm in infirmitate, à carnibus abſtinerent, perpetuòque jejunarent. Quàm brevi tempore primitivus ille jejunii fervor duraverit, jam ſuprà inſinuavimus. Nunc autem, infandum jubemur renovare dolorem, quo veros NORBERTI filios cruciarunt primi coquorum cultri, per Candidiſſimi noſtri Ordinis culinas, animalium cruore rubentes. Anno igitur 1245. quidam, nec pauci numero, ad ollas carnium nefario auſu redierunt, quod ubi Pontificia recivit authoritas, in adulterinos pœnitentiæ NORBERTI nepotes animadvertendum judicavit Innocentius IV. hoc ſancito „ Quia „ verò nonnulli Abbates ſani, carnes comedunt, & ſuis Canonicis & Converſis comedendas „ concedunt, Abbas qui de hoc convictus fuerit, vel confeſſus, prò quâlibet comeſtione, „ tribus ſextis feriis in pane & aquâ jejunet, Canonicis & Converſis modo ſimili puniendis, „ exceptis tamen debilibus &c. quibus per Abbates eſus carnium concedatur.

Adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, cùm, ne Apoſtolicæ illius ſanctionis vigore iis privarentur, debiles ſe eſſe ſimularunt. Scandaloſæ huic fictioni ut aliquatenùs obviaret Urbanus Pontifex an. 1262. hujuſmodi debilitatis examen penès Præmonſtrati Præpoſitos fore in poſterùm ſanxit, ſuo diplomate hujus tenoris. „ Nos materiam hujus ſcandali amputari volentes, judici„ um debilitatis hujus, arbitrio veſtro, authoritate præſentium, duximus relinquendum; pro„ viſo ut rigorem ſuper hoc temperet veſtræ charitatis humanitas, quòd ad eoſdem debiles pia „ compaſſio habeatur &c.

Debilitatis prætextu ſic frenato, alterum edacitatis arripuere mantellum: cibaria nempè ſibi licita inveniendi difficultatem prætexentes, quòdque, tali difficultate etiam ſublatâ, ſemper nihilominùs iis ad quos diverterent eſſent oneroſi, quandiu iiſdem, quibus ipſi veſcebantur, cibariis uti ſibi foret illicitum; Gladium hunc, velut ex utrâque parte acutum, Nicolao IV. Summo Pontifici obtulerunt, quo abſtinentiam, quam inter clauſtri anguſtias jugulare non potuerant, ab erronibus ſaltem in viâ publicâ, neci addicendam judicaret. Offerentium ſupplicationibus annuit indulgentis Pontificis reſponſio, an. 1288. hoc tenore „ Veſtris ſupplicatio„ nibus inclinati, ut quoties vos Abbates &c. ad loca & domicilia devotorum ipſius Ordinis „ declinare contigerit, quæcumque vobis apponentur ab illis, ſtatutis prædictis, nequaquàm „ obſtantibus, comederè licere valeatis.

Quale diſpendium ex tali indulto paſſa fuerit, Ordini noſtro coæva à carnibus abſtinentia, en tibi indicare poteſt ſequens decretum. „ Cùm Sanctiſſimus Pater noſter Nicolaus Papa IV. ſu„ per eſu carnium nobis fecerit gratiam ſpecialem, ut ſuper hoc ubique in Ordine uniformitas „ obſervetur, deliberatione providâ duximus ſtatuendum, quòd omnis profeſſus noſtri Ordi„ nis, cùm pro ſuorum, atque Ordinis negotiis exierint procurandis, ſeu amicis viſitandis, „ ea quæ eis apponentur comedere valeant liberè, ſeu carnes, ſeu piſces. In monaſteriis ve„ rò, ſecundùm diſpoſitionem ſuorum Prælatorum carnibus veſci poterunt, prout hactenùs „ extitit conſuetum; illi verò qui ſecularibus accommodantur, illâ gratiâ uti poterunt, quæ ex„ euntibus pro negotiis locorum ſuorum, ſeu Ordinis, eſt conceſſa. In grangiis autem, ſeu

6. (e)

Digitized by Google

6. (*e*) Qui in Adventu Domini ; neque rigorem abſtinentiæ à carnibus ul-

ob quaſcumque cauſas, foris exiſtunt, latenùs relaxent ; neque jejunium ſuum,

---

„ Eccleſiis Parochialibus morantibus, ſub pœna gravioris culpæ quadraginta dierum inhibetur, ne „ carnibus veſcantur, niſi in Prælatorum præſentiâ, vel cum licentiâ eorumdem ; Omnibus. „ aliis ſtatutis ſuper eſu carnium hactenùs editis, per præſens ſtatutum realiter revocatis. Cap. *Gen. an.* 1289. *Præm. ſub Guilel. de Louvignies celeb.*

Huic diſpenſationi Pontificiæ renunciarunt Communitatis antiqui rigoris alumni, ne divagationes ſæpius deſiderarentur, multiplicarenturque peregrinationes, ad veſcendum carnibus ; neque ullâ ratione, niſi graviſſima impellente, ab abſtinentiâ perpetuâ, quam voverunt, divelli ſe patiuntur, ut quas, ipsâ opitulatrice, fideliter cuſtodiunt leges, has non enervet carnibus veſcendi, vel tantillùm expleta, cupido, ut olim contigit.

Vix enim Præmonſtratenſes Nicolaitanâ diſpenſatione uſi, vel potiùs abuſi fuerunt, cum ſpretis modicis, ſenſim, neque ſine ſenſu, cadere cœperunt ; adeò ut Regiæ ipſius majeſtatis authoritas, ad coercendam irreligioſorum pravitatem fuerit neceſſaria, hoc ipſummet ineunte „ ſequenti decreto. „ Præcipit Capitulum, ut non tam indifferenter, & communiter, fra- „ tres veſcantur carnibus, ſed vivant ſecundùm primam Ordinis inſtitutionem, ſi fieri poteſt : „ Illud tamen arbitrio Prælatorum, pro temporum & locorum opportunitate, & neceſſitate, „ relinquitur. Et quia Rex Galliæ voluit omnia alia ſtatuta, per Abbates & Religioſos obſer- „ vari inviolabiliter, aliter per alios alterius vocationis proviſurum eſſe aſſeruit, illa deinceps „ ordinavit obſervari. *Cap. Gen an.* 1298. *in S. Mart. Laud ſub Guilel. de Louvignies celeb.*

Duplici illâ authoritate compreſſa à carnibus non abſtinendi libido, ſexaginta & duobus ſuprà centum annis, ſuam coxit iram, uſque dùm Simonis Abbatis Præmonſt. Expoſitionibus ſevera Papa Pius II. perpetuam, quæ tùm ex ſtatuto piæ memoriæ Innocentii IV. tum etiam ex Capitulorum Generalium decretis injuncta erat, abſtinentiam ſic relaxavit, „ ut ſingulis quar- „ tis feriis tantùm, & ſabbathi diebus, nec non à primâ Dominicâ Adventûs, uſque ad Na- „ tale Domini, & à Dominicâ Septuageſimæ, uſque ad Paſcha Reſurrectionis, in quolibet „ loco abſtinerent, ac omnibus ſextis feriis jejunarent.

Quâ relaxatione obtentâ, anno videlicet 1460. Humbertus Præmonſtrati Abbas, favorem alterum ab Apoſtolicâ benignitate pro toto Ordine poſtulavit, quem liberaliter impendit Sixtus Papa IV. ità ut, quam Pius II. à Dominicâ Septuageſimæ, uſque ad Paſcha Reſurrectionis diſtrictè obſervari præſcripſerat abſtinentiam, hanc in totidem dies, Feſtum Omnium SS. immediatè præcedentes, commutare in poſterùm liceret.

Quia verò ejuſmodi laxamentum, novis abuſionibus in non modicum Ordinis dedecus vertebatur, Joannes de Cluſâ, Religione non minùs, quàm ſcientiâ venerandus Abbas, ut pariformem in toto Ordine vivendi rationem reſtauraret anno Domini 1499. „ Ordinavit ut Procurator Or- „ dinis obtineret privilegium, in Romanâ Curiâ, ſuper eſu carnium, quo de cæterò poſſent „ veſci carnibus, omni tempore, exceptis quartis feriis & ſabbathis, & à primâ Dominicâ „ Adventûs uſque ad Feſtum Nativitatis, & à Septuageſimâ uſque ad Feſtum Paſchatis. *Cap. Gen. an.* 1499. *in S. Quintino celeb*

Privilegium hoc qualiter conceſſum fuerit à Summis Pontificibus, Alexandro VI. & Julio II. Vide apud Pagium. *Biblioth. Præm. lib.* 1. *Cap.* 6 Qualiter verò obſervatum ? ex ſequentibus intellige.

„ Capitulum inhibet omnibus & ſingulis Prælatis, ne attentent diſpenſare cum religioſis ſuis ſu- „ per eſu carnium, tempore Septuageſimæ & Adventûs, pro ùt cavetur in ſtatutis noſtris, „ & hoc, niſi imminente neceſſitate, aut Religioſorum infirmitate, aut debilitate pari. *Cap. Gen. an.* 1526. *Præm ſub Jacobo de Bachimont. celeb.*

„ Ut ſtatuti Ordinis Conſtitutio, de abſtinendo à carnibus in Septuageſimâ, in ſuis maneat ter- „ minis firma, Capitulum Generale definit & declarat, quòd hujuſmodi abſtinentia non mu- „ tabitur, nec ad aliud tempus transferetur, ſed ſicut dictum eſt & conſtitutum à Patribus „ ſic abſtinentia à carnibus in Septuageſimâ, perpetuis temporibus inviolabiliter ſervabitur. *Cap. Gen. an.* 1541. *in S. Mart. Laud. celeb.*

„ Ut ſtatutum inviolabiliter obſervetur, & ſit par vivendi conſuetudo, Capitulum prohibet, ne „ quis Religioſorum feriâ quartâ, etiam tempore munitionum, audeat uti carnibus, præter- „ quàm diebus in ſtatutis contentis. *ibidem*

„ Præcipit Capitulum ut abſtinentia ſeptuageſimæ, ſexageſimæ, & quinquageſimæ, & dierum „ mercurii ſervetur, ſicut & jejunium adventûs, nec in his quis præſumat diſpenſare. *Cap. Gen. an.* 1605. *Præm. ſub Franc. à Longo-Prato celeb*

Ex actis ejuſdem Capituli, alterum hoc ſancitum, non ſine aliquali perturbatione, depromſimus, „ videlicet. „ Fiat ſupplicatio ad Summum Pontificem, ut dignetur nobiſcum de jejunio adven- „ tûs, & de abſtinentiâ feriarum quartarum, & ſeptuageſimæ, ob ſummam piſcium penuri- „ am, diſpenſare *ibid.*

Quæ ſupplicatio an facta fuerit, vel non ? prorsùs ignoramus. Abſtinuiſſe tamen Capitulum, incompletamve ſuam ſpem vidiſſe, ineunt ſequentia. „ Recitata primùm fuit petitio monaſterii „ Varlarienſis, de relaxatione abſtinentiæ in ſeptuageſimâ, & in diebus mercurii, nec-non „ jejunii in adventu, obſervari ſoliti : Capitulum reſpondit nihil ſtatui, vel relaxari poſſe ; „ quod etiam Cappenbergenſibus, idem petentibus reſponſum eſt. *Cap Prov. Weſtph an.* 1659. *Colon celeb.*

Num. 6. (*e*) *Qui ob quaſcumque cauſas foris exiſtunt &c.* Ex antè relatis liquidò ſatis apparuit varia Ordinis, ſivè à carnibus abſtinendi, ſivè antiquitùs jejunandi diſciplina. Jam de jejunio & abſtinentiâ, ab his qui foràs exire, vel etiam commorari foris, ex officio coguntur, pauca hæc appingimus, à quocumque apertis compreſſiſvè labris, prout libuerit, agitanda „ Con- „ cedimus quòd ſinguli profeſſi noſtri Ordinis, per adventum Domini, ex quibuſdam cauſis, „ vel negotiis, de propriis monaſteriis exeuntes, lacticiniis uti poſſint, dùm tamen illi ad

niſi aliud itineris, vel debilitatis neceſſitas cogat, infringant. Feriis tamen quartis per annum, ſive extra tempora Adventûs, & Septuageſimæ, quæ appoſitâ fuerint, comedere poſſint.

7. Omnibus diebus jejunii, tria cocta pulmenta, ſive fercula; aliis autem diebus, in ſingulis refectionibus, duo ad minùs, Fratribus adminiſtrentur.

8. At (*f*) ſi Eccleſiæ facultates id patiantur, & Prælatus hoc neceſſarium perſpexerit, in ejus erit poteſtate, religioſâ tenuitate ſervatâ, omnique exceſſu reſciſſo, plura ſuppeditare.

Vide Diſt. 41. ad initium & can. 2.

9. Panis juxtà Eccleſiarum media, detur benè coctus, & ſanus. Potus quoque juxtà Monaſteriorum facultates, & regionum qualitatem, ita ſufficienter, & moderatè adminiſtretur, (*g*) ut abundè ſufficiat neceſſitati, & omnem exceſſum excludat.

Caput XII.

De Refectione & Collatione.

1. Horâ ſuperiùs Cap. 8. conſtitutâ, antè prandium, & cœnam, à Sacriſtâ, vel ab eo, cui hoc à Prælato injunctum fuerit, campana in Templo, vel Dormitorio (ſi ibidem talis habeatur, ut per totum Monaſterium audiri poſſit) paucis ictibus pulſetur, ut omnes ubicumque fuerint, ſine morâ conveniant.

2. Ad nutum Prioris, ſive ejus qui præeſt, cymbalum, ſive campanula aliqua (quæ juxtà refectorium, vel alio commodo loco pendeat) tribus ictibus,

---

„ quos diverterint, eiſdem cibis veſcantur. Caveant tamen, ne jejunium ipſum, quâcumque „ de causâ audeant infringere, plus quàm ſemel in die, per totum adventum ubicumque ſint. *Cap. Gen. an* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

„ Capitulum ſummoperè peroptans ſalutares traditiones ſeniorum, & ſtatutorum Ordinis, in ſuo „ robore, & laudabili tenore funditùs perſiſtere, ea propter inhibet, ſub pœnis & cenſuris „ Ordinis, ne de cæterò Religioſi, tempore Adventûs aut Septuageſimæ, ad curtes, ſeu ad „ villas ad ipſa monaſteria ſpectantes, pro carnibus veſcendis tranſeant: ſed ſi qui paſtus, „ aut etiam aliqua convivia per Firmarios ipſarum curtium ipſis debentur, certo & alio tem- „ pore decenti & congruo anticipabuntur, & in propriis monaſteriis celebrabuntur, ne vita „ ipſorum cedat ſecularibus in vituperium. *Cap. Gen. an.* 1535 *Præm ſub Joan Feulem. bray.* „ *Vic. Gen celeb.*

„ Præſcriptam à carnibus abſtinentiam Capitulum Generale volens exactiſſimè ſervari, mandat „ & præcipit omnibus & ſingulis Ordinis noſtri Superioribus, ne per Adventum & Septuage- „ ſimam, religioſos ſuos, abſque gravi neceſſitate, exire permittant, faciantque his & aliis „ ſtatutis temporibus abſtinentiam, tam intrà, quàm extrà clauſtrum, à ſuis ad amuſſim ob- „ ſervari. *Cap. Gen. an* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert. celeb. Seſſ.* 13.

In Congregatione noſtra non defuerunt, qui majorum ſuorum virtutis degeneres, in viâ clauſtralis abſtinentiæ laſſati, ex tanto meritorum faſtigio ad ollas carnium, in Paſtoratibus, turpiſſimè devolarunt. Quorum intemperantiæ non ſemel obviare tentarunt Capitula „ Ad querelas de Parochis Communitatis Ant. Rig. factas à Vicario & deputatis prædictæ Communi- „ tatis, quòd carnes contrà ſuam profeſſionem comederent, non obſtantibus Superiorum mo- „ nitis & animadverſionibus, Capitulum decrevit, quòd Parochi Communitatis Antiq. Rig. „ qui contrà ſuam profeſſionem carnes manducaverint, ſi ter moniti non reſipiſcant, deſtitu- „ ti ſint & privati ipſo facto ſuis Beneficiis, & eos de facto deſtituit, & privat in dicto caſu, „ eoſque ad clauſtrum revocat. Ad cujus decreti executionem nominat Vicarium dictæ Com- „ munitatis, qui authoritate Capituli Generalis eos privet, deſtituat, & revocet, non ob- „ ſtante oppoſitione quâcumque vel appellatione, & ſine barum præjudicio. *Cap. Gen. an.* 1663. *Præm. ſub Aug le Scellier celeb.*

„ Prohibet Capitulum omnibus & ſingulis Superioribus, ne ad interiora clauſtri, & fratrum con- „ tubernium admittant denuò paſtores noſtros à tramite, & obſervantiis regularibus Congre- „ gationis devios, abſtinentiæ & paupertatis violatores, qui carnibus & domi, & palàm veſ- „ cuntur, ſine licentiâ, qui elenchum mobilium & immobilium bonorum, ad tenorem ſta- „ tutorum quotannis contemnunt exhibere ſuis Superioribus. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1721.

Num. 8. (*f*) *Si Eccleſia facultates patiantur.* „ Cùm propter temporis anguſtias, guerras, & „ exactiones imminentes, non poſſit Conventibus noſtri Ordinis, ità lautè in victu & veſti- „ tu, ut conſuetum eſt hactenùs, provideri, inhibetur omnibus Prælatis, noſtri Ordinis, & „ Conventibus eorumdem, ne aliquem Canonicum, vel Converſum recipiant iſto anno. Præ- „ cipientes Conventibus univerſis, ſub pœna in ſtatuto murmuratorum contentâ, quatenùs iſto „ anno, in victu & veſtitu ſint contenti, iis quæ ſibi à Prælatis ſuis, cum conſilio duorum, „ vel trium, quos ſecum duxerint advocandos, fuerit miniſtratum: pitanciis Conventibus „ aſſignatis iſto anno, communi proviſioni per Abbates, & per pictantiarios convertendis. „ Firmiter injungentes Prælatis univerſis, quatenùs tranſgreſſores, ſi qui fuerint, puniant, ſine „ remiſſione qualibet, prout in dicto ſtatuto continetur, vel arctiùs, per emiſſionem, vel aliàs, prout ſuæ diſcretioni videbitur expedire. *Cap. Gen. an.* 1307. *ſub Adamo de Crecy celeb.*

Num. 9. (*g*) *Ut abunde ſufficiat neceſſitati* „ Neceſſarius eſt corporis cibus, qui non minùs quàm „ duobus, vel tribus ferculis conſtabit, & potus juxtà Monaſteriorum facultatem, & regio- „ num qualitatem, ſufficienter & honeſtè adminiſtretur. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

vel

vel pulſibus, feriatur; quo facto ablutis manibus, ad locum ſtationum (qui antè, vel circà refectorium eſſe debet) ſtatim omnes confluant; ibidemque reſideant, ac recollectioni ſui vacent; quouſque circà finem ejusdem recollectionis, Prior, vel is qui præeſt, egreſſus ſolus ex ſtatione ad refectorium, nolam, quæ ſuprà majorem menſam, in medio refectorii, dependere debet, pulſet.

3. Tunc omnes Fratres (*a*) junioribus præcedentibus, & ſenioribus ſubſequentibus, ita ut ultimos omnium ſit Abbas, ſi præſens fuerit, Refectorium intrent, (*b*) nudantes capita ſua; & in medio Refectorii bini & bini, factâ inclinatione, antè menſas ſe recipiant, ibidemque ſtent, verſi chorus contrà chorum. Abbas verò, ſi adſit, ſtet antè majorem menſam, è regione ſuæ ſedis, in medio, vultu converſus ad Conventum.

4. Omnibus ſic ſtantibus, à pulſando ceſſet Prior, ac inclinans majeſtati, recipiat ſe ad locum ſuum: Abbate quidem præſente, in parte & lineâ ſui chori; eo autem abſente, antè majorem menſam ex parte ſuâ, è regione ſuæ ſedis, pariter vultu ad Conventum converſus, ſicut & Supprior, vel alius, quandò menſæ præfuturus eſt.

Diſt. 44. c. 8. & ut. 5. Tunc Abbas, vel is qui præeſt, dicat, *Benedicite*; & reſponſo à Conventu, *Dominus*, incipiat Cantor, & Conventus proſequatur verſiculum, *Oculi omnium*, &c. aut, in die jejunii, vel aliàs ſemper antè cœnam, *Edent pauperes*; vel quandòque alium, prout præſcribit Ordinarius; & Conventus verſum totum, cum *Gloria Patri*, proſequatur, quo abſoluto, ſubjungat alternatim (dextro choro ſemper incipiente) *Kyrie eleyſon*, *Chriſte eleyſon*, *Kyrie eleyſon*; ac deindè Conventus ſe inclinans, ſubnectat, *Pater noſter*, &c.

6. Oratione Dominicâ abſolutâ, Sacerdos hebdomadarius, vel is cujus id officii fuerit, ſe erigat, dicatque *Et ne nos*, &c. quo incepto, Conventus erectos ſtet, reſponſoque *Sed libera nos*, &c. idem Sacerdus daturus benedictionem vertat ſe ad majorem menſam, unamque ſolùm crucem formans, dicat, *Benedic Domine*, &c. vel in die jejunii, ſicut etiam ſemper in cœnâ, *Largitor omnium bonorum*, &c.

7. Completâ hâc benedictione, Lector menſæ ſtans in medio Refectorii inter juniores, ſe paululum ad benedicentem convertat, (*c*) petatque benedictionem, dicens: *Jube Domine benedicere*, ac ſe inclinet. Benedictionem autem iſtam, formando crucem verſùs Lectorem, ſemper Abbas dabit, cùm præſens fuerit; aliàs hebdomadarius, vel is qui officium habet: & reſponſo à Conventu, poſt hanc benedictionem, *Amen*, Abbas reſideat; eoque reſidente, & non antè, Lectionarium, qui eſt lecturus, aſcendat, & Conventus ordine ſuo menſis accumbat.

8. Inter legendum, Lector ad Præſidem Conventûs attendat, ut advertere & intelligere queat; ſi quid corrigat: intelligens quid emendandum, ſtatim emendet, ſi non intelligat, ſententiam repetat, quouſque intellexerit & correxerit, quod Lectori toties faciendum, quoties ſe percipit ſubmoneri.

9. Legentis errorem, præter ſolum Præſidem, vel eum cui hoc Abbas injunxerit, nullus corrigere præſumat.

10. (*d*) Quid ſit legendum, à Priore, vel à Magiſtro Novitiorum, Lector ſemper inquirat.

Num. 3. (*a*) *Junioribus præcedentibus.* Qui juniores, quive Seniores reputandi, jam ſuprà dictum eſt. Vide ergò quæ de præcedentiâ inter ipſos retulimus, ad Cap. 2. hujus diſt. num. 4.

(*b*) *Nudantes Capita ſua.* „ In benedictione menſæ Conventualis, omnes ſint & maneant diſco„ operti, ſicut & in gratiis, poſt refectionem, ſub illâ parte, quæ Pſalmum *Miſerere*, vel „ alium præcedit. Pſalmo autem *Miſerere* inchoato, & Reverentiâ verſùs majeſtatem factâ, „ uſque ad ingreſſum templi, ſint omnes cooperti. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1635.

Num. 7. (*c*) *Petat benedictionem.* Præter benedictionem ſingulis diebus, tàm in prandio, quàm in cænâ, vel collatione, lectori dandam, alteram Lector ipſe, „ Diebus Dominicis, petet „ benedictionem, ſtatim poſt Capitulum; ad quam dandam, ut commodiùs ſe diſponat, Miſ„ ſam matutinalem celebraturus, ex Capitulo emanere poterit, cui tamen aliis diebus ſemper „ intererit. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Colon. celeb.*

In Monaſteriis Communitatis Antiq. Rig. Lector, antè Capitulum, ſive immediatè poſt primam, petit ejuſmodi benedictionem, quam hebdomadarius impertit in hunc modum. Cantato à lectore verſu, *Domine labia mea &c.* eodemque per chorum repetito, ſubjungit hebdomadarius, *Salvum fac ſervum &c. Non veniat ei pes ſuperbia &c. Dominus vobiſcum &c.* Et reſponſis convenientibus factis à Conventu, additur oratio, *Aufer quæſumus Domine ab hoc famulo tuo ſpiritum elationis & ignorantiæ, ut repletus ſpiritu humilitatis & ſcientiæ, intellectum ſacræ capiat lectionis. Per Chriſtum &c.*

Num. 10. (*d*) *Quid ſit legendum.* Ex præcepto B. P. Auguſtini, ut quiſque ſe ipſum in libello regulæ, tanquam in ſpeculo, poſſit inſpicere, ſemel in ſeptimanâ legitur, tempore prandii, vel cœnæ, in refectorio. Cæteris autem diebus ſemper aliquid ex Scripturis Sacris, vel SS. Patribus, vel quod audientes optimis moribus inſtruat, legi conſuevit & debet.

„ Ut autem ſacra Sanctiſſimi Patris noſtri Norberti veſtigia altiori cujuſquam teneantur mente, ea-

11. An-

11. Antè inceptam lectionem, nemo cibum, vel potum attingat.

12. Reſidente Conventu nullus (excepto Abbate, iisque qui cum eo ſunt) ſine licentiâ, Refectorium ingrediatur, vel egrediatur.

13. Qui acceptâ facultate intraverit, exhibitâ in medio Refectorii reverentiâ, in mensâ magis exoccupatâ, Sacerdos ſcilicet in mensâ Sacerdotum, non Sacerdos, vel Converſus in mensâ Juvenum, vel Converſorum (niſi ſit Prior, vel Supprior, qui ibunt ad loca ſua) ultimus reſideat, & pro benedictione orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam perſolvat: Verùm potus ei non detur, niſi de licentiâ Præſidis; quod tamen ad eos non extenditur, quorum mora evidenter neceſſariam habet cauſam.

14. Prior deforis veniens, ſi Suppriorem, vel eum, qui præeſt, nolam Refectorii pulſantem repererit, antè oſtium expectet, quouſque is, qui nolam pulſavit, ad locum ſuum revertatur; tunc intret, & deinceps officium ſuum exequatur.

15. Miniſtri antè menſæ benedictionem tot ſcutellas inferant, atque diſponant, quot poſſunt: at ſub benedictione, in locis ſuis quietè perſiſtant, eâque completâ, quæ inceperunt, perficiant.

16. Secundum quoque ferculum, tempeſtivè & opportunè inferre non negligant.

17. Sub refectione, (e) continua habeatur lectio, & ſervetur juge ſilentium. Ex Regul.

18. Quandò à Superiore conceditur colloquium (quod duntaxat (f) ſemel in ſeptimanâ, ac ſub unicâ ſolùm refectione, indulgeri poteſt) in initio, & fine menſæ, lectio fiat; ac ad nutum Præſidis, incipiatur, & finiatur. Diſtin. 44. can. 11.

19. Si quis aſſidenti ſibi Fratri, nec poſtulanti, de communi cibo potuque aliquid deeſſe conſpexerit, id à miniſtris, ſigno requirat.

20. Cùm alicui quidpiam apponitur, tàm is qui apponit, quàm is, cui apponitur, mutuò ſibi inclinent.

21. Is, cui Abbas, vel eo abſente, Prior, vel is qui præeſt, aliquid miſerit, priùs deferenti, deindè nonnihil aſſurgens, inclinet mittenti.

22. Si Superiorum judicio, pro ratione neceſſitatis, infirmitatis, vel etiam ex gratiâ, ultrà communem cibum, potumque alicui Fratri fuerit aliquid ſuperaddendum, hoc priùs Præſidi præſentetur, ac tunc ejus mandato ad eum deferatur, cui hoc indulgetur; qui ſi ità ſibi viſum fuerit, aſſidenti ſibi à dextris & à ſiniſtris, aliquid ex eo licitè poterit impartiri. Cap. 6. Cùm ad De ſtatu Monach. Innoc. 4. in Bullâ Sedis Apoſt.

„ que poſſit meliùs quiſque ſectari, non-nihil juvabit, ſi ejus vitæ ſingulis anniain refectorio fiat „ lectio, idque pridiè, & ſequentibus ipſius feſti. *Capit. Communit. antiq. Rig. an.* 1625.

Num. 17. (*e*) *Continua habeatur lectio* Articulus 8. noſtræ reformationis hic eſt, *lectio perpetuâ in menſâ.* Hunc articulum inter Capitales annumeravit Lairuelius ad mentem Regulæ Auguſtinianæ, quæ ſic mandat „ Cùm acceditis ad menſam, quod vobis ſecundùm conſuetudi„ nem legitur, ſine tumultu & contentionibus audite; nec ſolæ vobis fauces ſumant cibum, „ ſed & aures eſuriant Dei verbum.

Juxtà ejuſdem Regulæ præceptum, „ Ut Ordo noſter fulgentiori lumine reſplendeat, Capitu„ lum definit, quòd omni tempore, in quâlibet refectione, continua lectura, tam in conven„ tu, quàm in refectorio habeatur; ut ſic fratres, quemadmodùm cibo corporali reficiuntur, „ ità pabulo verbi Dei ſpiritualiter ſuſtententur. Quòd ſi qualeſcumque præſides in hoc neg„ ligentes fuerint, decem dierum gravis culpæ pœnis ſubdantur, & ſubjiciantur. *Cap. Gen. an.* 1532. *Præm. celeb.*

Idem præceptum inſtauravit Capitulum Generale an. 1541. In S. Mart Laud. celebratum.

Num. 18. (*f*) *Colloquium ſemel in ſeptimanâ.* Colloquium, de quo hic ſtatuta loquuntur, aliud intellige ab eo, cujus ſuprà Cap. 8. Nom. 20 mentio facta eſt. Ibi enim de quotidiano, hic de hebdomadario tantùm agitur; quod quidem quale ſit, vel eſſe debeat, ſaltem in Veſtphalicæ Circariæ monaſteriis, en tibi decretum, „ Recreationes hebdomadariæ, in prandio ſem„ per ſervandæ, habebuntur diebus martis & jovis, excepta ſeptimana ſanctâ, & die com„ munionis. In hâc recreatione aliquid melioris cibi & potûs, juxtà diſcretionem Prælatorum, „ conventualibus miniſtrabitur. Dicta recreatio ultrà duas horas ordinariè, non protrahetur. „ Quòd ſi Prælatus adverteret, occaſione recreationum, aut pitantiæ ſuperaddendo, murmu„ ra oriri, aut diſſolutiones, per aliquos inſoleſcere, expoſtulare cum Superioribus, plùs pe„ tendo, vel de cibo & potu quærulando, poterit ipſe, & recreationem, & id quod ſuper„ additur, aut ex toto tollere, aut ad tempus ſuſpendere. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. *Colon. celeb.*

Decretum idem firmatum videre eſt in actis Capituli ejuſdem Circariæ an. 1721. hoc adjuncto. quòd nempe in his recreationibus, ſuper lectione continuâ diſpenſabitur, quæ aliis diebus, ubi ſunt ſex Religioſi, continua ſervabitur, ità ut in abſentiâ Prælati, præſes conventûs non „ poſſit in eâ diſpenſare, nec recreationum iſtarum dies immutare, aut transferre.

Inter Reformatos Communitatis antiq. Rig nunquàm conceditur colloquium in refectorio; ad lectionem enim, non tantùm continuam, ſed etiam *perpetuam*, ſeu omni die, refectionum temporibus, ſervandam ſe ſe adſtrinxerunt.

23. Il-

23. Ille ſolus, qui Conventui præſidet, & nullus alius, alicui aliquid mittendi habeat poteſtatem.

24. Si quis recumbentium, in aliquo ſub refectione deliquerit, menſâ ſublatâ, poſtquàm Lector menſæ, pro ratione temporis, ſe humiliaverit, in medio Refectorii, pro errato ſatisfacturus, genua flectat; nec ſe levet, niſi facto à Prælato, vel ab eo qui præeſt, ſigno, & tunc ſurgat, eatque ad locum ſuum.

25. Fratres, qui miniſtrant, quotieſcumque offenderint, toties flexis genibus, loco quo ſuprà, veniam petant; nec antè ſignum, à Præſide dandum ſurgant.

26. Ad nutum ejus, qui præeſt, auferatur menſa, ac reliquiæ à miniſtris colligantur; ac quiſque Fratrum, miniſtro, antè ſe quæ ſuperſunt, aliaque auferenti, reverenter inclinet.

27. Omnibus ablatis, & à Prælato, vel ab eo qui præeſt, facto in nolâ menſali, aliquot ictuum ſigno; dicat Lector, voce aliquantulùm remiſſiori: *Tu autem Domine miſerere noſtri.* Reſpondeatque Conventus in eodem tono: *Deo gratias.*

28. Eo dicto, ſurgant omnes, ſtentque verſis ad ſe mutuò vultibus antè menſas ſuas, & is qui præeſt, ut ſuprà, antè locum ſuum.

29. Lector verò, ſtatim quoque deſcendens, conferat ſe ad eundem locum, in quo benedictionem petiit, ac maneat, poſt factam Majeſtati inclinationem, erectus, quouſque omnes ſtent in locis ſuis, & tunc, pro ratione temporis, vel inclinet, vel genuflectat, donec qui præeſt, manuum comploſione det ſignum, quo dato, ſe erigat, ac vadat ad locum ſuum. Statimque (niſi aliquis pro ſuâ culpâ, vel errato, ut ſuprà, ſe humiliare debeat) Cantor incipiat verſum: *Confiteantur tibi Domine &c.* vel alium, pro ratione temporis; proſequatur eum Conventus, & quæ, pro gratiarum actione, iu Ordinario ſunt præſcripta, devotè compleantur.

30. Incepto à Cantore Pſalmo, *Miſerere mei Deus*, Fratres versùs Majeſtatem inclinantes, & ordinatè Refectorium exeuntes, (*g*) eant ad Templum ibidemque gratias ſuas compleant.

31. Idem ordo, qui in prandio, etiam in cœoâ obſervetur. At in Collatione, ſubſequens modus teneatur.

De Collatione.

32. In diebus quibus jejunatur, horâ ſextâ, vel mediá antè ſextam veſpertinam, pulſetur minori campanâ, in Templo, ad collationem · duretque talis pulſus, donec ejus finiendi ſignum, Prior, vel Præſidens Conventûs, ad ſtationem veniens, dederit: ac interim, omnes ad locum ſtationum veniant, recollectioni ſui vacent, & ea ſervent, quæ antè prandium dicta ſunt eſſe ſervanda.

33. Omnibus antè menſam ſuam ſtantibus, dicat menſæ Præſes, *Benedicite*, & Conventus reſpondeat *Dominus.* Deindè Officians hanc benedictionem ſubjungat: *Potum ſervorum ſuorum, Filius Dei benedicat:* Et reſponſo à Conventu, *Amen*, ſtatim Lector menſæ, loco & more conſueto, petat benedictionem, quam, abſente Prælato, det Officians, vel Hebdomadarius, his verbis: *Potu ſpirituali, reficiat nos miſericordia Chriſti.* Quâ dictâ Lector lectionarium aſcendat, per totam collationem lecturus: & Conventus (cui præter potum, etiam panis temperatè adminiſtretur) menſis aſſideat.

34. Ad nutum, ejus qui præeſt, finiatur collatio, & ab eodem pulſatâ nolâ, per *Tu autem*, ut in prandio, terminetur lectio: deſcendat Lector, petat veniam, eatque ad locum ſuum: Conventus reſpondeat *Deo gratias*, ſurgat, & ſe antè menſas recipiat, uti ſuprà, & omnibus antè menſas ſtantibus, dicat Officians verſum, *Sit nomen Domini* &c. & reſponſo à Conventu, *Ex hoc nunc* &c. inclinatione Majeſtati factâ, omnes ad Eccleſiam, ſub ſilentio, & ordinatè procedant; eòque pervenientes, Chorum more conſueto ingrediantur, & ad nutum ejus qui præeſt, omiſſo verſu, *Sit nomen Domini* &c. dicat junior, *Jube Domine* &c. ac poſt datam benedictionem *Noctem quietam* &c. ſequatur *Lectio brevis*, & reliqua ut aliàs.

35. Qui à Collatione ſe abſentaverit, vel ſeriùs ad eam venerit, ſequenti die, in Capitulo, veniam petat.

Num. 30. (*g*) *Eant ad templum.* „ In ingreſſu templi, caput detegant, ſic manentes, donec „ inclinationem versùs Venerabile Sacramentum fecerint, quâ factâ, ſe ſe in ſtallis ſuis co„ operiant uſque-ad finem, præter ſacerdotem officiantem, quem decet nudo eſſe capite, „ dùm preces illas dicit. *Capit Communit. antiq. Rig. an.* 1635.

36. Nullus cibum, vel potum, (*b*) ex refectionum reliquiis auferre, vel ſibi reſervare, vel etiam ſine licentiâ, alicui dare præſumat; alioqui furti judicio condemnetur.

37. Miniſtri menſæ, poſt Conventûs refectionem ſumant ſuam; ſub quâ omni tempore (quod etiam ab aliis quibuſcumque Fratribus, antè vel poſt Conventum, comedentibus obſervari debet) juge ſilentium teneant, ſedeantque omnes ad unam menſam, & ab unâ duntaxat ejus parte, & ſi commodè fieri poteſt, continuam habeant lectionem.

38. Pro gratiis ſuis hanc legant orationem: *Agimus tibi gratias, Rex omnipotens Deus, pro univerſis beneficiis tuis, qui vivis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.* Subnectant deindè Pſalmum, *Laudate Dominum omnes gentes*, ſub cujus *Gloria*, ac etiam ſub *Pater noſter*, & *Ave Maria* modicè inclinent. Et dicto, *Et ne nos*, ſubjungant orationem, *Retribuere dignare* &c. deindè *Fidelium animæ* &c. ultimò *à ſubitaneâ & improviſâ morte, liberet nos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Amen.*

39. In domibus Secularium, ſub Benedictione, & Gratiarum actione, inclioationes omittuntur.

De Confec. diſtinct 5. Retales. Diſt. 53. c. Luxurioſa. & ſequent.

40. Ut autem illud Regulæ, *Carnem veſtram domate jejuniis, & abſtinentiâ eſcæ & potûs, quantùm valetudo permittit*: & illud, *Extra horam prandii, nemo aliquid alimentorum ſumat, niſi cùm ægrotat*, exactiſſimè obſervetur; jentaculum, merenda, & omnis (*i*) extra-boraria comeſtio atque bibitio, quàm ſtrictiſſimè interdicuntur; & tàm Viſitatores, quàm Prælati, ne hæc irrepant, diligenter advigilent.

41. Si quis tàm gravi famis, vel ſitis neceſſitate prematur, ut refectionis horam expectare noo valeat; ab eo, qui Conventui præeſt, licentiam petat; quam ſi impartiatur, & is, qui eam poſtulat, ſit ex Junioribus, aliquem ex Fratribus maturioribus cum eo Præſes mittat.

42. Nullus Canonicorum, vel Laicorum, intrà Abbatiam, vel extrà Refectorium, ſine debitâ licentiâ, cibum vel potum ſumere præſumat; quod tamen infirmis, requirente hoc eorum conſtitutione, in Infirmitorio indulgetur.

43. Nullus, vel incedendo comedat, vel ſtando, bibat: ac quiſque in Refectorio comedens, ſcyphum duabus manibus, bibens, teneat.

44. In refectoriis Ordinis noſtri, oullus ſecularis, ad ſerviendum, admittatur; niſi præſente Epiſcopo, vel excellenti aliquâ perſonâ, vel etiam in præſentiâ Domini Præmonſtratenſis, vel Abbatis.

45. Nullæ quoque perſonæ (*k*) ſeculares, niſi ſingulari dignitate, vitâ vel doctrinâ-emioentes, vel Prælatus ex ſingulari gratiâ hoc indulſerit, (quod tamen debet eſſe valdè rarum) cum Con-

---

Num. 36. (*b*) *Ex refectionum reliquiis auferre &c. nullus præſumat.* „ Quia ad aures Capituli pervenit, „ quòd fratres, congruâ & honeſtâ refectione acceptâ in conventu, panem, vi„ num, & alia comeſtibilia clandeſtinè ex refectorio, in animarum ſuarum non modicam ja„ cturam, transferre præſumunt; Idcircò vult Capitulum, ut Cellarius, vel ejus ſolatium, quæ „ ſuperſunt, fideliter poſt refectionem colligat, & ad portarium mittat, pro uſibus paupe„ rum: & ſic talem abuſum fratribus Ordinis Capitulum inhibet, ſub pœnis & cenſuris noſtri „ candidi Ordinis. *Cap. Gen. an.* 1618 *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Idem prohibitum legitur in Capitulo Generali an. 1618. his verbis. „ Quæ ex prandio, cœnâ, „ vel collatione ſuperſunt, deinceps non in conventu ſeparatim, ut aliàs, aſſerventur, ſed „ Cellario, vel alii deputato, in coquinam, vel cellam vinariam, ſivè cerviſiariam referenda „ colligantur.

Num. 40. (*i*) *Extrà horaria comeſtio.* „ Jentaculum, tanquàm regulæ repugnans, nullibi per„ mittatur. Compotationes, & comeſſationes omnes tollantur, ne juratos caſtitatis hoſtes „ fovere in ſubditorum noſtrorum ſinu videamur. *Cap. Gen an* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Huic decreto apprimè concinit ſequens Patrum Veſtphalicæ Circariæ ſanctio. „ Nullus Religioſus „ clauſtralis, ſub quovis prætextu, vinum, cereviſiam, aut etiam comeſtibilia, aliundè ad„ ferri curabit, aut allata acceptabit, ſicut nec licebit ulli, ſivè officialis monaſterii, ſivè pa„ ſtor, vel Prior internus, vel externus fuerit, intrà ſepta monaſterii, ſine licentiâ Superiorum „ edere aut bibere, extrà horam prandii, vel cœnæ, aut communia refectionum loca con„ ventûs, vel Abbatiæ, ſub pœna triduani jejunii, in pane & aquâ, in refectorio peragendi. *Cap. Prov. Veſtph. an* 1659. *&* 1721. *Colon. celeb.*

Num. 45. (*k*) *Seculares, cum conventu comedere non permittantur.* „ Quia in Diſt. 1. Cap. X. „ ſtatutorum habetur, quòd nulli ſeculares comedant in conventibus noſtris, niſi de bonâ ve„ niâ Abbatis, vel præſidis conventûs; hanc limitationem ſtatuimus eradendam Præcipien„ tes omnibus noſtri Ordinis Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus Conventuum, ne in „ quâcunque causâ, permittant aliquem ſecularem Sacerdotem, in Conventu comedere: & ſu„ per hoc provideat Abbas de loco honeſto, ad recipiendum hoſpites, ubi & quandò ſibi ex„ pedire videbitur. Prior, Supprior qui contrà fecerit, pœnæ decem dierum gravioris cul„ pæ ſubdantur; exceptâ tamen diſpenſatione Abbatis, quæ de facili non concedetur. *Cap.* „ *Gen. an.* 1517. *Præm. ſub Jacobo de Bachimont. celeb.*

Quod quidem decretum renovarunt Patres Capituli Generalis an. 1605. prohibentes inſuper Religioſis, illicitumque declarantes, bibere, vel comedere extrà refectorium, ne quidem in horto vel dormitorio.

ven-

ventu in Refectorio comedere, permittantur.

Caput XIII.

Quæ in Dormitorio obſervari debeant.

Cap. 6. Cum ad. De ſtatu Monach.

1. IN Dormitorio, omni tempore, & maximè poſt Completorium, quies, & ſilentium ſtrictiſſimè obſerventur.

2. Fratres Conventuales, nullo excepto, (*a*) intrà Dormitorii clauſuram, omnes cubent, etiam ipſe Prior, qui ſi renuerit, cogatur, vel deponatur.

De Confec. diſt. 5. can. In omnibus Diſt. 32. c. Præter. cauſ. 12. q. 1. can 3. Conc. Turonen. 2. can 10. Clemen. 8. Cùm ad regularem.

3. Particularem, ac ab aliis ſeparatam, unuſquiſque cellam habeat, vel ad minùs, ubi id fieri non poteſt, diſtinctum cubile obtineat.

4. Nullus (*b*) peſſulum iotrinſecùs oſtiis oppoſitum, ullatenùs habere permittatur.

5. Alterius Cellam, (*c*) exceptis Officialibus, quibus hoc incumbit, nullus ingrediatur, ſub pœnâ triduani, panis & aquæ, jejunii, io medio Refectorii peragendi.

6. Tàm in induendo, quàm exuendo, & quocumque in loco, eam ſervent Fratres honeſtatem & circumſpectionem, ut nunquàm appareant nudi. At verò, in lecto conſtituti, ità operimenta ſua componant, ut nulla corporis pars, jaceat denudata.

7. In dormitorio, vel etiam in Cellis ſuis, nullus ſua excutiat veſtimenta, nec ſtrepitum excitet, vel quid agat, undè in ſuis exercitiis Fratres perturbentur.

Caput XIV.

Quas Officinas, & quæ loca ingredi Religioſis liceat.

1. REfectorium, extrà refectionum horas, Cellariam & coquinam, nullus, exceptis Officialibus, quibus hoc incumbit, abſque expreſsâ licentiâ, ingrediatur.

2. Calefactorium, certâ horâ, certoque ab Abbate, ſi neceſſe ſit, ordine præfigendo, Fratres intrare queant. Et in eo, illa ſervetur Religioſa & decens honeſtas, ut numquàm in alicujus præſentiâ, quiſpiam nudis pedibus appareat.

3. Auditorium, in quo Fratres cum ſecularibus, extraneiſque agunt; ſine licentiâ, nullus unquàm accedat.

4. Nullis, ne Sacerdotibus quidem, liceat antè Capitulum, potiſſimùm, ſi illud Primam immediatè ſequatur, licentiam petere adeundi Auditorium, niſi gravis, evidenſque neceſſitas premat, & ſi quis hoc aliter poſtularit, liceotia ei denegetur.

5. Snperveoientibus fœminis abſque licentiâ, & alicujus à Priore deputandi præſentiâ, nec Sacerdotibus quidem, loqui permittatur.

Arg. diſt. 32. c. Interdixit, & ſequent Diſt. 81. uſque ad finem. 23. q. 2. c. In decima.

6. Obtentâ licentiâ, cùm Fratres Auditorium fuerint ingreſſi, vanis, futilibuſque ſermonibus reſciſſis, ſubmiſsâ voce, breviter, & plerumque ſtando, loquantur: & colloquio abſoluto, ſine morà, revertantur ad Conventum.

7. Locutorium, ſivè locum io Conventu ad mutuum colloquium ordinatum, Fratres non intrent, niſi horis à Prælato conſtitutis.

8. Nullus quoque, exceptis, Priore, Magiſtro & minoiſtris Infirmorum, & iis quibus, ex officio hoc incumbit, abſque licentiâ, Infinnitorium ingrediatur. Quod ſi Infirmitorium extrà ſepta regularia ſit conſtitutum, licentia à Prælato peti debeat.

Caput XV.

De admiſſione Novitiorum.

1. CUM magna prorsùs ſit, & humaoas vires, longè excedat, Mona-

Num. 2. (*a*) *Intrà dormitorii clauſuram.* Capitulum Generale an. 1498. præceperat, ut omnes Religioſi in dormirorio cubarent, cameris apertis Dormitionem in dormitorio, ſuæ reformationis, profeſſoribus imperavit Lairuclius, articulo 6. Cujus ad inſtar Capitulum Generale vetus ſtatutum de dormitione inſtauravit, hoc modo. „ Conventuales omnes in dormitorio dor„ miant, & nequidem Priori, cella extrà dormitorium permittatur. Immò ab immemoriali „ tempore extrà dormitorium habitans, & cellam habens, ſi monitus eam deſerere, & dor„ mitorium petere, poſt menſis unius, à die monitionis, lapſum, neglexerit, ab officio de„ poſitus ſit, & nullus ei obtemperare, vel eum agnoſcere Priorem audeat. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetto celeb.*

Num. 4. (*b*) *Peſſulum nullatenus permittatur.* „ Capitulum renovat decretum, quod eſt in fine „ Seſſ. 15. Capituli an. 1657. & ſic habet. Cellæ Religioſorum ſeris claudantur, ità tamen „ ut ſuperior clavem ad illas, pro ſuâ voluntate, aperiendas habeat. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 4. *Præm. ſub Aug le Scellier celeb.*

Num. 5. (*c*) *Exceptis officialibus.* „ Definit Capitulum Lectores Philoſophiæ, & Theologiæ „ non poſſe admittere ad cubiculum, diſcipulos ſuos, vel diſcipulorum cubicula intrare, ra„ tione inſtructionis. Similiter nec Circatorem, hoc ſolo titulo, quod ſit unus ex Superiori„ bus Conventûs; niſi in aliorum Superiorum abſentiâ. *Cap. Gen. an.* 1660. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

ſticorum votorum ſublimitas, & excellens perfectio, ad quam Religioſa vita contendit: ideò, quandò aliqui ad Ordinem noſtrum admitti petierint, ſingulariter à Superioribus advigiletur, ut omni amicitiæ, conſanguinitatis, aut quuvis alio minus otdinato affectu, prorsùs excluſo, omnique paſſione ſepoſitâ, ſolus Deus, & commune Fratrum, & Eccleſiæ bonum, ſpectetur.

Diſt 51. can Priſcis. Clem. 8 in Bulla. Cum ad regularem.

2. Antè omnia advertatur: An in iis inveniantur notabilia quædam indicia, ob quæ meritò credantur à Spiritu Dei ad Religionem agi, ut proindè ſperari poſſit, quòd is, qui tam arduum, bonumque in eis opus cœpit, idem ſit & perfecturus: An ſint doli capaces, & tam maturum habeant judicium, ut intelligere queant quæ ſit illius Profeſſionis obligatio, ad quam aſpirant: An per ſemetipſos, non per interpoſitas perſonas; & ex ſeipſis, non parentum, vel amicorum, aut quorumcumque aliorum vi, vel metu compulſi habitum petant Regularem.

3. His utcumque deprehenſis à Priore, vel Magiſtro Novitiorum, circà ſubſequentia exteſsè, & exactè, examinentur.

4. *Primò*, An purâ, & ſincerâ intentione ad Deum, Religioſamque vitam, aſpirent. *Secundò*, Quandiu propenſum ad Religionem animum habuerint. *Tertiò*, Quid moverit; cur hunc potiùs, quàm alium Ordinem, ingredi deſiderent. *Quartò*, Circumſpectè, & diſcretè etiam inquiratur, an non habeant aliquem occultum defectum; An ſint geniti de legitimo toro; An ære alieno non ſint gravati: An non ſint conjugati, vel nullâ obligatione conjugii teneantur.

Diſt. 12. can. Illa autem.

5. Advertantur quoque eorum mores, propenſiones, ingenii capacitas, vultûs ſerenitas, & paſſionum moderatio, ut ſciri queat, an etiam apti ſint ad pacificam vitam.

6. Sollicitè quoque provideatur, (*a*) ne tot ex unâ conſanguinitate, vel affinitate recipiantur; ut Eccleſiæ pax per eos poſſit perturbari.

7. Si omnibus maturè conſideratis, tales judicentur, qui admitti queant; ipſorum ſcientia, rigoroſo examine probetur.

8. Si examinati, & probati, fini Ordinis convenire putentur, excluſâ omni ſimoniâ; & Conſtitutione Urbani Papæ, quæ incipit: *Ne in vineâ Domini*, &c. integrè obſervatâ, admittantur.

Trid. ſeſſ. 25 c. 3. de Regul. Clem. 8. Nullus omninò.

9. Caveant tamen Abbates, vel Præpoſiti, ne tot Canonicos, vel Converſos recipiant, quot de facultatibus Eccleſiæ commodè nequeant ſuſtentari; & hujus decreti tranſgreſſores, per Dominum Præmonſtratenſem, vel per Capitulum Generale, graviter puniantur.

10. Nullus, è contrà, Religioſus Ordinis noſtri, aliquem, Ordinem noſtrum intrare volentem impediat; nec etiam ullum à domo, quam elegerit, retrahere præſumat.

11. Admiſſi ad ſocietatem, pro placito Prælati, ad unum ac alterum menſem, vel diutiùs, ſi ità Prælato viſum fuerit, in habitu ſuo ſeculari permaneant; ut interim Regula, & Statuta eis proponantur, & explicentur.

12. Oſtendatur eis aſperitas Ordinis, maximè in victu ac veſtitu, & in aſſiduitate laboris & Clauſtri, & ſuper omnia, diſciplinæ, & obedientiæ, quæ debet eſſe perfectiſſima; & aliquo præludio explorent, an tanto oneri, & perfectioni, vires habeant correſpondentes.

De Conſecr. diſt. 5. can Neophiti.

13. Intereà in converſationem ipſorum, intenta & diligens ſit inſpectio, inquiſitio, atque cenſura, ac etiam cum diſcretione non-nihil tententur, ut quales ſint, magis appareat.

14. Et ſi deprehendantur duræ cervicis, ſivè pertinaces, vel contumaces, diſciplinæ non congrui, Fratribus graves & moleſti, communemque pacem & quietem turbantes, vel turbaturi, tempeſtivè per Priorem hoc Abbati ſignificetur, ut abſque ullâ diſſimulatione, antequàm veſtiantur, tales dimittat.

Innoc. 4. Sedis Apoſt.

15. Abbates, vel Præpoſiti, (*b*) neminem ſivè Canonicum ſivè Converſum, ad veſtitionem admittant, ſine

---

Num 6. (*a*) *Ne tot ex unâ conſanguinitate recipiantur &c.* Quod hic ſubmonent ſtatuta, ne nimis in eodem monaſterio parentum numerus, diſſidium aliquod inter fratres concitare valeat, vel alio quovis modo in monaſteriorum ipſorum detrimenta redundare; hoc ipſum ab Ordinis noſtri incunabulis providentiſſimè cautum fuerat, antiq. ſtatut. Diſt. 15. poſtremòque ab ejuſmodi conſanguineorum turmis præcaverunt Capitula Generalia, his verbis „ Capitulum inhibet, ne in octonario, vel minori numero Religioſorum, duo in primo, vel ſecundo gradu, conſanguinei, in eodem monaſterio reperiantur. Iterumque decrevit Capitulum in monaſterio, ubi ſunt tantùm viginti Religioſi, non debere recipi eum juvenem, qui jam inibi duos habet avunculos. *Cap. Gen. an.* 1660. & 1663.

Num. 15. (*b*) *Neminem admittant ſine Conſilio.* „ Nullæ novitiæ, in monaſteris quæ reguntur à Præpoſitis, recipientur, niſi ab ipſis Præpoſitis cum conſilio Prioriſſæ. In iis verò quæ adminiſtrantur per Priores, à Patribus Abbatibus, & Magiſtris admittentur. Ad ſuſceptionem autem habitûs regularis, accedet conſenſus majoris partis Conventûs, juxta præſcriptum ſtatutorum. *Cap. Prov. Weſtph, an.* 1619. *Colon. celeb.*

con-

conſilio, & aſſenſu Prioris, Supprioris & aliquorum majorum de domo: qui hoorum receptionem nullatenùs impedire præſumant: & de contrario convicti, puniantur.

16. Majores domûs cenſeantur, Prior, Sopprior, Circator, Proviſor, Cellarius, & Senior Conventûs. At verò, ubi viginti ſunt Sacerdotes, duo Seniores, prædictum Seniorem immediatè ſequentes, inter Majores domûs numerentur; & conſequenter ſecundùm proportionem creſcentis numeri Sacerdotum, (*c*) numerus quoque Majorum augeatur.

17. Itaque aſpirantes ad veſtitionem, ſi proprium ſenſum, judiciumque ſuum paulatim abnegantes, obedientiæ, humilitatis, mortificaræ, & Religioſæ vitæ, aliarumque virtutum egregium ſpecimen dederint, à Magiſtro Novitiorum, ad eorum inſtantiam Priori commendentur, & ipſi quoque à Suppriore, ſicut & ab aliis Fratribus, ac potiſſimùm à maturioribus pòſtulent commendari.

18. Prior, Magiſtro Novitiorum, ac aliis auditis; cum Suppriore, & cæteris Majoribus de domo, deſuper benè deliberet; ac comperto quod ſint idonei, & quod eorum vivendi, agendique ratio, Conveutui placeat, eos commendet Abbati ac ſuum, aliorumque Confratrum judicium, ſincerè & fideliter referat, & omnem eorum conſtitutionem verè, & candidè explicet.

19. Quod ſi Majores de domo, quoad admittendos ad veſtitionem, inter ſe ſint diſſentientes, vocum pluralitas conſenſum, vel diſſenſum efficiat: at, ſi in vocibus ſint pares, in eâ parte, quâ eſt Prælatus, ſtet conſenſus, vel diſſenſus.

20. Abbas omnibus, ſapienter, & maturè conſideratis; ſi admitteodos judicaverit, eos admittat, & quæ ad veſtitionem ſunt neceſſaria, curet præparari.

21. Admiſſi, per decem vel circiter dies, antè veſtitionem (quod idem fiet antè profeſſionem) ſpiritualibus exercitiis ſedulò applicentur; & exacto conſcientiæ examine, purâ confeſſione, ac ferventibus orationibus, meditationibuſque, ad auſpicandum ſpiritualis militiæ curſum, diſponantur, ut tantò majori gratiæ incremento, eum incipiant, atque proſequantur, quantò digoiùs ad eum ſe diſpoſuerunt.

Caput XVI.

De Veſtitione.

1. Novitiis in bono ſuo propoſito perſeverantibus, & omnibus ad veſtitionem neceſſariis, plenè præparatis; Abbas, die quâ placuerit, Capitulo præſideat (in eo quippe tàm Converſi, quàm Clerici, (*a*) veſtiri debent) & dicto, *Benedicite*, exponant Conventui, quod ex Superiorum, aliorumque informatione, intelligat veſtiendos ſpecimen dediſſe piæ, religioſæ, & pacificæ, converſationis, eoſque ut ad Canonicam hanc ſocietatem admittantur, quoad doctrinam & mores ſatis idoneos; & quòd ob id reſolutus ſit eos veſtire, niſi eſſet aliqood canonicum, vel legitimum impedimentum hactenùs incognitum, quo veſtitio impediri poſſet.

2. Requirat proindè, primò à Priore, deindè à Suppriore, demùm à Circatore, & cæteris Fratribus; an aliquod tale impedimentum ſciaot.

3. Qui paucis, vel etiam tantùm inclinando, reſpondeant, quod habent reſpondendum.

4. Si nullum obſtaculum proponitur, Abbas à Priore requirat, an certò conſtet veſtiendos (*b*) de legitimo toro procreatos: Et ſi Prior ſic eſſe reſpondeat, & autheoticis inſtrumentis, vel aliis mo-

---

Num. 16. (*c*) *Numerus majorum augeatur.* „ Definivit Capitulum, Lectores Theologiæ, qui „ actualiter docent, habendos eſſe inter majores domûs, quibus tamen propterea non dedit „ ſtalli præcedentiam. *Cap. Gen. an.* 1660. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 1. (*a*) *In Capitulo veſtiri debent.* „ Veſtitiones monialium poterunt fieri deinceps, ante ſummum Altare, ſub ſummo ſacro. Ubi tamen conſuetudo eſt, ut in domo capitulari, „ idque manè tempore Capituli fiat, illa ſervetur: Itâ tamen, ut occaſione veſtitionis, „ nulli ſeculari, cujuſcumque ſexûs, pateat acceſſus ad loca clauſtra. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. *Colon. celeb.*

„ Quoad interrogatoria, & preces veſtitioni præmitti ſolitas, babeatur reſpectus ad ea, quæ „ præſcribunt ſtatuta & ordinarius. *Ibid.*

Num. 4. (*b*) *De legitimo toro.* „ In Capitulo, *De pænâ, Prælatorum recipientium illegitime natos*, quod incipit, *Cùm ſtatutum ſit &c.* Inhibetur ſub pænâ ſuſpenſionis latæ ſententiæ, „ omnibus Prælatis Ordinis noſtri, ne ipſi, quoſcumque illegitimè natos, de cætero in Ordine recipiant. Quòd ſi receperint, prædictam ſuſpenſionis ſententiam ſuſtineant, quandiù „ ipſos illegitimos contigerit retineri. Quibus ejectis, ad executionem ſuorum officiorum redeant, ſicùt priùs, pænâ, ad quam tenebantur per iſtum ſtatutum, penitùs revocatâ. *Cap. Gen. an.* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Quod quidem Capitulum, etſi de quibuſcumque ſpuriis indiſcriminatim loqui videatur, de ſolis tamen illegitimis, in Canonicos, non autem in converſos receptis, aut recipiendis, intelligendum cenſemus, proùt ex ſequenti decreto ſuſpicari licet.

dis, hoc evidenter oſtendat, curet Abbas per Magiſtrum Novitiorum, veſtiendos advocari.

5. Quod ſi quis Abbas, Præpoſitus, vel alius Superior, hac præditus poteſtate, aliter aliquos in Canonicos (*c*) admiſerit, quàm quos conſtiterit, dictis modis, de legitimo toro eſſe procreatos, ſit ipſo facto ſuſpenſus.

6. Veſtiendi, Capitulum ingreſſi, immediatè antè Prælatum, in genua ſe provolvant, & interrogati à Prælato, quid quærant, reſpondeant, *Miſericordiam Dei, & Veſtram, Pater, & hujus Eccleſia ſocietatem.*

Diſt. 54 c. Genitalis.

7. Requirat deindè ab eis Prælatus, *An non ſint conjugati, aut ſervi, aut debitis obligati, vel (d) alterius profeſſionis, & an non habeant aliquam infirmitatem occultam.*

8. Si reſponderint, nulli prædictorum ſe obnoxios, Abbas, Regulari Ordinis noſtri habitu, excepto cingulo, quod (ut à Profeſſis diſtinguantur) debet eſſe coriaceum, modo in Ordinario præſcripto, eos induat; & impertitâ ipſis ſuâ benedictione, ad loca ſua ire jubeat, & poſt octiduum, eos ad Novitiatum mittat.

Clem. 8. in Bulla Cum ad regularem.

9. Nullus autem Converſorum ad habitum admittatur, antè vigeſimum ætatis ſuæ annum. Superiores qui citiùs admiſerint, à Domino Præmonſtratenſi, vel Capitulo Generali graviter puniantur.

Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 15.

10. Quamvis verò ad Profeſſionis validitatem, juxtà juris diſpoſitionem, unius probationis annus ſufficiat, tamen ob prægnantiſſimas, graviſſimasque cauſas, hoc perpetuo decreto fixum permaneat, ut tàm Canonici, quàm Converſi à die ſuæ veſtitionis (*e*) duobus integris annis probentur: quorum primus à Canonicis, in Novitiatu; ſecundus, in proprio Monaſterio, peragatur: at Converſi, his duobus annis, in proprio ſuo Monaſterio exerceantur, niſi Abbas (quod ei licitum, & futurum eſt planè utiliſſimum) eos ad Novitiatum mittendos judicaverit.

Arg 1792. c. Conſaldus 1993. c. In Monaſter.

11. Ut autem Converſi in Monaſterio manentes, meliùs mortificari, ac in Ordinis diſciplinâ commodiùs, certiùsque poſſint inſtitui, toto probationis ſuæ tempore, niſi aliud gravis cogat neceſſitas, in clauſtro permaneant, ibidemque ſub diſtrictâ contineantur diſciplinâ.

De Regul. Stranſeunt. ad Rei.

12. Quicumque verò Abbas, vel Superior, prædictam, de duobus probationis annis legem ſine legitimâ diſpenſatione infregerit, tamquam Conſtitutionum Ordinis violator & contemptor, etiam ab ipſis Vicariis, (niſi ob tranſgreſſionis enormitatem, Domino Præmonſtratenſi, vel Capitulo Generali, hoc duxerint reſervandum) graviſſimè puniatur.

Cap. 16. Apoſtolicam.

13. Si autem alicubi gravis occurrat, evidensque neceſſitas; Dominus Præmonſtratenſis, vel ejus Vicarii, & non alii, ſecundum probationis annum ſemeſtri, nec ultrà, ſuâ diſpenſatione, minuere queant.

Num. 5. (*c*) *Si quis in Canonicos admiſerit.* „ Cùm tales perſonæ recipi debeant in Ordine, „ quæ ad Prælationem, ſi opus fuerit, debeant promoveri; ſtatuimus, ut nullus de cetero „ recipiatur in Canonicum, de quo, per teſtes idoneos, vel litteras authenticas, non con„ ſtiterit evidenter, quód ſit de toro legitimo procreatus, niſi de ſpeciali licentiâ Domini Præ„ monſtrat. *Cap. Gen. an.* 1292. *Præm. ſub Guill. de Louvignies celeb.*

Idem ſtatuit Capitulum Generale an. 1660. definiendo teſtimonium legitimi tori, & ætatis, ad veſtitionem, maximè verò ad profeſſionem, neceſſariæ, exhibendum eſſe in ſcriptis à veſtiendis; nec ſufficere, quòd pro legitimis habeantur, & convenientia ætatis.

Num. 7. (*d*) *An non ſint alterius profeſſionis?* Statuit Capitulum, ſub pœnâ ſuſpenſionis, quam „ contrarium facientes incurrunt ipſo facto, ne aliqui Prælati noſtri Ordinis, Canonicos, vel „ Converſos alterius Eccleſiæ, quàm ſuæ, ſeu alterius Ordinis, quàm noſtri, profeſſos, quoſ„ cumque in ſuos Canonicos vel Converſos recipiant quoquo modo, ſine licentiâ Domini Præ„ monſt. vel Capituli Generalis *Cap. Gen. an.* 1292. *Præm. ſub Guill, de Louvignies celeb.*

In Capitulo Communitatis antiqui Rigoris, in celebri S. Mariæ Majoris Cœnobio, Muſſiponti an. 1627. congregato, non-nulla à conventualibus, pro majori Eccleſiarum ſuarum ſatisfactione propoſita ſunt; atque inter alia, nùm in poſterùm Sacerdotibus ſecularibus denegandus eſſet noſtræ Communitatis ingreſſus? Reſponderunt dicti Capituli Patres, „ Plerumque „ Sacerdotes illos inveteratis ſuis inclinationibus, & moribus pertinaciùs adhærere, vixque „ ad obſervantias regulares, & mortificationes aſſuetas, quibus ipſi ſuprà modum indigent, „ flecti poſſe, credentes, pleraſque eas eſſe pueriles, ſuamque dedecere conditionem, ac „ proindè non videri facilè admittendos. *Capit. Communit Antiq. Rig. an.* 1627.

Num. 10. (*e*) *Duobus integris annis probentur.* Cùm tempus probationis in quolibet Religioſorum ordine, ad hoc potiſſimè inſtitutum ſit, ut experiatur Novitius quiſque Religionis, quam ſectari cupit, auſteritates, quæ in continuatione præſertim conſiſtere dignoſcuntur, debet eſſe continuum, quo etiam Religio ipſa Candidatorum ſuorum mores ſecuriùs probare poſſit. Porrò „ Cùm noſtri Ordinis novitiatus duos annos requirat, incidit difficultas, an biennium „ hoc totum, ſepoſito litterarum ſtudio, ſpiritui ſit tribuendum? Reſponderunt Capituli PP. „ primum annum, & litterarum & morum ſcholæ tribuendum eſſe; alterùm verò, totum in „ ſpiritualibus exercitiis eſſe conſumendum. *Cap. Prov. Suevia an.* 1625. *in Marchtall celeb.*

14. Ca-

14. Caveant verò diligentiſſimè, ne duo probatioois Anni, ad (*f*) ſeſquiannium redigantur, & ne tam neceſſaria, & utilis lex, facili diſpenſatione, paſſim ab omnibus infringatur: & ob id ſine juſtâ & benè fundatâ causâ, hanc legem relaxantes, temeritatis ſuæ pœnas luant.

15. De ſecundo probationis Anno, reſpectu Monialium, Capitula Provincialia, omnibus maturè conſideratis, juxtà quod in Domino judicaverint expedire, diſponant. Salvo, quod nullatenùs ad probam admittantur, antequam ad minùs (*g*) decimum quintum ætatis ſuæ annum ingreſſæ ſiot.

16. Novitii, toto tempore Novitiatûs ſui Conventum, ſemper & ubique cum Profeſſis ſequantur, hoc proviſo, quòd lectione, ex Regulâ D. Auguſt. completâ, antequàm culparum correctio fiat, Capitulum egrediantur.

17. Novitii à ſolo ſuo Magiſtro, vel etiam à Priore, niſi aliud Prælatus expedire judicaverit, & non ab aliis Rectoribus, corrigantur.

18. Si Novitii in Capitulo proclamentur; Magiſter ſe inclinando, pro ipſis veniam petat, ac re poſteà examinatâ, ſi reos comperiat, pro exigentiâ culpæ, ſeorſim in loco inſtructioni deputato, eos caſtiget.

19. Toto tempore Novitiatûs, nulla Novitiis obedientia nominata imponatur, nec ſine gravi & evidenti neceſſitate, Monaſterium, niſi conventualiter, egredi permittantur; & ſioe deputatâ ipſis cuſtodiâ, nec exeant, nec foris permaneant.

Trid. ſeſſ. 25. c. 16 de Reg. 20. Nullam Novitii, rerum, juriumque ſuorum renunciationem, vel obligationem, etiam io cujuſcumque cauſæ piæ favorem, toto Novitiatûs tempore faciant, niſi formâ à Concilio Tridentino præſcriptâ; alioqui cenſeantur invalidæ, nec aliter effectum ſuum, quacumque ratione ſortiri intelligantur, oiſi profeſſione ſubſecutâ.

21. Ut verò Profeſſionis libertati, magis ſit proſpectum; Abbates, Præpoſiti, & quivis alii, excepto victu & veſtitu, illius temporis, quo Novitii in probatione ſunt; nequaquam, quocumque prætextu, antè Profeſſionem, à Parentibus, Propinquis, vel Novitiorum Curatoribus, etiamſi ultrò dare velint, ex bonis eorundem Novitiorum, quidquam accipiant, vel dari permittant; ſub anathematis pœnâ à Con. Tridentino, tàm in dantes, quàm in accipientes decretâ: ne hâc occaſione diſcedere nequeant, quia totam, vel majorem partem ſubſtantiæ ſuæ, Monaſterium poſſideat; nec facilè, ſi diſceſſerint, id recuperare poſſint. Trident. ibid.

22. Qui intrà probationis tempus abire voluerint; vel eo completo, profeſſionem requiſiti facere noluerint (*h*) dimittantur; ac in habitu, quo venerunt, (qui à Veſtiario debet aſſervari) & cum iis rebus, quas ſecum tulerunt, recedere permittantur.

23. Similibus verò Ordo in nullo ſit obligatus; Et ſi mente mutatâ, rurſùm ad Ordinem aſpirent, ac vel in eâdem, quam deſeruerunt, vel in aliâ Ordinis noſtri domo, recipi ex gratiâ ſingulari contingat, præſcriptum Novitiatûs tempus, integrè complere teneantur, nec niſi ex urgentiſſimâ causâ, quidquam in ſecundo anno relaxetur.

24. Nullus Abbas, Præpoſitus, vel Conventus, de promiſſâ receptione. vel de factâ veſtitione, vel de admiſſione ad eam, litteras teſtimoniales, alicui ullâ ratiooe concedat.

Caput XVII.

De Profeſſione.

1. SEcundo probationis anno ferè completo, & Novitiis in bono ſuo propoſito conſtanter perſiſtentibus, ac ut ad profeſſionem admittantur, ardenter inſtantibus; Magiſter eorum, eos commendet Priori, & omnia, quæ ſuperiùs de admiſſione ad veſtitiooem ſuot conſtituta, exactè ſerventur. ſup. c. 15. n. 15. & ſequent.

Num. 14. (*f*) *Ne ad ſeſquiannium redigantur.* Primariæ Ordinis noſtri Conſtitutiones, ſolam hanc Abbatibus impertiuntur facultatem, ut diem faciendæ profeſſionis, per quadraginta dies, & non ampliùs, poſſint prævenire. Vide Antiq. Statut Cap. 15.

Num. 15. (*g*) *Nullatenùs admittantur ante* 15. *ætatis annum.* „ Non recipientur ullæ puellæ „ ad monaſteria noſtra, antè annum ætatis duodecimum expletum, ut per ſemetipſas poſſint „ petere & ſuæ petitionis, ſeu propoſiti, rationem dare Non veſtientur antè annum deci„ mum ſextum, manſuræ interim in veſte nigrâ, ſimplici, & non curioſâ. Pro ſororibus con„ verſis non recipientur ad habitum ullæ, antè annum decimum octavum expletum, vigeſimo „ expleto poterunt profiteri. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1659. *Colon celeb.*

Num. 22. (*h*) *Qui profeſſionem requiſiti facere noluerint, dimittantur.* „ Quæſtioni de dimiſ„ ſione Novitiorum, reſpondit Capitulum, & declaravit, ſolum Abbatem, vel ſolum Prio„ rem poſſe Novitios dimittere. Id tamen temerè ab ipſis non debere fieri, ſed conſultis Prio„ re & Magiſtro Novitiorum, niſi aliqua ratio ſpecialis obſtiterit. *Cap. Gen. an.* 1663. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

2. Nul-

Innoc. 4. in Bulla Sedis Apoſt.

2. Nullus autem receptus in Canonicum, ad Profeſſionem admittatur, antè completum decimum-octavum ætatis ſuæ annum.

3. Abbates, aliique Superiores, qui antè dictam ætatem, aliquem ad Profeſſionem admiſerint, ſecundùm arbitrium Domini Præmonſtratenſis, vel Capituli Generalis, vel Provincialis, vel etiam Vicariorum, ſeverè puniantur.

Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de Reg.

4. Profeſſio, antè decimum-ſextum ætatis annum expletum, vel antè evolutum unum, ad minùs, probationis annum, facta, ſit nulla, nullamque inducat obligationem.

5. Satis autem tempeſtivè, à Priore ſententia Conventûs, de Profeſſuris exquiratur. Et, ſi vel à toto Conventu, vel quaſi, difficultas moveatur, ſtatim Prior, eam Prælato ſignificet.

6. Si Prælatus à Conventu diſſentiat, & Conventum ad ſuam ſententiam pertrahere nequeat; & tamen, eo non obſtante, procedere velit, fiat vel antè, vel neceſſitate ità compellente (quod aliàs evitari debet) in ipſo Capitulo, cum requiſitis ſolemnitatibus, proteſtatio; & ad Patrem-Abbatem, vel ad alium legitimum Superiorem, appelletur.

7. Huic appellationi deferre, & cuncta ſuſpendere, Abbas teneatur; quouſque Superior, ad quem eſt appellatum, definitivâ ſuâ ſententiâ, quid agendum ſit, decreverit.

8. Quod ſi contrarium Abbas attentarit, ſubſecuta profeſſio nullius ſit roboris, vel obligationis; & Abbas per Superiorem, ad quem eſt appellatum, tanquam Statutorum Ordinis prævaricator, diſtrictè puniatur.

9. Si verò non totus Conventus, vel quaſi; ſed major duntaxat ejus pars, contradixerit; res ad Majores de domo referatur, & quod ipſi, partium rationibus, ſine formâ juris, auditis, ſervato modo, ſuprà Cap. 15. n. 18. & 19. conſtituto, reſolverint, ſine ulteriori ullâ contradictione, ſervetur.

10. Si nulla, aut non legitima ſit oppoſitio, & Profeſſuri debitam ætatem, & alia requiſita habentes, religioſis ſuis moribus, retineri meruerint, ad nutum Abbatis ad Capitulum vocentur, & *Interrogationes* in veſtitione propoſitæ reiterentur: & perſpicuis verbis, declaret Prælatus, quòd nullatenùs eos intendat incorporare Conventui, (*a*) ſi aliquam occultam habeant infirmitatem, vel morbum, ipſis incorporandis cognitum, vel non cognitum. Sup. C. 16. n. 6. & 7.

11. Ut, ſi laborent morbo caduco; maniâ, ſive inſaniâ; ſtultitiâ; (*b*) herniâ, ſive rupturâ; vel ſi aliquandò his morbis laboraverint, nec declaraverint; vel aliis ſimilibus, vel gravioribus defectibus obnoxii ſint, qui ad Religionis ferenda onera, vel ejus officia adimplenda inidoneos, vel nimis debiles, & invalidos reddere queant. Arg. diſt. 33. c. Maritum verſ. neque illum c. Clerici. c. Uſque c. Communiter. & 15. q. 1. cap. ult. §. His ita.

12. Qui occultam ſuam infirmitatem (idem judicium eſto de aliis, de quibus Novitii interrogantur) ſubticet, vel qui aliquâ, ex dictis infirmitatibus, non déclaratâ, licet neſcius, aut non advertens, laboravit, vel laborat; non cenſeatur per Profeſſionem Monaſterio incorporari; ſitque ipſa Profeſſio nullius valoris, vel obligationis. Et ob id, ſi quis poſt factam Profeſſionem, convincatur, defectum ſuum diluiſſe, vel aliquo dicto modo laborare, vel laboraſſe, exire compellatur. Quod ſi exire nolit, vel tergiverſari velit, Prælatus, ſive ejus Superior, coràm Domino Præmonſtratenſi, aut ejus Vicario, vel Viſitatore, actionem ſuam inſtituat, qui auditis partibus, breviter, & ſincerè juſtitiam adminiſtrent.

13. Peractis, quæ ſuperiùs ſunt conſtituta, nulloque impedimento deprehenſo, exponat Abbas, ipſis Profeſſuris, Religioſæ noſtræ Profeſſionis pon-

Num. 10. (*a*) *Si habeant morbum cognitum vel incognitum.* In Capitulo Provinciæ Veſtphalicæ an. 1659. R. D. Abbas Rommerſtorfienſis, non nodum in ſcirpo quærens, ſed verâ cum Religione fluctuans, dubium propoſuit, utrùm profeſſio facta, ſubticito morbo ſcorburico, eſſet irrita, nec ne? Reſponderunt dicti Capituli Patres, ſtatuendo declarationem petendam eſſe à Cap. Gen. quâ, quinam morbi in ſpecie profeſſionem faciendam impedire, vel factam irritare debeant, atque de facto irritent, de cæterò planiùs innoteſcat. Item quid intelligatur in ſtatutis per voces *morbum cognitum vel incognitum*, & quinam ſint morbi incogniti. Hujus porrò difficultatis enodationem à nullo Generali Capitulo factam reperimus, fortè quia, etiam hâc in re, Capitula ipſa, negotium repererunt.

Num. 11. (*b*) *Si laborent herniâ.* „ Propoſitæ quæſtioni, an qui laborat, non herniâ, ſeu „ rupturâ actuali, ſed diſpoſitione ad illam, ſuo tempore contrahendam, quæ tamen uſu li„ gaminis applicito, impediri queat, admitti poſſit tam ad veſtitionem, quam ad profeſſio„ nem; & an in herniæ impedimento diſpenſari non poſſit? Capitulum reſpondit diſpoſitio„ nem ad herniam, quæ tolli poteſt judicio medicorum, non eſſe Canonicum impedimentum „ veſtitionis, & profeſſionis, ſicut nec herniam actualem, declaratam, & cognitam, quæ „ atteſtantibus ſcripto medicis, onera aut officia Religioſis non impediat. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 3. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

dus,

dus, ac ſi conſtantes perſeverent, addat quòd oporteat eos, in manibus ſuis, renuntiare ſeculo & proprietati, & promittere obedientiam, caſtitatem, paupertatem, & communem vitam.

14. Qui ſi annuant, accipiat Prælatus, junctas manus Primi (ſi plures ſint profeſſuri) intrà manus ſuas: & ne in proferendis promiſſionis verbis, hæſitetur; in ipſâ prolatione Prælatus (ſi ità videatur) præcedat; hac formâ. *Renuncio ſeculo & Proprietati. Promitto Obedientiam, Caſtitatem, Paupertatem, & Communem vitam.*

15. Quæ, cùm Profitens integrè dixerit, Prælatus ſe convertat ad Secundum, ut ſimiliter fiat, & ſic conſequenter ad alios, ſi plures fuerint: Et in fine addat; *Qui cæpit, in vobis, opus bonum;*
Philip. 1. *ipſe perficiat, uſque in diem Chriſti JESU.* Reſpondeat Conventus, *Amen.*

16. Quibus completis, ſi Clerici ſint, Abbas ad veſtium Benedictionem procedat, ordine, & modo, in Ordinario præſcriptis.

Vide diſt. 17. Summam Miſſam celebret Abbas,
23. c. ſub quâ obſervatis cæremoniis; in eodem
Quamquam & 20. Ordinario poſitis, (*c*) ſub hac formulâ,
q. 1. cap. 11 quiſque Profeſſionem ſuam emittet:
Ego Frater N Offerens, trado meipſum Eccleſiæ N. & promitto Converſionem morum meorum, Emendationem vitæ, & ſtabilitatem in loco. Promitto etiam Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam perfectam in Chriſto, ſecundùm Evangelium Chriſti, & Regulam Sancti Auguſtini, tibi Patri N. & Succeſſoribus tuis, quos Conventus Eccleſiæ hujus, ſecundùm formam Ordinis, Canonicè elegerit, vel receperit.

18. In Converſorum autem Profeſſione, prædicta formula, quæ ab eis 27. q. 1. c. Omnes.
(ſicut & ea, quæ fit in Capitulo) patriâ linguâ proferri debet, ſic incipiatur: *Ego Frater N. ad ſtatum Converſorum aſſumptus, offerens, trado meipſum, &c.*

19. Profeſſionis formam, in Archivis Monaſterii, poſteà reſervandam, Clem. 8.
quiſque profeſſurus, propriâ manu ſuâ Cum ad Regul.
(etiam Converſus, ſi poteſt) ſcribat, ac eam tam clarè, & tam perfectè proferat, ut à Conventu & à circumſtantibus, perfectè intelligi queat.

20. Lectam Profeſſionem, ſuper Altare, nomine & cognomine ſignet, & 20. q. 2. c. Vidua.
ſignatam Prælato tradat: at Converſi ſcribere neſcientes, pennâ, crucem ſubtùs pingant.

21. In Monaſteriis commendatis Profeſſio fiat, vel in manibus Domini Generalis, vel Patris-Abbatis non commendatarii, ac in eorum abſentiâ, peragatur in manibus Prioris loci, tanquam iſtius Monaſterii Abbatem regularem repræſentantis, ac Profeſſuri in Profeſſionis formâ, Obedientiam ſpondeant, his verbis: *Tibi Patri (d) Priori, Abbatem Regularem repræſentanti, & Succeſſoribus tuis, &c.*

22. Si Profeſſi, tonſuram non habeant Clericalem, Abbas eam ſtatim conferre ipſis queat. Diſt 79. c. 11. De ætate & qual. Ord.

Num. 17. (*c*) *Sub hâc formula.* Noviſſima hæc in Ordine noſtro profeſſionem emittendi forma; Primariæ, quæ antiq. ſtatut. Cap. 15. legitur, per omnia conſimilis eſt, ſi tamen duo hæc vocabula *paupertatem*, *caſtitatem*, quæ in ea deſiderantur, his aliis *obedientiam perfectam &c.* comprehenſa ſubintellexeris. Forma verò profitendi in Communitate antiqui Rigoris, hæc eſt, *Ego Frater N. offerens, trado me ipſum Communicati antiqui Rigoris, Ordinis Præmonſtratenſis, & promitto converſionem morum meorum, emendationem vitæ, & ſtabilitatem. Promitto etiam paupertatem, caſtitatem, & obedientiam perfectam in Chriſto, ſecundùm Chriſti Evangelium, Regulam B. Auguſtini, & inſtituta dictæ Communitatis, Reverendiſſimo Generali noſtro moderno, & ſucceſſoribus ejus Canonicè electis; nec non præfatæ Communitatis ſuperioribus. In quorum fidem ſubſcripſi in Monaſterio N. die N. menſis N. anni N.*

Ceterùm hic attende Lector, primo Stabilitatem ab hujuſmodi Profeſſoribus voto promiſſam, neminem Eccleſiæ illi, in quâ vovit, addicere, ſed Communitati, cui perpetuò ancillari, ità quivis aſtringitur, ut ad alterius, niſi fortè arctioris, vitæ famulatum convolare, nuſquàm licitum ſit. Secundo Obedientiam, quam vovent ſecundùm inſtituto Communitatis illius antiqui rigoris, communium ſtatutorum obſervationi neutiquàm derogare, dùm tamen eorum obſervatio, privilegiis eidem Communitati conceſſis non adverſetur, vel etiam ipſis dictæ Reformationis articulis, ſuper quorum obſervatione, nullam, niſi ab Apoſtolica Sede, diſpenſationem acceptare, vel ſibi, aut alteri procurare fas eſt, ut ex juramento ab unoquoque, pridiè profeſſionis ſuæ, in dictâ Communitate ſolemniter præſtando, intelligere eſt. En tibi illorum jurandi forma. *Ego F. N. infrà ſcriptus hodie qui eſt N. menſis N. anni N. Articulos Reformationis Communitatis antiqui rigoris, Ordinis Præmonſtratenſis, & eorum interpretationem lubens amplector, & manu Sacro-ſancto Evangelio admotâ juro, quòd nullam diſpenſationem ſuper eis acceptabo, vel procurabo, præterquàm à ſanctâ Sede, & quòd eligam Abbatem & Priorem optimos (quando opus erit) & quòd Beneficium, vel Dignitatem, aut Prælaturam, vel Prioris officium directè, vel indirectè, non procurabo, & quòd vivam ſecundùm Reformationem, quam Capitulum Generale appellavit antiquum Rigorem, quamque Reverendiſſimus Generalis Summo Pontifici confirmandam obtinuit, ſub hoc nomine antiqui Rigoris, qui conſiſtit, in Communitate victûs & veſtitûs, à Sanctâ Sede præſcriptâ, & in non-nullis aliis Articulis, quibus ſubſcripſi. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Num. 21. (*d*) *Priori, Abbatem Regularem repræſentanti.* „ Capitulum inhærendo juri Ordi-
„ nis, & antiquæ ejus diſciplinæ, declaravit, & declarat RR. PP. Priores non habere, in
„ monaſteriis commendatis, juriſdictionem ordinariam, atque ideò obedientiam, quæ ipſis in

23. (*e*) Nulla prorsùs convivia, tàm in Profeſſione, quàm in veſtitione, admittantur.

12. q. 1. Cui portio Deus.

24. Profundâ conſideratione, perpendant Profeſſi, totâque vitâ ſibi inſculptum habeant, ſe nequaquàm ad remiſſiùs vivendum, vel ad liberiùs quid audendum, Profeſſione eſſe laxatos: ſed ut modeſtiùs, ſanctiùs, & religioſiùs ſe gerant; ac ut ea, quæ Religioſæ ſunt diſciplinæ, rigoroſiùs ſtrictiúſque obſervent, fortiùs eſſe obligatos.

25. Ut autem in interiori homine, magis corroborentur, atque proficiant; ſingulis octiduis, tàm Profeſſi, quàm Novitii, purâ confeſſione, conſcientiam ſuam emundent; & ſacro-ſanctæ Euchariſtiæ communione ſeipſos reficiant.

26. Neque Profeſſi, neque Novitii, Sacerdotibus; nec Sacerdotes ipſis, abſque licentiâ unquàm loquantur; & qui contrà fecerit, puniatur.

27. Acolythi, vel Subdiaconi, à Scholâ diſciplinæ, non liberentur, quouſque pro meritis ſcientiæ, & honeſtate vitæ, ad Diaconatûs, vel Presbyteratûs Ordinem, mereantur promoveri.

1. q. 7. c. Tali.

28. Verùm, ſi aliquis propter ſcientiæ, vitæque ſingularem eminentiam, & ætatis maturitatem, citiùs videatur eximendus, Prælatus, cum eo benignè diſpenſare valeat.

29. Profeſſi, etiam antequàm ſint Diaconi, ad officia, & aliqua in officinis miniſteria applicari poterunt: quod tamen, non niſi ex gravi causâ, vel premente neceſſitate, & rariſſimè eſt faciendum.

30. Quicumque, per vim, vel per metum, Religionem ſe ingreſſum, ac eâdem vi, vel eodem metu durante, ſe invitum profeſſum eſſe, prætendit; vel antè debitam ætatem, ſe profeſſum dicit; vel quid ſimile allegat, & habitum quacumque de causâ dimittere velit; intrà quinquennium, à die Profeſſionis, coràm legitimis Judicibus, cauſam ſuam inſtituat. Trid. ſeſſ. 25. c. 19 de Reg.

31. Qui prædictum tempus elabi patitur, vel ſine ſententiâ, ſivè ſpontè, habitum dimittit, allegandi jure excidat, nec audiatur. Conc. Arelat. 1. C. ult. Conc. Trid. ubi ſup.

Caput XVIII.

De Novitiatu.

1. OB varias, juſtiſſimaſque causas, hoc perpetuò ſit fixum, ut (*a*) in ſingulis Circariis, pro totâ Circariâ (ſi Monaſteriorum facultates id ferant) vel pro diverſis Circariis, cùm aliter id fieri non poteſt, erigatur unus Novitiatus.

2. Novitiatu plenè formato, omnes Abbates, Præpoſiti, aliique Superiores, ad illam, vel illas Circarias ſpectantes, Novitios ſuos Clericos (de Converſis enim in Prælatorum maneat libertate, vel mittere, vel retinere) octiduo poſt veſtitionem, omni diſpenſatione remotâ mittere, ibidemque per integrum annum relinquere, ac (*b*) alimenta, aliaque neceſſaria eis exhibere, teneantur.

„ profeſſione Religioſorum in abſentiâ PP. Abbatum promittitur, iis promitti, quorum perſo„ nam in hujuſmodi actu gerunt, & quorum poteſtate delegatâ funguntur, juxta decreta Ca„ pituli Generalis an. 1618. & aliorum ſubſequentium. Quocircà in ſtatutis, ſuo tempore im„ primendis, loco illorum verborum, *Abbatem Regularem repræſentanti*, ponenda eſſe iſta „ verba Patrem Abbatem repræſentanti. *Cap. Gen. an.* 1717 *Seſſ.* 2. *Præm. ſub R. D. Honorato Lucas celeb.*

Num. 23. (*e*) *Convivia in profeſſione nulla admittantur.* „ In receptione & profeſſione Novitio„ rum, ſivè in novis Miſſis, Capitulum admittit laudabilem conſuetudinem, ſuper paſtu Re„ ligioſorum, eo ſcilicet tenore, quòd à modò futuris temporibus, in receptione eorum, „ parentes eorumdem, etiam pro paſtu ſumendo, à cœtu Religioſorum diſtrahentur, qui qui„ dem omnes cum Prælato refectionem ſumere poterunt. *Cap. Gen. an.* 1532. *Præm. celeb.*

Num. 1. (*a*) *In ſingulis Circariis... erigatur unus Novitiatus.* Hoc ſtatutum inſtaurarunt PP. ul„ timi Capituli Generalis, ità „ Ut in quâlibet Circariâ Novitiatus communis inſtitueretur, „ ad quem omnes, octiduò poſt veſtitionem, Superiores, excepto Vadegoriæ Abbate, no„ vitios ſuos mittere teneantur. *Cap. Gen. an.* 1717 *Præm. ſub R. D. Honor. Lucas celeb.*

Num. 2. (*b*) *Alimenta exhibere teneantur.* Anno 1695. Circaria Weſtphalica capitulariter congregata, variis conſultationibus præviis, de modo inſtituendi Novitiatum communem, ſæpius à Domino Præmonſt. Capitulique Generalibus demandatum, tandem annuente dictæ Circariæ Vicario R. D. Abbate Steinfeldenſi, communique voto, ſtatuit Novitiatum communem erigendum in *Dunwalt*, determinavitque Novitios communibus ſumptibus nutriendos, ut ſequitur. „ Quòd videlicet, diebus carnium, habeant pulmentum unum, car„ nes fumigatas & recentes, vel earum loco, aliquid æquivalens, ſemelque in ſeptimanâ ſu„ peraddatur aſſatura. Diebus piſcium, unum pulmentum cum duobus ferculis, butyro & ca„ ſeo Diebus jejunii, in prandio alterum addatur pulmentum; veſperi panis, & potus ce„ reviſiæ, pro collatione apponetur. Potus ordinarius erit cereviſia bona, & benè cocta, &, „ ſi fuerit fertilis vindemia, detur cuilibet in ſeptimanâ media amphora vini, ſcilicet, pinta „ una, diebus quibus communicant, & altera pinta, diebus recreationum: Si verò ſit tenuis „ vindemia, hebdomadatim dabitur una pinta, ſi autem quaſi nulla vindemia, cereviſiâ con„ tenti erunt. *Cap. Prov.-Weſtph. an.* 1659. *Colon. celeb.*

3. Om-

3. Omnes Novitii, tàm Clerici, quàm Converſi in Novitiatu exiſtentes, (c) Magiſtro, qui Novitiatui præeſt, tamquàm legitimo ſuo Superiori ſubjaceant, honoremque deferent competentem.

4. Magiſter Novitiatûs, communi Prælatorum conſenſu, vel vocum pluralitate, ex mrâ Circariâ, vel Circariis, quàm aptiſſimus, & maximè dexter eligatur.

5. Habeat Magiſter in omnes, qui ſub ipſo probantur, omnimodam poteſtatem, valeatque, non ſecùs, quàm proprii Abbates, etiam à reſervatis eos abſolvere.

6. Qui Noviriatui præſidet, (d) ſingulis trimeſtribus, Abbatibus ſcripto ſignificet, quomodò Novitii ſe gerant; an regulari diſciplinæ ſe accommodent, an ſtrenuè propriam frangant voluntatem, an humiles ſint, manſueti, modeſti, flexiles, & obtemperantes; & quam ſpem de ſuis concipere queant.

7. Indicabit quoque quas imperfectiones particulares in eis deprehendat, & præſertim, an ſint duri & aſperi, moroſi & iracundi, ſuique ſenſus, & obſtinati; an in moribus compoſiti vel diſſoluti, pacifici, an litigioſi, & diſcordes: efficietque ut tota Noviriorum interior, exteriorque conſtitutio, ſuo Superiori, quantùm fieri poteſt, planè innoteſcat.

8. Pro bono regimine Novitiatûs, tàm ſpirituali quàm temporali, pro locorum & temporum diverſitate in Capitulis Provincialibus, certæ Leges edantur.

9. Anno in Novitiatu completo, ad proprium Monaſterium, Novitii remittantur; & quidquid ad eos cognoſcendos pertinet, unà cum eo, quod de ipſis ſentit, Prælato proprio, Magiſter ſincerè perſcribat.

10. Reverſi ad Monaſterium, Magiſtro Noviriorum ſubdantur, qui ſingulariter annitetur, ut ſpiritualia, quæ in Novitiatu habuere exercitia, continuent, ac quotidianis incrementis, omni virtute proficiant.

CAPUT XIX.

De Magiſtro Novitiorum.

1. QUoniam à Novitiorum debitâ inſtitutione, Monaſtica pendet diſciplina, eorumque perpetua ſalus; ideò in deligendo Magiſtro, ſivè in Novitiatu ſivè in Monaſterio, Præfuturo, magna adhibeatur ſollicitudo, ut is aſſumatur, qui excellit pietate, doctrinâ effulget, & ad Juventutem diſcretè regendam, dexterè mortificandam, pietatem ſollicitè inſtillandam, & ad omnem regularis vitæ perfectionem formandam, ſit commodiſſimus. Diſt. 28. can. 5. & 12. q. 1. c. 1. & 3.

2. Cùm autem impolita Juventus, inſtructorum ſuorum mores, paulatim imbibere & exprimere, ſoleat, ideò ſummoperè caveant Superiores, ne aliquem diſcolum, immortificatum, immorigerumque, ſuis Noviitiis Magiſtrum præficiant ne in ruinam agantur, ſi immortificato, & vitioſo ſubdantur.

3. In loco, à Prælato determinato, Novitios, ac etiam Profeſſos, ſub ipſius adhuc diſciplinâ exiſtentes, Magiſter inſtituat: idque tàm in Monaſticâ diſciplinâ, quàm in ritibus, & cæremoniis Ordinis, in Ordinario præfixis.

Sed nec iis tantummodò quæ Novitiorum victui, verùm etiam quæ cultui ſunt neceſſaria proſpexere, ſuppeditandaque mandaverunt dicti Capituli Patres, crumenâ propriâ Novitiatûs communis erectionem ſtabilimentumque ſancientes in hunc modum. „ Novitii mittentur cum habitu regulari, & omnibus attinentiis, ſingulique Prælati providebunt ſuis de calceis, caligis, lectis, lectiſterniis, ſuperpelliceis &c. ſicut etiam, in infirmitate, de medicinalibus. „ Annuum vitalitium pro unoquoque, ſit quadraginta Imperiales. Si tamen deprehenderetur „ ſucceſſu temporis, illud eſſe nimis exiguum, augebitur: vel ſi nimium, minuetur. Me„ dietatem vitalitii, ſinguli in primo ingreſſu, & evoluto medio anno alteram medietatem „ conferent. *ibid.*

Num. 3 (c) *Magiſtro ſubjaceant.* „ Novitius, quoad directionem, & abſolutionem ſacramen„ talem, Magiſtro Novitiorum non ſit ſubditus privativè ad Priorem, neque Prior cenſeatur „ excluſus. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Tit.* 12 *Colon. celeb,*

Decretum hoc ſtatutis ſuprà Cap. 16. Num. 17. ſuffragari videtur; derogare autem iis, quæ infrà Cap. 20. Num. 5. ſoli Magiſtro Novitiorum tribuuntur.

Num. 6. (d) *Singulis trimeſtribus.* In Veſtphaliâ, Magiſter ſeu inſtructor novitiatûs, ſingulis tantùm ſemeſtribus ſcribere tenetur propriis Prælatis, de profectu ſollicitudini ſuæ commiſſorum; Sed in fine anni quidquid ad eorum mores cognoſcendos, manifeſtandamque idoneitatem pertinet, prout in Domino compertum habuerit, propriis eorumdem Prælatis ſcripto tranſmittat, neceſſum eſt. In Communitate autem antiqui rigoris, frequentiùs in collocutionibus de Novitiis veniont, Abbas & Magiſter, cum Priore, Suppriore, aliiſque ſenioribus de domo. In his porrò collocutionibus, ſicut alio quovis tempore, Novitii, ex quibus totius Communitatis fœlicitas pendet, ſic explorari debent, ut „ Qui dignoſcuntur magis calcaribus, „ quàm freno indigere, poſt aliquos inſtructionis menſes emittantur; Ne Communitas iſtiuſ„ modi hominibus referta, facilè concidat, & tot egeat Superioribus, qui curam aliorum ge„ rant, quot habet ſubditos. *Capit. Communit, Antiq. Rig. an.* 1622.

23. q. 3. c. Ipſa pietas. 4. Eorum errata ibidem caſtiget, ac prout in Capitulo moris eſt, toto corpore coràm ſe proſtrato, eos veniam petere faciat.

5. Nonnunquàm etiam à ſingulis Fratribus, & maximè à Senioribus, veniam, ac orationis ſuffragium, pro ſuâ emendatione, & ſtabilitate, flexis genibus poſtulare Novitios jubeat.

Diſt. 45. c. Recedit. Item 26. q. 1. c. Alliciant. Diſt. 45. c. Licet. 6. Non ſit Magiſter durus, clamoſus, contumelioſus, ſed materna induens viſcera, blandum ſe exhibeat, ac reverenter amabilem, in cujus ſinu, quidquid in corde habent, ſecurè & ſincerè deponant, & in quo ſolatium, conſilium, auxiliumque reperiant.

Diſt. 86. c. Quando. 7. Tentationes ſuas, & omnia cordis ſecreta, omnemque ſuam converſationem, Magiſtro ſuo, quo eis ſalubriùs conſulere valeat, ſæpiùs manifeſtent, & nihil habeant, quod Magiſtro, vel Abbati, vel etiam Priori ſuo, occultum eſſe velint.

8. A Divinis Officiis, aliiſque Conventualibus, quibus intereſſe debet, Congregationibus, occaſione Novitiorum, Magiſter nec ſe abſentet, nec tardiùs veniat; nec in causâ ſit, ut Novitii, vel ab aliquibus horis, vel à Congregationibus abſint, quibus eos oportet, eſſe præſentes.

9. Omnia (*a*) Novitiis neceſſaria, niſi aliud ſtatuerit Abbas, Magiſter procuret.

10. In die Veſtitionis, atque Profeſſionis, provideat Magiſter, ut in Capitulo Matutino, Novitiorum veſtes ſint aptè diſpoſitæ; ac in exuendo, induendoque Novitios, Abbatem juvet.

11. Diem Veſtitionis ſingulorum Novitiorum, in libro ad hoc deputato, Magiſter deſcriptum habeat.

12. Quandò in Templo, vel Capitulo, ſit Concio, tàm Profeſſos, quàm Novitios eò ducat; vel ut interſint, ſollicitè procuret.

13. In labore, niſi ſit Prior, cum Novitiis non loquatur.

14. Perpendat ſæpè Magiſter, quàm grave pondus humeris ſuis impoſitum gerat; quàm ingentem injuriam Religioni, quàm magnam cladem diſciplinæ, & quàm evidentem ruinam Monaſterio ſit allaturus; ſi ſuâ imperitiâ, immortificatione, vel inertiâ ſibi commiſſos, ſecundùm vocationis ſuæ rationem, exactè non inſtruxerit, & ad omnem pietatem, quantùm gratiâ Dei poteſt, eos non formaverit.

Caput XX.

De culturâ Novitiorum.

1. In primis, tam in Novitiatu, quam in Monaſterio circà hoc potiſſimum deſudet Magiſtri diligentia, ut cum Dei adjutorio, vitia evellendo, & plantando virtutes, Novitios ſuos, ad perfectionem, paulatim effingat.

2. Adnitatur proindè ſtrenuè, ut Novitii, mores & conſuetudines ſuas ſæculares, in Religioſas, Deoque placitas ſtudeant commutare: ut mala, quæ geſſerunt, confitendo, & lacrymis, aliiſque pœnitentiæ aſperitatibus puniendo, vitia, malaſque propenſiones, ac carnales concupiſcentias, reprimendo (*a*) 8. q. 1. c. Sciendum.
propriam voluntatem, propriumque judicium, propter bonum obedientiæ mor- Diſt. 93. c. Si inimicus.
tificando, humilia quæque, & quoſcumque labores amplectendo, exuant veterem hominem, cum actibus ſuis; & virtutes ſectando, efficiantur novi homines in Chriſto JEſu.

3. Doceat eos, idque ſtatim in initio, quomodò ad Confeſſionem Sacramentalem ſe præparare, excitare compunctionem, elicere contritionem, & verum, ſincerumque ſe emendandi propoſitum, ac puram, & integram Confeſſionem facere poſſint, & debeant.

Num. 9. (*a*) *Novitiis neceſſaria Magiſter procuret.* Reformationis noſtræ Author Lairuelius Novitiorum neceſſitatibus opulenter providit in Capitulo an. 1626. Muſſiponti celebrato, in quo ſequentia decreta fuerunt, „ Ut honeſtiùs & decentiùs ſe ſe habeant Novitii, ſancitum eſt „ eos veſtes duplices, cùm interiores tùm exteriores, calceamenta etiam duplicia; ſumptibus communibus comparanda ſemper habituros, quæ ſi ab ipſis, vel ab hâc luce diſcedentibus, vel Religionis jugum excutientibus relinquantur, aliis indigentibus Novitiis „ erunt miniſtranda, nullo tamen denuò perſolvenda pretio. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1626.

„ Et quia eorumdem ætas, nova etiam, & inſolita vivendi forma, poſſunt ipſis non-nullas parere vel infirmitates, vel corporis debilitates, invigilabunt Superiores, eorum neceſſitatibus, & advertent ſedulò, ne ipſis aliquid deſit; & toties diſpenſabunt cum ipſis, vel de „ jejunio etiam Eccleſiaſtico, vel matutinis, aliisque ſimilibus, quoties in Domino expedire judicaverint. *ibid.*

Num. 2. (*a*) *Propriam voluntatem mortificando* Ad reformationem in Congregatione Antiqui Rigoris manu tenendam, atque, ut propriæ voluntatis, & ſuperbiæ, in cujuvis Novitii animo latentis, arcana prodantur, ſtatutum eſt, ut, „ Novitii, ſic in mortificationis Palæſtrâ „ exerceantur, ut qui naturâ ad eam minimè apti, & ad ingenium frequenter redire notantur, „ ſollicitè ſæculo reſtituantur. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1626.

4. In-

Digitized by Google

Heb. 10.13. 4. Intelligant peccati gravitatem, fœditatem, & noxam: ac conſiderent, quàm horrendum ſit incidere in manus Dei viventis.

Clem. 8. Cùm ad Regul. 5. Solus Magiſter Novitiorum confeſſiones audiat; ſic tamen, ut Vicario, vel Abbati (ſi ità expedire judicaverit) ſemel, aut bis in anno, aliquem alium deputare liceat, qui Novitiorum confeſſiones excipiat.

6. Tradat eis modum dignè ad Communionem ſe præparandi, ut non ad Judicium, ſed cum ſalutis, profectûſque ſui fructu, Corpus Domini ſumere valeant.

7. Inſtruat, quam oporteat eos, tàm poſt ſacram Communionem, quàm poſt Confeſſionem, pro tàm eximiis, magniſque beneficiis Deo ſuo eſſe gratos.

8. Sollicitè curet, ut matutina, meridiana, & veſpertina, præſcripta ab Ordine, ſpiritualia exercitia, quibus Divini Numinis gratiam hauriant, ad amuſſim obſervent.

9. Formam tradat meditandi, & orandi mentaliter, ac etiam modum doceat mortificandi paſſiones, & virtutes comparandi; ac hoc agat ſingulariter, ut Deum ſemper, & ubique præſentem ſpectent, ac omnes ſuos cogitatus, & actus, in eum tanquàm in verum, ultimumque ſuum finem dirigant.

10. Advigilet, ut ubique, ubi eos neceſsè eſt eſſe præſentes, & maximè ad Divinum Officium, diù noctùque peragendum magno fervore ſpiritûs, & cum alacritate cordis, tempeſtivè, & devotè accurrere conſueſcant.

Diſt 92. c. Cantantes. 11. Inſtillet, quomodò ad Divina Officia ſe præparare, & quâ reverentiâ, devotione, & attentione, eadem peragere debeant; & adlaboret, ut ſciant, & verè apprehendant magnam à Deo ipſis præſtitam eſſe miſericordiam, quòd ab eo, ad Angelorum Officium diù noctùque Deum laudantium, hìc in terris, ſint aſſumpti.

12. Adnitatur, ut tractim, ac ſonorâ & etiam demiſsâ voce, pro temporum ratione, legere & cantare ſciant; & quæ in publico ſunt acturi, privatim, ſi ſit neceſsè, prætentent.

13. Inſtruat, quomodò in Religionis exercitiis, ſe gerere debeant, ut ſcilicet, in Capitulo ſint patientes, ſilentes, & humiles; in communi converſatione benigni atque modeſti; in menſâ temperantes, & ſobrii, & ad ea quæ leguntur attenti; in labore ſtrenui; in animi relaxatione, cum Religioſâ moderatione & gravitate læti; in ſtudio, ſpiritualiumque rerum lectione, cum magno deſiderio laborioſi; in Regulæ, & Statutorum, & exercitiorum ſuorum executione, indefeſſi. Denique ut induentes Evangelicum ſpiritum, veri efficiantur Religioſi, in omni ſuâ actione, ſinceri, caſti, verecundi, veraces, & integri. 16. q. 1. c. De præſentium.

14. (b) Intelligant votorum noſtrorum vim Regulæ & Statutorum obligationem, Ceremoniarum decus: & omnia magni æſtimantes, benèque ponderantes, ea in moribus, & actibus ſuis exhibeant, & nihil negligant, quantumcumque parvum videatur; memores, quia, *qui ſpernit modica, paulatim decidet*. Eccli. 19.

15. Doceat, quomodò eos oporteat oculos dimiſſos, & cuſtoditos habere, non nimis altè, nec feſtinanter loqui, & in omnibus moribus, ſignum humilitatis exhibere; & quòd ultrò aliorum colloquiis, vel operibus, ſe ingerere, nullatenùs debeant, ſed omnibus honorem deferentes, coràm aliis vix audeant verbum proferre.

Num. 14. (*b*) *Intelligant votorum vim, Regulæ, & ſtatutorum obligationem.* Cujuſcumque voti principalis effectus eſt obligatio: *Si quid*, namque, *voviſti Deo*, inquit Salomon, *ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio.* Rectè igitur, ſaluberrimèque ſtatuta mandarunt votorum noſtrorum & Regulæ intelligentiam, quam ut enucleatiùs ſubminiſtrarent. Capituli ultimi Generalis, venerandi Patres, decreverunt, „ Statuta Ordinis obligare prout jacent, & in Germaniâ, & in Galliâ, & ubiquè.

Quia verò votorum funiculus triplex difficilè rumpitur, dùm tali vinculo conſtricti, ad illorum obſervantiam, pœnarum conſequentium metu, ſi non amore, coguntur, ſtatuerunt inſuper dicti Capituli Patres, „ Statuta Ordinis noſtri, item proùt jacent, obſervari debere, ſub „ pœnâ triduani jejunii contrà eos, qui quidpiam contrarium, in dictorum ſtatutorum vilipen- „ dium ſpargere præſumpſerint *Cap Gen an. 1717. Præm. ſub R. D. Honorato Lucas celeb.*

Similiter „ Declaravit Capitulum Reformationis Antiq. Rigoris, teneri omnes illius profeſſores, „ non minùs, quàm alios, ad ſtatutorum communium, quæ Bullis Pontificiis Pauli V. & Gre- „ gorii XV, non repugnant, obſervationem: Nam etſi inter articulos Reformationis hic ſit „ poſitus. *Statutorum Ordinis Præmonſtratenſis obſervatio, in quantum ſtatuta illa continent eaque* „ *videntur ſubſtantialia ejuſdem Ordinis, id eſt, ea ſine quibus vita regularis in eodem Ordine* „ *vix ſtare poteſt.* Tamen non voluit Communitas, per eum ſe à ſtatutis minimè ſubſtantia- „ libus eximere, ſed voluit tantùm declarare ſe ad ea non teneri aliter, quàm vi obligatio- „ nis communis, non autem vi reformationis, & juramenti in profeſſione conſueti. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an. 1628.*

16. Ad interrogata, cum verecundiâ, & timore humiliter, & circumſpectè, pauciſque verbis, diſcant reſpondere.

17. Valdè ſollicitè eos doceat, quâ reverentiâ, ſubmiſſione, & modeſtiâ, potiſſimùm Abbati, ac etiam Priori, aliiſque Superioribus, & Fratribus loqui, & quem iiſdem (& maximè Abbati) honorem exhibere debeant. Quàm deniquè religiosè, ac circumſpectè, in præſentiâ quorumcumque extraneorum, loqui, & ſe gerere oporteat.

De Conſecr. Diſt 5. c. Neophiti. 18. Non facilè concedatur Novitiis, vel à Priore in Monaſterio, vel à Magiſtro in Novitiatu, ut cum extraneis loquantur, & quandò hoc judicant concedendum, vel ipſi ſemper ſint præſentes, vel aliquis ab ipſis deputandus.

De Conſecr. diſt 5. c. Nunquam 19. Adnitatur quoque Magiſter valdè ſedulò, ut Novitii ſoli Deo vivere quærentes, cellarum, & quietis ſuæ ſtudioſi ſint obſervatores. Ut otio, omnibus modis, torpere refugiant, cùm ſpiritualem vitam agenti, nihil otio peſtilentiùs eſſe queat. Ut in legendis, volvendiſque *Scripturis Sacris*, à ſe præſcribendis, ſint aſſidui, & aliquot loca, ſpeciatim ad Dei amorem, terrenarumque rerum contemptum, & ad virtutum ſtudium magis excitantia, & palatum cordis dulcius afficientia præfigat: quæ frequentiùs, ac diligentiùs legant, revolvant, ac tenaciùs cordi, & memoriæ imprimant, ut Evangelicum, & Apoſtolicum ſpiritum, verè hauriant.

22, q. 2. c. Si quælibet 20. Ut autem in Sacrarum litterarum ſtudio debitè proficiant, doceat eos, nunquàm ad earum lectionem accedere, niſi præmiſſâ oratione, ac non aliter in eis verſari, quàm cum ardenti charitatis affectu, cum profundâ humilitate, cum reverentiâ, magnoque proficiendi deſiderio, ac potiſſimùm cum magnâ munditiâ cordis, quâ Deus videtur, ſapientiæ ejus arcana penetrantur, & quæ ſit ejus doctrina, paulatim intelligitur.

21. Exerceantur exactè Novitii, in doctrinâ Chriſtianâ, *Catechiſmo* comprehenſâ: & adlaboret, Magiſter ut clariorem, quam in ſeculo, ejus habeant intelligentiam.

22. De iis, quæ in Ordine obſervatu ſunt difficiliora, ſæpiùs cum Novitiis agat Magiſter, ut de obedientiâ perfectâ ſecundùm Evangelium Chriſti & Regulam Divi Auguſtini, præſtandâ: de perferendis incommodis, ex paupertatis voto provenientibus: de ſtabilitate in loco: de mutatione morum in meliùs, & ſui in omnibus mortificatione: de multo ſilentio, multâque quiete: de gravibus, auſteriſque pœnis, quæ delinquentibus imponuntur: de abſtinentiis, atque jejuniis, & ſimilibus aliis; ac advertere omnibus modis ſtudeat, an Novitii eâ ferveant charitate, eâque animi conſtantiâ ſint prædití, ut prudenter ſperari queat, quòd etiam duriſſima quæque, Deo adjuvante, ſint obſervaturi, & ſine pacis violatione, omnia ſint ſubituri.

23. Denique omni molimine conetur Magiſter Novitios ſibi commiſſos, ità excolere, inſtruere, & formare, ut perfecti tandem efficiantur, & mente in cœleſtibus habitantes, Angelicam hìc in terris vitam degant, ut cum Apoſtolo dicere queant: *Noſtra autem Converſatio in Cœlis eſt.* Philip. 3.

Caput XXI.

De provehendis ad Sacros Ordines.

1. Antè factam Profeſſionem, nullus ad ſuſcipiendum ſacrum aliquem Ordinem mittatur, vel ire permittatur. Arg. Trid. ſeſſ. 25. De Reg. Cap. 16.

2. In provehendis ad majores Ordines, Subdiaconatum, ſcil. Diaconatum, & Sacerdotium, ratio habeatur, ætatis, ſcientiæ, & honeſtatis morum. Diſt. 48. c. Sicut.

3. Ætas pro Subdiaconatu, ſit vigeſimus ſecundus annus; pro Diaconatu, vigeſimus tertius; pro Sacerdotio, vigeſimus quintus, ſaltem inceptus. Trid. ſeſſ. 23. c. 12. de refor.

4. Scientia, in Diacono & Subdiacono, talis eſſe debet: ut in litteris, & iis quæ ad Ordinem ſuum exercendum ſpectant, ſint ſufficienter inſtructi. Ibid. c. 1.

5. Provehendi ad Sacerdotium, eâ neceſsè eſt ſcientiâ polleant, ut, diligenti examine prævio, ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, & ad adminiſtrandum Sacramenta, apti comprobari queant. Ibid. c. 14.

6. Ordinandorum mores, oportet ut ſint integri, probi, & religioſæ profeſſioni conformes. Imò tali debent ipſi ordinandi eſſe pietate, caſtitate, & integritate conſpicui, ut præclara bonorum operum exempla, & inſignia vitæ merita, ab eis expectari poſſint.

7. Qui irreligioſis, & petulcis ſunt moribus, duroque ingenio, ad majores Ordines nequaquàm promoveantur: niſi reipsâ ſe correxerint, & modeſtè, ac religiosè, jamdudùm fuerint converſati: ut de ſincerâ eorum converſione, & conſtanti emendatione, Prælatus certus eſſe queat. Cauſ. 16. c. Si quis Monach. & 3. ſeq. Urba. 4. in Bull. Quia igitur. & in eminenti. & Cùm ex Officio 8. q. 1. c. 14. & 15. diſt 61. c. 5. c. & 1. q. 1. c. Eſtote & can. Pueri.

8. Morum, & honeſtatis cenſura, à cujuſque Prælati diſcretione, judicioque dependeat; qui ſuos, quandò ità viſum fuerit, juxtà Privilegia Ordinis, ad quemcumque Epiſcopum ut ab eodem ordinentur, mittere valeat.

9. Ad-

9. Advertat & caveat Prælatus, ne carne, aut ſanguine, vel inſtantiâ, precibusque quorumcumque, aut privato ſuo affectu, flecti ſe patiatur, ut indignos, aut minùs aptos ad ſacros Ordines promoveat, ne, & ſeipſum graviſſimo peccato obnoxium reddat, & promotos, periculo æternæ damnationis ſubjiciat.

10. Si quis Prælatus, hujus tàm neceſſariæ conſtitutionis prævaricator extiterit, à Domino Præmonſtratenſi, vel ab ejus Vicariis, vel Viſitatoribus, ſeverè caſtigetur.

Diſt. 13. c. 3. His igitur. 11. Nullus honorem ambiat, vel ut ad Ordines mittatur, Prælatum ſollicitando fatiget, ſed unuſquisque patienter expectet, quo uſque à DEO tanquàm Aaron, per ſuum Prælatum, vocetur, atque mittatur.

1. q. 1 c. 117. Quibuſdam. 12. Si quis obmurmurare præſumpſerit, quòd Prælatus, ſe prætérito, alium aliquem Confratrem ordinari curaverit, vel quòd ſecundùm placitum ad Ordines cum aliis non mittatur, juxtà culpæ gravitatem in aliorum exemplum, à Prælato diſtrictiùs puniatur.

Diſt. 16. q. 1. & diſt. 33. c. Si quis. Trid. ſeſſ. 4 C. 7. de reform. 13. Irregulares, ut homicidæ, idiotæ, bigami, viduarum mariti, & alii quorum irregularitas, profeſſione non tollitur, nec eſt legitimâ diſpenſatione ſublatâ, nullatenùs ad Ordines promoveantur.

14. Si quis Prælatus tales promovere præſumpſerit, ipſo facto ſit ſuſpenſus, ſimiliter & ordinati ab executione officii ſui ſuſpenſi ſint, & permaneant, quo-uſque per Dominum Præmonſtratenſem, in iis caſibus quibus poteſt, vel per alium, debitam poteſtatem habentem, ſit diſpenſatum.

15. Ad Sacerdotium, niſi aliud requirat neceſſitas, nemo provehatur, niſi per biennium, in monaſticâ diſciplinâ, poſt profeſſionem, benè ſit exercitatus.

16. Conſecrati Sacerdotes aliquot diebus ſpiritualibus exercitiis, antè primitias præparentur.

17. Convivia, cùm aliud non ſint, quàm mentis diſtractiones, & ſpiritûs devotionisque diſſipationes, nullatenùs in primitiis admittantur. Diſt. 43. c. Commeſſationes. & ſeq.

18. Sacerdotes autem Domini, ſublimem ſuam dignitatem, & arctam benè vivendi obligationem agnoſcentes, contendant ad perfectionis plenitudinem, & veræ ſanctimoniæ eminentiam, Sacerdotali ſuo ſtatui correſpondentem: & humilitatis, modeſtiæ, & caſtitatis, omniumque virtutum lux, ſic in moribus eorum reſplendeat, ut eam videntes, ædificentur, & ædificati, glorificent Patrem ipſorum, qui in Cœlis eſt. Math. 5. 16.

CAPUT XXII.

De exeuntibus & itinerantibus, ac modeſtiâ in Publico obſervandâ.

1. FRatres, qui cum Superiorum ſuorum licentiâ iter aggrediuntur, antequàm domo exeant, à Prælato, eoque abſente, à Priore hanc Benedictionem accipiant: *Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritûs-ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper.* Reſpondeantque *Amen.*

2. Exeuntes, juxtà Regulam, (*a*) bini vel terni vadant, & ad mutuam cuſtodiam, ſemper (*b*) ſibi cohæreant, & ſimul revertantur.

3. (*c*) Egredientium habitus, ſit honeſtus, & religioſus, nec ullâ curioſitate notabilis, nec affectent veſtibus placere, ſed moribus. Diſt. 23 c. His igitur. Trid. ſeſſ. 22.

Num. 2. (*a*) *Bini vel terni vadant* Juxtà præceptum Regulæ, Fratres quocumque ire neceſſum habuerint, non minùs, quàm duo, vel tres, ſimùl procedant. Et ille qui habet aliquò eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus juſſerit, ire debebit. Ad cujus præcepti reverentiam ſtatutum eſt, ut, „ Quandò neceſſè fuerit alicujus Fratris in urbe, vel pago operâ, comes „ fidelis, etiam ſecularis, & modeſtiæ ſtudioſus, ſicut etiam omnibus, ob quævis negotia „ egredientibus, adjungatur. *Cap. Gen. an.* 1618. *Pram ſub Petro Goſſetio celeb.*

(*b*) *Semper ſibi cohæreant.* „ Religioſi deambulationis ergò Monaſterium egreſſi, ad urbes, vel „ pagos, vel domos quaſcumque non divertant, ſed in loco ab hominum frequentiâ & con„ ſpectu, ſi fieri poſſit, remoto, deambulationes & recreationes ſuas inſtituant: Nunquàm„ que ſic à ſe invicem ſeparentur, ut eos duæ eorum uno oculorum rotatu proſpicere nequeat. „ Quemadmodùm autem bini exire è Monaſterio debent, ſic binos redire duæ eorum compel„ lat. *ibid.*

Simile quidpiam legitur in actis Capituli Provincialis Circariæ Franciæ, Pariſiis congregati, hu„ jus tenoris. „ Tant que faire ſe pourra, l' on donnera un ancien pour compagnon aux „ jeunes, lorſqu' ils ſortiront de la maiſon: & ſi l' on eſt obligè de donner un jeune, ils „ ne ſepareront point l' un de l' autre.. *Cap. Prov. Pariſiis an.* 1684. *celeb.*

Num 3. (*c*) *Egredientium habitus.* Qualis licitus, qualiſve prohibitus, dicetur infrà Diſt. 2. Cap. 19. ubi *de Veſtitu.* Qualis autem antiquitùs eſſe debuerit, narrat R. P. ac D. HUGO Stivagienſis noſtræ Abbatiæ Quaſi-epiſcopus Antiſtes, in facundiſſimis, quæ recèns Typo tradidit, Sacrarum Antiquitatum Monumentis, pag. 96. ubi commemorat, Præmonſtratenſes, olim incedendo, ſolitos fuiſſe cappâ indui, cui caputium adhærebat &c. Quem autem temporibus Gervaſii, hoc eſt, ineunte decimo tertio ſeculo, uſitatum, ad annum 1513. & dein-

4. Iu-

C. 1. de reform. S. Ambr. 2. de Off.

4. Inceſſus, omni tempore ſit modeſtus, moderatus, & gravis; & ſi neceſſitas non-nunquàm requirat, ut ſit feſtinus, nunquàm tamen ſit nimiùm præceps, ſed ſemper & ubique habeatur ratio decoris.

Cauſ. 23. c. De bis, circà medium.

5. Oculus, juxtà Regulam, ſit caſtos, & neqoaquàm petulans, vel vagus, ſed religiosè contineatur, & in ea ſolùm quæ antè ſe ſuot poſita, modeſtè feratur.

6. Facies ſit ſerena, & hilaritatem potiùs exhibeat, quàm triſtitiam, vel alium quemcumque noo ſatis moderatum affectum.

Prov. 18. 21.

7. Cùm autem in manibus linguæ mors ſit & vita, ſtudiosè & aſſiduè ea frenatur, & antequàm quis proferat ſermonem, ſemper interiorem conſulat veritatem, ne ad loquendum inconſideratus exiſtens, juxtà Sapientem, ſentiat mala.

Prov. 13. 3.

S. Baſilius in Reg.

8. Omnis effuſior riſus, qui ſignificare ſolet, mentis iotemperantiam non abeſſe, & animi motus nequaquàm eſſe ſedatos, ſedulò caveatur.

Diſt. 40. §. 1. diſt. 41. c. Parcimoniam. Ambr. l. 2. de virg.

9. Io publicum igitur prodeuntes, virtute modeſtiæ, omnes mores ſuos accuratè componant; ut nihil ſit torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum, non greſſus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior, ut ipſa corporis ſpecies, ſimolachrum ſit mentis, figura probitatis.

Diſt 44. c. 2. Non oportet. &c. 4. Clerici item Extr. de vitâ & hon. Cler c. 15. §. Et Tabernas.

10. (*d*) Hoſpitia, ſivè tabernas, niſi propter itineris, vel aliam evidentem neceſſitatem, nullos ingrediatur. Contraveniens puniatur.

Can. Apoſt. 53.

11. Exiſtentes in itinere, ſi ab honeſto aliquo amico invitentur, itinerantium ſenior, hoſpitalitatis iſtud officium admittere queat: veſpertino tamen tempore (niſi gravis compellat cauſa) extrà hoſpitium ſuum nunquàm cœnent. (*e*) Si aliquod occurrat Ordinis noſtri Monaſterium, ad quod divertant, modeſtè, & religiosè ſe habeant, benedictionem ab Abbate, vel à Superiore loci petant, & caveant vigilanter, ne quid agant, vel dicant, quod vel diſciplinæ relaxationem, vel aliquam turbationem lodu-

---

ceps perduraſſe, ſequenti decreto favente auguramus. „ Ordinavit Capitulum, ne aliqui Re„ ligioſi noſtri Ordinis, à modò Pariſiis, vel alibi, tanquàm ſtudentes admittantur, niſi ha„ beant cappas honeſtas, & decentes, cum quibus in villâ, & proceſſionibus Rectoris, pro „ Religioſis honeſtate incedere poſſint. *Cap. Gen. an.* 1513. *in S. Mart. Laud. ſub Jacobo de Bachimont celeb.*

Cùm autem Prælatis ſemper licuerit, melioribus uti, cum moderamine, veſtimentis „ Cappas ex panno ſubtilioris lanæ (quæ tunc *Sajetta* nuncupabatur, & Religioſorum uſibus non concedebatur) Prælati „ in Capitulo Generali, vel in peregrinationibus longinquis, habere „ & deferre poterunt *ibid.*

Num. 10. (*d*) *Hoſpitia ſeu tabernas nullus ingrediatur.* Capitulum Generale renovat decretum, „ quo mandatur omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Religioſis, ut quotieſcumque Pariſios ve„ niunt, non ad hoſpitia communia, ſed ad Collegium noſtrum ſe recipiant. Ne autem de„ fectus cellarum, ac neceſſariæ ſupellectilis, in dicto Collegio, aliquibus anſam præbeat „ aliò divertendi, Capitulum Generale declarat, & decernit in Congregatione Provinciali Franciæ „ proximè futurâ, imponendam eſſe contributionem, ad conſtruenda in dicto Collegio ædi„ ficia, quæ neceſſaria ſunt, & ad comparandam ſupellectilem, pro admittendis ibidem, „ & honeſtè excipiendis Ordinis noſtri Religioſis, cujus quidem taxationis, unaquæque Ec„ cleſia intrà Regnum, onus ſuum juxtà ſuas facultates portabit. *Cap. Gen. an.* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert. celeb.*

Congruentem unicuique Galliarum Monaſterio contributionem vi hujus decreti impoſitam, atque ab omnibus, pro cujuſvis ſingillatim facultate, perſolutam, hodierna teſtatur Collegii Pariſienſis ædificiorum ſtructura; ad quam ipſa quoque Reformatio Antiqui Rigoris, tributum ſolvit non modicum; Quamvis ſuam domum, ſub *Venerabilis Sacramenti* nuncupatione, jam pridem haberet Pariſiis, quam noviſſimis temporibus, Provinciarum, in quas tripartita dignoſcitur, communibus impenſis, auxit ædificiis & ſtudiis: quò Religioſi adventantes, tabernarum pericula devitare; negotia ſua, ſi quæ habent, fæliciùs componere; vel peregrinationis detrimenta quietiùs deinceps reſarcire poſſint.

Num. 11. (*e*) *Si occurrat Ordinis noſtri Monaſterium, ad quod divertant.* Non ex Religioſâ tantùm honeſtate, ſed ex ſtrictiſſimo ſcandalum vitandi præcepto, Religioſus quiſque Confratrum ſuorum potiùs, quàm hoſpitarum, contubernio delectari tenetur. Quamobrem in Capitulo Provinciali Pariſiis celebrato ordinatum fuit, quod ſequitur. „ Que pour èviter à l'avenir „ qu'il n'arrive aucun ſcandal aux Rèligieux de l'ordre, qui iront dans une Ville, voir „ leurs parents; dans la quelle il y aura une maiſon de l'ordre, ils ſeront obligès d'y aller „ coucher tous les jours, & s'y retirer vers les huit heures du ſoir. Ce qui ne s'entend „ pas des Procureurs des maiſons, qui viennent pour affaires, & qui ſont obligès quelque„ fois de coucher dans les hotelleries. *Cap. Prov. an.* 1684. *Pariſ. celeb.*

Quod Circaria Franciæ, ſuis Religioſis, ad urbes, conſanguineos inviſendi gratiâ, pergentibus ordinavit, id ipſum Reformationis Antiqui Rigoris Patres priùs ſtatuerant, ſeveriori ſancito, hujus tenoris.

„ Curent Superiores Monaſteriorum, quæ in urbibus, & propè urbes ſita ſunt, ne Religioſi „ apud parentes hoſpitentur, ſivè extranei ſint, vel domeſtici, neque comedant: & qui „ contravenerint, ſeverè à Superioribus localibus dictorum Monaſteriorum puniantur. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1680.

ce-

cere poſſit; & ſi id fecerint, ſtatim recedere compellantur, & à propriis ſuis Prælatis, cùm fuerint moniti, acriter puniantur.

12. Hoc verò valdè ſtudioſè obſervent omnes, ut ubicumque ſint, aut verſentur, (*f*) nunquàm obliviſcantur modeſtiæ in converſatione, & ſobrietatis in refectione.

De Conſecr. diſt. 5. Nullus preſbyt.

13. Cùm Fratres extrà Monaſterium hoſpitari coguntur, hoc ſolerter procuret Senior, ut ad mutuam cuſtodiam, in eâdem domûs parte, ſimul collocentur.

S. Baſilius in Reg.

14. Ubicumque Fratres extrà Refectorium comederint, ſive Canonici ſint, ſive Converſi, præſentium Senior, ut ſubmiſsâ voce, de rebus honeſtis loquantur, facultatem impartiri poterit.

15. Spiritualia exercitia, & conſcientiæ quotidianum examen, quantùm fieri poteſt, itinerantes obſervent, & in toto nunquàm omittant.

16. Domum de itinere reverſi, antè omnia, Deo gratias acturi, Templum adeant; & deindè, adventum ſuum Prælato indicari curent; & ab eo, ſive, eo abſente, à Priore, vel ab eo qui Conventui præſidet, poſitam ſuperiùs Benedictionem accipiant; in communi Refectorio comedant, & in Dormitorio cubent, niſi pro primâ refectione Abbas, vel is qui eam habet poteſtatem, ut alibi reficiantur, duxerit indulgendum.

17. Ad Conventum regreſſi, ordinem ſuum, ſicut cæteri teneant, nec clauſtrum, ſine licentiâ, ulteriùs egrediantur.

18. Si completorium, cùm regrediuntur, ſit peractum, licitum erit eis, uſque ad completam ſuam cœnam, de neceſſariis, vel utilibus rebus, modeſtè, & moderatè loqui: at cœnâ abſolutâ, ſine morâ ad quietem ſe recipiant.

19. (*g*) Pecunias, ſi quas habent, Proviſori exteriorum, vel cui Prælatus juſſerit, fideliter tradant.

20. Prælatus (cui ſoli hæc poteſtas reſervatur) Religioſos ſuos, (*h*) Convivia

---

Num. 12. (*f*) *Nunquàm obliviſcantur ſobrietatis in refectione*, Vinum, rem luxurioſam dixit Salomon, ebrietatemque plurium malurum fontem & ſeminariom. *Cui* enim, *væ*? *Cujus Patri væ*? *Cui rixæ*? *Cui jovea*? *Cui ſine causâ vulnera*? *Cui ſuffuſio oculorum*? *Nonne his qui commorantur in vino*, *& ſtudent calicibus epotandis*? Ejuſmodi compotationum amatores ſemper exhorruit Ordo noſter, „ Inhibitum eſt enim fratribus noſtris, tam Prælatis, quàm ſubditis; Prælatis quidem ſub pœna depoſitionis, Subditis autem, ſub pœna emiſſionis, ne ipſi de ceterò bibere præſumant ad æquales potus prætermiſsâ omninò illâ potatione, quæ *Weſſeri* dicitur. *Cap Gen. an.* 1280. *Præm ſub Ægidio Abbate celeb.*

Vox illa *Weſſeri* quæ fortè correctius ſcribi debuiſſet *veſſeil*, vel *Werſell*, potum copioſè ſuperfluum ſignificat, ex repetitis putationibus, quibus potator ipſe extinctâ ſiti fatigatur, juxtà illud:

Ergo vagante cypho diſtincto gutture veſſeil
Ingeminant veſſeil. labor eſt plus perdere vini
Quam ſitis &c:

Abominandum illud ebrietatis vitium, quod blandum dæmonem, appellavit Auguſtinos, dulceque venenum & ſuave peccatum; Quodque qui habet, ſeipſum non habet, quod qui facit, peccatum non facit, ſed ipſe totus eſt peccatum, iterùm ab Ordine noſtro proſcriptum legitur an. 1502. in hunc modum. „ Prohibet Capitulum ne Conventuales & Beneficiati ad potus æquales, in quocunque loco bibant. Quod ſi ſe ipſos ad potandum verbo, ſigno, nutu, vel aliàs quovis modu excitaverint, decem diebus graviori culpæ ſubjaceant, ſine ulla remiſſione Quod ſi unicâ punitione noo reſipiſcant, per pœnam carceris, & gravioris culpæ, ad arbitrium Prælaturum, prout plùs deliquerint, arceantur. *Cap. Gen. an.* 1502. *apud S. Quint. ſub Joanne de Cluſâ celeb.*

Exeuntes „ Si limites honeſtatis aut ſobrietatis exceſſiſſe deprehendantur, pœnam triduani jajunii in pane & aquâ ſuſtinebunt Eandem pœnam incurrent alii quicumque Religioſi, tam externi quàm interni, qui ad ebrietatem biberint, niſi ratio enati ſcandali, graviorem pœnam requirat *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. *Colon. celeb.*

Num. 19. (*g*) *Pecunias ſi quas habent &c.* Quia nonnulli Religioſi, ab uno monaſterio ad aliud tranſlati, vel etiam ex aliquâ peregrinatione ad proprium monaſterium réduces, viaticæ pecuniæ reſiduum, ſi quod ſit, in proprios uſus, inconſultis Superioribus, reſervare non formidant; ut proprietatis occaſio penitùs tollatur, „ Le Chapitre a ordonnè que les Religieux mettroient entre les mains des Superieurs locaox, le reſte de leur argent, ſous les peines decernèes contre les proprietaires. *Cap. Prov. an.* 1684. *Pariſ. celeb.*

Num. 20. (*h*) *Convivia parentum &c. rariſſime adire permittat.* „ Præcipitur omnibus Abbatibus, & Prioribus Conſultralibus Ordinis noſtri, ne Religioſos ex ſuo monaſterio ire permittant ſeu licentiare attentent, gratiâ viſitandi pareotes, ſeu quâcumque aliâ de causâ, niſi legitima habeatur: eò quòd in tali diſcurſu fratrum multa nefanda perpetrantur Quod ſi qui Priores, aut Suppriores in hujuſmodi fratribus licentiandis, hujuſce traditionis tranſgreſſores reperiantur, eoſdem pœnâ viginti dierum gravioris culpæ duximus eſſe puniendos. *Cap. Gen. an.* 1535. *Præm. ſub Joanne Foulembray celeb.*

„ Capitulum, juſtis Superiorum localium querimoniis ſatisfacere, & ſuper illas jus dicere cupiens, ad frequentes excurſiones, & inutiles parentum, aut amicorum viſitationes reſecandas, ſtatuit ſequentia, ac ſuper his lata decreta, jam edita, renovavit, & renovat. Scilicet, ut nulli Superiorum liceat ſuos mittere ad viſitandus parentes, & amicos, tantiſper diſſitos à monaſterio, abſque ſpeciali R. P. V. G. licentiâ, niſi fortè adſit gravis & urgens causâ. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1680.

Parentum, Conſanguineorum, vel aliorum quorumcumque, rariſſimè adire permittar.

21. Fratres, longius iter facturi, præfixo die; at verò dimiſſi, ut exeuntes ſtatim revertantur, (*i*) conſtitutâ horâ, ſint domi: alioqui graviter puniantur.

Diſt 54. c. Presbyteri. Con. Antiſ. Can. 24. Diſt 91. c. penult. §. Qui verò.

22. Nuptias qualiumcumque, nemo adeat, ne quidem ipſe Prælatus, niſi gravis, vel valdè prægnans ſubſit cauſa.

23. Nullus quoque Fratrum (ad omnia inconvenientia evitanda) (*k*) ad Dedicationes, aut ſolemnitates oppidorum, vel pagorum, ire permittatur.

Caput XXIII.

De Infirmis & Magiſtro Infirmorum.

Cap. 6. Cùm ad Monaſt De ſtatu Monach. § Porrò debiles.

1. Ægrotantium cura, juxtà Regulam, alicui Fratrum, maximè ad hoc officium idoneo, demandetur: qui tamquàm Magiſter Infirmorum, exactam eorum habeat rationem, neceſſaria provideat, & religioſam, ac ſeveram in Infirmitorio ſervet diſciplinam.

Clem. 8. in Bulla Nullus omninò.

2. Infirmitorium, debilium & infirmorum commoditatibus, ſit ritè adaptatum, & neceſſariâ ſupellectili, ſufficienter inſtructum.

3. Se ſentiens infirmari, indicet hoc Priori, & Magiſtro Infirmorum, & juxtà Regulam, (*a*) ſine ullâ dubitatione ei credatur, niſi magna ſubſit ratio, cur fides adhiberi non debeat: verùm advigiletur, ne quis negligatur.

4. Qui indiſcreto pietatis fervore, vel etiam aliquo pudore, ſuas ferunt, & tegunt infirmitates, undè paulatim contabeſcunt, etiam nolentes, ad Infirmitorium ire compellantur, & ſedula eorum cura habeatur.

5. Procurentur ægrotantibus Medici, & Chirurgi, quantùm fieri poteſt, eruditi, experti, & ſeduli.

6. (*b*) Cibi adminiſtrentur juxtà Regulam, pro morborum varietate neceſſarii, & convenientes.

Num. 21. (*i*) *Conſtitutâ horâ ſint domi.* „ Non facilè permittatur Religioſis adire convivia „ Quòd ſi tamen quandòque honeſtè & commodè recuſari non poſſit, ſtatuatur exeuntibus bo- „ ra certa, quâ infallibiliter redire debeant, ſub pœna jejunii unius diei in pane & aquâ. *Cap. Prov. Weſtph an.* 1659 *Colon. celeb.*

Cùm quis ex debitâ obedientiâ aliò migrare contingit, Superior à quo diſcedit; diem profectio- „ nis ſub obedientiâ notet; ut Superior, ad quem advenerit, eum puniat, ſi extrà metas præſcrip- „ tas divagari præſumpſerit. *Capit. Com. Ant. Rig. an.* 1680.

Num. 23. (*k*) *Ad dedicationes &c. nullus ire permittatur.* Mirabitur forſitan aliquis, interdictam Præmonſtratenſibus feſtivitatum ejuſmodi frequentationem, cùm ipſe Salvator noſter, convivia, nuptiaſque præſentiâ ſuâ honeſtare non dedignatus fuerit: Mirarer & ego, ſi verbis, & miraculis jam prodeſſe valerent convivis, ut Chriſtus olim profuit in domo Simonis, & in Canâ Galileæ: At Baccho inter pocula hiſce temporibus perſonante verbum Dei velut importuna narratio reprobatur, utpotè convivarum hilaritati, cachinis, obſcœnitatibus, irritamentis gulæ, fœminei quoque ſexûs illecebris, quæ à conviviis rariſſimè abſunt, contrarium. Quid mirum igitur, quòd Candidus Ordo noſter ab ejuſmodi ſcopulis refugiens, omnibus Prælatis prohibeat, „ Ne permittant ſuis Religioſis ire ad nuptias quorumcumque paren- „ tum, ſivè aliorum, & feſtivitates villagiorum, aut oppidorum, aut infantes è ſacro fonte „ levare, vel celebrare Miſſas extrà monaſterium, niſi fortè in exequiis fundatorum, cum „ propriis Abbatibus, vel niſi legitimam ob cauſam diſpenſet Dominus Abbas, quod tamen „ raró præſtabit. *Cap. Gen. an.* 1517. *ſub Jacobo de Bachimont, &* 1605. *ſub Franciſco à Longo-Prato Præm. celeb.*

Num. 3 (*a*) *Sine dubitatione ei credatur.* Infirmorum neceſſitatibus proſpicere, quemcumque Superiorem teneri certum eſt: At cuivis, ſe infirmum nuntianti, cœcam fidem adhibere nemini mandatum legitur. Hortatur equidem S P. Auguſtinus, ut etiamſi latens ſit dolor in corpore, tamen famulo Dei dicenti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur. Id ipſum & moderna Statuta præcipiunt; ſed illa, ab iis, quibus magna ſubeſt fidem non adhibendi cauſa, præcaviſſe memento. Non ignavis enim qui ſponte langueſcunt; non delicatulis illis cuticulæ ſuæ cultoribus, qui quia caput ſibi doluiſſe ſomniarunt, aſſurgere ad matutinas, diùque chorum adire detrectant; non iis qui, verbo dicam, propriæ ſuæ cupiditati ſeduliùs, quàm Deo, & Religioni, famulantes, ut lautiùs vivant, morbos quandòque prætendunt, credendum eſt: Sed iis duntaxat, quos amor Regulæ, boni mores, ſanctaque converſatio famulos Dei eſſe commendant; qui diem noctemque in Dei obſequio impendere anhelant; qui non ſuam, ſed Prælatorum ſuorum voluntatem implent, qui proximum verbo & exemplo paſcunt; Talibus famulis Dei dicentibus quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur.

Num. 6. (*b*) *Cibi adminiſtrentur pro morborum varietate.* Statutum hoc ſic expreſſum legitur in actis Capituli an. 1605. „ Curent Viſitatores, ægrotos delicatioribus cibis, juxta ægritudi- „ nis qualitatem, advocatis tempeſtivè medicis, tractari. *Cap. Gen. an.* 1605. *Præm. ſub Franciſco à Longo-Prato celeb.*

Quod quidem decretum hic evolgare juvat, non ut ægrotantium liguritioni faveamus, ſed ut nonnullorum hujuſce temporis ergà fratres ægros immiſericordem incuriem, quo jure meritò improbemus, innoteſcat; *Ita enim infirmi tractandi ſunt, ut citius recreentur.* Cavendumque omnibus eſt ſummoperè ne pro falſitatum fictionumque zizaniis, ab uno, vel altero fratre ægrotante, in infirmitorio ſeminatis, charitatis triticum evellatur.

7. Fe-

Julius 2. in Bulla præfixa Statutis.

7. Feriis quartis, ac etiam Sabbatinis diebus, niſi mos regionis obſiſtat, vel ſcandalum indè ſit generandum, ut (*c*) Infirmi carnibus veſcantur (quandò hoc judicio Medici utile, vel neceſſarium judicatur) Prælati vel eorum vices gerentes, quorum diſcretioni hoc committitur, benignè (*d*) diſpenſare valeant.

De Conſecr. Diſt. 5. c. Carnem.

8. Qui verò ſine licentiâ, dictis diebus, carnes edere præſumpſerint, ſi eorum conſtitutio id patiatur, ſtatim, vel, ſi eorum debilitas hoc non ferat, cùm vires recuperaverint, ad Conventum revocentur, & pro modo culpæ, debitè puniantur.

9. Qui infirmitatem habent, appetitum non turbantem, ut eſt inciſio, inflatio membrorum, ſimileſque, nec jejunia Ordinis frangant, nec cibos Refectorii mutent, niſi charitativâ Abbatis, & eo abſente, Prioris (quorum diſcretioni hoc committitur) diſpenſatione, hoc eis permittatur.

10. Minutio, ſivè venæ inciſio, toties Fratribus concedatur, quoties judicio Medici eis eſt neceſſaria.

11. Infirmis, debilibuſque, commodus ex Converſis Miniſter provideatur, ad miſericordiam propenſus, fidelis, officioſus; qui, ut ad omnem eorum neceſſitatem ſit paratus, cum eis comedat, in Infirmitorio cubet, & maneat; ac in omnibus, Magiſtro ſubjectus, tam ſecundùm ejus, quàm Prælati ordinationem ſe gerat.

12. Nullus ſecularis, niſi de Prælati, vel eo abſente, Prioris, ſpeciali licentiâ, in Infirmitorio, ad ſervitium Infirmorum, admittatur: Mulieres verò, ab Infirmorum miniſterio, etiam in graviſſimâ infirmitate, prorſùs excludantur.

Greg 9. Olim intellecto. Urban. 8. In no. 4. Bull. ſæpè citat.

13. Si quæ orationes, in Capitulo, Conventui imponantur, vel ſi Infirmi ibidem proclamentur, vel quid, eos concernens, à Superioribus ſtatuatur; Miniſter Religioſus hoc eis ſignificet.

14. Si Miniſter aliquid inordinatum ab Infirmis geſtum deprehendit, Magiſtro deferat, qui primo, poſt eorum convaleſcentiam, Capitulo, eos proclamet; & pro ratione culpæ, ab eo qui præſidet, corrigantur.

15. Quæ (*e*) ad cibum, potumque, pro Infirmis ſunt neceſſaria, ea

---

Num. 7. (*c*) *Infirmi carnibus veſcantur.* Sanctiſſimum Patriarcham Norbertum, ſui Ordinis alumnos ad abſtinentiam à carnibus omni tempore, præterquàm in infirmitate, ſervandam, aſtrinxiſſe jam ſuprà annotavimus, ad hujus Diſt. Cap. XI. Num. 5. Id unum hic obſervamus, quòd ætate Gervaſii, totius Ordinis Generalis Miniſtri, ethnicis æquiparati fuerint & publicanis, etiam ipſi infirmi, carnibus veſcentes extrà infirmitorium. Sic enim Gervaſius ipſe ſcribit Priori & Suppriori Montis-Syon „ Si qui fuerint inter vos, uſque adeò inordinatè ambulantes, ſivè Canonici, ſivè Laici, ut, „ extrà infirmitorium cum infirmi fuerint, & licentiam habuerint, veſci carnibus non formident; Tales omnes volumus à vobis haberi, „ tanquàm ethnicos & publicanos, & vel ab Eccleſiâ omninò expelli, vel ut miſericorditer „ agatur cum eis, infrà Eccleſiam arctiori cuſtodiâ deputari, & debitâ pœnâ puniri. *Gervaſ. Epiſt.* 103.

Antiquum hunc abſtinentiæ Rigorem ſectamur in Congregatione noſtrâ, quæ idcircò potiſſimùm Antiqui Rigoris cognomine laudata eſt. Nuſquàm enim ſit nobis domi, vel foris, carnes comedendi licentia, niſi dùm ex Infirmitate, & medicorum judicio, cibis hujuſmodi refici nos & recreari oportet. Ceterùm quamvis, teſte Apoſtolo, *Bonum ſit homini, non manducare carnem*, abſit tamen, ut ſuper Confratres noſtros, qui à tali rigore Pontificiâ diſpenſatione exempti ſunt, nimium extollamur, vel ipſi nos de obſtinatione ullâ, vel abuſione criminentur: Cùm ſcriptum ſit, *is qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non judicet.*

(*d*) *Prælati diſpenſare valeant.* In antiquis Statutis hæc leguntur. „ De licentiâ dandâ veſcendi carnibus debilibus & infirmis, relinquitur propriorum judicio Abbatum, & illorum quibus ſuper hoc vices ſuas committent. Statutum tamen eſt, quòd neque Abbates, neque illi quibus committent vices ſuas, ſani carnes comedant, neque ſanis Canonicis vel Converſis, infrà monaſteria comedendas concedant. Alioqui tam Abbates quàm alii quibus vices ſuas commiſerint, ſi de hoc convicti fuerint, vel confeſſi, pro quâlibet comeſtione, tribus ſextis feriis, in pane & aquâ jejunent, Canonicis & Converſis pœnâ ſimili puniendis, exceptis debilibus, & infirmis, potionatis, & minutis, quibus per Abbates eſus carnium „ concedatur. *Antiq. Statut. Diſt.* 1 *Cap.* 19.

Num. 15. (*e*) *Ad cibum neceſſaria magiſter petat.* Etſi juxtà præſcriptum Regulæ, Magiſter à cellario petere debeat, quod cuique infirmorum opus eſſe proſpexerit: Quia tamen nonnullos reperire eſt, qui in infirmitoriis diſcumbentes, ſtomacho plerùmque nauteante liguriunt, & edaci faſtidio id imperrare conantur, ut veram probent eſſe infirmitatem, quam fingunt; ejuſmodi corpore vegeto languentium ingluviem, Prælatorum, non autem ſolius magiſtri, ordinatione coercendam Capitulum providentiſſimè judicavit, hoc edicto „ Infirmis delicatiores cibi non miniſtrentur ad judicium magiſtri infirmorum, ſed ſecundùm ordinationem Abbatis, cui teneatur obedire. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 7. *Præm, ſub Michaele Colbert celeb.*

Magiſter, vel Miniſter, à Cellario petat; ac ut ea adferat, Refectorium & coquinam (niſi Prælatus aliud conſtituerit) intrare licitè queat.

16. Exactiſſimâ curâ, tàm Superiores, quàm Magiſter advigilent, ne Infirmi, vel à Miniſtro, vel à Medicis, aliiſque negligantur.

17. Infirmi, niſi nimium debiles ſint, ſubſequentem in Infirmitorio, quantùm fieri poteſt, ſervent diſciplinam.

18. Æſtate, ſurgant ad minùs horâ ſextâ; hieme, horâ ſeptimâ, & ſi ſint plures, ſimùl legant ſuas Matutinas, quas tamen veſperi prævenire poſſunt.

19. Lecto Capitulo, Meditationi vacent, ac ad Miſſam, vel dicendam, vel audiendam ſe diſponant. Tertiam, ac Sextam, eo tempore perſolvant, quo regulariter in Conventu dici ſolent.

20. Si ſint ſatis robuſti, & hoc juſſerit is qui præeſt, ſummæ Miſſæ interſint, ac etiam horis, quæ eam immediatè præcedunt, & ſequuntur: at verò, niſi cogat neceſſitas, in majori Miſſâ non miniſtrent.

21. Circà idem tempus, quo Conventus, & ipſi refectionem ſuam ſumant; ac ut de rebus utilibus ſub eâ loquantur, indulgetur.

Diſt. 44. c. Quandò. 22. In initio, & fine refectionis, vel à Miniſtro, vel à juniore Infirmorum, vel ab eo cui hoc fuerit injunctum, aliquid ex Bibliis, vel ex aliquo ſpirituali libello legatur, & ad nutum Senioris, niſi Magiſter, vel aliquis Rectorum adſit, Lectio terminetur.

23. Nullus regularis, externus, vel ſecularis qualiſcumque, ſine expreſſâ Prælati licentiâ, in Infirmitorio, ad menſam admittatur.

24. Horâ, pro Veſperis Conventûs deſignatâ, legant & ipſi ſuas; Completorium verò, poſt, vel antè Cœnam, pro ſuâ commoditate perſolvant.

25. Supervenientibus amicis, vel aliis extraneis quibuſcumque, Infirmi non loquantur, niſi de conſenſu Magiſtri, ac etiam Prioris, ſi fœmina ſit, idque in Auditorio.

26. Ab horâ octavâ veſpertinâ, in hieme, & à nonâ, in æſtate, uſque ad ſeptimam matutinam, colloquia ſua tam religioſè infirmi moderentur, ut nulli clamores edantur, nullæ texentur fabulæ, ſed de neceſſariis duntaxat utilibuſque, modeſtè loquantur.

27. Prælatus frequenter Infirmos viſitet, ac prout ipſorum ſaluti neceſſarium eſſe perſpexerit, eos animet, conſoletur, & moneat.

28. Magiſter Infirmorum, advertens aliquem plurimùm debilitari, immodicèque deficere, ſtatim hoc Prælato, atque Priori ſignificet, ut neceſſaria circà ſalutem animæ cura, maturè adhibeatur.

29. Cùm ſenſim, quiſpiam propinquat ad mortem, Prælatus, vel eo abſente, vel injungente, Prior, Sacrâ Euchariſtiâ eum muniat, & tempeſtivè inungat; hortetur ad perſeverantiam, & moneat, ut ſpem, fiduciamque omnem in Deo ſuo, ac Salvatoris ſui Chriſti paſſione, conſtituat.

30. Mandet, ut Profeſſio Fidei coràm eo legatur: ut in eâ, quâ vixit fide, Deo juvante, moriens, præmium ejuſdem conſequatur.

31. Cùm in agoniâ conſtitutus, cum morte luctari cœperit, Prælatus cum Conventu, ardentiùs, & fortiùs, quouſque Creatori ſuo animam reddiderit, precibus inſiſtant.

32. Mortuo Fratre, Miniſter infirmorum, aquam, ad abluendum corpus Defuncti, neceſſariam, ac feretrum, ejuſque coopertoria præparet, atque diſponat.

33. Convaleſcentes, delicatioribus cibis, ut citiùs priſtinum robur vireſque recuperent, enutriantur; & alia ad hoc requiſita, ſine difficultate, ſuppeditentur.

34. Recuperatâ valetudine; *redeant*, cum conſenſu Prælati, vel Prioris, *ad fœliciorem conſuetudinem ſuam, quæ famulos Dei*, inquit Regula, *tantò magis decet, quantò minùs indigent.* Ex Reg.

35. Ad Conventum reverſi, proximo Capitulo, de admiſſis negligentiis, culpam ſuam dicant, ac preces poſtulent; nec deinceps in Infirmitorio comedant.

36. Ei, qui reſtitutâ ſanitate, in Infirmitorio invetecundè moras trahit, ut ad Conventum redeat, expreſsè mandetur, & ſi neceſſarium compellatur.

Caput XXIV.

De Raſurâ.

1. RAſura in vertice capitis ſit ſatis magna, & æqualiter rotunda, ut Religioſos habere decet. 12. q. 1. c. Duo ſunt.

2. (*a*)

2. (*a*) Corona capillitia, trium digitorum ſit latitudinis, & uſque ad aures deſcendat, nec ultrà, ſitque ut ſuprà, ità & infrà, æqualiter rotunda.

3. (*b*) Barbæ tam Paſtorum, quàm Clauſtralium, ad cutem uſque radantur, vel tondeantur, niſi ex juſtâ cauſâ, Prælatus cum aliquibus judicaverit diſpenſandum.

Diſt. 23. c. Probibita c. Non liceat. De honeſt. Cleric.

4. A Kalendis Novembris, uſque ad Kalendas Aprilis, tertiâ ſemper ſeptimanâ; & à Kalendis Aprilis, uſque ad Kalendas Novembris, de quindenâ in quindenam, (*c*) Fratres radantur, niſi propter occurrentes Feſtivitates, ex arbitrio Prælati, vel Prioris, raſura differri debeat, vel anticipari.

5. Fratres, frigidas regiones inhabitantes, judicio ſuorum Superiorum, rariùs radi poterunt: verùm hoc ſedulò caveatur, ne in unâ, eâdemque Provinciâ, diverſæ conſuetudines habeantur.

6. Quotieſcumque Canonici mittuntur ad Ordines, ſemper radantur.

7. Caveant Fratres, ne raſores, aliquâ ſuâ morâ moleſtent, ſed vocati, expeditè adſint.

8. Advigilent ſedulò Prælati, & Superiores, ne eorum quæ ſuperiùs de raſurâ ſunt decreta, quicquam, negligatur; & eos, qui aliquid infringere præſumpſerit, graviter puniant.

9. (*d*) Converſi non radantur, ſed ſingulis menſibus, ſemel duntaxat, tondeantur, nec capillitium, nec barbam alant; ſed quandò tondentur, tantum eis ſolùm barbæ relinquatur, quantum infrà menſem, ſi raderentur, excreſcere poſſet.

10. Converſi, hujus præcepti prævaricatores, pro delicti quantitate, ſeverè caſtigentur.

Num. 2. (*a*) *Corona capillitia.* Tonſuræ Eccleſiaſticæ uſum à Nazareis exortum dicit Iſidorus lib. 2. de Eccl. offic. cap. 4. & ab Apoſtolis introductum, ut hi, qui in divinis cultibus mancipati Domino conſecrantur, quaſi *Nazarei*, id eſt, *Sancti Dei*, crine præciſo innoventur. Variavit autem, pro varietate Clericorum, tonſuræ illius ratio, ſeu forma. Alii namque paucos, alii pauciores, aliique vel nullos, vel omnes capitis capillos radunt, quibus comam aſcititiam ſine cauſâ ſufficere non verentur. Cujus quidem capillamenti uſuram, noviſſimâ hac ætate noſtrâ Clericis omnibus interdixit Sanctiſſimus Pontifex Benedictus XIII, nec ſuis unquàm permiſit Religioſis Ordo noſter, niſi prius adhibitâ ſequenti cautelâ. „ Si Religioſus Catharis ità affligatur, ut judicio Medici capillitium geſtare debeat, non poteſt de licentiâ Prælati ſui eo uti, ſed habito Medici teſtimonio D. Vicarius Generalis requiretur. *Cap. Prov. Veſtph.* 1721. *Tit.* 12. *Colon. celeb.*

Num. 3. (*b*) *Barba ad cutem uſque radantur.* „ Quia R. P. Abbas Miraevallis, barbam ſatis „ prolixam Capitulo deferens, aſſeruit ſe illam deferre causâ debilitatis, & conſilio Medici, „ & non in contemptum Capituli, expreſsè profitendo, ſi recuperaret ſanitatem, aliàs ſe velle pro viribus in tonſurà, habitu & aliis cæremoniis Ordinis ſe conſormare, idque juxtà „ Ordinis decreta & ſecundùm Patrum antiquorum conſuetudinem; Ne ex promiſſis ſcandalum „ oriatur, Capitulum pro hac vice, ſuper hoc ſuis ſubditis imponit ſilentium. *Cap. Gen.* 1539. *Præm. celeb.*

Num. 4. (*c*) *Fratres radantur.* Frequentior erat antiquitùs fratrum raſura, quàm quæ hoc Capite ſtatutorum modernorum præſcribitur. Sic quippe in antiquis habetur. „ Raſura fiat à „ Kalendis Novembris, uſque ad Kalend Aprilis, de quindenâ in quindenam; & à Kal. Aprilis uſque ad Kal. Novemb. de decem diebus in decem dies. *Antiq. Stat. diſt.* 1. *cap.* 21. „ In augmentum gratiæ, hoc ſolum ſtatutum eſt, quòd una raſura fiet præter conſuetas, tertiò „ Nonas Julii; alia, XV. Kal. Auguſti; & alia, Kalendis Auguſti. De raſurâ cætera obſerventur, ſicut in ſtatuto de raſuris præſcriptum eſt. *Cap. Gen. an.* 1273. *Præm. ſub Guerrico Abb. celeb.*

Capitulum Generale ultimum an an. 1717. Præmonſtrati celebratum, decrevit barbam ſingulis octiduis tonderi.

Num. 9 (*d*) *Converſi non radantur, &c.* Anno 1538. Abbas *Horti-Mariæ* in Friſiâ, requiſierat à Venerabili totius Ordinis Capitulantium cœtu, quatenùs dignaretur diſpenſare, ſuper raſurâ barbarum Converſorum dicti Monaſterii *Horti Mariæ.* Petitioni non annuit Capitulum. „ Eò quòd minimè eſſent tranſgrediendi termini, quos poſuerunt Patres noſtri; intellecto „ quod illi barbam, & cappam griſeam portare debent, ad diſtinctionem presbyterorum & „ Sacerdotum. *Cap. Gen. an.* 1538. *Præm. celeb.*

A priſcis Ægidii Præmonſt. Generalis temporibus ſtatutum fuerat. „ Quòd Converſi noſtri Ordinis haberent barbas ordinatas, quantùm videlicet ſupercreſcere poſſint per ſpatium unius menſis. *Cap. Gen. an.* 1280. *Præm. ſub Ægid. Abb. celeb.*

Verùm hodiernis temporibus ità è conſpectu plerorumque, ne dicam omnium, evolavit meta illa, quam tranſgredi nefas judicabant Patres noſtri, ut jam Converſus, tàm mento, quàm crine, æquè præclarum caput in publicum exhibeat, ac ſi Sacerdotale meritum, cerebrumve haberet.

DISTINCTIO SECUNDA.

CAPUT I.

De Abbate.

Diſt. 39. c. Petrus. 1. Futurus Abbas, ſivè Præpoſitus, ad regimen, ad quod vocatur, tam vitæ ſanctitate, quàm doctrinæ ſplendore, ac agendarum rerum, quantùm fieri poteſt, experientiâ ſit idoneus.

2. Ingreſſus in Abbatialem dignitatem, nec ſimoniacus ſit, nec aliâ ratione vitioſus.

3. Quod ſi, de ipſa electione, de perſonæ qualitate, vel ſimili, diſceptatio oriatur, (*a*) non ad aliud quàm ad Ordinis tribunal confugiatur ſub pœnis *diſt.* 4. conſtitutis.

Cap. 27. de Simoniâ. 1. q. 1. c. Si quis Epiſcop. 4. Abbates, qui ad Abbatias ſuas, ſimoniacè ingreſſi comperiuntur, ſine ſpe diſpenſationis, etſi ſimoniæ non conſcii, deponantur, & ſi ipſis ſcientibus, ſimonia ſit commiſſa, toto tempore vitæ, ubique ſint inelegibiles.

Cap. 5. 6 n. 23. & 44. de Elect. & Elect. poteſt. 5. Antè obtentam confirmationem, niſi excuſans adſit cauſa, dignitatis ſuæ adminiſtrationi, tàm temporali, quàm ſpirituali, ſive per ſe, ſivè per alios, nequaquàm electus ſe immiſceat; ſub pœnâ, quod omni jure, ſivè per electionem, ſivè quovis alio modo ipſi acquiſito, ipſo facto privatus exiſtat.

Inno. 4. Virtute conſpicuo. Urban. 4. In emin. 6. Confirmatus, benedictionem ſuam ab Epiſcopo Diœceſano, vel eo recuſante, juxtà tenorem Privilegiorum Ordinis, ab alio Antiſtite, Sanctæ Romanæ Sedis communionem tenente, tam citò, ac commodè fieri poteſt, obtinere procuret.

3. q. 2 c Quia ea. & 17. q 4. c. Nullus. 7. Abbates, Præpoſiti, aliique Ordinis noſtri Prælati, in primo Eccleſiarum ſuarum ingreſſu, ſivè inſtallatione, ſivè benedictione, nulla ſumptuoſa convivia, nullaſque notabiles expenſas, in Eccleſiarum ſuarum gravamen, facere præſumant; alioqui à Vicariis, vel Viſitatoribus, graviter puniantur.

8. A tempore autem quo quis eſt in Prælatum electus, & confirmatus, ab omnibus Fratribus, tamquàm legitimus Superior, in cujus perſonâ, Deus repræſentatur, & honoratur, poſt Deum, & propter Deum, in ſummo ſemper (prout præſcribit Regula) honore, ac veneratione habeatur. 18. q. 2. c. Abbates. Diſt. 95. c. Iſto. 2 q. 5. c. Habet.

9. Quilibet antè eum tranſiens, quocumque loco fuerit, caput denudans, & in partem ſe retrahens, ac ad eum ſe convertens, profundè ei inclinet.

10. Quocumque loco Fratres reſideant, etiam in Templo, atque Capitulo, eo ſuperveniente, vel tranſeunte, ſurgant, & detecto capite inclinantes, reverentiam exhibeant; (*b*) nec reſideant, vel ſe tegant, quouſque ipſe reſederit, vel ut ſedeant ſeque tegant, juſſerit.

11. Is, cui Abbas, vel qui Abbati loquitur, nudato ſit capite, & quoadúſque Prælatus aliud mandarit, ità permaneat.

12. Quicumque Prælato, vel librum, vel quid aliud, obtulerit, accedens & recedens, profundè inclinet, & accipiens Prælati manum, humiliter oſculetur.

13. Hoc autem ſollicitè, & ſtrictè obſervent omnes, ut maximè in Prælati præſentiâ, in veſtitu, verbis, geſtibus, ac in omnibus moribus ſuis, modeſtè, & diſciplinatè ſe habeant. Diſt. 21. c. Nolite.

14. Advigilet quoque diligenter Abbas, ſive intùs, ſive foris exiſtat, ne aliquis ſe præſente (dummodò id poſſit impedire) vel diſſolutè loquatur, vel minùs honeſtè, ac religiosè ſe gerat, alios ſcandalizet, vel quâcumque ratione, honorem ſibi debitum violet: In quibus ſi quis deliquerit, acriter opportuno tempore caſtigetur 1. q. 1. c. Multi, & ſeq. Et 6. q. 1. c. Sacerdotes, ac c. Oves,

15. Prælatus, comedens in Refectorio, ſolus in medio majoris menſæ ſedeat.

Num. 3. (*a*) *Non ad aliud quàm ad Ordinis tribunal confugiatur.* „ Abbas, vel Canonicus, ad „ Abbatiam jus prætendens, qui prætermiſſâ juriſdictione Ordinis, ad extraordinariam audientiam „ confugerit, ibique ſuum Confratrem in cauſam traxerit, ſeu aliâs ibidem moleſtaverit, eo ipſo, ſine omni reſtitutione, ſciat ſe eſſe depoſitum, & omnes ſubditos ſuos ab ejus obedientiâ eſſe abſolutos, ac eundem omni jure, quod in ipſo monaſterio, ſeu ad ipſum prætendebat, fore, & eſſe ipſo facto privatum, & deſtitutum, excommunicationiſque ſententiâ, quàm in iis ſcriptis contrà tales proferimus, eo ipſo innodatum, niſi à proſequendo, quod inceperit, infrà triduum reſipiſcat. *Antiq. Statut. Diſt.* 2. *Cap.* 1.

Num. 10. (*b*) *Non reſideant, vel ſe tegant quo-uſque &c.* „ Nullus reſideat, vel etiam birretum imponat, niſi Prælatus præſens prius ſuum impoſuerit. Quoties Conventus eſt in ſuperpelliceis, non licet junioribus tegere capita: quandò tamen junior eſt ſuccentor, habet facultatem imponendi birretum, prout & cantor facit. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1721. *Tit.* 1.

CA-

Caput II.

De Officio Abbatis in ſpiritualibus.

Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de refor.

1. QUi Abbatialem functionem ſuſcipiunt, quæ ſuarum ſunt partium agnoſcere ſtudeant, & intelligant ſe non ad propria commoda, ad divitias, & luxum, ſed ad labores, & ſollicitudines pro Dei gloriâ vocatos, & ſe obſtrictos eſſe, ut attendant ſibi, & gregi ſibi commiſſo, ac proindè obligatos, juxtà Apoſtolum, ut vigilent, in omnibus laborent, ac miniſterium ſuum impleant.

2. Tim. 4.

Trid. ſeſſ. c. 1. & ſeſſ. 25. C. 1. de reform. Ezech. 3. 18. 7. q. 1. C. 20. Cùm C. 6. Ad. Monaſt. de ſtatu Monach. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. de refor. S. Greg.

2. Omnes Prælati, prout omni jure obligantur, (*a*) ſtrictè reſideant, ut ſuo gregi, cujus ſanguis à Supremo Paſtore de ipſorum manibus aliquandò requiretur, vigilanter intendere queant.

3. Rariſſimè autem abſint, niſi aliud officii eorum ratio poſtulet; quo in caſu domui ſuæ benè proſpiciant, ac aſſiduè curent, ne ſubditi per eorum abſentiam, aliquod detrimentum patiantur; ſciens quòd non ſit admittenda Paſtoris excuſatio, ſi oves lupus comedit, & ipſe earum cuſtodiæ minimè incumbens neſcit.

4. Habeant cum Priore, aliiſque Superioribus, de ſuorum moribus, profectu, atque defectu, frequentes inquiſitiones, & collationes.

5. Sæpè Filios ſuos viſitent, vel ad ſe vocent, eoſque tanquàm veri Patres, (*b*) in ſpiritu lenitatis inſtruant, moneant, conſolentur, ac dum opus eſt, corripiant, objurgent, atque caſtigent.

Prov. 27. Vide Trid. ſeſſ. 23. C. 1. de reform. Diſt. 41. c. Multi Sacerdotes. Ex Athanaſio.

6. Vultum pecoris ſui agnoſcere ſtudeant, & omnia interiora penetrare nitantur; quò faciliùs, & interiorum vitia extirpare, & virtutes inſerere queant.

7. Omnes (*c*) Prælati, protu ſibi à Domino mandatum, atque commiſſum eſt, Subditis ſuis, tum verbis, tum factis (ſi enim abſint opera, parum efficient verba) vera dogmata, & vitæ perfectæ normam tradant: repoſcant ab eis ſpiritualis vitæ rationem, & ne alicujus animam romphæa corripiat, vigilanter tubâ canant.

8. Pro ſuâ, ac Subditorum ſalute, neceſſitatibus, atque profectu (prout ſunt obligati) ardentes, ac nunquàm intermiſſas fundant preces: Ac ſacratiſſimum immaculati Agni Sacrificium (ſi non poſſint quotidiè) frequentiſſimè tamen, Divinæ offerant Majeſtati; & ob id, ea conentur nitere cordis puritate, ut ad tantum Sacrificium offerendum digni ſint, & ut id quod oratione petunt, etiam per effectum ferant. Trid. ſeſſ. 23. C. 1. de refor.

9. Prælati, tanquàm veri Paſtores (qui ex præcepto divino Sacramentorum adminiſtratione ſuos paſcere obligantur) Subditorum, quandò requiruntur, audiant Confeſſiones, morientibus aſſiſtant, ac Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis Sacramentis muniant, aliaque, quæ ad eandem ſpectant obligationem, ſedulò compleant. Trid. ibid. 7. q. 1. c. Sciſcitans. Diſt. 43. c. Epheſiis.

10. Memores rationis, in noviſſimo die, pro grege ſibi commiſſo, reddendæ, omni ſtudio invigilent, ut Ordinis Statuta, & alia decreta, exactè ſervent, & ſervari faciant; præcipuè quæ de Meditatione, ſive oratione mentali, ſilentio, Jejuniis, Capitulo culparum, aliiſque ſpiritualibus exercitiis, tamquàm omnis diſciplinæ fundamentis, piè ſancita ſunt. De Conſecr. Diſt. 2. c. Non prohibeat 11. q. 1 c. Præcipuè. Cle. 8. Nullus omninò. Diſt. 12. c. De his.

11. Collapſa, & deformata reſtaurent, atque reforment; ſcientes, quòd animas ſuas ſalvas facere non poſſint, niſi omnibus modis (quantùm in ſe eſt) illud præſtiterint.

12. Communia officia, obedientias, ac gravioris culpæ pœnitentias, Fratribus in Capitulo ſoli Abbates imponant: & quandò id expedire judicaverint, ab iiſdem eos abſolvant. Verùm, ſi ſubſit cauſa, hæc Priori committere poterunt.

13. Soli quoque Prælati Novitios veſtiant, eorum Profeſſiones recipiant,

---

Num. 2. (*a*) *Strictè reſideant.* Abbates ità ad reſidentiam teneri exiſtimarunt PP. Capituli Generalis an. 1670. ut ipſis deambulationes, vel ad quindenam duntaxat, interdixerint, ſpeciali reſponſo, quod legere eſt infrà ad Cap. X. *De Priore* Num. 15.

Num. 5. (*b*) *In ſpiritu lenitatis, corripiant.* „ Summoperè Prælatis omnibus cavendum eſt, ut „ in ſubditorum correctionibus, nec vigor ſit nimis rigidus, nec manſuetudo nimiùm diſſoluta: Cùm in illis, nec zelus rectitudinis ſine manſuetudine, nec lenitas manſuetudinis ſine „ ſeveritate rectitudinis debeat inveniri. *Cap. Gen. an.* 1279. *Pram. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Num. 7. (*c*) *Pralati, ſubditis, tum verbis, tum factis, vitæ perfecta normam tradant* „ Præcipit Capitulum Dominis Abbatibus, ut circà quotidianos exceſſus ſint diligentiores, & cum „ ſuis Religioſis frequentiùs converſentur: ut ſic eis verbo, & exemplo præeſſe poſſint. *Cap.* „ *Gen. an.* 1605. *Pram. ſub Franc. à Longo-Prato celeb.*

„ Optimus & efficaciſſimus eſt ad obedientiam ſtimulus, Prælatorum, in diſciplinâ regulari obſervandâ, ſtudium & exemplum. Quare ſtudeant omnes ſuis, non ſolùm verbo, ſed etiam exemplo præeſſe, ut poſſit unuſquiſque, cum Iſraelitarum Principe Gedeone, ad pugnam ſpiritualem ſuos his verbis excitare, quod videritis me facere, facite. *Cap. Gen. an.* 1618. *Pram. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Mo-

Monaſterio incorporent, & quandò eos idoneos judicant, ad Ordines mittant.

14. Similiter, ad Prælatorum officium ſpectat, omnia cætera officia, omneſque pœnitentias, ſive intùs, ſivè foris imponere, & ab iisdem abſolvere, ac etiam ab aliis conventualibus Superioribus impoſitas (ſi ità judicent expedire) relaxare; ac omnia ea facere, quæ ad bonum Monaſterii regimen, & ad Subditorum ſalutem, atque profectum, juxtà regularia noſtra inſtituta, exiſtimant neceſſaria, & convenientia.

Caput III.

Quibus virtutibus Prælati ornari debeant.

1. Quoniam verò hoc Paſtorale onus, angelicis etiam humeris formidandum, ſine ſingulari vitæ puritate, & præſtantiſſimarum virtutum præſidio ſuſtineri non poteſt (Integritas enim Præſidentium, ſalus eſt Subditorum) ideò ut tam ponderoſum onus fortiter & conſtanter ferant, & quæ muneris ſui ſunt, cum uberi ſalutis fructu exequantur; Antè omnia, omnes Prælati, aliique Superiores anxiè caveant, ne vel ſcandaloſa, vel aliqua ſtatum ſuum minus decentia perpetrent; conſiderantes, quòd tot mortibus digni ſint, quot ad Subditos perditionis exempla tranſmittunt: Sed econtrà ſic virtutibus ſtudeant, ut eorum vitam quicumque intueantur, omnium virtutum exemplar antè oculos propoſitum habeant.

Trid ſeſſ. 6. c. 1. de refor.

S. Greg. 11. q. 3. c. Præcipuæ. S. Baſilius ſer. 1. de Inſtit. Monach.

2. Nitantur proindè Prælati inprimis ut mites ſint, & humiles corde (quæ præcipua Superiorum inſignia ſunt) quibus proprium placitum, ſenſumque exuentes, ſe & Majorum decretis, placitiſque ſubdant, & ſuave reddant imperium, quod auſteritas durum facit, & importabile.

Diſt. 45. c. 5. Licet. & c. 10 Diſciplina.

3. Manſuetudinem ſuam, omni levitate ſecluſâ, religioſâ morum temperent gravitate & maturitate; ne ſi nihil habeant majeſtatis, perdant quidquid eſt authoritatis.

4. Invictam deindè ſibi comparent patientiam, quâ ovium ſuarum infirmitates, imperfectioneſque conſtanter ſupportent.

24 q. 1 c. Quæ dignior.

5. Super omnia autem adlaborent, ut & in ipſum ſuum Paſtorem Chriſtum, & in ipſas ſuas oves, ſibi à Chriſto concreditas, flagrantiſſimâ ferantur charitate: Ex quâ, ſi omnia ſua peregerint, & ſuavem, blandumque matris affectum, ergà ſuos conceperint magno cum fructu ſua peragent, & circà ſuorum ſalutem, atque profectum, impensè ſolliciti erunt, atque ad omnes labores infatigati.

De Pœnit. diſtinct. 2. c. Charitas. eſt §. Proindè.

6. Eximiam quandam animi magnitudinem atque conſtantiam, Prælati ſibi conquirant; ut rebelles domare, occurrentes difficultates fortiter perfringere, & alia quæ officii ſui ſunt, conſtanter adimplere valeant; ne à recto, vel à juſtitiâ, & æquitate, ullis arietibus dejici vel dimoveri queant. Alioqui ſibi dictum intelligant. *Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.*

23. q. 3 Qui poteſt. & q. 5. c. Non putes.

Eccli. 7. 6.

7. Singulari niteant caſtitate, ut non ſolùm ab attactu, & quovis opere immundo abſtineant; ſed etiam à jactu oculi, & a cogitationis errore, mens Chriſti corpus contrectatura, ſit libera.

Diſt 55. c. Sed illud. Diſt. 35. c. 6. & ſequent. Diſt. 36. c. Vinolentum.

8. Sobrietatem continuè, & indefeſsè colant, ebrietatem autem, tanquàm ſtatui ſuo nimis indecoram, utpotè totius impietatis, & deſertionis Dei originem, omniumque vitiorum fotricem, exhorreant, & prorsùs excludant.

S. Baſil. in c. 5. Iſa.

9. Intimâ rerum cœleſtium contemplatione gratiam, charitatem, & devotionem, ſæpiùs in ſeipſis reſuſcitent, & mentis torporem, qui per varias curas obrepere ſolet, excutiant.

10. A nimiâ rerum temporalium occupatione, ſeipſos ſubducant: vacent lectioni, & doctrinæ, ut obtineant eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut hoc agentes, & ſeipſos ſalvos faciant, & eos qui eorum diſciplinæ ſe tradiderunt.

2. q 7 c. ult. Ad Tit. 1. 9.

11. Virtute diſcretionis (quæ noſcitur omnium virtutum eſſe mater) ad

---

Quandoquidem hujuſce capitis argumentum, de iis quibus Prælati debeant ornari virtutibus, ſundi neceſſitatem imponit, ſequentia appingimus. „ Superior paternè cum ſubditis agat; Non „ tamen ſic ut ſuam authoritatem minuat, vel in vitiorum extirpatione ſit mollis, ſed charitatis affectus in regimine quotidiano omnium oculis ſubjiciatur, fovendo bonos, conſolando puſillanimes, corrigendo inquietos, & non obſtante patientiâ, quam debet ad omnes „ habere, quotcumque minimè de ſuâ vocatione adimplendâ ſollicitos intrare compellendo, „ memor rationis, quam de ſuorum negligentiâ redditurus eſt. Non diſſimulet etiam, aut „ ſilentio obvolvat, quod expiari ſancta Religio jubet, ut ſic delinquentes ad meliorem mentem redeant, & reliqui eadem perpetrare reformident, ac diſciplinæ regularis nervus non „ debilitetur, ne dùm ſilet, patitur & indulget, tanquàm canis non valens latrare, à domo „ ejiciatur, & cum Heli Sacerdote, filios ſuos peccantes remiſsè corripiente, graviter puniatur. *Cap. Gen. an. 1618. Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

bo-

Extr. de Off. Cuſt. cap. 1. Trid ſeſſ. 13. C. 1. de refor.

bonum pacificumque regimen prorsùs neceſſariâ, Prælati, tanquàm ſingulari quâdam gemmâ, exornentur; ac eâ fervoris impetum frangant, & ſe in omnibus ità moderentur, ut nihil agant imprudentiùs, nihil decernant præcipitantiùs, nihil etiam, quàm Subditorum vires ferre queant, gravius imponant.

Caput IV.

De Abbatis Supellectili, & Menſâ.

Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de refor. Clem. 8. Nullus omninò.

1. ABbates, & omnes Prælati, memores ſuæ Profeſſionis, ac SS. Patrum veſtigiis inhærentes, modeſtâ ſupellectili, & menſâ, ac frugali victu, ſemper utantur.

2. In reliquo etiam vitæ genere, ac in totâ ſuâ domo, caveant ne quid appareat, quod à ſancto paupertatis inſtituto ſit alienum, vel quod non ſimplicitatem, Dei zelum, ac contemptum vanitatum præ ſe ferat.

Trid. Ibid.

Diſt. 44. c. 11.

3. *Divinarum Scripturarum* Lectio (ut Regulæ & Canonibus ſatisfiat) Abbatum menſis admiſceatur.

4. Detractores, ſicut nullibi, ità maximè nec in menſis ſuis ullatenùs ferant, ſed Sanctiſſimi P. Auguſtini exemplum imitantes, ſe contrà eos ſeveros exhibeant.

Diſt. 23. c. His igitur. Diſt. 44. c. 10.

5. Convivia rariſſimè inſtituant, ſintque religioſa, modeſta, ac omni exceſſu excluſo, omnique levitate evitatâ, ſecundùm faciem Sanctorum, in Dei timore, peragantur.

Inno. 4. Sedis Apoſt. Clem. 8. Nullus. omninò.

6. Prælati, ut ſe Subditis ſuis regularis obſervantiæ exemplum præbeant, ac ſciant an Fratrum neceſſitatibus ſatisfiat, cum Conventu frequenter comedant.

Caput V.

De Exitu Abbatis

Trid ſup. Innoc. 4 Sedis Apoſt.

1. PRælatus, ſciens ſe Profeſſione Religioſum; & quòd ipſe cæteris debeat ſe præbere formam diſciplinæ, integritatis, & ſanctitatis, in publicum prodiens, exornari ſtudeat religioſâ gravitate, atque modeſtia magis, quàm vanâ & ſeculari pompâ.

2. Foris per noctem remanſurus, exitum ſuum Priori ſignificet, ut ipſe omnium curam gerat.

3. Aſſumat ſemper, ſi commodè fieri queat, vel Canonicum vel Converſum, vel utrumque ſimùl, ſi velit; ut habeat & ſolatium viæ & teſtem vitæ.

4. Fratres, qui in Prælati ſunt comitatu, etiamſi Conventuales ſint, Superiores, vel Officiales, nihil audaciæ, vel libertatis uſurpent; ſed in ſummâ modeſtiâ ſe contineant, ac omnem quam debent Abbati reverentiam, & honorem humiliter deferant.

1. q. 7. c. penult. & ult. Trid. ſeſſ. 2.

5. Famuli quoque in bonâ teneantur diſciplinâ, nec ſint rixoſi, vinolenti, impudici, elati, vel voluptatum amatores; ſed ſint ad virtutem compoſiti, ac timentes Deum: (*a*) In veſtitu, ac in omnibus actibus ſuis, honeſtatem præ ſe ferant, atque modeſtiam, ut in omnibus glorificetur Deus.

6. In electionibus Prælatorum quorumcumque, ac etiam in viſitationibus Monaſteriorum, famuli nihil exigere præſumant, nec exigentibus aliquid omninò detur.

7. Nullus Abbas, vel Præpoſitus ultrà duos Equites ſeculares ſecum habeat.

Innoc. 4. Sedis Ap. Ibid. & in approbat. compoſ. quæ incip. Ordo miſerat.

8. Nulli quoque Prælatorum, ultrà quatuor equitaturas, ſivè quatuor equos ad ſellam, habere liceat, excepto Domino Præmonſtratenſi, qui octo, ac tribus primis Abbatibus, qui quinque, vel ſex habere poterunt.

9. Verùm, ſi aliud neceſſitas, vel mos regionis requirat, ac id ferant Eccleſiæ facultates, Dominus Præmoſtratenſis, ejus Vicarii, vel Viſitatores, ac etiam PP. Abbates in filiabus ſuis Eccleſiis (quorum diſcretioni hoc relinquitur) ut præfixum quaternarium numerum, moderatione ſervatâ excedant, permittere valeant.

De Conſecr. Diſt. 5. c. Nullus presbyterorum.

10. Prælati autem inter externos exiſtentes, nunquàm obliviſcantur ſui, ſed tales in omnes ſe exhibeant, ut & boni ædificentur, & perverſi in eorum conſpectu aliquid indecori admittere vereantur; modeſtiæ etiam regulas, Fratribus exeuntibus præſcriptas, ad amuſſim obſervent.

Caput VI.

De Abbate cedente.

1. ABbates legitimâ authoritate cedentes, intrà quadraginta dies eligant Monaſterium, ad quod ſe recipiant, vel in propriis ſuis Eccleſiis fixè permaneant; aut ſi aliundè venerint, ad proprium ſuum Monaſterium revertantur.

Num. 5. (*a*) *In veſtitu præ ſe ferant modeſtiam.* „ Statutum eſt ne ſervientes Abbatum, ſeu Præ- „ poſitorum, præſumant de cæterò portare cultellos acutos, infrà ſepta monaſteriorum noſtri „ Ordinis. *Cap. Gen. an.* 1280. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

7. q. 1 c. Quam periculoſ. & c. Quamvis.

2. Illi, qui ex rationabili cauſâ, legitimâque concurrente authoritate, Prælaturam ſuam deponunt, debitè & honeſtè tractentur, & competens eis honor impendatur; (*a*) modò tamen Prælatis, vel Monaſteriis ſuis, moleſtos, graveſque ſe non exhibeant.

3. Habeant poſt Abbatem, ubicumque fuerint, primum locum & ſtallum, & primam in Capitulo vocem.

4. A frequentatione Chori, & Miſſarum curſu, ſint prorsùs exonerati, & liberi.

5. Abbatibus, cum ſcitu & conſenſu Domini Præmonſt. debitè, & non ex culpâ cedentibus (habitâ meritorum ipſorum & facultatum Eccleſiæ exactâ ratione) (*b*) competens ſuſtentatio aſſignetur, ac de mobilibus, & utenſilibus, honeſtè eis provideatur.

6. Ultrà ea, quæ dicta ſunt, nihil prætendere, & iis habitis, nihil ſibi ultrà vendicare præſumant.

7. Poſt obitum, tantùm pro ipſis, quantùm pro Abbate mortuo, fiat.

8. Abbates, (*c*) ſine Authoritate Capituli Generalis, vel Domini Præmonſt. Abbatias ſuas dimittentes, ſint perpetuò ineligibiles; nec ulteriùs, ſine aſſenſu Capituli Generalis, in Abbates promoveantur, nec Monaſterium aliquod eligere queant; ſed in Eccleſiis, de quibus ſunt aſſumpti, perpetuò maneant, 7. q 1. c. Eos Sacerd.

Num. 2. (*a*) *Modò moleſtos, graveſque ſe non exhibeant* „ Ad petitionem ex parte D. Abbatis „ Rommerſtorfienſis Capitulo factam, quid ſtatuendum ſit circà Abbates, vel alios Prælatos „ cedentes, & penſionem ex gratiâ aſſignatam habentes, ſi ſe graves ſuis ſucceſſoribus exhibeant, „ pacem communem turbent, ſubditos contrà Superiores, privatim, vel publicè concitent, „ Superiores traducant &c. Reſponſum fuit, quòd ſint per Prælatum ſucceſſorem monendi; „ ſi non emendaverint moniti, in ordinem ſint redigendi, imò gratiâ, etiam quoad penſionem ipſis indultam, privandi: & ſi hoc per ſucceſſorem commodè fieri nequeat, fiat per „ Vicarium vel Viſitatores. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1659. *Colon. celeb*

Num. 5. (*b*) *Competens ſuſtentatio aſſignetur.* Abbas ergò quicumque cedit, penſionem non ipſe ſibi, ſed ipſi Conventus aſſignare debet; quam ſicut Conventus ſolvere tenetur, ita & qui ceſſit, Conventui imperatam annuatim exigere poteſt. Id ipſum veteri ſtatuto ſequenti confirmante, cujus tenor hic eſt. „ Cùm dudùm ſtatutum ſit in Ordine, quòd Prælati noſtri „ Ordinis ex juſtis & honeſtis cauſis cedentes, penſionem annuam habeant, illam quam tem„ pore regiminis, ſuis Eccleſiis conquiſierunt, prout in ſtatuto ſuper hoc edito, (*Antiq. Sta„ tut. Diſt.* 2. *Cap.* 1.) pleniùs continetur: Et cùm plures Prælati, vel Subditi, dictas penſio„ nes ſolvere contradicant, vel impediant, qui Domino Præm. & diffinitoribus ſæpiùs re„ feruntur. Nos igitur prædictis querelis remedium apponere cupientes, iterùm ſtatuimus, „ quòd Prælati ex juſtis, & honeſtis cauſis, de licentia D. Præmonſtratenſis, vel Cap. Gen. „ cedentes, quibus per Conventum dictæ Eccleſiæ in quâ præfuerunt, penſio fuit aſſignata, „ & per Præmonſt. Abbatem confirmata, ſi Abbas ibidem conſtitutus conſenſerit, de cætero „ illa penſio irrefragabiliter ſolvatur eidem: ſi verò ſe oppoſuerit, ſtabitur ordinationi „ Capituli Generalis, primò ſubſequentis, utrùm dicta penſio ſolvi debeat, vel non ſolvi, „ auditis cauſis & rationibus hinc & indè, quâ ordinatione ſit aſſignata penſio. Si de cæterò „ ſubditi ſe oppoſuerint & impedierint, per emiſſionem puniantur. Prælati verò in hoc re„ belles ſi fuerint, pœnam ſuſtineant, quam Capitulum Generale eis duxerit infligendam. *Cap. Gen. an.* 1294. *Præm. ſub Guill. de Louvignies celeb.*

Num. 8. (*c*) *Sine authoritate Cap. Gen. vel Domini Præmonſt. Abbatias dimittentes.* „ De„ cretum eſt à Capitulo Generali, nullum præpoſitum poſſe præpoſituram ſuam reſignare, „ præcipuè cum reſervatâ ſibi penſione, abſque expreſsâ Reverendiſſimi Generalis licentiâ. *Cap. Gen. an.* 1717. *Præm. ſub. D. Honorato Lucas celeb.*

Suprema illa, quæ Domino Præmonſtratenſi tribuitur, in omnes Ordinis præpoſiturarum reſignationes, juriſdictio, novæ non eſt inſtitutionis, ſed ipſi Ordini coævæ, & ad nos uſque provectæ perennitatis; Quam ſicut Dominus Præm. ità Capitulum Generale exercere poteſt, prout exercitam probat ſequens ex actis Capitularibus. an. 1536. excerptio. „ Intellecto quòd „ decreta, & Ordinis noſtri conſtitutiones inhibent, ne quis Prælatorum inconſulto Capitu„ lo Gen. aut Domino Præmonſt. Monaſterium ſuum in manus Summi Pontificis reſignare at„ tentet, & præſumat; Capitulum eâ de re petitioni & ſupplicationi Abbatis Rengitvallis be„ nevolè annuens, eundem merâ donat licentiâ, quatenùs poſſit, & valeat monaſterium in „ manus Summi Pontificis reſignare; eo tamen tenore, quòd in commodum, utilitatem, & „ favorem cujuſdam religioſi noſtri Ordinis, & non aliàs, reſignet. *Cap. Gen. an.* 1536. *Præm celeb.*

Aliud ejuſdem juriſdictionis exercitium, ex Capituli Gen. an. 1666. prælusionibus, ſi comprobavero, ſatis erit. Igitur, „ Expoſuit Reverendiſſimus D. Præm. ſe præ ſenio ceſſiſ„ ſe ſuâ dignitate Abbatiali, ſub Summi Pontificis beneplacito, & à Conventu ſuo Præmon„ ſtratenſi, ſub eodem beneplacito, ad electionem novi Abbatis fuiſſe proceſſum: Sed de „ dicto beneplacito, licet requiſito, nondùm conſtitiſſe, nec conſtare; Adeòque hactenùs „ Eccleſiam & Ordinem rexiſſe; propterea credere ſe adhuc Generalem eſſe, ac Capitulo jam „ dudùm convocato præſidere debere. Super quo ſenſuerunt Patres, Eccleſiam Præmonſt. „ nondùm cenſeri viduatam, Reverendiſſimumque Patrem Generalem poſſe, ex jure ſuo, „ huic Capitulo præſidere, cùm non conſtet de Beneplacito Stæ. Sedis: Nihilominùs ad majorem cautelam, & ut omnibus difficultatibus præcludatur via, eum hujus Capituli Præſidem „ unanimiter declararunt, & declarant. *Cap. Gen. an.* 1666. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

ac

ac in iis nec obedientiam, nec aliquod officium habeant, toto tempore vitæ ſuæ.

7. q. 1. c. Si quis presbyt.

9. Quicumque Prælati, ſine Domini Præmonſt. (ad quem hoc ſingulariter & ſolùm ſpectat) ſpeciali licentiâ, Prælatorum ceſſiones acceptare præſumpſerint, ſint ipſo facto depoſiti, & ſubditi ab eorum obedientiâ abſoluti, ac ceſſiones nullius ſint roboris; ſed ſit in Domini Præmonſt. poteſtate, eas vel improbare, vel probare.

Caput VII.

De Abbate deponendo.

Adrian. 4. Sicut in Innoc. 4. Qui divi. Alex. 3. In Ap Sed. Urban. 4. in em.* Lib. 5. decr. tit. 1. c. 22. 24. 2. q. 1. Quæ Lotharius.

1. SI alicujus Prælati delicta tàm ſint enormia, ut depoſitionem mereantur, nec ab iis ſe purgare queat, (*a*) Dominus Præmonſtratenſis, vel ejus Vicarii, juxtà Ordinis privilegia* (Juris ordine in omnibus ſtrictè obſervato) ad ejus depoſitionem procedant.

2. At verò ſi ejus delicta tàm ſint exorbitantia, ut hoc fieri non conveniat, modò convictus ſit, omiſſis ſolemnitatibus Juris, abſolutè deponatur.

De reſtit. C. 7. Conquerente.

3. Depoſitus, Juris ordine non ſervato, vel poſt appellationem legitimè interjectam, antè omnia reſtituatur; & tunc, ſi ſubſit legitimum fundamentum, contrà eum procedatur.

2. Tim. 5.

4. In dubiis, magis pro Abbate, quàm contrà eum, judicetur: ità tamen, ut quàm exactiſſimè diſciplinæ regulari, & bono domûs regimini, proſpiciatur; ſuper quo Judicum conſcientiæ oneratæ permaneant.

5. Inutiles quoque Abbates, juxtà eadem privilegia, præviâ cognitione cauſæ, deponantur. Vide c. 4. S. quis. 18. q. 2.

6. Depoſito Abbati (niſi criminis magnitudo aliud requirat) (*b*) indulgeri ex gratiâ queat electio Monaſterii, prout Abbati debitè cedenti conceditur.

Caput VIII.

De Coadjutore.

Trid. ſeſſ. 25. c. 7. de refor. De Cleric. ægrot. c. 5. & 6. 1. q. 1. c. Non eſt &c. Fertur. in fine.

1. COadjutoriæ, cum futurâ ſucceſſione non permittantur.

2. Verùm, ſi alicujus Eccleſiæ urgens neceſſitas, aut evidens utilitas poſtulet, Prælato dari Coadjutorem, is non aliàs cùm futura ſucceſſione detur, quàm causâ â Reverendiſſimo Domino Præmonſtratenſi, vel à Summo Pontifice (ſi Eccleſia ſit S. Romanæ Sedi immediatè ſubjecta) debitè cognitâ; Et qualitates omnes, in illo, concurrere certum ſit, quæ in futuro Prælato requiruntur.

3. Coadjutoris electio eâ fiat libertate, & formâ, quâ futuri Abbatis electio celebratur; & (*a*) Electus confirmetur, & in profeſſionem ſuæ Coadjutoriæ, eo modo, quo electus Prælatus in poſſeſſionem ſuæ Prælaturæ, mit-

---

Num. 1. (*a*) *Dominus Præm. vel ejus Vicarii &c.* „ Capitulum definit ſolùm R. D. Præmonſt „ ac ejus Vicarios, poſſe Abbates deponere, & id non poſſe Patres Abbates, ſpeciali ad id „ commiſſione à Reverendiſſimo Domino Præmonſtratenſi non munitos. *Cap. Gen. an. 1657. Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 6. (*b*) *Indulgeri queat electio monaſterii.* In Antiquis Statutis indulgetur, „ Ut Abbates „ cedentes, vel depoſiti, infrà quadraginta dies eligant ſibi domum, alioquin ad Eccleſias „ undè exierunt revertantur. *Antiq. Statut. Diſt. 2. Cap. 1.*

Num. 3. (*a*) *Electus Coadjutor confirmetur.* Ex antiquo & moderno Ordinis Jure Abbas Præmonſtrati habet poteſtatem confirmandi, & inſtituendi Coadjutores perpetuos in ordine. Exemplum ejuſmodi confirmationis ſuppeditat Seriacenſis (vulgò *Sery*) Abbatia. En tibi chartam ex autographo ſubjicimus.

„ HUMBERTUS, Dei & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ Abbas Præmonſtratenſis, Dilecto nobis „ in Chriſto filio, Fratri Thomæ Tallet, Eccleſiæ, ſeu Monaſterii B. Mariæ de Seriaco „ Religioſo expreſsè profeſſo, Salutem. Cùm per ſpeciale Privilegium à Summo Ponti„ fice nobis, Abbati Præmonſtrati, conceſſum, prælaturarum & beneficiorum reſignatio„ nes, ceſſiones, translationes, permutationes, ac debilibus & infirmis Prælatis, ac bene„ ficiatis in noſtro Ordine, Coadjutores perpetuos, & adminiſtratores dare, & conſtituere, „ ad nos tanquàm ſupremum & noſtri Ordinis Monarcham, unicum ſpectat; ſumuſque debitè infor„ mati, quod Venerabilis in Chriſto frater Joannes de Porta, dicti Monaſterii de Seriaco Abbas, „ tàm propter ſenium, quàm propter frequentes infirmitates, onera nequeat ampliùs ſolus por„ tare, & cupiat habere Coadjutorem perpetuum, ſive vellemus inſtituere, ordinare, pro„ ut hæc omnia per ſuas patentes litteras ſuis ſigillis ſigillatas &c. Hinc eſt quòd nos de „ tuâ fidelitate, probitate, idoneitate, & induſtriâ confidentes, te in ſpiritualibus & tem„ poralibus dicto Abbati, ac eidem Monaſterio authoritate Apoſtolicâ Nobis commiſsâ, & qua „ fungimur in hac parte, Coadjutorem & perpetuum adminiſtratorem deputamus, ordinamus, „ & conſtituimus, dantes tibi plenam & liberam poteſtatem dicti monaſterii in ſpiritualibus & „ temporalibus, regendi, adminiſtrandi & gubernandi &c. Datum Præm. xv. Aprilis an, „ MCCCCLXXIX.

Eodem jure hâc noſtrâ ætate uſus Rmus. D Lucas Generalis, P. Baſilium Leſpierre Coadjutorem electum Caſtelli, ad Mauritaniam confirmavit, & anno 1711. vacantem, per obitum R. P. Baſilii Wery, Abbatiam adivit Coadjutor, eâque hodie potitur, nullo reclamante.

tatur; ſalvo quòd vivente Prælato, Conventus Coadjutori obedientiam non promittat, nec ſtallum Prælati Coadjutor obtineat.

4. Coadjutor Abbati ſuo debitum honorem deferat, ac per omnia ſecundùm illius voluntatem ſe gerat, niſi Superior poteſtas aliud conſtituat.

5. Illi, qui per Curiam Romanam Coadjutores inſtituuntur, in omnibus & per omnia, tenori ſuarum litterarum, ſe conforment.

6. Primum ſtallum in choro in ſiniſtro latere (ſi tamen Sacerdos ſit) Coadjutor occupet: ac ubique primam vocem, primumque poſt Abbatem locum habeat; ſed, more Prælati, non diſcingatur.

7. Ab omnibus Fratribus debitus honor Coadjutori deferatur.

8. In Abbatis abſentiâ (ſi tamen Sacerdos ſit) præſidendi Capitulo, monendi & corrigendi habeat poteſtatem. Sed quæ ad Abbatialem propriè pertinent functionem, ut Novitios veſtire, eos per Profeſſionem Monaſterio incorporare, criminoſos excommunicare, incarcerare, vel in gravioris culpæ pœnam mittere, ſimiliaque, ſine ſpeciali Abbatis juſſu, agere non præſumat.

9. Temporali domûs regimini, niſi ab Abbate, vel Superiori poteſtate, ſingularem habeat commiſſionem, non ſe immiſceat.

10. Defuncto Abbate, omne regimen Coadjutor obtineat, & Fratres ei obedientiam præſtent, ac in Abbatialem dignitatem per Patrem-Abbatem, vel Dominum Præmonſtratenſem, more conſueto, inveſtiatur; & antequàm id ſit factum, locum Abbatis nullibi obtineat.

11. Si aliter quàm oportet, Coadjutor ſe gerat, vel ad Abbatiale munus, ipsâ experientiâ inidoneus reperiatur, & induci non poſſit, ut ultrò cedat, Dist. 4. Juris & Statutorum Ordinis formâ ſervatâ, ad ejus depoſitionem procedatur.

CAPUT IX.

De Abbate moriente.

1. Abbate ad mortis neceſſitatem deveniente, omnes Fratres magnam pro eo curam gerant, ac intentiſſimis precibus, obitum ejus Divinæ commendent Majeſtati: ut quantò ad gravius examen vocatur, tantò ab eis, quorum hactenùs curam geſſit, & pro quibus vadit Deo redditurus rationem, ardentiùs & copioſiùs adjuvetur.

2. Prior, vel Coadjutor, ſi ſit, ſatis tempeſtivè, Eccleſiaſticis eum muniat Sacramentis, hortetur, & conſoletur, nihilque eorum omittat, quæ ipſius ſaluti opportuna videbuntur.

3. Statim ac Creatori ſuo animam reddiderit, legatur magna *Commendatio*, (*a*) aliæque quæ præſcribuntur preces.

Num. 3. (*a*) *Aliæ, quæ præſcribuntur preces.* In Communitate Antiqui Rigoris, præter preces pro defunctis fratribus, toti Ordini in ſtatutis, ordinario, & Rituali præſcriptas, alia quædam, orationum, bonorumque operum ſuffragia applicari conſueverunt, ſic enim in dictæ Communitatis Congregationibus piè ſancitum legitur. „ Ne bona omnia Communitatis noſtræ „ opera, quæ omnibus & ſingulis ejuſdem Communitatis religioſis ſunt communia, defunctis „ infructuoſa dignoſcerentur, ſtatuit Capitulum, ut præter exequias, & Miſſas tres conſuetas „ ab unoquoque Sacerdote celebrari ſolitas, & præter preces ad quas non Sacerdotes aſtrin„ guntur, omnia bona opera quæ tam in locis regularibus, quàm alibi à Conventu, & à „ ſingulis ſeorſim exercentur, illis ad quadraginta dies ità applicentur, ac ſi ipſi illa perfice„ rent, & trina diſciplina corporalis, pro ipſorum à purgatorio liberatione accipiatur, quo„ tidianaque portio, in ſingulis monaſteriis, ad tres dies diſtribuatur pauperibus, & nunquàm „ integro anno Sacerdotes celebrent, ſine ſecretâ eorumdem in ſacrificio Miſſæ commemora„ tione. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1623.

„ Quas ſolet univerſus Ordo pro religioſis defunctis preces fundere, fundemus & nos eaſdem „ ſinguli; nempè pro ſenioribus illis ſuæ domûs, qui licet non fuerint Communitatis noſtræ, „ introductionem tamen ejus in ſua Cœnobia aut promovere, aut ſaltem cùm potuerint non „ impedivere. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1625.

„ Ne ſuffragia Communitatis defunctis fratribus diutiùs differantur, Monaſterium in quo quis è „ vivis decedit, ſuis expenſis quàm citiſſimè omnia alia & ſingula Communitatis monaſteria, „ per certos nuntios, certiora de morte defuncti faciat. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1628.

„ Sicut ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis Communitatis noſtræ fratribus exorare, ut à „ peccatis ſolvantur; ità etiam pia & jugis eorum eſſe debet apud vivos memoria. Ea propter „ piè ordinat Capitulum, ut in ſingulis monaſteriis, audito primùm de morte nuntio, defun„ ctorum confratrum nomina in libris capitularibus, annuatim in die obitûs recitanda, ſcri„ bantur. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1629.

„ Pro fratribus defunctis, primo audito eorum mortis nuntio, corporalis diſciplina intercalaris „ diebus accipiatur, nimirùm lunæ, mercurii, & ſequentis hebdomadæ lunæ diebus, ad eam„ que prout feriis ſextis fieri ſolet, pulſu campanæ dormitorii ſignum dabitur. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1632.

4. Pri,

4. Prior (ſi nullus ſit Coadjutor) aſſumptis ſecum Suppriore, Circatore, ac uno & altero ex Senioribus, necnon & Proviſore, & Cellario, ſigillum Abbatis accipiat, Archiva & cubicula claudat, ac (*b*) oſtia ſigillo muniat, & nec ipſe, nec alius, hæc loca ulteriùs ingrediatur, niſi neceſſitate compellente; & hoc in præſentiâ eorum, qui ad hoc à Conventu capitulariter congregato, fuerint deputati.

5. Quæ ex cubiculis, vel Archivis auferuntur, auferentes notent, & in loco unde ea abſtulerunt, notata relinquant, ac rursùm oſtia ſigillo concludant.

6. Claves cubiculorum, & Archivorum, ſub triplici clave cuſtodiantur, aliaque fiant, quæ infrà in cap. *De Electione Abbatis*, hâc de re præfiguntur.

CAPUT X.

De Priore.

1. ABbates, ut ſibi commiſſorum ſalutem commodiùs, & certiùs operentur, impoſitum ſibi onus in diverſos patiantur.

2. Aſſumant in primis Priorem, qui poſt ipſos, & ſub ipſis, omnibus præſit; ut unius conſilio omnes ſemper gubernentur, & in eorum abſentiâ, Regulæ, & traditæ diſciplinæ ſeveritas, non minuatur. S. Baſil. in Regul.

3. Solum verò Deum, ſuorumque ſalutem & profectum ſpectantes, eum in Priorem aſſumant, quem inter omnes maximè aptum idoneumque judicant, qui ſibi committendarum animarum curam ſtrenuè gerat, ad regimen prudens ſit, & diſcretus; ſuavis in converſatione, in moribus gravis, & modeſtus, & qui cum ſuo Prælato, uno, eodemque ſpirito, & in unâ concordiâ, dominicum gregem ex animo paſcat, & cui Prælatus, in ſuâ abſentiâ, ſpirituale regimen, tutò committere queat. Cap. 6. Cùm ad Monaſt. § Prior de ſtatu Monach. 7. q. 2 2. In api-bus. Innoc. 4. Juſtis petitionibus.

4. Si idoneus in proprio Monaſterio non reperiatur, aſſumatur ex alio. Tales enim translationes authoritate Superiorum factas, voto ſtabilitatis in loco nullatenùs repugnare, declaramus.

„ Charitatem defunctis noſtris fratribus, ità volumus impendi, ut tamen ea, ad quæ ex Ordi-„ nis inſtituto obligamur, minimè patiamur intermitti. Ea propter nullus in poſterùm ſub præ-„ textu trium illarum Miſſarum, quas ſacerdotum quilibet pro quovis è noſtrâ Communitate „ defuncto dicere tenetur, Miſſas ab Ordine præſcriptas omittere audeat aut differre. Ubi „ verò non niſi tres tantùm in monaſterio fuerint ſacerdotes, die quo ſervitium pro taliter „ defuncto celebrabitur, poterit Miſſa matutinalis, ſivè (quæ eadem eſt) Primæ, eidem „ applicari, ſicut & die depoſitionis tertio, ſeptimo, triceſimo, & anniverſario, in mona-„ ſterio in quo quis fuerit defunctus. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1637.

„ Pro Novitiis, qui novitiatûs ſui tempore mortem obeunt, in omnibus noſtris Monaſteriis, & „ à quibuslibet Communitatis noſtræ alumnis eadem fiant, & perſolvantur omnia, quæ fieri „ conſueſcunt. & perſolvi pro profeſſis: Scilicet gratiam hanc Chriſtus ſui amore, fortè eti-„ am minimis factam, aliquandò compenſabit largiter. *ibid.*

Vides qualis quantaque ſit Communitatis noſtræ in defunctos fratres pietas & ſollicitudo, quamque flebilibus modis filiorum reſurrectionem ad vitam pia mater proſequatur: At ne ulterius in ſpurios decretæ memoriam ulla unquàm è medio tui tollat oblivio, ſequentia tecum ſæpe reputanda ſubnectimus.

„ Omnes & ſingulos Communitatis Religioſos, qui paſtoratum aliquem, aut beneficium ſuſci-„ pere, vel qui in beneficiis exiſtentes, carnes edere, abſque legitimâ authoritate præſump-„ ſerint, vel qui juramentum de reditu ad monaſterium, per Ordinis noſtri ſtatuta, nec-non „ per reformationis noſtræ articulos, præſcriptum non præſtiterint, vel qui debitè revocati ad „ monaſterium non redierint, Capitulum declarat, dictæ noſtræ Communitatis, precibus & „ ſuffragiis privandos, & de facto privat. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1648.

Num. 4. (*b*) *Oſtia ſigillo muniat.* Sigillum in ſubſtantiâ defuncti Abbatis imponendum ideò ſtatuta ſanxerunt, quòd aliàs defuncti ſupellectilem, aliave mobilia, vel immobilia ſurripiendi daretur occaſio, ut olim fuiſſe factitatum monent ſequentia.

„ Quià Religioſi noſtri Ordinis ſuæ profeſſionis immemores, manus ſacrilegas in bona Prælato-„ rum injicere non verentur, hujuſmodi bona inter ſe dividentes contrà jus, ne tantum ſce-„ lus inauditum, ac horrendum, maneat inultum, Capitulum ſtatuit quòd illi fratres qui de „ cæterò bona Prælatorum decedentium ſibi appropriare præſumpſerint, ſententiam excom-„ municationis ipſo facto incurrent, à quâ non poterunt abſolvi, niſi à Domino Præmonſtra-„ tenſi, Capitulo Generali, vel à Patribus Abbatibus; Declarantes omnes & ſingulos qui „ antehàc, dicta Prælatorum bona decedentium malitiosè retinuerint, ſententiâ excommuni-„ cationis eſſe involutos, niſi reſipuerint, & condignam ſatisfactionem ipſis Prælatis fecerint. „ Eiſdem cenſuris ſubjiciendo qui conſilium, auxilium, vel favorem, in tam execrandis ex-„ ceſſibus perpetrandis, præſtiterint, aliis nihilominùs pœnis in ſtatutis noſtris contrà ta-„ les ſacrilegos contentis in ſuo vigore, & robore manſuris. *Cap. Gen. an.* 1532. *Præm. celeb.*

5. (*a*) In Abbatiis commendatis Priores, & in Prioratibus ſimiliter commendatis, Suppriores conventuales, ſpirituale regimen exercentes, vel à Domino Præmonſtratenſi, vel à Capitulo Generali, vel ab ipſis Patribus Abbatibus, vel etiam à Viſitatoribus, ſive Vicariis inſtituantur.

2 q 1. c. Qualis 12. q 1 c. Nolo.

6. Prior, in omnibus quæ ſunt Ordinis, & diſciplinæ, Fratribus ſuis, exemplo præluceat; & cuncta quæ ſunt Regulæ, & Statutorum, ut exactè obſerventur, omni ſtudio procuret.

7. Nunquàm à templo, menſâ, aliiſque conventualibus exercitiis, niſi juſtâ ſubſiſtente causâ, ſe abſentet; ſed in omnibus ſe primùm exhibeat.

1. q. 7. c. Paulus. Diſt. 94. c. Pervenit ad nos.

8. Caveat, ne vel in minimo, quæ ſunt obſervantiæ regularis, infringat, vel immutet: quia tota diſciplina diſſolvitur, ſi à ſuo vindice violetur.

9. In Infirmitorio Infirmus exiſtens, nihil plus cæteris præſumat, niſi Abbas aliquid ei indulgendum exiſtimaverit.

10. Locum Abbatis, etiam in ejus abſentiâ, nullibi occupet.

11. In Eccleſiâ, primùm locum à ſiniſtro choro Prior obtineat: verùm an in eâdem lineâ cum Prælato, an verò in eâdem lineâ cum ſuo choro, à Circariarum pendeat conſuetudine, quæ in unâquaque Circarâ ſit uniformis.

12. In Proceſſione, Capitulo, Refectorio, & ubicumque Conventus eſt, vel procedit, ſit Prior cum ſuo choro, à dextris Prælati; & Supprior cum ſuo choro, à ſiniſtris.

13. In omnibus Feſtis duplicibus, ac etiam Triplicibus, abſente vel legitimè impedito Prælato, Officium Chori compleat, ac ſummam Miſſam celebret.

14. (*b*) Communi curſui (niſi aliud nimia neceſſitas poſtulet) non aſcribatur; verumtamen, in Fratrum ſublevamen, particulares aliquæ Miſſæ, hebdomadatim celebrandæ ei imponi poterunt.

15. Priores, & Suppriores, ad vindemiandum, aliaque ſimilia opera exercenda, (*c*) nullatenùs mittantur, nec circà exteriora ſic occupentur ut in

Num. 5. (*a*) *In Abbatiis commendatis Priores &c. inſtituantur.* Quia plerumque accidit, ut Rmus. Generalis, vel ejus Vicarii, in ejuſmodi Abbatiis Commendatis Priores aliundè, quam è gremio dictarum Abbatiarum aſſumptos inſtituant, dubitatum fuit nùm ipſis temporalium pari jure, ac ſpiritualium regimen competeret. Quapropter „ Cùm fuerit delata à Prioribus „ in ejuſmodi monaſteriis commendatis querela, diverſos religioſos ſe opponere regimini ſuorum Priorum, uti excedentium limites ſuæ commiſſionis, Capitulum declaravit dictos Priores juxtà reſcriptum ſtatutorum, & literas ſuæ inſtitutionis, habere plenam facultatem in „ utroque foro, regendi, & adminiſtrandi monaſterium ſibi concreditum: Adeòque rebelles „ & indiſciplinatos juxtà dictamen ſtatutorum poſſe & debere coerceri ab ipſis Prioribus: quam „ facultatem interpretatur Capitulum juxtà decreta Capitulorum Generalium an. 1618. & 1663. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 6. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Inter articulos ex parte LUDOVICI XIV. Francorum Regis Capitulo Generali an. 1686 propoſitos, hic erat ſecundus, nempè; *Quale nam eſſet jus Ordinis, circà inſtitutionem, deſtitutionem, amovibilitatem, & revocabilitatem Priorum Clauſtralium in Abbatiis Commendatis?* Hoc autem articulo maturè examinato, „ Patres unanimiter cenſuerunt, quòd Priores, juxtà Conc. „ Trid. & Statuta Ordinis, in Monaſteriis Commendatis, debeant, vel à Rmo. D. Generali, „ vel à Patre Abbate, vel à Vicario inſtitui. Quòd dicti Priores in iiſdem monaſteriis ſint omni tempore amovibiles: Verùm ſi utiles ſint, & diſciplinæ modum teneant, non facile amoveri debere. *Cap. Gen. an.* 1686. *Seſſ.* 2. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 14. (*b*) *Communi curſui non aſcribatur.* „ Quià Priores notoriè pluribus ſacris, quàm alii „ fratres Conventuales, gravantur, præſertim in majoribus Conventibus, hinc reſolutum eſt, „ quod in monaſteriis ubi præter Prælatum, Priorem & Suppriorem, ſeu Conventûs Præſidem, aut ubi Supprior non eſt, Seniorem, ac Officiales, in Abbatiâ ſeptem ſunt Sacerdotes pro curſu ſervando liberi, Prior tantùm officiare debeat in triplicibus, & duplicibus „ majoribus, & minoribus in populo celebribus, exceptis Dominicis, quæ ſervantur ad „ inſtar duplicis, cum aliis quibuſdam ſacris ipſi per Prælatum, aut Priorem, extra ordinariè imponendis, atque ità etiam Supprior à curſu communi liber exiſtat, ità tamen „ ut Suppriori, ut dictum eſt, & aliis, ſi qui ſunt liberi, etiam aliqua ſacra in ſublevamen „ Conventualium imponantur. Quod tamen decretum non comprehendat Monaſterium „ Wedinghauſanum, ob doctionem humaniorum & Philoſophiæ, niſi ad diſpoſitionem Prælati localis. Quod ſi autem non forent ſeptem ſacerdotes curſui adſcripti, iſto caſu ſtabit „ penès diſcretionem Prælati, qualiter Prior ſublevandus ſit, & Supprior manebit in curſu. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1721. *Colon. celeb. Tit.* 3.

Num. 15. (*c*) *Priores ad vindemiandum &c. nullatenùs mittantur.* Si Priores, ſub Abbatis poteſtate conſtituti, circà exteriora, quantùmvis neceſſaria, non ità debent occupari, ut interioribus ſuis officiis deeſſe cogantur; quantò minùs, Priores, in Abbatiis Commendatis, quibus ne, vel ad quindenam, recreationes concedit Capitulum; „ Quæſitum eſt enim utrùm „ Abbates, & maximè Priores in Abbatiis Commendatis, poſſint deambulationes ſuſcipere, „ ad quindenam aut menſem, præſertim ad loca longè diſſita? Reſpondit Capitulum, nec Abbatibus, multòque minùs Prioribus id licere, ſine licentiâ Patris Abbatis, aut Vicarii Generalis, qui advigilabunt ne tales diſcurſus fiant ſine rationabili causâ. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 7. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

in-

interioribus officium ſuum minùs complere valeant.

16. (*d*) Nulla quoque Paſtoralis cura, etiam in ipſo Monaſterio exercenda, Priori committatur, & commiſſa auferatur.

17. Quandò Fratres extraordinariè ad Capitulum ſunt vocandi, Prior, tabulæ, vel cymbali ictu det ſignum.

18. Ut abſentium, vel infirmantium, debiliumque officia, plenè compleantur, ſollicitè & tempeſtivè Prior proſpiciat.

19. Abſente Abbate, Officialibus Fratribus in Abbatiâ exiſtentibus ſuperintendat; & ne quid inordinatè geratur, advigilet.

20. In abſentiâ quoque Abbatis, (niſi aliud habeat ejus ordinatio) aſſumpto ſecum Conventuali ſocio, ſi Officiales Fratres vel abſint, vel impediti ſint, cum advenientibus hoſpitibus, in Abbatiâ comedere valeat.

21. Prior, & Supprior, aſſumpto ſecum veſtiario, vel duo eorum, quandò ità expedire viſum fuerit, ſingulorum cubicula ſcrutentur, & ſi quid ibidem inordinatum repererint, amoveant, & in proximò Capitulo Rei proclamentur.

22. (*e*) Si in Monaſterio aliqua diſ- Extrà de
ſenſio contrà Abbatem oriatur, & Prio- ſtatu Mo-
res, ac Suppriores, qui pro tempore nach. c. 2.
extiterint, ejus participes fuerint, vel in fine.
diſſenſioni pro poſſe non reſtiterint, deponantur; & juxtà ſcandali, & exorti mali quantitatem, à Vicario vel Viſitatore ſeverè, etiam per carcerem, puniantur; & ſi in domibus propriis commodè caſtigari nequeant, emittantur.

23. Si autem inter Prælatum, & Conventum aliqua controverſiæ materia ſuboriatur, in quâ Conventus exiſtimat ſe juſtam obſiſtendi Prælato habere cauſam, eam Conventus per duos vel tres deputatos, cum religioſâ modeſtiâ Priori exponat.

24. Prior, collato cum Suppriore 2. q. 7. c.
& Circatore, & aliquibus ex maturio- Clericos
ribus (ſi tamen impartiales ſint) conſi- aut Laicos.
lio, ſi deprehendat Conventûs prætenſionem futilem, nec æquitati ſubnixam, ſed tendere ad pacis, concordiæque ſubverſionem, à querelis & ulteriori progreſſu Fratres, ſi poteſt, abducat, & ſe eorum oppoſitioni, ſicut & reliqui Superiores, ſubtrahat, ac nullatenùs eis cohæreat, ſub pœnâ ſuperiùs decretâ.

25. Quod ſi verò deprehendat, vel Ibidem c.
ſaltem exiſtimet, Conventum juſtâ ra- Sicut in-
tione moveri, euncta referat ad Prælatum; quit, &c.
qui, ſi poſſit, det eis ſatisfactionem; Si ve- Si quid.
rò noluerit, vel non potuerit Conventum ſedare, totum negotium ad Patrem-Abbatem, vel Vicarium, ſive Viſitatorem deferatur, & Prælatus ex ſuâ, Prior verò ex parte Conventûs, totius controverſiæ ſtatum, & fundamentum, aperiant; & ipſi (ad diverſa inconvenientia evitanda) ſine morâ diſceptationi finem imponant, ne aliqua diviſio, vel amaritudo ſubrepat.

26. Hærente autem causâ, omnes ſe in quiete, ac pace contineant. Et, ſi qui tumultuari, diſcordiamque ſeminare, vel Charitatis unitatem violare præſumpſerint, etiam per carcerem puniantur; & Superiores conſentientes, vel pro virili non impedientes, deponantur, & ut ſuprà caſtigentur.

27. (*f*) Pecuniæ, quæ Fratribus, Clem. 2.
à Parentibus, vel ab amicis dantur, re- Nullus
ſignentur Priori: eaſdem, ſi Abbas juſ- omninò.
ſerit, conſervet, ac juxtà Regulæ præ-

Num. 16. (d) Nulla paſtoralis cura. „ Declaravit Capitulum Gen. nullam paſtoralem curam, „ etiam in monaſterio exercendam, Priori Clauſtrali committi, & commiſſam auferri debere, „ niſi ex penuriâ Religioſorum idoneorum, aliud Viſitatores judicaverint ordinandum. *Cap. Gen. an.* 1686. *Seſſ.* 12. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 22. (e) Si in Monaſterio aliqua diſſentio oriatur. Quas olim dixit Plato, nimias opes eſſe Reipublicæ noxias, eaſdem mihi dicere liceat, Monaſteriorum paci, & concordiæ fratrum inimicas; Indè enim rerum temporalium nimia ſollicitudo, & ex tali ſollicitudine, lites & jurgia, diſſenſioneſque & murmura, inter Præpoſitum & Sùbditos, ſcaturire perſæpe videntur; præſertim cùm illi, quibus ejuſmodi rerum cura demandata non eſt, inter ſe nihilominùs de illarum deperditione, aut conſervatione, aut eôam multiplicatione, confabulari „ non formidant. Horum ſtultiloquiis obviare cupiens Capitulum, „ Interdicit cuicumque „ Conventuali, ne in colloquiis, ac alibi, ullus ſermo injiciatur de regimine temporalium, „ qui murmur ſapiat, & injicienti ſtatim à Præſide Conventûs, aut ſeniore ſilentium imperetur, & in Capitulo proclametur. Alioquin ipſe complex habeatur, & tam Supprior quàm „ alii exactè obſervent, quæ habentur in Cap. *De Priore*, Diſt. 2. Num. 21. & ſeq Quod de- „ cretum vult etiam extendi ad Abbatias, ubi ſunt Prælati Regulares. *Cap. Gen. an.* 1670, *Seſſ.* 6. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 27 (f) Pecunia quæ à parentibus dantur, reſignentur Priori. „ Nullus Religioſorum Ca- „ nonicorum bona immobilia vel mobilia, aut pecuniam, proventus, cenſus, eleemoſinas, „ ſivè ex Concionibus, ſivè ex lectionibus aut pro Miſſis, tàm in propriâ Eccleſiâ, quàm „ ubicumque celebrandis, aliove iſtorum juſto labore & causâ, & quocumque nomine ac- „ quiſita, etiamſi ſubſidia conſanguineorum, aut piorum largitiones, aut legata, aut dona- „ tiones fuerint, tanquàm propria, aut etiam nomine Conventûs poſſidere poſſit, ſed ea

ſcri-

ſcriptum, in occurrentes Fratrum neceſſitates, purè diſpenſet.

Trid. ſeſſ. 25. C. 2. de reſor.

28. Verùm, ne alicui, Superiores ſuos eludendi, & proprietatis detur occaſio, ſit Prior in concedendo & procurando, quod Fratres pro ſuis neceſſitatibus poſtulant; benignus, & facilis.

18. q. 2. c. Nullam poteſtatem.

29. Cæterùm, præſente, & abſente Abbate, intùs & foris, de omnibus, & in omnibus, ſecundùm voluntatem Abbatis, Prior ſe habeat, neque illam ullo pacto tranſgrediatur. Qood idem intelligatur de Suppriore, in Monaſteriis Commendátis, reſpectu ſui Prioris.

Caput XI.

De Suppriore.

1. AD officium Supprioris, is ab Abbate aſſumatur, qui ſit modeſtis, religioſis, & integris moribus, amans diſciplinæ, ejuſque rigidus obſervator, qui bono exemplo Confratres ſuos præcedat; ac unitatem, atque concordiam teneat, & foveat.

2. Poſt Abbatem, in dextro chori latere, juxtà morem Circariarum, primum locum habeat.

3. Fratres in choro, etiam præſente Priore, excitet, ac ut ordinatè ſtent, vel ſedeant, ſed... provideat; & ea quæ ad Cantorem & Sacriſtam pertinent, cùm neceſsè eſt, corrigat & emendet.

4. Sollicitè procuret, ut Fratres ubicumque fuerint, ſive in clauſtro, ſive extrà, ordinatè & diſciplinatè ſe habeant.

5. Abſente à Capitulo Priore, ipſe Capitulo præſideat, & occurrentia errata caſtiget.

6. Tempore refectionis, Priore abſente, ad majorem menſam in ſuâ parte ſedeat.

7. Si Prior in itinere ſit conſtitutus, vel in Infirmitorio, vel extrà Abbatiam, vices ejus intùs & foris per omnia ſuppleat: verùm locum, in Eccleſiâ, in Capitulo, & Refectorio ſilentii, non mutet.

8. Cùm Priorem rediviſſe, ac in Conventu eſſe cognoverit, clauſtrum non egrediatur, & loquendi licentiam nulli largiatur.

9. Sopprior ſi in Infirmitorio ſit, vel minutus fuerit, præ cæteris nihil præſumat.

10. Si Abbas, vel Prior, alicui aliquid inhibuerit, ipſe poſteànihil prohibitorum, niſi prohibentium juſſu, concedat.

11. Sicut cæteri Fratres, (a) hebdomadarius ordine ſuo adſcribatur.

Caput XII.

De Circatore.

1. AD Circatoris officium, non facilè alius, quàm Sacerdos, aſſumatur; ſitque rigidus diſciplinæ obſervator, moribus gravis, exemplaris vitæ, & reliquis Superioribus, in unâ concordiâ cohærens, iiſdemque debitum honorem deferens.

2. Horis ſibi conſtitutis, Conventuales officinas circumeat, Fratrum negligentias, & Ordinis prævaricationes obſervet.

3. Primas in Capitulo proclamationes faciat: & caveat ne vel malitioſè, vel ex aliquo odio, vel privatâ averſione, aliquem accuſet; vel alicujus negligentias, causâ familiaritatis, vel amicitiæ, iniquè diſſimulet. Proclamationes autem faciens attentiſſimè audiatur.

4. Si qui poſt Invitatorium, in Matutinis, & in aliis horis poſt primum Pſalmum, ac etiam horâ laboris, vel lectionis abſunt, ubi ſint videat, & ut ſine morâ compareant, ſedulò procuret.

5. Si abſentes reperire nequeat, Priori (ſi adfuerit) vel Suppriori hoc ſignificet.

6. Debebit etiam, Abbate hoc ſtatuente, poſt majoris, ac etiam minoris Miſſæ (quandò cantatur) Offertorium, exire, & videre an Fratres qui intrà clauſtrum, in diverſis ſunt officinis, officiiſque occupati, religioſè ſe habeant, quâ in re adeò debet eſſe ſeverus, ut numquàm alicui loquatur, ſed tranſiens, ſingulorum offenſiones & negligentias, quantùm poteſt, obſervet, excitet negligentes, delinquentes ſigno moneat, & quantùm poteſt cohibeat, & poſteà in Capitulo proclamet.

„ omnia ſtatim Conventui incorporentur, & ſuperiori tradantur, atque cum cæteris illis bo- „ nis, redditibus, pecuniis confundentur, quò communis indè victus & veſtitus ſuppeditari „ poſſit omnibus, idque juxtà Regulam. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio, celeb. Num.* 11. (*a*) *Hebdomadarius adſcribatur.* Capitulum Provinciale Bohemicum an. 1691. Declaravit Suppriorem, ubi copioſior eſt Sacerdotum numerus, à curſu hebdomadario eſſe eximendum.

7. Lo-

7. Loca regularia, ſive ea, quæ clauſtro continentur, ſine debitâ licentiâ numquàm egrediatur.

8. Claves clauſtri, ſi Abbas juſſerit, cuſtodiat, & oſtia, ſtatuto ſibi tempore, claudat, & aperiat.

9. Si ſit Sacerdos, in Prioris, & Supprioris abſentiâ, (a) Conventûs curam gerat: in duplicibus loco ipſorum, officium Miſſæ faciat, Horas incipiat, Capitula & Collectas cantet: Horis finitis ad exeundum chorum, ſignum præbeat: (b) Capitulo, ſedens in ſuo loco, & refectionibus, (c) comedens in majori menſâ ex ſuâ parte, præſideat; omniaque, ea compleat, quæ Suppriori, in abſentiâ Prioris incumbunt.

10. Quotieſcumque ſivè per chori, vel ſummæ Miſſæ officium, ſivè per lectionem menſæ, fuerit impeditus, ſivè etiam infirmus, minutus, vel in itinere conſtitutus, Supprior officium ejus in omnibus compleat.

Caput XIII.

De Cantore & Succentore.

1. Cantor ſtet in dextero choro, Succentor verò in ſiniſtro, & quiſque in ſuo choro, Fratres, ad cantandum, & vigilandum excitet, ac errantes, vel deficientes, in Antiphonis, Pſalmis, & Hymnis ac ſimilibus, emendet, etiam in altero choro, ſi alter ipſorum qui ibidem eſt, id non fecerit.

2. Ob quamlibet negligentiam, vel neceſſitatem, ad alterum chorum, etiam præſente Succentore, Cantor tranſire queat; Succentor verò, præſente Cantore, non-niſi ob gravem.

3. Si quis officio ſuo deſit, ſivè per ſe, ſivè per alium, Cantor ſuppleat.

4. Si quid in libris chori corrigendum, vel addendum, vel mutandum, id faciat Cantor.

5. Extrà Eccleſiam, nihil Cantor præſumat, excepto Capitulo, in quo ſi Luna malè pronuntietur, errorem corrigat.

6. Obitus Fratrum defunctorum, tertiam, ſeptimam, ac trigeſimam diem, & primum defuncti anniverſarium, in Capitulo recitet.

7. Brevia pro defunctis mittenda curet; & allata in Capitulo legat.

8. Mortuorum Fratrum nomina, cognomina, officia, & qualitates, ac diem obitûs eorum, in Kalendario ponat.

9. Quæ ad Cantoris officium ſpectant, eo præſente, Succentor non aſſumat: eo abſente, cuncta pro eo compleat.

10. Cantor, & Succentor hoc unicè agant, ut quæ ſuperiùs de gravitate cantûs, de pausâ, aliiſque præſcripta ſunt, exactiſſimè obſerventur; & ſibi mutuò (niſi neceſſitate compellente) in Choro non loquantur; & quæ Ordinarius eis facienda præſcribit, plenè & integrè compleant.

Caput XIV.

De Bibliothecario.

1. Bibliothecarius libros ſibi commiſſos diligenter cuſtodiat, eos nitidos ſervet, & dilapſum in eos pulverem,

---

Num. 9. (*a*) *Conventûs curam gerat.* „ Capitulum auditâ diſputatione Religioſorum Monaſterii „ Præmonſt. ſuper Capite *de Circatore* an ſi Sacerdos fuerit, abſente Priore & Suppriore, Conventum teneat, & in ſuâ parte ſedeat, & quomodò intelligi debeat? Capitulum Gen. volens dirimere omnem quæſtionem, ortam ex ſtatutis, dicit locum illum, *Conventum teneat*, „ intelligendum eſſe, ut præſit Conventui, & ſedeat in loco Prioris in menſâ tantùm. *Cap. Gen. an.* 1574. *Præm. ſub Joanne de Pruetis celeb.*

Hoc decretum derogat ſtatutis, tùm antiquis Diſt. 2. Cap. 4. tùm modernis, ut attendenti videre eſt, quo-ad locum ſeſſionis in menſâ.

(*b*) *Capitulo ſedens in ſuo loco præſideat.* Definitum eſt Circatorem Conventualem retinere debere ſuæ profeſſionis ſtallum, excepto quòd, dùm Capitulo præſidens culparum proclamationem audit, debeat ad locum Prioris, vel Supprioris aſcendere. Item dùm in Refectorio „ præſidet. *Cap. Gen. an.* 1657. *Præm. ſub. Aug. le Scellier celeb.*

Quod decretum iterùm ſtatutis repugnat, quantùm ad ſeſſionem Circatoris, ſivè in menſâ, ſive in Capitulo.

Circator Conventualis præſidens menſæ ſolùm locum Supprioris occupat, ex decreto Capituli Prov. Bohem. *an* 1691.

(*c*) *Comedens in majori menſâ.* „ Declaravit Capitulum, abſentibus aliis Superioribus, Circatorem pœnitentias in Capitulo poſſe imponere, & ſedere in ſuo latere in menſâ Præſidis in „ Refectorio, ſi Sacerdos fuerit. *Cap. Gen. an* 1717. *Seſſ.* 11. *Præm. ſub. R. D. Lucas celeb.*

Anno 1663. „ Quæſitum eſt an per Præſidem Conventûs abſente Circatore intelligatur Senior „ domûs Superior, & an eſſet pœnâ plectendus, is qui ipſi ſeniori inobediens foret? Reſolutum „ eſt ſeniorem eſſe verè tunc Præſidem Conventûs. *Cap. Gen. an.* 1663. *Præm. ſub Aug le Scellier celeb.*

An verò Senior in abſentiâ Circatoris Capitulum tenere, pœnitentiaſque in illo imponere valeat: penès Capituli Gen. futuri judicium eſto.

ſingulis ad minùs quindenis, ſemel excutiat; & ne aliquâ humiditate, vel quâvis aliâ re corrumpantur, ſtudioſè provideat.

2. Si librum aliquem deprehendat ablatum, nec reperire queat, indicet Priori, qui adlaborabit, ut, ſi fieri poteſt, recuperetur.

3. Omnium librorum, cuſtodiæ ſuæ traditorum, Catalogum habeat.

4. Abſque Abbatis, vel eo abſente, Prioris licentiâ, & ſine memoriali competenti, nemini librum aliquem commodet.

5. Cujuſque *Facultatis* libros, ſub titulo ſuo (qui loco ubi ponentur, inſcribetur) ſimùl componat, & ſingulis libris titulos extrinſecùs inſcribat.

6. Librorum prohibitorum Indicem habeat, & ſi quem prohibitum deprehenderit, ſignificet Abbati, & quod Abbas juſſerit, faciat.

7. Bibliothecam mundam ſervet, & benè compoſitam, & ob id frequentiùs eam expurget, & verrat.

CAPUT XV.

De Sacriſtâ, ejuſque ſolatio.

1. SAcriſta, horologii curam habeat, ac per ſe, ſivè conſtitutum à Prælato, illud regat, ac temperet; & ne citiùs vel ſeriùs, quàm oportet, ſonet, ſtudioſè advigilet.

2. Sedulò procuret, ut dormitorii, & Eccleſiæ lampades, per eos quibus hoc incumbit (quorum negligentias ipſe ſopplere debet) antè Matutinas, & antè Primam, cùm eſt neceſſe, tempeſtivè ſint accenſæ: ſatagat, ut lumen, quando in clauſtro requiritur, ibidem ſatis maturè ponatur.

3. Oſtia Eccleſiæ præfixo tempore claudat & aperiat.

4. Ut ad Matutinas, omneſque horas, conſtitutis temporibus præcisè pulſetur, exactiſſimâ curâ advigilet.

5. Candelas cereas (qoas etiam ex officio facere debet) & ſevaceas habeat, & eas tàm in Templo, quàm extrà, ſecundùm quod ei Abbas ordinaverit, diſtribuat, & in locis ſuis ponat.

6. Candelas, cineres, ramos, ſal, & aquam, novoſque fructus, temporibus ſuis, ad benedictionem præparet; & ea impartitâ, quæ ſunt Fratribus diſtribuenda, cum ſolatio ſuo diſtribuat: at ex palmarum ramis tantùm reſervet, quantùm ad cineres in capite jejunii faciendos, judicat neceſſarium.

7. Quæ ad extremam unctionem infirmo impendendam ſunt requiſita, tempeſtivè præparet.

8. Omnia Eccleſiæ & Altaris utenſilia, ſub ſuâ cuſtodiâ habeat, & cùm neceſsè eſt, ea reparari curet, & ne ſordida ſint, ſæpiùs mutet.

9. Corporalia, & Calicum purificatoria, vel ipſe lavet, & poliat; vel antequàm lavanda tradat, in vaſe ad hoc ſingulariter ordinato priùs abluat, & aquam in Eccleſiæ piſcinam fundat. De Conſecr. Diſt. 1. c. Nemo. & diſt. 4. c. Presby.

10. Alia linea benedicta, quæ Altari ſuperponuntur, ſi Prælatus juſſerit, etiam in dicto vaſe lavet, & aquam in piſcinam, ot ſuprà, ejiciat; linea verò non benedicta, quæ circà Altare adhibentur, ei det lavanda, cui id Abbas juſſerit: & omnia, quæ lavanda tradit, ſeorſim notet.

11. Hoſtias, ſivè panem pro Miſſæ Sacrificio neceſſarium, in loco mundo & cum reverentiâ, excluſis omnibus fabulis levitatibuſque paret, ac in nitido repoſitorio conſervet.

12. Studioſè & curioſè provideat, ut Eccleſia, Altariaque, omni tempore, ſingulari mondıtiâ niteant; & procuret, ut Eccleſiæ parietes ſingulis annis ad minùs ſemel, à pulveribus, ſordibuſque porgentur.

13. Quæ in Eccleſiâ fuerint oblata, recipiat, & quod de eis ordinaverit Abbas, exactè compleat.

14. *Corpus Dominicum*, in Ciborio repoſitum, ſingulis quindenis mutet, & magnâ curâ advigilet, ne ullâ ratione ſpecies corrumpantur, alioqui graviter puniatur. Vide De Conſecr. Diſt. 1. c. Quam benè.

15. In miniſterio Abbati præſtando, ac in aliis omnibus, ſe per omnia conformet iis; quæ Ordinarius præfigit.

16. In Paſchate, antiquum Infirmorum *Oleum*, decenter comburat, & procuret novum. De Conſecr Diſt. 3. c Litteris veſtris.

17. Omnium ſibi commiſſarum rerum indicem habeat, ac cùm officio ſoo deſungitur, eum ſucceſſori, ſingula deſignando, tradat.

CAPUT XVI.

De Proviſore exteriorum.

1. NE ab animarum curâ, ſpirituallbuſque exercitiis, exteriorum occupatione, Abbas nimiùm diſtrahatur, (a)

Vide Diſt. 90. Diaconum. & 9. q. 4. c. Cùm ſimus & 12. q. 2. c. Vobis

(*a*) quoſdam ex Fratribus aſſumat, quibus temporalium regimen magnâ ex parte committat.

2. Aſſumat autem, quos virtutum conſtantiâ, agendatum induſtriâ, fidelitate, & prudentiâ maximè ad tractanda temporalia idoneos compererit.

3. Conſtituat in primis Proviſorem, at non alium quàm Sacerdotem, niſi gravis ptemat neceſſitas, quià in rninam agitur, qui nondùm in virtute benè roboratus, ſuæ libertati committitur.

4. Proviſor exteriora provideat, Curias ſivè Villas circumeat, animalium numerum ſcriptum habeat, ac ea nonnunquàm renumeret, & de neceſſariis reparationibus Abbatem moneat, & quod juſſerit exequatur: ac poſt collectas meſſes ſagaciter inveſtiget, an ad totius anni ſumptus annona ſufficiat, & hoc indicet Abbati.

5. Diligenter attendat, quæ ſint pro temporis ratione coëmenda, vendenda, vel transmutanda, & ſcitu, juſſuque Abbatis, ea prudenter ordinet, atque diſponat.

6. Competiens Curias carere poſſe, vel fructibus terræ, vel aliquibus animalibus, ea ſecundùm ordinationem Abbatis, in utilitatem, & uſum Monaſterii convertat.

7. Quæcumque circà res Monaſterii, etiam circà minutias, ut lanam, linum, pelles animalium, ſimiliaque ſunt agenda, ac etiam ea quæ concernunt venditionem, & excîſionem lignorum, ac præſertim quercuum, (*b*) omnia cum ſcitu, & ordinatione Abbatis, vel eorum conſilio, quos ad hoc Abbas conſtituerit, agat; nihilque de ſe, vel per ſe, præſumat: Nullam quoque litem intentet, aut ſuſtineat, abſque dicto ſcitu, atque ordinatione.

8. Elocationes villarum, decimarum, & aliorum quorumcumque bonorum, ſine juſſu & conſenſu Prælati non faciat: & ſi præſumpſerit, facta elocatio nullius ſit roboris, vel valoris. Innoc. 4. Sedis Apoſt.

9. Convivia nequaquàm adeat, nec hoſpites invitare præſumat, niſi ſciente, & conſentiente Prælato.

10. Quidquid in numeratâ pecuniâ recipit, ſtatim tradat Abbati; & ipſe Abbas eam ſub cuſtodiâ ſuâ, in neceſſarios Eccleſiæ uſus, & utilitatem expendendam, & applicandam, reſervet.

11. Licebit verò Prælatis (ſi ità expedire ipſis videatur) dictæ pecuniæ receptionem, atque cuſtodiam, vel ex parte, vel ex toto, Proviſoribus ſuis committere.

12. Hoc autem ſollicitè obſervent Proviſores, ut concreditas ſibi pecunias, in nullos, quàm qui ſunt officii ſui, uſus expendant; exactè in eo Prælati ſui ordinationem, & voluntatem exequentes; alioqui furti judicio, & tanquàm veri proprietarii, condemnentur. 3. q. 2. c. Si Epiſcopus. § Quod ſi & 12. q. 2. c. Apoſtolicos. Gregor. 9. Olim intellecto. Pius 2. in Bullâ Merita veſtræ Religionis. Clem 8. Nullus omninò.

13. Singulis annis, circà Hyemale feſtum S. Martini, vel alio commodo tempore, juxtà cujuſlibet Eccleſiæ morem, Proviſor, aliique Officiales, bonorum Eccleſiæ adminiſtrationem habentes, coràm Abbate, & duobus, vel tribus, vel (ſi opus ſit) etiam pluribus, quos, de maturioribus Eccleſiæ, Abbas vocandos duxerit, (*c*) computum Conventualium bonorum reddant.

Num. 1. (*a*) *Quoſdam ex fratribus aſſumat, quibus &c.* Adminiſtrationem bonorum Conventualium, ad ſolos Officiales pertinere, eoſque ad nutum Superiorum amovibiles declaravit Capitulum Generale an. 1618.

Inter articulos Reformationis, ſeu Communitatis Antiqui Rig. decimo ſeptimo numero hic aſcriptus legitur, *Recta bonorum temporalium Monaſterii per Officiales adminiſtratio.*

Num. 7. (*b*) *Omnia cum ſcitu Abbatis agat* „ Videant Officiales, ne emant, vendant, exponant, vel quid aliud agant, contrà præceptum, ſeu voluntatem ſuorum Superiorum, „ ſed in omnibus ſequantur eorum ordinationem, ſeu placitum. Alioqui ſciant, quòd aliter „ facientes proprietatem incurrant. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Num. 13. (*c*) *Singulis annis, Proviſor, aliique Officiales computum reddant* Pro conſervatione Monaſteriorum Ordinis, & jurium eorumdem, & ne redditus minuantur, quià plerumque oriuntur ſcandala, ob negligentiam Prælatorum, qui quantitates expenſarum, & receptarum annualium ſcire non curant, in Monaſteriorum iſtorum præjudicium; Capitulum „ definit; quòd omnes & ſinguli Abbates, ſemel in anno ad minùs, per ſuos Proviſores, „ Cellerium, & Officiarios, ſtatum temporalium rerum ſuarum Eccleſiarum exactè faciant „ exponi Patribus-Abbatibus; & Viſitatoribus liberè notificare valeant *Cap. Gen. an.* „ 1539. *Præm. celeb.*

In ſingulis Reformationis noſtræ Monaſteriis non tantùm ſingulis annis, verùm etiam ſingulis menſibus computum exhibere tenentur. Hic eſt quippè decimus nonus dictæ Reformationis articulus, *Acceptorum & expenſorum ſingulis menſibus rationes reddendæ.* Quam quidem methodum aliquatenùs imitata Circaria Franciæ decrevit, in quodam Capitulo Provinciali; computum deinceps ſingulis trimeſtribus, ab omnibus Galliæ Monaſteriis reddi debere. Quod & ſequens Capitulum Generale approbavit, cum hâc tamen limitatione, ut „ ubi eſt perfecta inter Abbatem & Conventum Communitas, redditio computuum pendebit à diſcretione Abbatis, „ ità ut nihilominùs, juxtà ſtatuta generalia, ſingulis annis reddantur. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 8 *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

14. At verò illi, qui adminiſtrationem bonorum, ad Abbatialem menſam ſpectantium, habent, reddant ſoli Abbati rationem. Quid (*d*) Abbas ſit obligatus ſtatum totius ſuæ domûs, Vicariis & Viſitatoribus, vel Patribus Abbatibus viſitantibus aperire.

15. Contineat autem hic computus omne quod toto anno receptum, & expenſum eſt, ac etiam in eo (*e*) exprimatur omne quod Eccleſia debet, & quod debetur Eccleſiæ.

16. Computum debitè concluſum, & ab audientibus & computante ſignatum, Abbas in archivis reſervet, & copiam authenticam, vel etiam ſignatam penès ſe Proviſor, aliiſque computantes, retineant.

17. Proviſores, quoad egreſſum Monaſterii, ratione officii ſui, eam exactè ſervent regulam, quam Abbates ipſis præfigent.

Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de Reg. 18. (*f*) Sint Proviſores (ſicut & alii officiarii) ad nutum Abbatis omni tempore amovibiles: verùm ſi utiles ſint, ac diſciplinæ modum, & regulæ rectitudinem conſervent, non facilè mutentur.

Trid. ibid. 19. Sine conſenſu Abbatis, pro privato ſuo uſu, nihil coëmant, ſed in communi vivant, & ex communi omnia ſua habeant.

Innoc. 4. Sedis. Ap. 20. Cùm autem omnia, quæ Religioſi poſſunt, & valent, in commune conferre teneantur; Proviſores aliique officiales (*g*) pro ſuis laboribus nullam mercedem prætendant; & prætenſa, cùm abſque proprietatis vitio dari non poſſit, abſolutè denegetur.

21. Ne autem Proviſores in temporalia toti effundantur, tàm Matutino, quàm Veſpertino tempore, ac etiam interdiù ſe ad interiora recipiant; & quæ de meditatione & examine conſcientiæ, fratribus præſcripta ſunt, quantùm poſſunt, obſervent, & nullatenùs ea omninò negligant. Diſt 49. c. Hic etenim circà medium.

22. Nulli officio per hebdomadam, niſi aliud requirat neceſſitas, & ordinet Abbas, adſcribantur.

23. Statuant autem Prælati, quibus divinis officiis, tàm feſtivis diebus, quàm aliis, debeant intereſſe.

Caput XVII.

De Cellario.

1. Cellarius, quæ pro communi cibo, potuque, tàm Clericorum, quàm Laicorum, ſunt neceſſaria, procuret & ordinet; ac per ſe, ſivè per alium, cui hoc fuerit imperatum, diſtribuat.

2. Communem cibum, potumque non mutet, nec aliquid aliquibus ſuperaddat, etiamſi de foris venerint, niſi Abbatis, vel abſente Abbate, Prioris juſſu.

Quià verò ſæpiùs contingit in Monaſteriis, præſertim in quibus exiguus eſt Religioſorum numerus, ut de rebus mobilibus, Officialium curæ, & diſpenſationi commiſſis, non-nullæ vel per uſum depereant totaliter, vel etiam ex Officialium induſtriâ malitiosè in uſus proprios ſegregentur, abſque Superiorum nutu vel ſcitu, Capitulum ordinavit „ Que chaque Officier etant „ obligè de rendre compte à ſon Superieur de ſon adminiſtration, & de ſa conduite, donnera au Superieur local, lorſqu' il le requerera, un fidel inventaire de toutes les choſes mobiliaires, des quelles il a l' adminiſtration, afin que le dit Superieur ſçache tout ce „ qui eſt dans le Monaſtere, & ce qui y manque pour y pourvoir. *Cap. Prov. an.* 1684. *Pariſ. celeb.*

Num. 14. (*d*) *Abbas ſit obligatus.* „ Capitulum definit Abbates, alioſque Superiores qui per „ ſe adminiſtraverint bona Monaſterii, debere coràm Conventu, non minùs quàm Officiales, „ computum reddere; ſecùs autem, ſi per Officiales adminiſtraverint. *Cap. Gen. an.* 1657. *Seſſ.* 14. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 15. (*e*) *Exprimatur omne quod Eccleſia debet.* Si qui debita ſuorum Monaſteriorum celaverint, & ſi de his convicti, ſecundùm privilegia Ordinis, à ſuâ adminiſtratione penitùs repellantur. Injungentes omnibus & ſingulis Abbatibus, ſub eâdem pœnâ, ut officia Cellarii, & Proviſoris, Religioſis idoneis ſuorum monaſteriorum committant. *Cap. Gen. an.* 1539. *Præm. celeb.*

Num. 18. (*f*) *Sint Proviſores ad nutum Abbatis amovibiles* In Congregatione Antiq. Rig. Proviſores à Capitulo annuatim instituuntur; Undè à commiſſo ſibi temporalium Monaſterii ſui regimine intrà annum dimoveri non poſſunt inviti, niſi propter culpam quæ depoſitionem mereatur: tunc enim Prælatis, Capituli tempus & nutum antecapere, proviſoreſque ſuos ab officio deſtituere licitum eſt. Quamvis porrò Proviſor in annuo quovis Capitulo inſtituatur, non tamen ab officio annuatim ſubmoveri conſuevit, ſed datâ neceſſitate, aut ad priſtinum munus reſtituitur, aut ad aliud vel nullum deſtinatur.

Num. 20. (*g*) *Pro ſuis laboribus nullam mercedem prætendant* „ Quià omnia debent eſſe communia, tàm labores, quàm reliqua, ideò nullus Officialium prætenderit, pro ſuis laboribus exhibitis, & induſtriâ, ullam mercedem vel recompenſam. Etſi prætenderit, non detur ei, ut omnis occaſio proprietatis evitetur. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Et quand il ſera donnè par les fermiers quelque argent, ou autres choſes, par forme de pot de vin, cela ſera mis entre les mains du Superieur, *ut in rem communem* (*redactum* dit la Regle) *cui neceſſe fuerit, præbeatur. Cap. Prov. an.* 1634. *Pariſ. celeb.*

3. Pa-

3. Panem, & potum, ità tempeſtivè præparari curet, ut ne ad momentum quidem Conventus expectare cogatur.

12. q. 1. c. Res & duobusſequent. 4. Circà refectionis horam, veniat ad culinam, ut cuncta diſponat, advertatque an cibi ſint benè cocti, & advigilet, ut utiliter, & ſufficienter diſtribuantur.

5. Ex iis, quæ poſt refectionem ſuperſunt, quæ cupit reſervet, & reliqua, ſi Abbas ità juſſerit, Portario pauperibus diſtribuenda, relinquat.

6. Abſente Cellario, Subcellarius officium ejus per omnia compleat; ſed caveat, ne quidquàm contrà Cellarii ordinationem, & voluntatem, agere, vel ordinare præſumat.

7. Cellario ſubſint piſtores, coctores cereviſiæ, hortulani, & coci, qui in officiis ſuis, ejus voluntati in omnibus ſe conformare teneantur; & nullus abſque Cellarii conſenſu, ad alia opera eos applicare præſumat, excepto Prælato, vel eo abſente, Priore, qui id tamen non faciet, niſi ex gravi, & evidenti neceſſitate.

8. Ad Cellarii officium non facilè aliquis aſſumatur, niſi Sacerdos, qui an hebdomadarius adſcribi, & quibus diebus officio divino intereſſe debeat, à Prælati pendeat voluntate.

9. Cellarius, de iis quæ ex hortis, & aliis quibuſcumque rebus, receperit, computum reddat, tempore, Cap. præcedente, conſtituto.

10. Quæcumque fuerint ſpecialiter pro pitantiis Conventûs conſtituta, vel legata, per aliquem Fratrem Officialem, cui hoc Abbas impoſuerit, recipiantur; ac in commune redigantur, & ad juſſum Abbatis, vel in Fratrum pitantias, vel in alium Eccleſiæ uſum expendantur, & de iis, tempore ſupradicto, computus reddatur.

11. Quoniam verò, eadem ubique agendi ratio ſervari non poteſt; ideò præſcripta in Abbatis diſcretione permaneant, ut demat, vel adjiciat, prout pro bono domûs ſuæ regimine videbitur expedire.

Caput XVIII.

De Veſtiario.

1. VEſtiarius curam habeat ſartorum, & ſutorum; & advigilet, ut quæ officii ſui ſunt, diligenter, & fideliter exequantur.

2. Omnem Fratrum ſupellectilem, tàm lineam, quàm laneam, & quæ ad reparationem calceorum ſunt neceſſaria, in communi veſtiariâ, tamquàm res pauperum Chriſti, fideliter cuſtodiat, & ne quâcumque ratione, aliqua vel perdantur, vel corrumpantur, ſollicitè provideat. Vide 12. q. 1. Quia tua & ſeq.

3. (*a*) Omnia ad veſtitum neceſſaria, Fratribus diſtribuat, exactè in eo ſervans Abbatis ſui ordinationem.

4. Nullus, abſque ſcitu atque conſenſu Veſtiarii, vel novam veſtem fieri, vel antiquam reparari curet.

5. Ut lacera tempeſtivè reficiantur, advigilet, & detrita tradat Abbati, vel ei cui juſſerit Abbas, & ille quid de eis fieri debeat, decernat. 12. q. 1. c. Res. & duobus ſequent.

6. Quæ ad veſtitum ſunt neceſſaria, Veſtiarius ab Abbate, vel ab eo, cui hoc erit commiſſum, exigat, & recipiat. Trid. ſeſſ. 25. C. 2. De Reg.

7. Ut veſtitûs forma, ab Ordine præſcripta, exactiſſimè ſervetur; magnâ curâ advigilet, rationem, ſi quid varietur, Abbati redditurus.

8. Cum Priore, cubicula Fratrum viſitans, advertat quæ neceſſaria, & quæ ſuperflua; ac ex judicio Abbatis, Diſt. 47. c. Sicut & 12. q. 2. c. Aurum.

Num. 3. (*a*) *Omnia ad veſtitum neceſſaria, Fratribus diſtribuat.* „ Capitulum exoptans anhelitu amplo omnes deciſiones & conſtitutiones Ordinis in ſuo integro eſſe, & perſiſtere, „ definit contentum in Capite *de Veſtiario*, & præfixum à ſtatutis ad unguem obſervari; ità „ videlicet quòd omnes Religioſi, & Ordinis Fratres de cæterò, â modo futuris perpetuis „ temporibus, ſicut veſcuntur ſub uno Cellario, ità veſtiantur ab uno Veſtiario. Inhibens „ proindè omnibus ac ſingulis Prælatis, nè de cæterò Fratribus quandam contributionem particularem diſtribuant; ne potiùs patroni turpitudinis, quàm fautores conſtitutionum eſſe videantur. *Cap. Gen. an* 1535. *Præm. ſub Joan. Fonlembray celeb.*

Hoc decretum inſtaurarunt Patres Capituli Generalis, an. 1605. Præm. ſub Franciſco à Longo Prato celebrati. Atque ut præſcripta victûs & veſtitûs communitas firmiùs ſtabiliretur, renovarunt etiam decreta Capitulorum an. 1498. 1518. 25 36 39. 41. 75. & 1577.

Damnabilem illam conſuetudinem, veramque corruptelam, quâ unicuique annuatim ſumma quædam pecuniæ pro Veſtiario concedebatur, iterùm reſciſſam legimus in actis Capituli Gen. an. 1618. in quo ſancitum eſt „ ut juxtà illorum Capitulorum Generalium (quorum ſeriem in Capitulo an. 1605. textam dedimus) præſcripta, & Clementis VIII. decretum *de Reformatione*, veſtitus & ſupellex cellarum ex communi pecuniâ comparentur, & omninò ſi fieri poſſit, „ ſimilis ſit, ſtatuique paupertatis, quam profeſſi ſumus, conveniat, ità ut nihil ſuperflui „ admittatur, nihil etiam, quod neceſſarium, alicui denegetur. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

(*b*) neceſſaria ſuppleat, & ſuperflua tollat.

9. Sabbathinis diebus, antè cœnam, linea munda ſingulis diſtribuat; ac feriâ ſecundâ, omnia immunda colligat; & advertat, an quæ dederat, cuncta reddantur.

10. Æſtivo tempore, ſingulis quindenis, Hyemali verò, ſingulis menſibus ad minùs, niſi aliud Abbas conſtituerit, munda linteamina, vel laneamina, Fratribus largiatur.

11. Induſia, ut non permiſceantur, ſed ſingulorum ſtaturæ conveniant, (*c*) particularibus ſignis notentur, & quibus commoda ſunt, tradantur.

12. Quidquid in laneis, ſivè in lineis deſideratur, id Veſtiarius Priori, & Prior Abbati ſignificet, ut tempeſtivè provideri queat.

13. Officium Solatii ſit in prædictis Veſtiario ſubſervire, & ſine ipſius juſſu, vel ſcitu, nihil præſumere.

14. Lavanda linea, ſub ſcripto numero, iis qui ea loturi ſunt tradat, & ab eis eodem modo recipiat.

Caput XIX.

De Veſtitu.

1. *QUi in domibus Regum ſunt, mollibus veſtiuntur;* illos, qui abrenunciarunt ſeculo, decet veſtitus aſper & humilis. Quapropter omnes, tàm qui intùs, quàm qui foris ſunt, tàm Parochi, quàm qui in grangiis, ſivè villis, ſivè curiis, commorantur, (*a*) utantur induſiis, ſeu camiſiis laneis; collari tamen lineo non curioſo, nec aliquâ Matth. 11.

Num. 8. (*b*) *Neceſſaria ſuppleat.* „ Ne proprietas ſemel fugata recurrat, omnes rimulæ, per „ quas redire poteſt, à Superioribus diligenter obſtruantur, & ſic ſitis provideant, ut juſtam conquerendi occaſionem non habeant; ac primo vel ſecundo cujuſcumque menſis die „ cellas omnes, ac veſtiarium, per ſe, vel adjuncto veſtiario, vel per duos à ſe deputatos „ percurrant, & de illis quæ ibidem deſiderari poſſunt, ſollicite inquirant, ut illa ſine magnâ morâ ſubminiſtrent. *ibid.*

Num. 11. (*c*) *Particularibus ſignis notentur.* „ Diſtinctio veſtium eâ intentione notata, ut alteri tradi à veſtiario, vel Superiore non poſſint, nequaquàm admittatur; Eſt enim damnabilis, & contrà hæc Cap. VIII. Regulæ noſtræ verba, *Si fieri poteſt, non ad vos pertineat &c.* Quare illa diſtinctio, dictâ intentione factâ, prohibetur. *ibid.*

Num. 1. (*a*) *Utantur induſiis laneis, collari lineo, nec aliquâ materiâ indurato.... & culcitris.... ac ſtrateriis laneis.* Sanctiſſimus Ordinis noſtri Inſtitutor, etſi pede nudo, & tunicâ cilicinâ, pallioque pœnitentis indutus incedere conſueſceret, ad ſimilem tamen nuditatis veſtiumque aſperitatem, Inſtituti ſui Profeſſores adigere noluit. Verùm quià non terreno alicui, ſed Cœleſti Regi exercitatiſſimas parare copias properabat, Commilitones ſuos, non molli quâ vires animi enervantur, ſed aſperâ quâ mens ad fortia erigitur, veſte contexit. Sic quippè in vitâ ipſius Cap. 16. mandatum ab eo legitur; *Præcipimus, ut fratres femoralibus ſemper, & laneis ad carnem, laneis ad laborem, abſque ullâ tincturâ utantur.* Ex primævâ ergò tanti Patris inſtitutione, manavit *laneorum uſus*, quem ut perennaret pius noſter Lairuelius inter Reformationis ſuæ articulos, quintum fecit, *cum ſola culcitra ſtraminea.*

Hunc uſum, Pagius Biblioth. lib. 1. Cap. 8. temporis ac regularis diſciplinæ lapſu, relaxatum fatetur, atque à Capitulis quibuſdam Gen. in Prælatorum arbitrio relictum, ejuſmodi laxamentum approbante Clemente VI. Pagio fidem adhibere non formidans Hieronymus Hirnhaim Montis-Sion (vulgò *Strahow*) Abbas, in ſuo, quod typis vulgavit, De Sermone S. Norberti, volumine, Periodo 2. nucl. 19. ait, Præmonſtratenſes, à primævâ Patrum ſuorum auſteritate multùm deficientes, lineis nunc, ad carnem uti, ex indulto Pontificum. At quamvis cæcum cœco præſtitiſſe ducatum dicere non auſim, utrùmque tamen in erroris foveam cecidiſſe credendum præbent ſtatuta, quæ nullam faciunt de tali Indulto mentionem, immò laneorum ad carnem uſum, eodem, quo antiquitùs, vigore præſcribunt.

Sed & ipſa Capitulorum Gen. decreta Pagio ſuffragari non valent, niſi fortè iſtud, quod unicum reperire nobis fuit. „ Ne laneorum uſus in ſtatutis injunctus à reformatione honeſtâ, & rationabili aliquos deterreat, Capitulum relinquit hoc diſcretioni cujuslibet Abbatis. *Cap. Gen. an.* 1605. *Præm. ſub Franc. à Longo-Prato celeb.*

At non-niſi in gratiam infirmorum hanc factam fuiſſe Abbatibus diſpenſandi facultatem, ſole clariùs innuunt ſtatuta, infrà Num. 3. indicaturque ſequenti decreto. „ Par toutes les maiſons l'on mettra, & uſera de chemiſes de laine, & on couchera pareillement en tous les monaſteres dans des draps de laine, ſi ce n'eſt que les Superieurs, a cauſe de la neceſſitè n'en diſpenſent avec les infirmes. *Cap. Prov. an.* 1684. *Pariſ. celeb.*

Quià verò in eodem Capitulo de iis querela fuit qui collaria amylo imbuta, linteoſque limbos extremis induſiorum manicis curioſè aſſutos, ad inſtar ſecularium deferebant, ſicut & fibrinos pileos. „ Le même Chapitre defend les collets empeſès, & curieux, come auſſi les „ manchettes aux pourpoints & les chapeaux de caſtors; & pour les chapeaux, afin de garder „ par tout l'uniformitè, la largeur des bords depuis le cordon juſqu'à l'extremitè des bords, „ ſera de cinq. poulces, & la hauteur de la forme du chapeau, depuis le cordon, ſera de „ quatre, avec un cordon ſimple & modeſte. *ibid.*

In Congregatione noſtrâ Antiqui Rigoris, collaria deferimus, non linea; ſed lanea; quæ non magis, quàm ad latitudinem unius pollicis, ſuprà collare tunicæ talaris replicari debent: juxtà dictamen ſtatutorum, & præſcripta Capitulorum dictæ Congregationis. *An.* 1637. & 1655.

materiâ indurato, vel polito, & quod ſoprà collare tunicæ talaris, non magis quàm ad latitudinem unius pollicis replicetur; & culcitris (quæ gallicè *Matelas*, germanicè Matraſſen, nuncupatur) ac laneaminibus, ſivè ſtratoriis laneis, in quibus dormiant. Verùm foris, ne hoſpites graventur, uti licebit lectis plumatis, aliiſque, proùt fuerit ſtratum.

2. Licitum tamen erit Abbati, cum Infirmis debilibuſque diſpenſare, ut non tantùm in Infirmitorio, ſed etiam in Dormitorio, Induſiis lineis, lectis plumaris, & linteaminibus utantur.

3. Cum ſanis verò, & valentibus, non diſpenſet Abbas, niſi cum itinerantibus, vel ex aliâ juſtâ, & fundatâ cauſâ, ſicut inter cæteras eſt, ut faciliùs debita, & requiſita reformatio inducatur & conſervetur, & caveant Fratres, ne hujuſmodi camiſiis, ad laſciviam potiùs, quàm ad neceſſitatem, utantur.

Alex. 3. In Apoſt. Sed Innoc. 4. In emin. 4. (*b*) Laneæ veſtes, & aliæ omnes, ut cappæ, pallia, & ſimiles quibus tàm Abbates quàm Canonici utuntur, ſint albæ, nec ſint ſubtiles, vel ſplendidæ ſed profeſſæ paupertati conformes, ut illud Regulæ ſervetur: *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.*

5. Alterius autem coloris veſtibus quibuſcumque nullus uti præſumat, niſi propter periculum, vel propter aliam juſtam, & prægnantem cauſam. 20 q. 2. c. Vidua.

6. Prælatis liceat nil, cum Religioſo moderamine, veſtibus melioribus, non tamen ſericis, vel quæ ſint ſericis æquivalentes, vel pretioſiores. Innoc. 4. Sedis Ap. 21. q. 4. c. Omni jacturâ.&ſeq.

7. In omnibus Eccleſiis Ordinis noſtri, ſine ullâ exceptione, vel diſpenſatione, veſtiaria, juxtà Regulam, ſit communis, & ex communi omnibus de neceſſariis provideatur.

8. Quilibet Fratrum in cellâ ſuâ, (*c*) licitè habere queat duplex corporis indumentum tàm internum, quàm externum, ac etiam induſia duo, & pelliceum unum, quod nunquàm geretur, niſi tunicâ coopertum.

9. Inſuper tot quiſque ſtragula licitè habeat quot neceſſitas requirit: ſimiliter, & pulvinaria ad caput linteo cooperta, nec-non & auricularia non curioſa.

10. (*d*) Pretioſis pellibus, mundanum potiùs faſtum quàm neceſſitatem præ ſe ferentibus, nullus Ordinis noſtri Religioſus utatur.

11. (*e*) Cappæ Canonicales, quibus, ut Canonici, ſub divinis officiis

---

Num. 4. (*b*) *Laneæ veſtes, & aliæ omnes ſint albæ, nec ſint ſubtiles.* Statutum hoc ampliarunt Vaſtphalicæ Circariæ Patres an. 1659. His verbis „ Interiores veſtes debent eſſe albæ, ſivè coriaceæ, „ ſive laneæ. Forma ſit ſimplex, omni curioſitate carens; & ideò ſeriò inhibetur, ne quis „ alterius coloris veſtibus utatur. *Cap. Prov. Veſtph. an 1659 Colon. celeb.*

Articulus undecimus reformationis antiq. Rig. hic eſt, *Habitus totaliter candidus, tam quoàd tunicam, quàm ſcapulare, caputium & cappam, cum ea forma, quam habent in Ordine noſtro.*

Hic Præmonſtraten: habitûs candor, à primâ Ordinis noſtri inſtitutione, ad hæc noſtra uſque tempora perduravit illibatus, præterquàm apud Hiſpanos, qui, ſub quodam reformationis infrà referendo prætextu, eximium hunc veſtitûs candorem aliquali nigredine vitiarunt. Sed & eundem indebiliori maculâ deturpant alii, qui veſtium magis quàm morum ſplendore humanas laudes appetunt, contrà quos ſequens decretum. „ Quià non-nulli Abbates, & Religioſi „ noſtri Ordinis, in ſcandalum ipſius Ordinis, cappas & ſcapularia ſubtilis lanæ, vulgariter „ *Jayetta* noncupatæ, deferunt, contrà prohibitiones Capituli Gen. jam dudùm factas; Capitu- „ lum prædictum ſtatutum renovando, prohibet univerſis noſtri Ordinis Religioſis, ne ampliùs „ prædictas cappas & ſcapularia *Jayetta* deferant, ſed habeant cappas & ſcapularia de panno, „ quæ bireta debitè cooperiant. *Cap. Gen. an. 1513. in S. Mart. Laud. ſub Jacobo de Bachimont celeb.*

Num. 8. (*c*) *Licitè habere queat duplex indumentum.* „ Inter neceſſaria numerantur, debita cel- „ larum ſupellex, & duplex corporis in cellâ indumentum, tam internum, quàm externum, „ quo munditiea procurari, & feſta honorari queant. *Cap. Gen. an. 1618. Præm. ſub Petro* „ *Goſſetio celeb.*

Num. 10. (*d*) *Pretioſis pellibus nullus utatur.* Pellicei uſus, quo tempore in Ordinem Præmonſtratenſium fuerit invectus, ex ſequenti conceſſione, diſcito. „ Conceditur Profeſſoribus „ noſtri Ordinis univerſis ut ipſi pellibus vulpinis, & leporinis, quæ non ſint nimis curioſæ, „ poſſint uti, & hoc inſeratur in Capitulo de veſtitu. *Cap. Gen. an. 1289. Præm. ſub Guill. de Louvignies celeb.*

Num. 11. (*e*) *Cappæ Canonicales, quibus ut Canonici ſub divinis Officiis utimur, Canonicalibus aliorum Canonicorum cappis correſpondeant.* Antiquam cappis ſeu *capis* utendi conſuetudinem, priſcumque modum, vide apud Du Freſne, in Gloſſ. ad verbum *capa*. Id unum hic annotare juvat, quòd cappis omnibus olim aſſuta cohærebant caputia, & ità Præmonſtratenſes, non ſecùs ac omnes alii, ſivè viri, ſivè mulieres, Canonici vel Monachi, induebantur, ut cùm maxime clauſæ eſſent ejuſmodi cappæ, caput per collare, ſeu foramen collaris inferretur. His cappis aſſutæ pariter erant laxiores quædam manicæ, quas ne intrà Eccleſiam ad divinum officium deferrent Canonici & Clerici, prohibuiſſe legitur Innocent. III. in Conc. Later. Undè & hodiernus cappæ Canonicalis uſus, nullas hujuſmodi manicas admittit.

Cæterum quod ſpectat ad noſtram cappis ſub divino officio utenti methodum, eas deferimus juxtà formam in ſtatutis modernis præſcriptam, quæ qualis antiquitùs extiterit, en tibi indicabunt

uti-

utimur, ſint ex panno, vel aliâ leviori materiâ, non tamen pretioſâ, ſed modeſtâ, & ut Canonicalibus aliorum Canonicorum cappis correſpondeant, nunquàm ſint tunicis breviores, ſed eam habeant longitudinem, ut ab omni parte terram attingant; & ea tàm ſtrictè menſura ſervetur, ut nunquàm, ultrà quatuor pollices, in terram, à tergo dilabantur, aut fluant.

12. Tunicæ talares, ad talos uſque pedum, ad minùs, deſcendant; &, niſi ſub iis ſutanæ clauſæ gerantur, ſint anteriùs conſutæ, vel alio modo ſic clauſæ, ut interiores veſtes nequaquàm appareant; ſed in omnibus religioſa ſervetur honeſtas.

13. Collaria tunicarum non ſint nimis alta, & collare tunicæ pectoralis, ſivè ſutanæ, exæquent, aut ſaltem nunquàm ſint demiſſiora, nec ultrà digitum illud excedant.

14. Scapularia, eandem cum tunicis habeant longitudinem, & eorum latitudo (tàm pro longis, & brevibus, quàm pro itinerantium, & exeuntium tunicis) ſit decem pollicum.

15. Nunquàm à quibuſcumque Canonicis, etiam Prioribus, Paſtoribus, aut aliis Beneficiatis, ne quidem ſub cappâ, ſcapulare diſcinctum geratur.

16. Manicæ tunicarum ſint ſimplices, nec ullâ notabili ſuturâ elaboratæ; nec ſint vel nimis ſtrictæ, vel nimis latæ; & inferiùs ubi manus attingunt, ſivè in rotunditate, latitudinem quatuordecim pollicum non excedant.

17. Caputia, ubi anterior ſutura eſt, & pectus attingunt, latitudinem habeant ſex pollicum, & exindè proportionaliter per humeros defluant, & ultrà ſuturam manicarum tunicæ (quæ ſuperiori brachii commiſſuræ correſpondere debet) ad quatuor pollices deſcendant; à tergo verò, ad zonam, ſivè ad cingulum uſque, nec multùm ultrà, protendantur.

18. Cingulum ſit religioſum & ſimplex, omnem curioſitatem & vanitatem excludens.

19. (f) Byretis albis quadratis, non tamen nimium altis, Canonici Sacerdotes utantur.

ſequentia, Ex longiori (quod hic propter nimiam ejus prolixitatem non referimus) Capituli Gen. an 1434. decreto excerpta; Ex quibus etiam, qualis tota Præmonſtratenſium habitûs exterior ſpecies fuerit, innoteſcet. „ Juxtà ſeriem Regulæ ſtatutorumque Ordinis, & lau-
„ dabilem conſuetudinem noſtræ Præmonſtratenſis Eccleſiæ matricis, de ceterò ferrent cappas,
„ & tunicas non notabiles, haberentque caputia ipſis cappis conſuta; quæ cappæ debent eſſe
„ in mediâ parte anteriori ſciſſæ & apertæ. Inſuper ſcapularia portarent, non ſemper, ſicut
„ aliqui conſueverunt, ſed quandò expedit ipſa deferenda, cum antipendiis ampliis admodùm,
„ circà latera nunquàm colligatis, vel connexis; immò potiùs antè pectus & poſt tergum pen-
„ dentibus ſubcinctis. Deindè caputia ſatis parva eſſent ſuper ſcapulas extenſa, ſub cucullo
„ cappæ, vel ſcapularis poſita, & circumamicta pileis albis condecentibus, niſi in longi itine-
„ ris neceſſitate nunquàm utendo, nigris verò, vel griſeis penitùs abjiciendis. Corrigias quo-
„ que, ſeu cingulos, in moderatâ curioſitate notatos, & pretioſitate evitarent, nec-non ra-
„ ſuras decentes deſuper aures non modicas, ſicut decet Religioſos, ſtuderent habere, pro-
„ ut hæc & conſimilia, in decretis Sanctorum PP. Regulâ, Privilegiis & ſtatutis noſtris regu-
„ laribus deſignantur. &c. *Cap. Gen. an. 1434. Mechliniæ ſub Joa. de Marla celeb.*
„ Capitulum ordinat, ut omnes Prælati noſtri Ordinis faciant fieri ſuis Religioſis cappas, quibus
„ caputia teneant, ſimùl cum cappâ, & ſimiliter caputia ſcapularibus ſint conſuta; nec am-
„ pliùs permittant eis habere, nec portare tunicas apertas antè vel retrò, nec almucia, niſi
„ Abbas, nec bireta diſcooperta in ſuis Eccleſiis. *Cap. Gen. an. 1481. Præm. ſub Huberto de Monte Hermerio celeb.*

Antiquam hanc Præmonſtratenſium habitûs figuram primariam fuiſſe ſuadet Gervaſius in ſuis Epiſt. 108. & 114. quas conſule apud Hugonem noſtrum Sac. Antiq. Monum. Pag. 96. & 102.

Num. 19. (f) Biretis albis, quadratis utantur. Anno 1505. in commiſſione datâ D Quintino Abbati Viridis Stagni, ad viſitanda omnia Ordinis noſtri Monaſteria, in Scotorum Regno conſtituta, clauſulam hanc inſeruit Capitulum Generale. „ Quòd nempè Abbates & Religioſi à
„ modò non uterentur biretis nigris, vel coloratis: ſed habitum candidum, & honeſtum ge-
„ rerent. *Cap. Gen. an. 1505. Præm. ſub Franc. à Longo-Prato celeb.*

Quo motivo ducti biretorum nigredinem elegerint Scoti, aliique paſſim candidi noſtri Ordinis profeſſores, haùd ſcio; Nec enim me latet tunc temporis caputio ità operiri debuiſſe biretum, ut ne ullo modo appareret. Statutum quippè eſt „ quòd Religioſi bireta monſtruoſa, ad in-
„ ſtar mortarioli non deferrent, ſed ſtricta & honeſta, ſine notâ curioſitatis, & caputiis co-
„ operta & minimè apparentia, ut ſoliti ſunt. *Cap. Gen. an. 1517. Præm. ſub Jacobo de Bechimont celeb.*

Contraria jam nùnc inolevit biretis utendi conſuetudo, quam ſic expoſuerunt Circariæ Veſtph. Patres „ Biretis quadratis ubiquè utentur Sacerdotes Canonici, eorumque uſus erit ſequens.
„ Celebraturi Miſſam tecti bireto ibunt ad altare, juxtà præſcriptum Ordinarii. Sub ſummo
„ ſacro, vel alio quovis cantando erunt nudis capitibus, niſi eo tempore quo ſedetur, *ſub*
„ *Epiſtolâ, Lectionibus, Prophetiis, & Graduali*, ſi ludatur in organo, aut *ſub verſu*, ſi
„ cantetur; & ſub *verſu Aleluya, ſub tractu*, quandò canitur alternatim: Deindè ſub *Offer-*
„ *torio* ſi ludatur; ſi verò cantetur, *abſoluto cantu*, ſi tempus ſuperſit. Sub horis Canonicis,
„ poſt primum verſum primi Pſalmi omnes tegent, & ad principium verſûs *Gloria Patri* im-

20. Muſ-

Digitized by Google

20. Muſtulas licitè habeant, Canonici, albas, laici, griſeas; ſed nullâ curioſitate notabiles.

21. Liceat quoque, excluſâ curioſitate, Fratribus uti chirothecis.

22. Soli (g) Abbates tunicam diſcinctam gerere queant, ac eâ in re, in ſingulis Provinciis, omnimoda ſit uniformitas.

23. Religioſi Conventuales, in Monaſterio exiſtentes, (h) ſemper ſint in pleno habitu, in talari ſcilicet tunicâ, ſcapulari, & caputio: attamen in labore, vel cum honeſto alicui corporali exercitio Fratres incumbunt, exutâ ſuperiori veſte, eſſe queant in tunicâ pectorali, cum ſcapulari cincto.

24. At in inferiori habitu, ſive in ſolo thorace, & femoralibus, (i) etiamſi deſuper ſcapulare induatur, nunquàm eſſe, vel incedere liceat.

25. Canonici egredientes, etiamſi in brevi, vel pectorali tunicâ duntaxat exiſtant, ſcapulare gerant, quod ſemper, & ubique ſit cinctum, nec unquàm in latere nexum, ſed ab utrâque parte rectè dependens.

26. Exeuntes ſine pallio, (k) caputium ſuper ſcapulare gerant.

„ mediatè præcedentia ſurgentes, ad medium verſùs ſimùl bireta deponent; & ità conſequenter ad omnes Pſalmos omnium horarum Canonicarum, ſive ſtetur, ſivè ſedeatur. *Cap. Prov. Veſtph. an. 1721. Colon celeb. Tit. 1.*

Hunc, jam uſitatum in omnibus ferè Ordinis noſtri Monaſteriis, biretis utendi morem, non tantùm in Eccleſiâ, ſub divinis officiis, verùm etiàm in locis clauſtralibus, & ubiquè intrà ſepta Monaſteriorum, nondùm adoptavit Reformata noſtra Communitas Antiqui Rigoris. Quæ uſum bireti divinis ſolùm deputat officiis, non obſtante Capituli Gen ultimi decreto, quo ſancitum eſt. „ Ut Sacerdotes omnes, etiàm Antiqui Rigoris, à Paſchate uſque ad Feſtum Omnium „ SS., biretis quadratis per diem, tàm in domo, quàm in Eccleſiâ uterentur. *Cap. Gen. an. 1717. Præm. ſub D. Honorato Lucas celeb*

De uſu autem bireti, quod violaceum deferre Doctoribus noſtri Ordinis licitum eſt, ex privilegio Summi Pontificis poſtulanti R. D. Jacobo de Bachimont conceſſo, ſic ſtatutum eſt in Cap. Gen an. 1657. „ Doctores, qui hactenùs uſi ſunt biretis violaceis, vel alterius coloris, „ poſſunt ea retinere; qui verò de cæterò Doctoratûs gradu inſignes fuerint, nequeant illis „ uti, niſi dùm ex ſuggeſtu ad populum concionabuntur, vel diſputationibus præſidebunt, „ vel actibus academicis, vel aliis comitiis generalibus, vel provincialibus intererunt.

Num. 22. (g) *Abbates tunicam diſcinctam gerant.* Prælati in publicis actibus, v. g. Doctorali„ bus proceſſionibus comparentes, ſecundùm intentionem Statutorum, tunicas diſcinctas, cum „ mozettis, & Cruces ſuas pectorales, maximè quandò foràs prodeunt, uniformiter ſuprà „ ſcapulare, & uſque ad cingulum tantùm dependentes gerent. Cùmque omnes Prælati hu„ jus Provinciæ, excepto Præpoſito *Cellæ inferioris*, Annulum & Crucem pectoralem gerant, „ tanquàm inſignia dignitatis ſuæ, Capitulum dicto D. Præpoſito Cellæ inferioris, utpotè „ formali, & perpetuo, adeòque vero & exempto Prælato mandandum cenſuit, & mandat, „ ut aliis DD. Præpoſitis Provinciæ, deinceps hâc in parte ſe conforment. *Cap. Prov. Veſtph. an. 1721. Tit. 15. Colon. celeb*

Num 23 (h) *Semper ſint in pleno habitu.* „ Omnes, tàm Paſtores quàm Conventuales, ſem„ per ſint in pleno habitu, talari, ſcil. togâ, ſcapulari, cingulo & caputio, in noſtris mona„ ſteriis: Nec liceat Procuratoribus, Cellariis, aliiſque Abbatialibus Officiariis, ſub prætex„ tu cujuſcumque conſuetudinis in pectorali habitu coràm uſque apparere. *Cap. Gen. an. 1717. Seſſ. 4. Præm. ſub D Honorato Lucas celeb.*

„ Officiales in Abbatiâ vel Præpoſiturâ, extrà Conventum commorantes, quoàd habitum pote„ runt eſſe in tunicâ breviori, & ſcapulari cincto: Celebraturi verò, vel ad Capitulum ven„ turi, uti etiam in ingreſſu Templi & Refectorii, erunt in pleno habitu. *Cap. Prov. Veſtph. an. 1659 Colon celeb*

Num. 24. (i) *Etiamſi deſuper ſcapulare induatur.* Exeuntes tempore ſecationis, aut vindemi„ arum, in ſcapulari incedere non præſumant. Quod item prohibemus curatis infrà parochi„ am manentibus. *Cap. Gen. an. 1336. Præm. ſub Joan. de Caſtilione celeb.*

„ Capitulum ordinat, quòd de cæterò Prælati & Religioſi Ordinis veſtes deferant eo modo „ & formâ, ut præcipitur in ſtatutis. *Cap. Gen. an. 1574.*

Hoc porrò ità ordinatum eſt ex occaſione multorum Religioſorum, qui de Ordinis ſui candore erubeſcentes, eas laicalibus indumentis operire non formidabant; quorum pervicaciæ ut obviaret Capitulum, „ decrevit inſuper, quòd Religioſi qui monaſterium egrediuntur, ſi ſuper „ hoc convicti fuerint, & habitum dimiſerint, cum ſcandalo Ordinis pro primo exceſſu per „ duos menſes pœnâ carceris puniantur; & ſingulis 2. 4. & 6. feriis pane & aquâ duntaxàt ci„ bentur. Pro ſecundo exceſſu per ſemeſtre pœnâ carceris arcebuntur: ſi verò hoc fecerint „ cum habitu, ſed ſine ſcandalo tamen, per menſem tantùm pœnâ tali corrigentur. *ibid.*

Num. 26. (k) *Caputium ſuper ſcapulare gerant.* Super querimoniâ factâ Capitulo, quòd Religioſi exeuntes diebus jovis deambulationum gratiâ, alii caputium gererent, alii verò, contrà ſtatutorum præſcripta, geſtare nollent. „ Le Chapitre a ordonné & ordonne que quand les „ Religieux ſortiront dehors ſans manteau, on portera le chaperon avec le chapeau, mais non „ pas lorſqu'on ſortira avec le manteau. *Cap. Prov. an. 1684. Pariſ. celeb.*

Hic eſt ergò hodiernus Præmonſtratenſium per urbes & in peregrinationibus incedendi modus. Palliis oblongis, capparum loco, quæ olim in urbe deferebantur, uti conſueverunt, quotieſcumque in publicum pedites prodire coguntur. Breviori autem pallio, vel etiam chlamide, dùm pro monaſteriorum negotiis, vel aliâ quâlibet neceſſitate, itineris causâ equitare

27. Ocreis ex corio, vel ex aliâ materiâ factis, excluſâ mundanâ vanitate, & ſpectatâ ſolùm neceſſitate; ac etiam galeris, ſivè (*l*) pileis albis, in itinere ac labore, Fratres uti valeant.

28. (*m*) Cappis laneis, ſivè ex aliâ honeſtâ, & modeſtâ materiâ factis, ſuperpelliceis, & almutiis, quæ ex albis pellibus, excluſâ curioſitate, fieri debent, Fratres in divinis Officiis, tem-

neceſſum eſt. Definitum eſt enim in Capitulo, „ Religioſos uti poſſe veſta laxiori, ſeu chla„ mide ſuper togam talarem, at in itinere tantùm, & eâ ſemper lege, ut vitentur curioſitas „ & vanitas, & ut, ubi ad monaſterium, vel ad urbem advenerint, hanc veſtem deponant, „ ſic ut poſſint ſemper in pleno habitu apparere ſecundùm dictamen ſtatutorum. *Cap Gen. an.* 1686. *Præm ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 27. (*l*) *Pileis in itinere ac labore uti valeant.* Modeſtiam in pileis, ſicut in aliis quibuſcumque veſtibus, ſemper excoluit Ordo noſter. Materiam ejuſmodi pileorum indicat ſequens decretum. „ Capitulum præcipit omnibus & ſingulis Prælatis, & Religioſis Ordinis, quatenùs de ceterò pileis de filtro (*feutre*) utantur. *Cap. Gen. an.* 1280 *Præm ſub Ægidio Abbate celeb.*

Formam tradit aliud Capitulum declarans „ Pileos habere debere quatuor ad minùs pollices Or„ dinis quoàd altitudinem, & quinque quoad latitudinem. *Cap. Gen. an.* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 28. (*m*) *Cappis laneis, ſuperpelliceis, & almutiis, Fratres in divinis Officiis utantur.* Alii Canonici ſuperpellicea penè ubique circumferunt (inquiebat olim Adamus noſter Præmonſtratenſis) nos veró in divino ſolummodò miniſterio, eis indui ſolemus. Beneſaciunt illi, quià multùm decet Ordinem Clericalem lineum hoc indumentum. Nec maleſacere nos arbitramur, qui ſpecialem quandam honeſtatem, & munditiam divinis, ea induendo, obſequiis reſervamus. Undè generaliter apud nos ſtatutum eſt ut omnes qui altari miniſtrant, nunquàm ibi ſine ſuperpelliceis, vel albis appareant; nec aliquis præſente Conventu, niſi ſuperpelliceo vel alba indutus, ſuperiores gradus altaris præſumat aſcendere. Ad communicandum quoque, vel infirmum ungendum, Sacerdotes & Miniſtri ſuperpelliceis induuntur. Divino itaque cultui ſuperpellicea deputamus; cuius peracto obſequio, ea exuimus: quià jucundiùs nonnunquàm, & gratiùs poterit reperi, quod ad tempus contingit intermitti. Itâ ille *Serm* 3. *de diverſo habitu Clericorum.* Ex quibus apparet ſuperpelliceorum in Ordine noſtro antiquitas.

Almutia ſuperpelliceis noſtris coæva teſtatur ipſummet almutii ethymon; *Almutium* quippè nil aliud pridem erat, quàm amictus quidam, quo Canonici caput humeroſque tegebant: undè *Caputium* & *Almutium*, idem antiquitùs fuiſſe credimus. In ſtatutis Eccleſiæ Viennenſis (apud Joannem le Lievre, Cap. 26. de Canonicis) hæc leguntur. *A Feſto S. Martini uſque ad Paſcha, portabunt capas nigras ſuprà pellicium, & à Paſcha uſque ad Feſtum Omnium SS. portabunt ſuperpellicium ſine cappâ, & in capite capellum de griſo, quem vulgariter almuciam vocant.* Priſcus ille modus almutia deferendi in capite, in pleriſque abſolevit Canonicorum Ordinibus: Jamque alii uno, alii altero modo, diverſique coloris, & formæ, iis utuntur Canonici. Ea nos alba in brachio deferimus, diverſiſque temporibus & momentis his utimur, atque ſuperpelliceis, nec-non & biretis, proùt in ſtatutis ordinatur, & in Capitulis recentioribus, denuò præſcriptum recenſemus, ut ſequitur. „ Almutiorum uſus per totam Provin„ ciam erit uniformis, & geſtabuntur in brachio, ad morem Canonicorum Regularium; Cùm„ que ſint pars habitûs Regularis, ideò in monaſteriis, ubi novitii conferunt habitum, de „ almutiis ſibi quoque providebunt. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1659 *Colon. celeb*

Priùs decretum fuerat in Cap. Gen. an. 1657. almutia geſtari debere juxtà conſuetudinem patriæ, ut in ordinario; ſeu rituali Ordinis præſcriptum eſt, eaque debere eſſe alba

Idem ſanxit Capitulum Gen. an. 1670 his verbis „ Ad Ordinis, in geſtandis ſub divino offi„ cio almutiis, uniformitatem, ea ſint omninò alba, & ex pellibus cuniculorum, ſecundùm „ uſum & morem patriæ; Mandatque Capitulum, ut in omnibus Ordinis Provinciis ſuperio„ res ea comparent, & geſtari curent proùt præſcribit ordinarius. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ* 4. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

De tempore autem quo ea, non ſecùs ac ſuperpellicea & bireta, depoſitis cappis & caputio, deferre debemus, audi ſequentia. „ Capitulum decrevit & decernit, ut omnes Ca„ nonici Ordinis à Paſchate uſque ad Feſtum Omnium SS. gerant ſuperpellicea & al„ mutia, omnibus diebus Dominicis & Feſtivis, in utriſque Veſperis & Miſſâ. A Feſto „ autem Omnium SS. uſque ad Paſcha, in omnibus Officiis, cappâ laneâ utantur, niſi apud „ Canonicos ſeculares, apud quos degunt, habeatur uſus ſuperpelliceorum in quibuſdam Fe„ ſtis. *Cap. Gen. an.* 1666 *Seſſ.* 6. *Præm ſub Aug. le Scellier celeb.*

„ Item declarat Prælatos in Eccleſiâ debere, loco ſuperpelliceorum, uti rochetis & mozettâ ſu„ perpoſitâ. *ibid.*

Quià verò in prædicto Capitulo an. 1666 ordinatum fuit cappas laneas geſtandas eſſe à Feſto Omnium SS. uſque ad Paſcha. „ Petitur quid faciendum in ſolemni Officio defunctorum, v. g. „ Fratris defuncti, dùm ſtolis utendum? Quid in Nativitate J. C. & aliis majoribus Feſtivi„ tatibus, intrà illud tempus occurrentibus, in quibus ſolet eſſe uſus ſuperpelliceorum & plu„ vialium? Reſpondit Capitulum, in allegatis diebus & officiis utendum eſſe ſuperpelliceis, & „ pluvialibus. *Cap. Gen an.* 1670. *Seſſ* 8. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Capitulum Generale ultimum „ Decrevit à Feſto Omnium SS. uſque ad Paſcha, in omnibus „ Galliæ Monaſteriis, Canonicos noſtri Ordinis uti debere rochetis, ſub cappis laneis, & „ longis caputiis. A Paſchate autem ad Feſtum Omnium SS. ſuperpelliceis & almutiis, ſub „ officiis divinis primam immediatè ſequentibus, ſicut & biretis quadratis, quibus utentur eti„ am Sacerdotes Antiqui Rigoris, tam in domo, quàm in Eccleſiâ. *Cap. Gen. an* 1717. *Seſſ.* 4. *Præm. ſub D. Honorato Lucas celeb.*

po-

poribus in Ordinario præfixis, ubique uniformiter utantur.

29. Abbates, ne dignitatis ſuæ oblivíſcantur, (*u*) tàm foris, quàm domi, ſemper ſint in gravi habitu; & ut in toto Ordine ſit uniformitas, omnes Abbates, caputio laxiori, & rotundo, ac nodulis clauſo, quòd Mozettam vocant, utantur.

30. Laici, brevem, ſivè pectoralem tunicam albam, cum ejuſdem coloris ſcapulari cincto, & deſuper caputium album geſtent.

Greg. 9. Juſſis peten. tium. 31. Cappæ eorum ſint griſeæ, & non albæ, nec tamen camelinæ, vel aliàs curioſæ, at verò tunicæ, ſicut & reliquæ ipſorum veſtes, ſint albæ.

Caput XX.

De Fratre Hoſpitali.

1. **F**Rater hoſpitalis, tot Fratres, vel miniſtros ſub ſe habeat, quot requiruntur, ut advenientium hoſpitum neceſſitati ſatisfiat, cum quibus, ut etiam cum hoſpitibus, licitum erit ei loqui.

2. Præſentatos à Portario, ad hoſpitium ducat, & quid, & quandò comedant ordinet, & ſi neceſsè ſit, hoſpitibus adſiſtat, atque miniſtret: ac etiam ubi dormire, & quomodo eis debeat ſterni decernat.

3. Hoſpitii quoque pro hoſpitibus infirmis deſtinati curam gerat; niſi ea ab Abbate ſit alteri demandata.

4. Exhibeat ſemetipſum in moribus religioſum, in verbis circumſpectum, in inceſſibus, & geſtibus gravem, modeſtum in oculis, in hoſpitum ſervitio ſedulum, atque ſollicitum, & in omnibus exemplum ſe præbeat temperantiæ, & diſciplinæ.

Caput XXI.

De Hoſpitalitate.

1. **H**Oſpitalitas, quæ ea omnia continet, ob quæ, in ultimo die, Dominus noſter ſe remuneraturum bonos aſſerit, ac puniturum malos, frequenter ac ſpecialiter in ſacris litteris, nobis commendata, in omnibus Ordinis noſtri Eccleſiis, ſecundùm ſingularum facultatem, diligentiſſimè obſervetur: Innoc. 4. Sedis Ap. Pius 2. Merita veſtræ Religionis. Matt. 25. Diſt. 42. & 86. 12. q. 1. c. Qoia. Innoc. 4. Ibidem.

Num. 29. (u) Tàm foris quàm domi, ſemper ſint in gravi habitu. „ Conceſſum eſt quòd Ab„ bates noſtri Ordinis utantur palliis, ſedendo in menſâ, vel capiant per curiam incedendo. *Cap. Gen. an. 1280 Præm ſub Ægid. Abb celeb.*

Qualiacumque fuerint ejuſmodi pallia, certum eſt ea Prælatis non modicùm inſerviſſe, quibus videlicet quædam, gravitatis ac modeſtiæ, quæ eorum, multò magis quàm ſubditorum, decent ſanctitatem, faciliùs præ ſe ferrent ſpecimina. Hunc nàmque apud Chriſtianos ejuſmodi palliis utendi finem, ſuadent hæc verba Salviani lib. 4. ad Eccl. Cathol. *Licet Religionem veſtibus ſimules, licet fidem cingulo aſſeras, licet ſanctitatem pallio mentiaris, non credis omnino non credis.* Antiquo huic pallio, cujuſcumque formæ vel amplitudinis fuerit, ſtatuta moderna ſuffecerunt caputium laxius, & rotundum, noduliſque clauſum, quod mozettam vocant, & quo à ſubditis faciliùs ſecernatur Abbas; Pallium etenim antiquitùs religioſis proprium fuiſſe teſtantur iterùm hæc verba Conc. Aurel. I. C. 21. *Monachus ſi in Monaſterio converſus, vel pallium comprobatus fuerit accepiſſe, & poſteà uxori fuerit ſociatus &c.* Unde & caputium gerere debemus omnes, aut pallium, ſivè foris, ſivè domi, ne ab habitûs noſtri plenitudine deficere videamur.

Quandoquidem à reliquis Norbertini Inſtituti cultoribus, in habitu non-nihil differunt Hiſpani Præmonſtratenſes, hæc pauca de eorum veſtitu, à Reverendo admodùm Patre F. Joſeph Stephano de Noriegâ Congreg. Hiſp. Ord. Præm. Diffinitore Generali accepta, ſubjicimus. In his, inquit, duntaxàt diſcriminamur à vobis (Lairuelicæ Reformationis profeſſores alloquitur) quòd nos cappam ſemper ſuper caputium geſtamus, ſecùs autem vos. Item vos ad uſum bireti alti quadrati declinaſtis, nos verò antiquis albis, ſub caputio imponendis, retentis, quoties neceſſitas exigit, etſi raro, utimur. Item vos zonâ, aut cingulo laneo ex panno utimini, nos verò nigro coriaceo cum fibulâ ferreâ: nec hoc (addit) adeò ab Ordine noſtro alienum cenſendum, cum teſte Servatio Lairuelio ſui Catech. Tom. 2. Lect. 61. Doc. 4. capitulum generale an. 1619. celebratum conſtituerit, *ut deinceps Novitii zonâ coriaceâ uterentur*, ut videlicet à profeſſis (nos à non reformatis) diſcriminarentur. Utimur etiam induſiis, ſivè ſubucnlis laneis, & ſimiliter à lineis in lectis abſtinemus, nec cum infirmis, & cum decrepitis, aut ſenioribus debilibus, ſuper uſu lineorum diſpenſatur. Extrà domum ſemper cappâ utimur, & pileo ex feltro nigro, cum unâ ſimplici cordulâ in ejus circuitu; & intrà domum ſub hyeme, pro arcendo frigore, pallio, quod alio vocabulo tabardum vulgò *Tabardo*, aut uſitatiùs *Roga* dicitur,) cum manicis amplis & longis, ad terram demiſſis, ſuperinduto: & interiùs ſagulo ex panno albo, vel ſtamineâ, dimiſſo infra genu quartam partem varæ cum manicis ſtrictis, tunicâ ſimiliter ex ſtamineâ (hæc enim tela uſitatior jam nobis eſt) ad talos uſque demiſsâ, cum manicis parùm amplis, latitudinis videlicet quartæ partis varæ, æqualiter ductis ſine burſâ, ſemper cooperto. Telæ ſubtiles, omninò nobis prohibitæ ſunt, iſque nobis habitus uſualis eſt; ſub eodemque incedimus, ſivè intrà, ſivè extrà domum, vel in ipſo itinere. Ità ille in elaboratiſſimis de Hiſpanicâ Præmonſtratenſium Reformatione monitis, quæ an. 1721. die 7. Aug. ſcripto tradidit Salamanticæ; ac poſteà Stivagium officioſiſſimè tranſmiſit,

ac eleemoſynæ, quantùm proventus patiuntur, pauperibus Chriſti præſtentur.

2. Sit (*a*) domus aliqua particularis, ſi commodè fieri poteſt, recipiendis hoſpitio pauperibus deſtinata, & miniſter aliquis idoneus, ac in bonis moribus, bonâque diſciplinâ, quantùm fieri poteſt, benè formatus, ad ſerviendum eis deputetur.

Idem ibi. 12. q. 1. c. Quia tuam. 3. Abbas cujuſque loci, ipſoque negligente, Pater-Abbas, & utriſque hoc omittentibus, vel diſſimulantibus, (*b*) Viſitatores pro tempore exiſtentes, habitâ ratione facultatum atque proventuum, ordinent in ſingulis Monaſteriis hoſpitalitatem, & quàm magnas multaſque eleemoſynas debeant elargiri, conſtituantur; tranſgreſſores autem graviter puniantur.

Diſt. 87. c. In ſingulis. 4. Abbates quandocumque veniunt, & maximè euntes & redeuntes à Capitulo Generali, ſecundùm perſonarum qualitatem & merita ſuſcipiantur, & honeſtè tractentur.

5. Fratres quoque Ordinis noſtri, qui hoſpitandi gratiâ, ad Monaſteria noſtra divertunt, unâ nocte tamquàm hoſpites habeantur, & ſicut hoſpites ſecundum tractentur: at ſi diutiùs remanere voluerint (niſi aliud ordinaverit Abbas) ad Conventum vadant, ibidemque ordinem ſuæ profeſſionis teneant, & ſicut alii Fratres, cuncta compleant.

6. Alterius Monaſterii Prior, (*c*) poſt Priorem domûs immediatè locum obtineat.

7. Si qui ignoti, habitum noſtrum geſtantes, ſine debitis, & ſufficientibus teſtimonialibus litteris advenerint, ad Fratrum colloquium minimè admittantur, & multo minùs permittantur in Conventu converſari, & quamdiu hoſpitandi gratiâ eis præſtatur, vel in portâ, vel in hoſpitali remaneant.
At verò, ſi de impoſturâ ſe ſuſpectos reddiderint, veritas inquiratur, eâque deprehensâ, habitus eis auferatur, & ſtatim ejiciantur.

8. Amicos, & Conſanguineos, ſine conſenſu Superiorum, nulli Fratres invitare præſumant; & ſupervenientibus, abſque Prioris licentiâ non loquantur;

Num. 2. (*a*) *Domus, recipjendis hoſpitio pauperibus deſtinata.* Ex tribus à S. P. Norberto, inſtituti ſui profeſſoribus ſpecialiter commendatis, tertium eſt cura pauperum & hoſpitalitas. Hanc nobis, velut indeficientem theſaurum, teſtamento ſuo legavit, ad cujus etiam erogationis modum exemplo præivit. Præmonſtrato quippè diſceſſurus, priuſquàm ſuis ultimum vale diceret, certam pecuniæ ſummam, quæ centum viginti pauperibus, in hoſpitio à ſe Præmonſtrati extructo, perpetuò ſuſtentandis ſufficeret, eis aſſignavit, ultimæque ſuæ voluntatis hoc decretum ſtrictiſſimè, in quolibet ſui Ordinis Cœnobio, pro cujuſvis facultate, obſervari præcepit. Quapropter „ Statutum eſt quòd in qualibet Eccleſiâ noſtri Ordinis fiat domus pauperum, quòdque Conventus provideat ſecundùm facultates Eccleſiarum. *Cap. Gen. an* 1280. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Num. 3. (*b*) *Viſitatores ordinent in ſingulis monaſteriis hoſpitalitatem.* Charitativum hoc in pauperes hoſpitalitatis officium ſic inſtauratum legitur anno 1557. „ Capitulum ordinavit, ut omnes Ordinis Viſitatores deſignarent, in ſingulis monaſteriis, quandam ſummam pecuniarum pauperibus erogandam; Maximè verò in Abbatiis Commendatis, in quibus præcipuè hoſpitalitas negligebatur. *Cap. Gen. an* 1557. *in Collegio Præm. ſub D. de Lyones Vic. Gen. celeb.*

Cujus ordinationis confirmationem accipe his verbis, „ Præcipit Capitulum ut in Monaſteriis „ Commendatis aſſignentur à Viſitatoribus pecuniæ, ſingulis annis diſtribuendæ pauperibus, „ prout in Cap. Gen. an. 1557. ordinatum fuit. *Cap. Gen. an.* 1605. *Præm. ſub Franc. à Longo Prato celeb.*

Num. 6. (*c*) *Poſt Priorem domûs locum obtineat.* „ Inter Superiores Monaſteriorum ac Reſiden- „ tiarum, reſpectivè, noſtræ Communitatis, ſivè Congregationis, ſervetur ordo profeſſio- „ nis, in eâdem Communitate, ſivè Congregatione emiſſæ. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an* 1642.

Huic decreto adverſatur ſequens Capituli an. 1663. ordinatio quæ talis eſt, „ Ad petitionem de „ præcedentiæ inter Priores ordine, reſpondit Capitulum, debere ſervari inter eos ordinem „ juxtà tempus inſtitutionis cujuſque ad officium. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 14 *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

„ Decrevit etiam Præpoſitum monialium debere cedere Priori Monaſterii Paterni, quandò acce- „ dit ad illud monaſterium Monialium, conformiter ad conſuetudinem; Maximè cùm in Mo- „ naſterio Paterno nullum habeat ſtallum, niſi ſuæ profeſſionis *ibid. Seſſ.* 11.

Quæſitum fuit, quem Seſſionis locum obtinere debeat Secretarius Rmi. D. Generalis, tàm intrà Conventum quàm extrà? „ Reſpondit Capit. in Monaſterio ſuæ profeſſionis, & in „ concurſu Priorum, locum ſuæ profeſſionis, in aliis domibus, poſt Priorem, locum obti- „ nere debere, niſi ex alio titulo præcedere debeat. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 15. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

„ Le Chapitre a ordonnè que les Prieurs ſe rencontrans dans une autre maiſon occuperont le ſtal „ d' après le Prieur du lieu, hormis dans la maiſon de Premontrè, ou les Prieurs profès du „ dit lieu doivent occuper, quand ils y viennent, le lieu de leur profeſſion, ſelon qu' il eſt „ ordonnè en d' autres Chapitres. *Cap. Prov. an.* 1634. *Pariſ. celeb.*

„ Un Prieur d' un Monaſtere en Commande, ou autre, lorſqu' ils ſeront abſous de leur charge par les Superieurs majeurs, entre les mains deſquels ils ſe ſeroient demis volontairement de leur office, ſe mettront au rang de leur profeſſion, & non en la ligne du Prieur. *ibid.*

nec

nec ſine ſcitu, & voluntate Abbatis, cum eis comedant.

9. Caveant Fratres, ne frequenti hoſpite, Monaſteria ſua gravent.

10. In majoribus Feſtivitatibus, ut *Nativitatis Domini*, *Paſchæ*, *Pentecoſtes*, *Aſſumptionis B. Virginis*, & *Omnium Sanctorum*, quando maximè vacandum eſt devotioni, nulli amici vel hoſpites, advocentur; & ſi caſu ſupervenerint, Religioſi, quorum cauſâ venere, neque cum eis loqui, (niſi gravis premat cauſa) permittantur.

Diſt. 4. c. Quieſcamus. Dut. 4. c. Dux. Item 3. q. 6. c. In gravibus.

11. In quorumcumque hoſpitùm receptione, hoc obſervetur, ut animi, vultûſque hilaritas eis exhibeatur; & omni luxu ac oſtentatione reſciſſis; juxtà Religioſam mediocritatem, ſufficienter cujuſque neceſſitati, non voluptati, ſatisfiat.

CAPUT XXII.

De Portario.

Clem. 3. Nullus omninò.

1. IN Portarium aſſumatur vir probus, & timens Deum, qui diligentiâ, & morum probitate, maximè commendetur: qui advenientes Hoſpites ſuſcipere, ac dirigere, eiſque reſponſum dare poſſit.

2. Omni tempore, (*a*) portam diligenter clauſam teneat; claveſque apud ſe reſervet.

3. Quando quiſpiam alicujus dignitatis, vel auctoritatis, advenerit, ſtatim præſentiam ejus Abbati, vel Priori ſignificet.

4. Quemcumque ignotum, vel peregrinum, non admittat; niſi vel Abbati, vel cui hoc injunxerit Abbas, priùs indicaverit, & eorùm conſenſum obtinuerit.

5. Diligenter attendat Portarius, ne ſcienter tales admittat, per quos, vel Abbati, vel conventui moleſtia aliqua, vel Monaſterio aliquod damnum inferatur, vel (*b*) qui impudenti curioſitate per officinas, & per alia loca diſcurrant.

6. Pulſu ad prandium dato, ſerâ nocturnâ portam claudat, & claves ad Abbatem, vel ad eum, cui hoc commiſerit Abbas, deferat; & horâ conſtitutâ, eaſdem referat.

7. Sub refectione, nullius adventum Portarius ſignificet, niſi perſonæ qualitas, vel urgens neceſſitas, aliud requirat.

8. Veſpertino tempore, horâ ab Abbate præfixâ, porta claudatur, & claves ad Abbatem, vel, ut ſuprà deputatum, ferantur; nec ex eo tempore, abſque expreſsâ Abbatis licentiâ, ulli aperiantur.

9. Horâ conſtitutâ, Portarius claves manè referat, & exindè officium ſuum exequatur.

10. Has aliaſque, per Abbatem (pro locorum varietate) conſtituendas leges, Portarius exactè, & diligenter obſervet.

CAPUT XXIII.

De Paſtoribus.

1. CUM pro lucro animarum, ad Paſtorales curas, cum ſpeciali approbatione Sedis Apoſtolicæ, Religioſos ſuos Ordo noſter emittat, (*a*) adlabo- Urban. 4. Quia igitur. Clem. 5. & Boniſac. 9.

Num. 2. (*a*) *Portam diligenter clauſam teneat.* „ Janitor fidelis in omnibus Monaſteriis conſti„ tuatur, qui nemini portam interiorem ad miſcendos ſermones cum ſecularibus; vel Religio„ ſis externis aperiat. *Cap Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Num 5. (*b*) *Qui per officinas & per alia loca diſcurrant.* „ Capitulum Religioſorum quieti ac „ tranquillitati proſpiciens, ſtatuit Abbatibus Commendatariis portam, ne quâ pro ſuo arbitratu „ clauſtrum, aliaque loca regularia ingredi poſſint, in poſterùm denegandam eſſe, ne famu„ lis ipſorum, alterius ſexûs perſonis ad ejuſmodi loca penetrandi, ac in iis tumultum exci„ tandi pateat occaſio. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 3. *Præm ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 1. (*a*) *Adlaborent Prælati ut in concredito ſibi grege ſemper habeant, quos ad vineam Domini colendam cum fructu emittere queant.* Ab ipſis Ordinis noſtri crepundiis, ità jucundum doctrinæ ſuæ ac Religionis latè ſparſerunt odorem Præmonſtratenſes, ut vix regendis, quibus in dies ferè ſingulos præficiebantur, Parochialibus Eccleſiis, par eſſet eorum numerus. Ne ergo ſacris altaribus, miniſterioque verbi ullatenùs deeſſe cogerentur, ſeculares ſibi vicarios aſciſcendi facultatem impetrarunt. Verùm ſucceſſu temporis, ejuſmodi Coadjutorum in miniſterio ſegnitiem, vel in Eccleſiaſticis juribus & poſſeſſionibus uſucapiendis audaciam ægrè admodùm ferens, Norberti diſcipulorum præſertim creſcente numero, curam animarum ſibi commiſſarum, ſecularibus in poſterùm denegandam judicavit Capitulum Generale hoc ſancito. „ In Capitulo de Canonicis Parochialibus, quod incipit *Cum ad hæc &c.* Verſiculumque il„ lum. *Concedimus autem Abbatibus Parochiales Eccleſias habentibus ut eas Presbyteris ſecula„ ribus faciant deſervire*, & cætera quæ ſequuntur totaliter revocamus. *Cap. Gen. an.* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Decimo tertio naſcente ſeculo, ut exardeſcenti ſecularium cupiditati tutiùs occurrerent Majores noſtri, Clementem V. de beneficiorum ſuorum præſcriptionibus expoſtulatum adierunt, qui re maturè diſcuſsâ, Præmonſtratenſium Parochiales Eccleſias, & beneficia, quantumvis longo tempore à ſecularibus presbyteris gubernata, ſeu poſſeſſa, ab omni tamen præſcriptione

 rent

Juſtis & honeſt. C. 5. Quod Dei timorem, de ſtatu Monach.

rent omnes Prælati, ut in coocredito ſibi grege, ſemper habeant, & vitæ & morum diſciplinâ benè excultos, & doctrinâ præſtantes, quos ad vineam Domini colendam cum fructû, & ſine animarum tum propriarum, tum ipſis committendarum diſpendio, emittere queant.

Cap. 14. Cùm ſit de ætate & qualit Ordinandorum.

Trid. ſeſſ. 7. C. 1. de refor.

2. Et quia regimen animarum, ars artium eſt, & ſcieotia ſcientiarum; ideo Prælati, in ſuorum ad Paſtoralem curam promotione, omnem privatum affectum exuentes, ſingulorum qualitates diligenter conſiderent, & eos provehant, de quorum pietate, ſufficienti doctrina, in virtute conſtantia, in ſupremo illo die reſpondere poſſint, ſcientes, quod ſi indignos ſcienter provexerint, in provehentium caput refundendum ſit, quidquid promoti deliquerint, & quod omne damnum, dominico gregi per tales illatum, ſit ab eis repetendum.

ad Heb. 5. 6. q 1. c. In Scripturis. Jerem. 23.

3. Cùm autem juxtà Apoſtolum, nemo ſibi honorem aſſumere debeat, ſed tantùm is, qui mittitur tamquàm Aaron, Prælati, eos qui ſe impudenter nituntur ingerere, & currere voluot, ſed non ex Deo, contineant, & reprimant, neque promoveant.

4. (*b*) Quicumque Canonicus Ordinis noſtri, contrà Prælati ſui voluntatem, aliquem Paſtoratum ſecularem, vel alterius Ordiois, vel ſimile aliquod beneficium ſuſcipere, vel adminiſtrare

---

immunia, ſuo diplomate declaravit. Quod & Joannes XXII. an. 1322. ſpeciali approbatione communitam, novo diplomate ejuſdem tenoris confirmavit.

Pontificiis ſanctionibus applauſere Reges & Principes, eaſque non ità pridem ſuis patentibus literis ratas habuerunt Ludovicus XV. Galliæ Rex an. 1718. & Regius Lotharngiæ noſtræ Dux Leopoldus I. an. 1723. quibus etiam, ſupremorum Senatuum Magiſtratus ſubſcripſere.

Quoniam verò quod quiſque vitet, nunquàm ſatis homini cautum eſt in horas, atque ut ſecularibus beneficia noſtri Ordinis in perpetuùm firmiùs præcludantur, ſtudeant Prælati tales in Conventu Religioſos habere, quibus juxtà dictamen Statutorum, ſuas parochiales Eccleſias tutò committere valeant: neque enim aliis quàm à gremio aſſumptis, quantùm fieri poteſt, earum curam conferre licet, prout ſequenti decreto prohibetur. „ In virtute ſalutaris obedientiæ, „ & ſub pœnâ contentâ in ſtatutis noſtris, contrà dilapidatores bonorum, præcipimus, ut „ Abbates noſtri Ordinis de ceterò non conferant beneficia regularis ſuorum Monaſteriorum, „ aliis quàm Religioſis prædictorum ſuorum Monaſteriorum expreſſè profeſſis. *Cap. Gen. an. 1542. in S. Mart. Laud. celeb.*

Num. 4. (*b*) *Quicumque contrà Prælati ſui voluntatem aliquod beneficium ſuſcipere præſumpſerit.* In Capitulo Generali an. 1292. Præm. ſub Guillelmo de Louvignies celebrato, ſtatutum fuerat, ne aliqui Ordinis Canonici in parochialibus Eccleſiis ad deſerviendum ponerentur, niſi præbitâ Domini Præmonſtratenſis ad id ſpeciali licentiâ. Nunc autem ſufficit proprii Superioris in ſcripto obtenta facultas, prout in Capitulis Gen. an. 1657. & 1660. conſtitutum, & à Cap. an. 1663. confirmatum legere eſt in hunc modum. „ Decretum Seſſ. 6 Capituli Gen. 1660. „ quod ſic eſt. Capitulum definit, & de facto omnes & ſingulos obedientiarios, & quo„ rum profeſſio ſit ſuperioribus obedire, & in omni vitæ ſuæ inſtituto ab eis dependere, „ reddit ex nunc inhabiles ad quæcumque regularia, curata, vel ſimplicia beneficia impetran„ da, acceptanda, vel poſſidenda, niſi antè eorum impetrationem, acceptationem, vel poſ„ ſeſſionem fuerint muniti in ſcriptis obtenta licentiâ, quàm Religioſi inferiores habeant à Su„ periori ſuo regulari; Priores verò in Abbatiis commendatis, à Vicario ſuæ Circariæ, vel „ Patre Abbate, vel Domino Præm. Capitulum Præſens confirmat & extendit, ut Religioſi „ Communitatis Antiqui Rigoris habeant à Vicario & uno Definitore licentiam, vel à D. Præm. „ juxtà terminos colloquii Bonæ Spei habiti. ao. 1661. *Cap. Gen.* 1663. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Ejuſdem Decreti confirmationem vide in Cap. Gen. an. 1670. 1686. Itemque ſic variis noſtræ Com. Ant. Rig. Capitularibus edictis, quæ ſic habent. „ Prohibetur omnibus, ne beneficia quoquo „ modo oblata accepient, abſque Superiorum, ad quos pertinet, facultate & licentiâ in „ ſcriptis acceptâ. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1655.

„ Non abſque mœrore Capitulum didicit nonnullos, ab aliquibus annis, Sacræ Sponſionis infra„ ctores, abſque ullâ Superiorum licentiâ, beneficia, etiamque dignitates, vel procuraſſe, „ vel etiam occaſione datâ acceptaſſe. Tam inordinatæ cupiditati mederi volens, & in futu„ rum proſpicere, mandat R. P. Vicario, ſeu Viſitatoribus conjunctim vel disjunctim, ut ad „ requiſitionem Procuratoris Generalis, ejuſque ſubſtituti, quem monet Capitulum ſuo in hac „ parte fideliter fungi munere & officio, ut ad informationes tàm generales, quàm ſpeciales „ ſuprà hoc procedant ſecundùm juris ordinem, reos citent, proceſſum conficiant, & ad ſe„ quens Capitulum referant, ut ſuper hoc quod juris erit poſſit decernere. *Capit. Communit. Ant. Rig. an.* 1675.

„ Quia verò etiam in his, qui ad beneficia, etiam cum debitâ licentia, vocari videntur, aliqua „ inconvenientiâ exorta ſunt, Capitulum ſtatuit, ut Quicumque Priores, vel Proviſores, ſeu „ rerum Temporalium adminiſtrationem habentes, aliquod beneficium etiam cum licentiâ de„ bitâ requirere dignoſcentur, etiam antè ipſum adeptum, eo ipſo ſint ab officio Prioris, vel „ Proviſoris depoſiti, & ab adminiſtratione temporali, ſi quam habent quoquo modo, amoti „ debeantque ſtatim in eorum loco alii ſuffici. *ibid.*

„ Capitulum renovat decreta omnia, cenſuras & pœnas hactenùs latas in eos qui profeſſionis im„ memores, beneficia abſque legitimâ authoritate ſibi procurant, eaque variis modis adipiſci „ præſumunt, decernitque nulli petenti eſſe concedenda. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1680.

præ-

præſumpſerit, & debitè à Prælato ſuo monitus, intrà duos menſes, à die monitionis numerandos, non dimiſerit, Prælatoque ſuo paruerit, omni actione ad petendam inpoſterum, à ſuo Monaſterio alimentationem privatus exiſtat; nec Prælatus, vel Monaſterium in ullo, poſteà redeunti obligetur, ut qui à ſuo corpore per inobedientiam, ſe divulſit, officiumque ſuum ſubtraxit; corporis à ſe abdicati beneficiis non fruatur, & de Monaſterii bonis noo manducet, qui Monaſterio non laborat.

5. Quandò verò ad tam gravem & Lucæ 6. periculoſam functionem, aliquis emitti debet; Prælati antè oculos habentes Trid. ſeſſ. 24. C. 18. de refor. Christi Apoſtolos electuri, & in oratione Dei pernoctantis exemplum, orationi ſedulò vaceot, ac oblato ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, & io eo implorata Spiritûs Saocti gratiâ, audito Priore, aliiſque quos ad informandos ſe de 8. q. 2. c. Moyſes. promovendurum qualitatibus, ne errent, deſuper judicaverint audiendos; omni favore, ac quâcumque affectione poſtpoſitis, ſolum Deum, & Eccleſiæ utilitatem purè ſpectantes, eum promoveant, quem dictante conſcientiâ, omnibus conſideratis & æſtimatis ad tale munus obeundum, maximè aptum cenſuerint; nec hac in re tàm ætatis, aut temporis profeſſionis, quàm idoneitatis & virtutis ratio, habeatur.

6. Ne autem, aliquis indoctus ſurrepat, pro docto; (c) is, cui committenda putatur Parochia, antè omnia, ab Abbate, vel ab ipſo deputandis, exactè & ſtrictè examinetur, & ſi impar deprehendatur, dumi detineatur. Diſt. 38. c. Si in Laicis. & ſeq.

7. Nullus etiam quantumvis idoneus ad Paſtoralem curam promoveatur, (d) niſi præſtito priùs juramento quòd quandocumque, & quotieſcumque Abbati vel Vicario, aut Viſitatori neceſſarium, vel expediens viſum fuerit, ad Monaſterium ſuum revertetur.

8. (e) Si quis verò Caoonicus, impoſitam ſibi à Prælato ſuo animarum curam, contumaciter, & protervè ſuſcipere recuſat (cùm judicatus idoneus, ex vi voti obedientiæ, ad hoc in Ordine noſtro ſe extendentis, parere ſit obligatus) quandiù perſiſtit in eâ rebellione, ubique omnium ſit ultimus, & voce careat ac obedientiâ nominatâ, & taoquàm refractarius puniatur.

9. Paſtores conſtituti, impoſitum ſibi onus conſiderantes, Apoſtolica ver- Vide Trid. ſeſſ. 4. C. de refor.

Num. 6. (c) *Is, cui committenda putatur Parochia, ſtrictè examinetur.* „ Antequàm Religioſis „ parochiæ regendæ committantur, ab Abbate, vel deputatis ab ipſo ſeverè examinentur, & „ minimè ſufficientes reperti in monaſterio retineantur. *Cap. Gen.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Num. 7. (d) *Niſi præſtito priùs juramento, quod &c.* Antiquam ejuſmodi juramenti formam nobis exhibet Codex precibus, ſtudio & juſſu venerandæ memoriæ R. P. Petri Thïenville, quondam S. Mariæ majoris Muſſipontanæ Abbatis, ex variis Authographis mano cooſcriptus, in quo ſequentia, ex libro Capitulari *Cellæ omnium Sanctorum* tranſumpta, leguntur, ad annum 1328. „ *Ego F N. Curam Eccleſiæ Parochialis in N. à vobis D. Præpoſito Monaſterii Omnium Sanctorum mihi commiſſam, pro poſſe meo, fideliter agam, ad mandatum veſtrum reverſurus, & à vobis diſciplinam Ordinis, ſi deliquero, recepturus, fraude & dolo ſemotis. Ita juro, ſic me Deus adjuvet, & Sanctorum Evangeliorum condita.*

In Communitate Antiqui Rigoris ſancitum eſt, quòd „ Nullus ad Paſtorales curas, aliudvè be„ neficium ire permittatur, quio juramentum, quòd præſtare debet de redeundo ad Mona„ ſterium, quandocùmque & quotieſcùmque Vicario, aut Viſitatori, aut Capitulo annuo ne„ ceſſarium vel expediens viſum fuerit, manu propriâ & Secretarii Capituli, cum teſtibus, „ ſubſigoatum dederit. *Capit. Communit Antiq. Rig. an.* 1641.

Prædictum autem juramentum, ſub ſequenti formulâ præſtandum conceſſit idem Capit. *Ego F. N. Communitatis Antiqui Rigoris, Ordinis Præmonſtratenſis, in Monaſterio N. ejuſdem Communitatis & Ordinis Religioſus, expreſſè profeſſus, & ad Paſtorale beneficium de N. Diœceſ N. aſſumptus, manu Sacro-ſanctò Evangelio admotâ, juro quod quandocumque & quotieſcumque Capitulo annuo, R. P. Vicario, vel Viſitatori præfatæ Communitatis, ſive Congregationis neceſſarium, vel expediens viſum fuerit, ad Monaſterium revertar. In cujus juramenti fidem ac robur, præſentibus in prædicto Monaſterio N. anno Domini N. ſubſcripſi, præſentibus N N. Teſtibus. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Num. 8. (e) *Si quis impoſitam ſibi animarum curam ſuſcipere recuſat.* „ Cùm liceat nobis per „ privilegia noſtra & conſuetudines, in Ordine noſtro obſervatas antiquitùs, in quâlibet Ec„ cleſiarum Parochialium, quarum jus patronatûs habemus, unum de Caonicis noſtris per „ Prælatum ſuum diœceſano præſentare, à quo curam animarum parochiæ, ad quam præſen„ tatur recipiat; & aliqui ooſtri Ordinis Canonici à ſuis Prælatis electi, ut curas hujuſmodi „ recipiant, ſi ſibi non placuerint, dictas curas recipere contumaciter recuſant, in damnum, „ & præjudicium Eccleſiarum prædictarum; Statuitur ut quicumque Canonici noſtri Ordinis, „ à ſuis Prælatis vocati, curas Parochiarum ad ſuam Eccleſiam ſpectantium, de ceterò recipe„ re recuſaverint; illi etiam qui io curtis, vel in grangiis Eccleſiarum ſuarum, ad mandatum „ Prælatorum ſuorum accedere, & ibi morari, contenti penſione conſuetâ, recuſaverint, ex „ tunc voce & obedientiis nominatis careant toto tempore vitæ ſuæ; & quandiû in iſtâ rebel„ lione perſtiterint, ultimi ſint in ſuo Ordine, occaſione aliquâ oon obſtante. *Cap. Gen. an.* 1307. *ſub Adamo de Crecy celeb.*

ba

ba cordibus ſuis inſculpere, ipſiſque operibus exhibere nitantur, quibus Timotheum monet dicens: *Exemplum eſto fidelium, in verbo, in converſatione, in cha-* 1. Cap. 4. *ritate, in fide, in caſtitate: attende tibi, & doctrinæ, & inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt.*

10. Paſtores in Monaſterio habitantes, ex communi cellario in menſâ conventuali alantur, & ex communi veſtiantur; ac (*f*) omnes tam quotidianos, quàm annuos proventus, cùm eos receperint, Officialibus ad hoc deputatis, quamprimùm tradant, ut in commune redigantur.

11. Sit tamen in poteſtate Capituli Provincialis ac etiam Vicarii, circà contenta hujus articuli conſtituere, & ordinare, quod pro majore obſervantiâ diſciplinæ, & Fratrum quiete, judicaverint in Domino expedire.

12. Extrà Monaſterium autem commorantes, familiam alant religioſe, frugaliter & modeſtè.

Eccleſ. 4. De vitâ & hon. Cler. C. 3. Ut quiſque & C. 2. &c. de ſtatu Monach.

13. Ut verò eorum vita ſit ſecurior (*Væ* enim *ſoli*) omnes Paſtores, & Beneficiati, quorum ordinarii proventus ad hoc ſufficiunt, (*g*) ſocium ſibi ex Confratribus junctum habeant, cujus in his quæ Dei ſunt & regularis obſervantiæ tam conſortio, quàm ſolatio, perfruantur: qui (ſi tamen Prælatus itâ expedire judicaverit) frequenter mutetur.

14. Porrò, ut omnis otii tollatur occaſio, & ne illi, qui Paſtoribus junguntur, Officium Paſtorum invadant, aut diſſenſionis cauſam præbeant; Capitula Provincialia, (*h*) diſtributionem temporis, Paſtoribus, eorumque ſociis præſcribant, quàm quantùm Paſtoralis occupatio patitur, diligenter obſervent: ac inſuper ordinent, in quibus Capellani Paſtoribus ſuis ſubeſſe debeant, quæ ipſis officia, vel Paſtoralia munia, tamquàm eorum Vicarii, adimplere, & quandò concionari, teneantur.

15. Habitum ſuum religioſum, Paſtores, & Beneficiati, aliique foris ageotes, ſecundùm formam, ſuprà *Cap.* 19. præſcriptam, ubique, & ſemper, deferant: ſericas veſtes, & quævis curioſitatem redolentia, prorſus evitent.

16. In templo, & in omni honeſtâ congregatione, (*i*) ſint in pleno Ordinis ſui habitu, abſque cappâ laneâ; aliàs verò in pectorali tunicâ, & ſcapulari deſuper cincto, eſſe queant.

17. Quandò neceſſitas compellit, ut ſecularem habitum aſſumant, (quod 21. q. 4. c.
tamen ſine Prælatorum ſuorum licentiâ ferè per
non faciant) religioſam in eo ſectentur, totum. &
& ſervent ſimplicitatem. 27. q. 1. c.
Omnes.

18. Quæ *Diſt.* 1. *Cap. ult.* de raſurâ coronæ & barbæ ſunt conſtituta, exactè obſervent.

19. Singulis annis, (*k*) per tres ad minùs dies, in proprio Monaſterio,

---

Num. 10. (*f*) *Omnes proventus, Officialibus ad hoc deputatis tradant.* Quod hic Paſtoribus in Monaſterio degentibus, ſtatuta præcipiunt, idipſum Beneficiatis quibuſcumque, ſimplici beneficio gaudentibus, & ex communi monaſteriorum ſuorum Cellario, & Veſtiario ſuſtentatis, præſcriptum eſt in Capitulo Generali *an.* 1666. *Seſſ.* 7. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 13. (*g*) *Socium ſibi ex confratribus junctum habeant.* Providæ hujus diſpoſitionis priſcam inſtitutionem in ſequenti decreto ſuſpice. „ Statutum eſt, ut Fratres Parochiales itâ ſe habeant de nocte, ut unus poſſit alterum audire & videre, alioquin revocari debent, illùc minimè reverſuri. *Cap. Gen. an* 1297. *ſub Guillel. de Louvignies celeb.*

„ Juxtà diplomatis Pontificii decretum, in gratiam Parochorum noſtri Ordinis editum, non-niſi „ bini ad regendas Eccleſias, ſi fieri poſſit, & ordinaria parochi portio id permittat, mit„ tantur. *Væ* enim *ſoli, quià ſi ceciderit, non habet ſublevantem ſe.* Hic autem qui adjungetur „ parocho frequenter mutetur, niſi Abbas judicaverit aliter quandòque expedire. Propter eam„ dem cauſam idem injungitur omnibus Beneficiatis, extrâ Monaſterium cohabitantibus. *Cap. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Num. 14. (*h*) *Diſtributionem temporis Paſtoribus præſcribant.* „ Quià otium eſt luxuriæ fomes, „ & ſeminarium, Parochis ſpecialis diſtributio temporis à Viſitatore præſtabitur, quam diligen„ ter obſervent. *ibid.*

Item „ Regulæ quædam ſecundùm quas vitam inſtituere, inter tot pericula quibus exponuntur, „ debeant, illis à Viſitatore conſtituantur. *ibid.*

Vides hanc temporis diſtributionem, Paſtoribus eorumque ſociis præfigendam, non Capitulorum Provincialium arbitrio tantùm, ſed Viſitatorum etiam ſollicitudini eſſe commiſſam. Quod utinam ſæpiùs iſti præſtarent, illi quoque ſeduliùs obſervarent.

Num. 16. (*i*) *Sint in pleno habitu, abſque cappâ laneâ in Templo.* „ Vetat Capitulum ne quis „ Curatus audeat communicare quemquam abſque cappâ, & ſtolâ, ſcapulari & ſuperpellicao. *Cap. Gen. an.* 1336. *ſub Joan. de Caſtillione celeb*

Ex hoc decreto, vetuſtam recordare cappis ubique utendi Præmonſtratenſium conſuetudinem.

Num. 19. (*k*) *Per tres dies, in ſpiritualibus exercitiis verſentur.* „ Paſtores ad ſe ſe recolli„ gendum in proprio Monaſterio, vel alio loco, per Abbatem aſſignando, per aliquot „ dies moraturi, quotannis cogantur. *Cap. Gen. an* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Quoniam inter Reformationis Antiq. Rig. articulos hæc leguntur: *Recollectio annua, cum confeſſione generali totius anni*, idcircò Religioſus quilibet ex dictâ Reformatione, ad quodvis regimen animarum aſſumptus, non tantùm ex communi ſtatutorum obligatione, ſed etiam vi præfati articuli, ad aliquandiù ſpiritualibus exercitiis quolibet anno vacandum aſtrictus eſt, non

vel

vel ali• loco, per Prælatum deſignando, & ad ejus ordinationem, ſinguli Paſtores, eorumque Capellani, ſepoſitis omnibus aliis occupationibus, in ſpiritualibus exercitiis toti verſentur; ut hac ratione ſpiritum renovent, mentem recolligant & redigant in *unum*, à quo fortè in multa defluxerant.

S. Aug. 10. conf. c. 29.

20. Ut autem non nimis diſpergantur, ſeculari Pagorum ſuorum regimini ſe non immiſceant, niſi à ſubditis ſuis requiſiti, & eorum neceſſitate, vel evidenti utilitate, hoc poſtulante, petito deſuper, & accepto conſenſu Prælati.

C. Multa ſunt tit. ne Clerici vel Monachi.

21. Nullorum quoque bonorum, ſivè Eccleſiæ, ſivè pauperum, ſivè aliorum quorumcùmque adminiſtrationem, ſinè Prælatorum ſuorum, in ſcriptis obtentâ licentiâ, Paſtores acceptent; alioquin, nec Monaſteria, nec Paſtorales proventus, pro debitis, ratione iſtarum adminiſtrationum contractis, obligata cenſeantur.

22. Illi verò qui per dictam facultatem, aliquam talem adminiſtrationem obtinent, teneantur, exactè in ſuâ annuâ deſcriptione (de quâ paulò poſt agitur) referre, quid ejus ratione ſibi debeatur, ſub pœnâ infrà p ſitâ.

Innoc. 4. Sedis Ap C Sacerdotib. tit. Ne Clerici vel Monachi.

23. Memores itaque omnes Parochi, eorumque Capellani, ac quivis alii, foris aliquod beneficium, vel officium obtinentes, ſe Religioſos eſſe, & tamquàm pauperes Chriſti nihil poſſidere, hæc ſubſequentia ſtrictè obſervent.

Arg. Diſt. 86. c. Pervenit. &c. Hi qui.

24. Primò, ut nulla notabilia dona, ſivè parentibus, ſivè quibuſcumque aliis, abſque ſuorum Prælatorum conſenſu, largiantur; alioquin pro majori, vel minori exceſſu, furti & proprietatis judicio, *Diſt.* 3. *Cap.* 4. & 14. decreto condemnentur.

25. Secundò ut (*l*) ſingulis annis omnium rerum, quarum habent uſum, & diſpenſationem, computum fideliter reddant, & ſinceram, ac integram earum dent deſcriptionem, ſivè Inventarium, in quo omnia quoque tàm debita, quàm credita, bonâ fide exprimant.

26. Quod, ut commodè fieri queat, ſingulis annis, (niſi ob graves rationes à Vicario approbandas, aliud Ab-

minus, quàm ſeq. decreto. „ Curent ſedulò juxtà Ordinis ſtatuta, Communitatis Antiq. Rig. „ Ord. Præm. Superiores, ut qui ab ipſorum Monaſteriis pendentia beneficia poſſident, Paſtores & Beneficiati, ſingulis annis, circà Feſtum S. P. Norberti, vel alio tempore ipſis „ deſignando, ſpiritualibus vacent exercitiis, omniumque rerum, quarum habent uſum & „ diſpenſationem, computum fideliter reddant, ſinceramque & integram earum deſcriptionem, in quâ omnia quoque tàm debita quàm credita, bonâ fide exprimant. Quod quidem „ decretum Rmus. Dominus Præmonſt. in hocce dictæ Communit. Capitulo præſidens, ad „ omnes extendit, tàm dictæ Communitatis, quàm qui è Communitate non ſunt, Paſtores & „ Beneficiatos, quos Monaſteriorum, à quibus beneficia pendent, Superioribus vult eſſe „ ſubjectos, ut de facto ſubjicit. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1656

Idipſum priùs decreverat ejuſdem Communitatis Capitulum an. 1632. His verbis. „ Omnes Parochi noſtram Communitatem profeſſi, quotannis ſtudiusè viſitentur, atque ut annuis ſpiritualibus exercitiis ſpiritum, ergà exteriora nimis diſtractum recolligant &c. ſeriò moneantur.

Pœnam ejuſmodi exercitia prætermittentibus infligendam diſce ex ſequenti Decreto. „ Paſtores „ ſingulis annis non ſervantes tridui exercitia ſpiritualia, venientes ad Monaſterium puniantur; jejunio unius diei in pane & aquâ. Nec ſufficit ea ſervare in Paſtoratibus. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 7. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

„ Tenebuntur Prælati; quod in ſtatutis de recollectione Paſtorum conſtitutum eſt, quoàd Priores etiam & ſacellanos in Monaſteriis monialium deſervientes, ſingulis annis in effectum „ deducere; Renuentes, tot diebus erunt in pœnitentiâ in Monaſteriis, quot debebant fuiſſe in recollectione *Cap. Prov Weſtph an.* 1659. *Colon. celeb.*

Reverendiſſimus D. Honoratus Lucas, in ultimo Generali Capitulo an 1717. Præſcriptam in ſtatutis recollectionem annuam, ab unoquoque Paſtorum noſtri Ordinis faciendam, ſpeciali decreto inſtauravit.

Num. 25. (*l*) *ſingulis annis, dent deſcriptionem, ſivè inventarium &c.* „ Capitulum ordinat „ & ſingulis Abbatibus, Prioribus, & Præpoſitis mandat, ut in virtute ſalutaris obedientiæ „ cogant ſuos Religioſos clauſtrales, Paſtores Eccleſiarum Parochialium, quatenùs deſcribant „ omnem ſuam ſupellectilem, quocumque nomine cenſeatur, in chartâ, eamque dent ſuis „ Reverendis Abbatibus, Prioribus & Præpoſitis. *Cap. Gen an.* 1575. *Præm. ſub Joan. de Pruetis celeb.*

Idem ſanxit Capitulum Gen. an. 1618. His verbis „ Catalogus ſupellectilis & debitorum, tàm „ activorum quàm paſſivorum, ſingulis annis Abbati, vel Priori in Monaſteriis Commendatis, „ die præfixo, ſub pœnâ proprietario debitâ, fideliter tradatur, & computum à Parochis an„ nuatim coràm Abbate proprio fiat, quodcumque idipſum exegerit *Cap Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Huic decreto ſuffragatur ſequens Veſtphalicæ Circariæ ſanctio. „ Inventaria ſibi ad uſum conceſſorum, aliarumque rerum, quotannis tradent Prælatis non minùs Priores virginum, quàm Paſtores, eorumque ſacellani. Qui deſcriptiones has quotannis non tradent, punientur ut proprietarii; & ſi eos mori contigerit, non celebrabuntur pro ipſis exequiæ. Mandatur inſuper Prioribus ſingulorum Conventuum, ne exequias pro aliquo exteriori moriente celebrari „ faciant, niſi primùm conſtiterit per Abbates, quòd annuos computus reddiderint. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1659. *Colon. celeb.*

bati expedire videatur) (*m*) in Feſto Sanctiſſ. P. N. Norberti, vel in alio aliquo Feſto, ab Abbate deſignando, in Monaſterio ſuo, (nullo, abſque legitimâ causâ, ſe abſentante) Paſtores, aliique ſuprà nominati, conveniant: & ibidem in pleno habitu, ſummæ Miſſæ, ac Veſperis interſint; ac poſtridie ſupradictos computus, ac deſcriptiones, Abbati, vel in Monaſteriis commeodatis, Priori, tradant; qui ſeparatim ſingulos vocet, ſingulorumque computus, & deſcriptiones examinet; & ſi quid monendum, vel corrigendum habeat, moneat, & corrigat.

C. 2. Monachi & C. 4. Super De ſtatu Monach. & Canonic.

27. Quod (*n*) ſi quiſpiam, in ſuo computu, vel deſcriptione doloſè, & fraudulenter egiſſe, & res aliquas majoris momenti, vel notabilia debita ſuppreſſiſſe comperiatur, tamquàm proprietarius puniatur; & ſi ſic mortuus fuerit, ſepulturâ careat Chriſtianâ.

28. Parochi, aliique beneficiati, quocùmque tempore ad Monaſterium venientes, præſentiam ſuam curent ſtatim Prælato indicari, & ibi comedant, ubi Abbas vel Prior juſſerit.

29. Nihil in Conventu agant, undè turbatio, vel diſcordia exoriri queat & ſi quid tale egerint, publicâ pœnitentiâ, deſtructa reparare cogantur.

Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de refor.

30. Caveant etiam, ut ſine manifeſtâ, vel propriâ, vel Parochiarum ſuarum neceſſitate, (*o*) locum reſidentiæ ſuæ non exeant, omneſque vagos diſcurſus evitent.

7. q. 1. c. Pervenit & c. Non oportet.

31. Ut verò unuſquiſque neceſſitati ſuæ ſatisfacere queat, Abbates, ſingulis ſuis Paſtoribus, & Beneficiatis, civitates, vel loca vicina, & commoda aſſignent, quæ ad neceſſaria comparanda licitè adire poſſint.

32. Alia autem loca, ſi ſine ſpeciali Prælatorum ſuorum licentiâ, vel gravi neceſſitate acceſſerint, pœnâ gravioribus culpis *diſt.* 3. *c.* 4. præſcriptâ, ſine remiſſione plectantur.

33. Parentes, vel amicos, duobus milliaribus ab ipſorum reſidentiâ diſtantes, abſque Prælatorum ſuorum conſenſu, viſitare non præſumant.

De Conſec. diſt 5. c. Non opus. & diſt. 34. c. Presbyter.

34. Puerperia (*p*) Civitatum, vel Pagorum dedicationes, quibus ratione ſuorum Paſtoratuum intereſſe non conſtringuntur, aut etiam publica fraternitatum, vel ſodalitatum convivia, abſque Abbatum ſuorum expreſsâ licentiâ, nulli adeant, alioquin debitè puniantur.

Num. 26. (*m*) *In Feſto S. P. N. Norberti, vel in alio aliquo Feſto.* Olim computus & deſcriptiones rerum omnium, quarum Parochi uſum, & adminiſtrationem habebant, exhibebantur Abbatibus, eo tempore quo Parochi ſe ipſos coràm propriis Prælatis, ſemel in anno ſiſtere tenebantur, confeſſionis ergò: Prout ſequenti decreto comprobatu facilè eſt. „ Inſequendo „ ſtatuta & antiquas Patrum definitiones, Capitulum vult, & ordinat, ut omnes, & ſinguli Beneficiati teneantur ſe præſentare, quolibet anno, coràm proprio Abbate, in die Dominicâ *Exaudi* poſt Paſcha, ad confitendum omnia ſua peccata, & debitum computum red„ dere de omnibus fructibus ſuorum beneficiorum, prout in ſtatutis continetur; ſintque in „ pleno habitu & raſurâ decenti, & non exeant extrà ſepta Monaſterii, niſi cum licentiâ pro„ prii Abbatis, & hoc ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ. *Cap. Gen. an.* 1541. *in S. Mart, Laud. ſub Amato de Fonte Vic. Gen. celeb.*

In Capitulo Generali an. 1670. ad quæſtionem factam à R. D. Abbate Averbodienſi, reſponſum eſt, juramentum non exigi à Paſtoribus de deſcriptione mobilium & computu dandis; ſi tamen inventarium ſingulis annis non exhiberent, cogendos eſſe ad illud dandum, recuſanteſque puniendos eſſe ſecundùm ſtatuta Diſt. 4. Cap. 20. Num. 1.

Num. 27. (*n*) *Si quiſpiam in ſuo computu, notabilia debita ſuppreſſiſſe comperiatur.* „ Si quid de „ induſtriâ, aut ex malitiâ prætermiſerint, & interim moriantur, tanquàm proprietarii in ſter„ quilinio ſepeliantur. *Cap. Gen. an.* 1575. *Præm. ſub Joan. de Pruetis celeb.*

In Capitulo Generali an. 1670. declaratum fuit, Paſtores notabilia debita contrahentes, ſi moniti ea non ſolverint, puniendos eſſe ſecundùm qualitatem culpæ, pœnâ arbitrio Superioris relictâ, excluſâ tamen privatione Sepulturæ Eccleſiaſticæ. Itèm Monaſterium non teneri ad ejuſmodi debitorum ſolutionem, cùm contingit tales Paſtores mori. Porrò „ ſumma de„ bitorum cenſetur notabilis, quæ excedit valorem mobilium paſtoris, & medium partem „ ſui proventûs annui. *Cap. Gen. an.* 1670. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 30. (*o*) *Locum reſidentiæ ſuæ non exeant.* „ Cùm de jure communi, Eccleſiarum Paro„ chialium Curati, ſeu Rectores, debeant, & teneantur in ſuis Eccleſiis Parochialibus perſo„ naliter, & continuè reſidere, Statuimus, & præcipimus omnibus, & ſingulis noſtri Or„ dinis Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, nunc in noſtris Monaſteriis, pro certis officiis, „ vel alibi, commorantibus, quatenùs ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ, infrà „ menſem à notitiâ præſentis ſtatuti, ad Eccleſias ſuas Parochiales revertantur, ad perſonalem, „ & continuam reſidentiam, ut tenentur, ibidem faciendam. *Cap. Gen. an.* 1375. *ſub Joanne de Roignis celeb.*

„ Parochi, ſivè Curati, maneant in ſeptis Beneficiorum ſuorum, contemplationi vacantes. *Cap. Gen. an.* 1498. *in S. Mart. Laud. celeb.*

Num. 34. (*p*) *Civitatum, vel Pagorum Dedicationes, nulli adeant.* „ Paſtores in Conventibus „ reſidentes, nequaquàm ibunt ad nuptias, dedicationes, baptiſmalia, aliaque convivia, „ abſque expreſsâ Prælatorum licentiâ, ſub pœnâ unius diei, in pane & aquâ, in medio Re„ fectorii. *Cap. Prov. Weſtph. an.* 1659. & 1721. *Colon. celeb.*

35. Pu-

Diſt. 44. c. Non oportet. & ſeq.

35. Publicas autem (*q*) tabernas multò minùs adeant, niſi in via conſtituti, vel niſi evidenti neceſſitate premantur. Si verò, ut compotationibus, vel commeſſationibus ibidem vacent, eaſdem intraverint, & ter moniti non deſtiterint, tribus diebus in pane, & aquâ, in Conventu jejunare cogantur, ac publicam in Capitulo accipiant diſciplinam. Si relabantur, duplicetur eis pœna: & ſi cum his omnibus, ad correctiorem vitam revocari nequeant, priventur Paſtoratu, vel beneficio, & ut ſcandala ab Eccleſiâ Dei tollantur, ad Conventualem diſciplinam revocentur.

Honor. 3. dilecti filii. Alex. 4. Ex cert. noſt. Nicol 4. Noverint univ. Clem. 5. Quia vos. Joan. 23. Habentes

36. (*r*) Noverint itaque Paſtores, ſecundùm Privilegia Ordinis, tàm quoad morum correctionem, etiam uſque ad ipſam Beneficii Paſtoralis privationem, quàm quoad temporale regimen, ſolis ſuis Prælatis plenè ſe ſubjectos.

37. Verùm, (*s*) reſpectu eorum, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, pertinent, etiam in ipſis Monaſteriis, quibus curâ animarum perſonarum ſecularium incumbit, juriſdictionem Diœceſani, ejuſque viſitationem agnoſcant neceſſe eſt; exceptis tamen iis Paſtoribus, qui in illis Monaſteriis, vel locis, animarum curam gerunt, in quibus Prælati juriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem, in Parochos & Parochianos exercent.

in defid. Sixtus 4. Quoties à nobis. Julius 2. Ex debito. Trid. ſeſſ. 25 c. 11. de Reg.

38. Proindè (*t*) Prælati, quandò videbitur expedire, per ſe, vel per alium idoneum, Paſtores ſuos viſitent, & quis ſit familiæ ſtatus, diligenter, & diſcretè conſpiciant.

Diſt. 81. c. Clericus ſiu-lus.

39. Si aliqua infamia, de alicujus incontinentiâ, exorta fuerit, & inquiſitione factâ, comperiatur ſolido fundamento obnixa, etiamſi infamatus, de ipſo lapſu convinci non poſſit, dummodò infamia gravis ſit, & ejus cauſam dediſſe conſtet, vocetur ad Monaſterium, & pro delicti merito caſtigetur: & ſi peractâ pœnitentiâ, abſque ſcandalo remitti nequeat, ſuo Paſtoratu privetur. Verumtamen, in hoc negotio, ita circumſpectè, & diſcretè pro- 11. q. 3. c. Summe opere.

Num. 35. (*q*) *Tabernas multò minùs adeant.* „ Si ebrioſi eſſe, & caupones frequentaſſe dignoſcantur, vel alio modo ſcandalum præbuiſſe, vel ad populum inſtruendum minimè apti, vel parùm ſolliciti comperiantur, ſtatim revocentur. *Cap. Gen. an.* 16 8. *Præm. ſub Petro Geſſetio celeb.*

„ Paſtores & ſacellani vitabunt tabernas, ſeu caupones. Excedentes, moniti ſi non abſtinuerint, ad pœnitentiam in monaſterio peragendam vocabuntur. Nuptias, baptiſmalia, & alia convivia non frequentabunt, niſi magna neceſſitas, aut honeſtas aliud requirat? ut tamen ſobrietatis leges non tranſgrediantur, citiùs domum ſe recipiant. *Cap Prov. Weſtph. an.* 1659. *Colon. celeb.*

Num. 36. (*r*) *Noverint Paſtores, uſque ad ipſam beneficii privationem, ſuis Prælatis ſe eſſe ſubjectos.* Sicut nulli fas eſt quodcumque beneficium ſibi, inconſultis Superioribus, procurare, „ vel etiam oblatum acceptare, multòque minùs, iiſdem inviris, acceptum retinere; ità nulli Beneficiato pariter licitum eſt, beneficium ſuum aut penitùs deſerere, aut etiam alteri, quâcumque de causâ, Superiori proprio incognitâ, reſignare. „ Quià tamen multi Religioſi, qui degunt apud Parochiales Eccleſias, in eam proterviam devenerunt, ut non vereantur ſua beneficia, inconſultis Abbatibus propriis, reſignare: Nos tantis periculis obviare cupientes, præcipimus in virtute ſalutaris obedientiæ, & ſub pœnâ privationis ſtalli, obedientiæ, & omnium honorum Ordinis, ac pœnæ arbitrariæ, ne dicti Ordinis noſtri Religioſi, obtinentes beneficia quæcumque, audeant illa, ſine aſſenſu, & expreſſo conſenſu ſuorum Abbatum, reſignare. *Cap. Gen an.* 1542. *in S. Mart. Laud celeb*

Idem prohibuit Capitulum gen. an. 1575 ac tales reſignationes, vel permutationes, nullas eſſe declaravit.

Sed & Capitulum noſtræ Communitatis Antiq. Rig. „ Statuit ut Beneficiati, qui Beneficia ſua, ſuo marte, inconſultis Superioribus, à quibus in iis procurandis dependent, & abſque eorum ſcitu & licentiâ, Beneficiis ſe ſuis abdicaverint, eâdem pœnâ plectantur, quâ plecti debent ii, qui ea ſibi abſque licentiâ procuraverint *Capit Com. Antiq Rig. an.* 1675.

Num. 37. (*s*) *Reſpectu eorum, quæ ad curam animarum pertinent, juriſdictionem diœceſani agnoſcant.* Quantùmvis notabilibus ſuis commendetur Ordo noſter immunitatibus, ab Epiſcopali tamen juriſdictione Paſtores ſuos eximere non valuit. Qui porrò licet Epiſcoporum juſſis obtemperare teneantur, ad obedientiam nibilominùs, Regulæ, ſtatutiſque promiſſam, manent obligati Quapropter „ Capitulum ordinat, quòd omnes Beneficiati Ordinis noſtri habeant apud ſe copiam ſtatutorum Ordinis; Item Synodalia Epiſcoporum, ne prætextu carentiæ ipſorum, jura, decreta, & Privilegia Ordinis ignorare videantur *Cap Gen. an.* 1535. *Præm. ſub Joanne Folembray. Vic. Gen celeb.*

Eâdem de causâ Bohemicæ Provinciæ PP. ſtatuerunt, Parochis, pro obſervantiâ, communicanda eſſe decreta Capitulorum Generalium & Provincialium. Vide *Cap. Prov. Bohem an* 1687. *Seſſ.* 3.

Num 38. (*t*) *Prælati Paſtores ſuos viſitent.* „ Ut Parochi intrà caſtitatis limites contineri poſſint, & à ſcandalis abſtineant, quotannis à R. Abbate, vel deputato ab eo, & in Monaſteriis Commendatis, à Priore, ſemel aut ſæpiùs viſitentur, ac ſtatus eorumdem, & familiæ exactè diſcutiantur. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Singulis annis ſimiliter viſitandos paſtores declaravit Capitulum Communitatis Antiq. Rig. an. 1632.

cedatur, ut & infamiæ, ſcandalique ſupprimatur occaſio, & infamato nulla iojuria inferatur.

Diſt. 50. c. Pervenit ad nos 30. c. Omnes & ſequent.

40. Qui verò de lapſu convictus, vel confeſſus fuerit, (*u*) non tantùm Paſtoratu, vel Beneficio ſuo privetur, ſed & juxtà ea quæ *Diſt.* 3. 6. 8. conſtituuntur, ſeverè puniatur, nec ulla appellatio, vel exemptio executionem expediat, ſed ſine ullo ſtrepitu & formâ judicii, omnia ex ſolâ facti veritate peragantur.

Alex 4. Nicol 4. Significarunt nobis. Joan. 23. Sixtus 4. Julius 2. & alii Bullis ſup citat. 24. q 4. c. De illicita. §. De conventione.

41. (*x*) Quicumque autem juxtà privilegia Ordini noſtro coocesſa, ſive ob culpam, ſivè ſioe culpâ, revocati, ac trinâ mooitione & requiſitione præcedente, ad clauſtra propria redire, Parochiaſque ſuas reſignare, nolueriot; ipſo facto ſint excommunicati, ac in proximo Capitulo Generali, vel etiam Provinciali, tamquàm excommunicati denuntientur; ac ter in anno, in quâlibet Ordinis noſtri Eccleſiâ, publicentur; ac ſinè relaxatione, 40. diebus pœnæ gravioris culpæ ſubdantur.

Vide 22. q. 5. c. Non ſiſtentes, & duos ſequent.

42. Quod ſi in ſuâ contumaciâ perſiſtentes, animo obdurato, decem diebus, excommunicationis ſententiam pertulerint; vel eâ innodati, ſe Divinis immiſcuerint, per poteſtatem ſæcularem (ſi aliter fieri oequeat) capi curentur, & carceri Monaſterii intrudantur, ac ibidem, ſecundùm delicti, ſcandali, & damni quantitatem, plùs, vel mioùs puniantur.

43. Inſuper, prædicti Canonici, curas quas habent reſignare noleotes, & illi, qui quâcumque renuntiatione, pactione, vel cautione, vel aliâ quâvis ratione, ſivè in acquiſitione curæ, ſivè poſt acquiſitionem, revocandi poteſtatem excludendam, vel conſtringendam curaverint, vel quid fecerint, vel fieri procuraverint, quo revocationis effectus impediri valeat: ad nullam Ordinis noſtri Prælaturam in perpetuùm eligi queant, nec etiam eligendi cum aliis vocem habeant: ſed ſint, & ſine ullâ ſpe diſpenſationis permaneant, ad hujuſmodi honores prorſus inhabiles, & incapaces, etiamſi antè electionem, ad quàm vocari deberent, ſuam obtinuerint ab excommuoicatione abſolutionem.

44. Quicumque autem de ceterò, ad Parochialium Eccleſiarum, ad alterius Monaſterii Ordinis noſtri præſentationem ſpectantium, regimen aſſumentur, ſi vel culpis ſuis exigentibus, vel aliâ juſtâ de cauſâ revocari, vel ad clauſtrum ſuum remitti debeant; ſi eorum Prælati, fuerint per Prælatos (ad quorum petitionem, vel quorum permiſſione, vel indulgentiâ ſunt aſſumpti) ſufficienter requiſiti, & tamen eos non revocaverint: ex tuoc (*y*) ad præceptum Prælatorum, ad quos pertinet præſeo- Vide 23. q. 7. c. Videſ.

Num. 40. (*u*) *Non tantùm Paſtoratu ſuo privetur.* Præter pœnas in ſtatutis decretis. „ Lapſus „ carnis punitur inſuper privatione ſtalli, & inhabilitate ad curam animarum. *Cap. Prov. Bohem. an.* 1681. *Seſſ.* 7. *N.* 2. *&* 3.

Num. 41. (*x*) *Quicumque revocati, ad propria clauſtra redire, Parochiaſque reſignare noluerint.* „ Cùm in pleriſque Eccleſiis Ordinis noſtri multotiès contingat, quòd fratres Curati, mo„ rantes in Parochialibus, adeò ſint diſſoluti, ſeu inobedientes Prælatis, quòd propter eo„ rum diſſolutionem, inſolentiam, & inobedientiam, totus Ordo diffametur, propter quod „ oportet ipſos ad propria clauſtra revocare, diſciplinam Ordinis recepturos, ad mandatum „ propriorum Abbatum, maximè eo modo quòd Parochias reſignent, ut alii loco ipſorum in „ eiſdem Eccleſiis collocentur; Statuimus ut tales, qui Prælatis ſuis inobedientes fuerint in „ hoc caſu, excommunicentur in Capitulo Generali, & io quâlibet Eccleſiâ Ordinis ter in an„ no: nec non in pœnâ gravioris culpæ 40. dierum ſpatio ad remotas Eccleſias emittantur non „ reverſuri, niſi per D. Præm. vel Cap Gen. diſpenſati. Qui cùm redierint, vocem non ha„ beant in Capitulo, & careant obedientiâ nominatâ, & omni officio, toto tempore vitæ „ ſuæ, niſi per D. Præm. vel Cap. Gen. ad interceſſionem propriorum Abbatum eis miſeri„ corditer fuerit indultum *Cap. Gen. an.* 1273. *Præm. ſub Guerrico Abb. celeb,*

„ Cùm propter inſolentias Canonicorum noſtri Ordinis Parochiales Eccleſias regentium, qui ad „ mandatum ſuorum Prælatorum ipſas nolunt reſignare, damnum & gravamen multis Eccleſiis „ proveniant, Volentes damnis, & gravaminibus hujuſmodi obviare, ſtatuimus, omnes, & „ ſingulos Canonicos, qui parochiales Eccleſias, quas tenent, aut in futurum tenebunt, re„ ſignare noluerint ad mandatum ſuorum Prælatorum, primò & ſecundò requiſiti, competen„ ter decernimus in carcere recludendos, ibidem ſecundùm quantitatem ſuorum exceſſuum pu„ niendos. Quod ſi reperti fuerint de bonis Eccleſiarum ſuarum, abſque licentiâ Prælatorum „ ſuorum, ad loca, ſeu perſonas, quæ non ſint de Eccleſiâ, undè ſunt Canonici, ad valo„ rem 20. ſolidorum Sterlingorum aſportaſſe, pœnâ furti puniantur. *Cap. Gen. an.* 1315. *Præm. ſub Adamo de Crecy celeb.*

Num. 44. (*y*) *Ad Præceptum Prælatorum, ad quos pertinet præſentatio, ad clauſtra propria redire teneantur.* Inviolatæ huic ſanctioni non modicùm, noſtrâ hâc ætate, obtrectarunt Galliarum Epiſcopi; Nec enim exorta, inter ipſos, ex unâ parte, & R. D. Michaelem Colbert totius Ordinis Generalem, ejuſque in Reformatâ Communitate Antiq. Rig. Vicarium, ex alterâ, de jure Paſtores ſuos revocandi controverſia aliter componi potuit, quàm quòd nec Epiſcopi, invito R. D. Generali, aut ejus in dictâ Communitate Vicario, nec Rmus. Generalis, aut prædictus Vicarius, retinentibus Epiſcopis, deinceps paſtores noſtri Ordinis poſſent ad monaſteria remittere, aut

ta-

tatio, ad clauſtra propria redire, Paſtoratumque reſignare teneantur, alioqui ipſo facto Paſtoratu ſuo ſint privati, & nolentium reſignare pœnas incurrant.

45. At ſi Prælati Eccleſiarum ex quibus dicti Canonici ſunt aſſumpti, eos recipere noluerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi, & in proximo Capitulo Generali vel Provinciali, juxtà delicti, & ſcandali quantitatem graviter puniantur.

46. Cùm autem Paſtores, ac Beneficiati, & alii omnes officium vel adminiſtrationem aliquam, extrà Monaſterium habentes, cœperint infirmari, ſenſerintque deficientibus paulatim viribus, ſupremam Majeſtatem de ipſis velle diſponere, ſatis tempeſtivè ſuam conſtitutionem Abbati ſignificari curent; ut ipſe tanquàm verus eorum Paſtor advigilet, & ſivè per ſe, ſivè per alium, in extremo illo agone, undè æterna ſalus pendet, eis aſſiſtat, quatenùs ab omnibus peccatorum fœcibus benè purgatum ſpiritum, ac charitatis veſte ornatum, in manu ſui Creatoris religiosè reddant.

47. Teſtamentum, tanquàm veri pauperes nihil proprii habentes, exemplo Sanctiſſ. Patris ſui Auguſtini nullum faciant, & ſi facere præſumpſerint, ac ſic mortui fuerint, tanquàm proprietarii ſepulturâ careant Chriſtianâ. 12. q. 1. Nolo ut aliquis, & 13. q. 2. c. Quibus. & 17. q. 3. c. Quia ingredientibus.

48. (z) Pro defunctis Paſtoribus, aliiſque omnibus Beneficiatis, fiat per omnia ſicut pro reliquis Fratribus, ac ſi fieri poteſt, (*) corpus ad Monaſterium deferatur, ut qui eandem habuere profeſſionem, communem quoque cum Fratribus ſuis ſortiantur ſepulturam.

Caput XXIV.

De Fratribus Converſis, ac Donatis.

1. QUandò aliqui ſollicitant, ut in Fratres Converſos recipiantur, antè omnia diligenter diſpiciatur, quo ducantur ſpiritu, an non magis propter victum, quàm propter Deum, ad Monaſterium veniant. Clem. 8. Cum ad Regul.

2. Recepti, mortificentur, & omnis labor adhibeatur, ut intelligant pondus profeſſionis ſuæ, & ut vitam ei convenientem agant.

---

revocare. Quod quidem pacis fœdus, Regio diplomate, ad Epiſcoporum inſtantiam, roboratum anno 1700 modò per Gallias, in Ordinis & diſciplinæ diſpendium, invaleſcit. Antiquo interim Ordinis jure firmiter in ſuo robore & exercitio, per Germaniam, Hiſpaniam, Italiam, cæteraſque Provincias perdurante, ac potiſſimùm in Lotharingiâ, in quâ Regii Principis in Ordinem noſtrum benignitas, quæcumque à Summis Pontificibus Ordini noſtro conceſſa fuere privilegia, ſpeciatimque jus Paſtores noſtros revocandi, totiès quotiès Prælatis libuerit, ſuis Patentibus litteris confirmavit an 1723. & executioni deinceps, ut priùs, mandare conceſſit. Quapropter etiamnùm viget in iſtis partibus decretum Capituli Generalis, cujus en tibi verba „ Super diſcuſſione revocationis Religioſorum Ordinis, Curatorum ſeu „ Beneficiatorum, ob defectus eorum ſciendâ per Prælatum, concluſit Capit. quòd hujuſmo„ di revocatio fiat, ſub pœnâ excommunicationis, ſervato tamen jure Ordinis, ſivè Statuto„ rum Privilegiis. *Cap. Gen. an. 1541. in S. Mart. Laud. ſub Amato de Fonte Vic. Gen. celeb.*

Num. 48. (z) *Pro defunctis Paſtoribus, fiat per omnia ſicut pro reliquis fratribus.* Quæ ſuprà ad Cap. 9. *de Abbate moriente* recenſuimus, fieri conſueta pro defunctis precum ſuffragia hic recole, & memento his omnibus privari Paſtores ex noſtrâ Communitate Antiqui Rig. aſſumptos, carnibus abſque legitimâ facultate veſcentes, prout decreto Capituli dictæ Communit. an. 1648. ibid memorato, ſtatutum eſt, quod & ſequenti iterùm edicto confirmamus. „ Capitulum providere volens ſcandalo, quod ex eſu carnis à non-nullis Parochis, contrà articu„ lum noſtræ Reformationis, præcipientem abſtinentiam perpetuam, oritur, prohibet ne „ Parochi profeſſionis immemores, ſine licentiâ ſuorum Superiorum localium (quæ ultrà ca„ ſum notæ ægritudinis concedi nullatenùs debet, & ſuper quo dictorum Superiorum conſci„ entiæ oneratæ ſint) veſcantur carnibus. Hi autem qui licantias à Sanctâ Sede ſuper hoc di„ cto eſu carnium ſe habere prætendunt, eas referre teneantur ad Viſitatores, qui examina„ bunt utrùm veritate nitantur. Inhibet itidem Capitulum ne Parochi, quibus ex ſolâ neceſ„ ſitate conceditur veſci carnibus, eas extrà domum propriam comedant, nullos invitent, „ multò minùs conviviis, per ſtatuta communia Ordinis prohibitis, interſint, ſub pœnâ re„ bellionis contrà Religionem, privationis ſuffragiorum, aliorumque jurium noſtræ Congrega„ tionis. *Capit. Communitatis Antiqui Rigoris an. 1675.*

In eâdem Communitate non orant etiam Fratres pro defunctis Paſtoribus, qui juramentum de reditu ad monaſterium non præſtiterint, vel qui debitè revocati, non redierint. *Vide Cap. an.* 1647.

Similiter in Circariis Weſtphaliæ, Iveldiæ, & Wadegotiæ precum ſuffragiis privantur Paſtores, & Beneficiati, qui rerum omnium, quarum habent in paſtoratibus adminiſtrationem, computum quotannis exhibere detrectant, prout in Capitulo an. 1659. ſancitum videre eſt ſuprà pag. 266.

(*) *Corpus ad monaſterium deferatur.* „ Ad propoſitionem R P. Vicarii Communitatis ſtrictioris „ obſervantiæ, quid eſſet faciendum in deceſſu Paſtorum noſtrorum, quorum inhumationem „ Decani Rurales prætendunt ſibi arrogare, reſpondit Capitulum totis viribus eſſe reſiſten„ dum, & privilegia noſtra, tam in hâc parte, quàm in aliis, intacta ſervanda. *Cap. Gen. an. 1717. Præm. ſub D. Hono. Lucas celeb.*

3. Converſi, anteqnàm ad habitum admittantur, præter Orationem Dominicam, ✿ Salutationem Angelicam, etiam Symbolum Apoſtolicum, præcepta Decalogi, & Eccleſiæ, ſciant.

4. Inſuper Pſalmos *Miſerere mei Deus*, & *De profundis*, & ea quæ ad ſerviendum Miſſæ neceſſaria ſunt, ac Benedictionem cibi & potûs, & Gratiarum actionem, poſt refectionem dicendam; ac ne in rebus ſpiritualibus permaneant nimiùm rudes, etiam Catechiſmum addiſcant.

5. Nullos libellos habeant, niſi à Superioribus ſuis ſibi expreſſe permiſſos.

6. Ad Matutinas, omni tempore, cum Conventu ſurgant & veniant, ſed ſi feria ſit, vel feſtum quodcumque minus duplici, in ſeculo non feſtivum, inceptis Laudibus recedant, niſi aliud Superiores ſtatuerint; ſi verò Dominica, vel duplex, permaneant.

7. Excipiuntur Infirmi, & qui diverſis officiis ſunt deputati, ſicut & illi qui gravi labore fatigantur, qui omnes in frequentandis Divinis Officiis, ordinem à ſuis Prælatis, vel Prioribus, ſibi conſtitutum exactè ſervent.

8. Immediatè antè Matutinas, legant Converſi Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam & Symbolum Apoſtolorum: & deinde pro Matutinis, viginti quinque Orationes Dominicas; pro Primâ verò, & reliquis Canonicis horis uſque ad Veſperas, pro ſingulis ſeptem, at pro Veſperis quindecim, pro Completorio verò ſeptem Orationes Dominicas perſolvant, ac finito Completorio, legant *Pater noſter*, *Ave Maria*. *& Credo in Deum*.

9. Pro Fratribus, ac Sororibus, aliiſque, pro quibus eſt conſtitutum ut oretur, ſingulis Septimanis legant viginti quinque *Pater noſter* & totidem *Ave Maria*.

10. Horas ſuas, quantùm per occupationes fieri poteſt, eo tempore quo Horæ Canonicæ in Eccleſiâ à Conventu peraguntur, ſemper tempeſtivè perſolvant.

11. Quandò Abbas, vel alius ex Fratribus moritur, pro Abbate millè, pro aliis verò quinquies centum Orationes Dominicas, intrà triginta dies, legant. At verò pro Parentibus noſtris, pro quibus in Capitulo preces petuntur, ſicut & pro Fratribus Ordinis noſtri, qnandò eorum brevia leguntur, quinqnaginta duntaxat dicant.

12. Singulis hebdomadibus, niſi aliud Prælato expedire videatur, pro Converſis in Abbatiâ commorantibus, ter Capitulum teneatur, ut in eo quæ corrigenda ſunt, corrigantur, & in iis quæ conſcientiam & interiorem hominem concernunt, diligenter inſtituantur: vel Clem. 8.
ſi id commodè fieri nequeat, is cui Lai- Cum ad Re-
corum cura eſt demandata, ſingulis die- gular.
bus Dominicis, Feſtiviſque, eorum inſtructioni horam ad minùs impendat, ſuper quo ejus conſcientia ſit onerata.

13. Concioni, quæ Feſtivis diebus habetur, ſemper interſint, & omni die Sacrum audiant: omitentes graviter puniantur.

14. Converſi, qui in coloniis, ſeu curiis, vel villis morantur, ſummo manè, horâ ſcilicet à Prælato conſtituendâ, ſurgant, & gratiis Deo peractis, in Capellâ (ſi quæ ſit) vel alio loco ad hoc à Prælato determinato adveniant, ut ibidem orationi, & ſpiritualibus exercitiis vacent, quibus completis, eant ad labores, & obedientias ſuas.

15. In curiis verò, ubi rariùs ab Abbate, vel à Proviſore Sacerdote, Converſi viſitari queunt, ſingulis ſeptimanis feriâ ſextâ, vel alio die, quo omnes adeſſe poſſunt, coràm Magiſtro curiæ etiam Converſo, omnes conveniant, ac ab ipſo correctionem, ſivè diſciplinam, accipiant, & ipſe à Seniore.

16. Infrà horas Canonicas, tam S Aug. in
extrà, quàm in Monaſterio, omnes Con- 2. Reg.
verſi ſilentium teneant, niſi pro evidenti inſtantis, vel præſentis operis neceſſitate oporteat eos loqui: quod facient ſubmiſſe & breviter, & qui huic decreto ſciens, & volens contravenerit, infrà octiduum ſubſequens, unâ die in pane & aquâ jejunare teneatur.

17. Huic pœnæ ſubjaceant quoque qui Dominicis, Feſtiviſque, & iis diebus quibus non operantur, concioni audiendæ, orationi, aliiſque ſpiritualibus exercitiis in Eccleſiâ debitè non vacaverint, niſi ratione officiorum ſuorum, ex ordinatione Prælati, abeſſe compellantur.

18. Advigilent Prælati, ne Converſi otio torpeant, vel aliquibus vitiis diffluant, ſed ut in officiis atque laboribus ſuis ſint fideles, & ſtrenui, ac in timore Domini ſolidati, vitia fugientes, virtuteſque ſectantes; in verbis ſint puri, in aſpectu verecundi, & in omni converſatione Religioſi, ædificationi ſint omnibus, ſcandalo nulli. Super quo Prælatorum conſcientiæ obligatæ, & oneratæ permaneant.

19. Omnium rerum in uſum ſibi conceſſarum, ſivè intùs, ſivè foris habitent, cum aliis Conventualibus, vel alio à Prælato præfigendo die, Converſi catalogum tradant.

20. Veſpertino tempore, anteqnàm lecto ſe committant, orationi vacent, de præceptis bonis gratias agant, conſcientiam examinent, de admiſſis peccatis doleant, & veniam petant, emendationem pro-

proponant, ac pro cuſtodiâ noctis orent: demùm cum omni honeſtate ſe ad dormiendum componant.

21. Converſi exeuntes, uti poſſint pallio, ſed non niſi griſeo, & deſuper pileo ſimiliter griſeo, at ſine pallio procedentes, pileum album getant.

22. Hoc quoque irrevocabili decreto fixum ſit, ut (*a*) nulli Converſi ad Profeſſionem admittantur, niſi re ipsâ poſt veſtitionem cappas griſeas geſtaverint, & juxtà modùm ſuperiùs præſcriptum, ſe tonderi permiſerint.

23. Si verò poſt Profeſſionem, vel griſeam cappam geſtare nolint, vel tonſuræ formam immutare velint, eorum conatui ſtrenuè obſiſtatur, & (*b*) ad ea quæ hâc de re ordo decrevit, etiam per carcerem, & per cenſuras Eccleſiaſticas compellantur.

24. (*c*) Licitum quoque ſit recipere aliquos in Donatos, viros probos, pios, Deum timentes, ad laborem aptos, & eam, quæ in Fratribus Converſis requiritur, ætatem habentes: qui tamen ſponſione, quàm ſunt facturi, non ita Monaſterio incorporabuntur, quin ob juſtas fundataſque cauſas, cum conſilio Prioris, Supprioris, & aliquorum Seniorum de domo, re communicatâ cum Domino Præmonſtratenſi, vel Vicariis ejus, aut Viſitatoribus, à propriis Prælatis dimitti queant.

25. Cauſæ autem dimiſſionis erunt; ſi juxtà vocationem ſuam, non dignè ambulantes, ſint inobedientes, immorigeri, ebrioſi, impudici, impuri, in impoſitis ſibi laboribus nimis negligentes, obedientias averſantes, vel in obedientiis ſuis, vel circà alia infideles, ac nimis in ſuo ſenſu pertinaces.

26. Qui hæc, & ſimilia, & multò magis, qui graviora admiſerint, ac bis vel ter moniti, & caſtigati, ſe non emendaverint, ſervato quantùm poteſt ipſorum honore, modeſtè dimittantur.

27. Si verò in aliquod enorme crimen inciderint, vel grave aliquod ſcandalum ediderint, ſtarim expellantur.

28. Habitus eorum ſit honeſtus, & modeſtus, & ab habitu ſeculari nihil differat, niſi quod ſemper eſſe debeat griſei coloris albicantis, ut ſeculi contemptum aliquo modo præ ſe ferant, & ſuæ ſponſionis ſemper admoneantur.

29. Exeuntes, pallium, & galerum ſimilis coloris griſei geſtent, & præſcriptas modeſtiæ regulas diligenter obſervent.

30. Integro anno, ad minùs, in modeſto ſeculari habitu probentur, & in ſpiritualibus ſedulò erudiantur, & exerceantur.

31. Evoluto probationis anno, ſi ſe tam piè, modeſtè, religioſèque geſſerint, ut meritò de eorum profectu, & pacificâ converſione, firma ſpes concipi poſſit; & ipſi in bono propoſito ſuo perſeverent: ad nutum Prælati faciant coràm Notario & teſtibus, & in præſen-

---

Num. 22. (*a*) *Nulli Converſi ad profeſſionem admittantur, niſi reipsâ poſt veſtitionem cappas griſeas geſtaverint.* Statutorum noſtrorum Cap 19. *De Veſtitu*, cappæ griſeæ tantùm, & non albæ, fratribus Converſis præſcribuntur. Antiquitùs ſcapularia ejuſdem griſei coloris geſtare debebant. Quâ ratione; ex ſequentibus diſcito. „ Cùm inter habitum Canonicorum noſtri „ Ordinis, & Converſorum, ſit differentia in cappis, ſic in ſcapularibus ipſorum diſtincti„ tiam, ſeu differentiam habere volumus. Statuentes, ut quicumque recipientur de ceterò „ in Converſos griſea ſcapularia habeant, atque portent; ut ſicut per cappas griſeas videntur „ Converſi, ſic per ſcapularia griſea Laici videantur. *Cap. Gen. an.* 1230. *Præm. ſub Conrado Abb. celeb.*

Anno 1234. Converſi, in ipſo Præmonſtrato degentes, cappas griſeas deferre recuſarunt. Propter quod à Cap. Gen. pœnâ mulctati ſunt. Appellarunt illi ad Gregorium IX. qui appellantes damnavit, & ſub anathemate ad parendum cogere tentavit. Perſliterunt nihilominùs in pervicaciâ: mortemque Villelmo Generali, non-nulliſque Canonicis, quin & incendia grangiarum minati ſunt, ſi ad ejuſmodi cappas geſtandas aſtringerentur. Quos ut comprimerent, Viconiæ, Thenolii, & Sancti-Juſti Abbates à Papâ delegati ſunt, perſeveranterque rebelles, brachii tandem ſecularis auxilio, edomandos Pontifex ordinavit.

Num. 23. (*b*) *Ad ea, quæ hâc de re Ordo decrevit, etiam per carcerem compellantur.* „ Cùm „ ad aures noſtras pervenerit, & à multis fide dignis audierimus, quòd propter indiſtinctio„ nem habitûs candidi, & raſuram, ſeu tonſuram Converſorum noſtri Ordinis, multa ſcan„ dala jam dudùm per Ordinem noſtrum univerſum provenerint, & de die in diem poſſint „ in poſterùm provenire, in ſcandalum non modicum noſtri Ordinis; hinc eſt quòd Nos, ſu„ per hoc habito conſilio, ab omnibus totius Capituli noſtri generalis, vel ſaltem à majori & „ ſaniori parte, deliberavimus & ordinavimus, ac etiam ſtatuimus, quatenùs de ceterò ſub „ pœnâ carceris, monitione priùs habitâ, prout decet, deferant ſcapularia angulariter ad „ modum ſcuti deciſa antè, & retrò, uſque ad cingulum, & etiam barbas ſuas deferant, ſine „ tonſurâ & raſurâ, prout in antiquis ſtatutis noſtri Ordinis pleniùs continetur: quatenùs „ appareat diſtinctio inter Canonicos & Converſos. *Cap. Gen. an.* 1306. *ſub Adamo de Crecy celeb.*

Num. 24. (*c*) *Licitum ſit recipere aliquos in donatos.* „ Poſſint in poſterùm in omnibus Com„ munitatis noſtræ monaſteriis, quidam ſub certis conditionibus recipi in ſervos perpetuos, „ qui per civilem duntaxàt contractum, & ſine ullis votis, ſe ſe monaſteriis hujuſmodi obli„ gent: ita tamen ut Capituli, ſi ſedeat, & extrà illud R. P. Vicarii, ac conſilii ejus inter„ cedat conſenſus. *Cap. Com. Antiq. Rig. an.* 1638.

tiâ

tiâ Prioris & Supprioris, vel aliorum à Prælato deputandorum, ſuam traditionem, & donationem, quâ ſeipſos, & omnia, ſi quæ habent temporalia bona, Deo, & Eccleſiæ, N. in perpetuum ſervitium & uſum tradant & donent, abdicatâ à ſe ad ſeculum redeundi, & bona repetendi omni poteſtate, eâ tamen conditione, ut ab Eccleſiâ, cui ſe, ſuaque tradunt, alantur, aliaque neceſſaria ab eâdem recipiant.

32. Hanc reſignationem, donationem, & conditionem, Prior & Supprior, vel qui fuerint deputati, ex parte Prælati atque Conventûs acceptent, hac tamen, juxtà Statuta Ordinis, reſervatâ poteſtate, ut ſi ſe non gerant ut oportet, ſed admittant ea, quæ pro dimiſſionis cauſis, eadem Statuta ſuprà definiunt, ſine ullâ contradictione Prælatus eos dimittere queat, & valeat.

33. Fiat autem de hâc reſignatione, donatione, & acceptatione publicum inſtrumentum, cum clauſulis neceſſariis, & requiſitis.

34. His peractis, ſtatuto à Prælato die, ad Capitulum (quo loco & non alibi eorum promiſſio fieri debet) vocati veniant, (*d*) & præſente toto Conventu in manibus Prælati, juxtà formam hic ſubjunctam, linguâ ipſis vernaculâ, ſuam faciant ſponſionem, & donationem:

Ego N. dono me, meaque omnia, quæ poſſideo, Eccleſiæ N. & promitto converſionem morum meorum, & emendationem vitæ. Promitto etiam, quam diù hic futurus ſum, Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam perfectam, Tibi Reverendo Patri N. & legitimis ſucceſſoribus tuis. Promitto etiam quòd hanc Congregationem ſponte non deſeram, & quòd quandò ob mea demerita, vel ob cauſas in Statutis expreſſas dimittar, recedam, nec contradicam ullo modo. Sic promitto & ſpondeo.

35. Promiſſionem ſuam nomine, & cognomine ſuo, ſi ſcribere ſciant, ſignent, vel crucem forment, & atteſtetur aliquis Notarius hanc crucem à promittente ibidem factam.

36. Prælatus impartiatur eis Benedictionem, eantque ad loca ſua.

Caput XXV.

De Monialibus, ſivè Sororibus Ordinis noſtri.

1. PRæficiantur Monialibus, ſivè Sororibus Ordinis noſtri, in Præpo- Diſt 39. c. Petrus.
ſitos, vel Priores, viri maturi judicii, graves & prudentes, qui ſibi commiſſis tàm in temporalibus, quàm ſpiritualibus, cum fructu proſpicere valeant.

2. (*a*) Penès Præpoſitos, vel Priores ſit temporalium bonorum adminiſtratio, ſub conditionibus tamen, & reſtrictionibus à Patre-Abbate vel Vicario, aut etiam Capitulo Provinciali ſtatuendis & præfigendis, ut cum Monaſterii utilitate, eam adminiſtrationem gerant.

3. Concreditas ſibi animas, etiam in ſanâ doctrinâ paſcere, & reficere ſtudeant.

4. (*b*) Magiſtræ & Prioriſſæ ab omnibus ſuis ſubditis in ſummo honore

---

Num. 34. (*d*) *Præſente toto Conventu ſuam faciant ſponſionem.* „ R. Dominus Ninovienſis propoſuit, an ſi quis ſecularis, benè conditionatus, ſe ſe offerat Monaſterio ad certa ſervitia, v. g. ad portam cuſtodiendam, & velit pro tota vita contrahere, non tamen velit fieri donatus, & det aliquam ſummam non annuam, ſed ſemel, eamque congruam, poſſit ab Abbate, & Majoribus domûs admitti, & contractus fieri abſque audito Conventu? Capitulum definit requiri conſenſum Conventûs Capitulariter congregati, & ad pluralitatem ſuffragiorum. *Cap. Gen. an.* 1666. *Seſſ.* 10. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 2. (*a*) *Penes Præpoſitos, vel Priores ſit temporalium adminiſtratio, ſub conditionibus.* „ Decrevit Capitulum quòd in poſterùm tàm Præpoſiti, quàm Priores Virginum noſtri Ordinis, rerum temporalium regimen habentes, ſingulis annis computus ſuos reddant coràm Patre-Abbate, Prioriſsâ, vel Magiſtrâ, & quibusdam majoribus de domo, & pecuniæ aſſerventur ſub tribus clavibus, quarum unam Præpoſitus habeat, Prioriſſa, vel Magiſtra unam, tertiam autem electa à Conventu. *Cap. Gen. an.* 1717. *Præm. ſub D. Honorato Lucas celeb.*

Idem priùs decretum fuerat in Capitulo Provinciali Circariæ Veſtph. in quo etiam definitum fuit, quòd in monaſteriis virginum „ Ubi Priores ſunt, in elocationibus villarum, & ſimilibus contractibus interveniat conſenſus Patris-Abbatis, aut Prioris de conſenſu ejuſdem. *Cap. Prov. Veſtph an.* 1659. *Colon. celeb.*

Num. 4. (*b*) *Magiſtræ & Prioriſſæ* De Abbatiſſis ne verbulum quidem faciunt ſtatuta. Undè quamvis nonnullæ, hiſce etiam temporibus, tales vocitentur in Ordine noſtro, veruntamen crediderim eas gratis, aut ſaltem non ab Ordinis inſtituto, hoc nomine inſignitas: „ Nullas enim Ordo agnovit in Germaniâ unquàm aut agnoſcit Abbatiſſas, tantòque minùs toleranda conſuetudo geſtandi à magiſtris pedum, ſed & ea prorsùs abolenda. Nec ipſis liceat hunc titulum (Abbatiſſæ) in ſubſcriptionibus, aut alibi uſurpare. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. & 1721. *Colon. celeb.*

ha-

Google

habeantur, ſintque piæ, prudentes, humiles, mites atque diſcretæ: In converſatione exemplares, & modeſtæ, & in obſervatione diſciplinæ, ſint rigoroſæ.

5. Interdicitur autem eis, ne ab Epiſcopis, vel eorum ſuffraganeis ſe benedici curent. Et ſi id præſumpſerint, ſint ipſo facto depoſitæ.

6. Sororum Ordinis noſtri veſtimenta ſint alba, ac ſuperior tunica quâ induuntur, circà pectus ſit clauſa, & nullatenùs aperta vel ſciſſa: nec monilibus ad collum utantur, & tàm cantantes, quàm non cantantes, alba gerant ſcapularia.

7. Singulis annis, tribus vicibus, terminis ab Abbatibus vel Præpoſitis conſtitutis, tondeantur, & ſi nolint, etiam adhibitis cenſuris compellantur.

8. Quià verò in ſexu potiſſimum fœmineo, proprietatis vitium ſecretiùs & altiùs radices ſuas figere ſolet; Ideò omnes Ordinis noſtri Prælati, & Præpoſiti, magnâ ſollicitudine (ut ſuas, ſibique ſubditarum animas ſalvent) Sororum ſibi ſubjectarum vitam ità ordinent, ut Apoſtolicam vitam (prout earum profeſſio requirit) æmulantes, in communi & de communi vivant, in communi Refectorio comedant, & in communi Dormitorio cubent, niſi infirmitate, vel aliquâ neceſſitate impediantur, & nihil proprii habeant, ne ſicut Ananias & Saphira ſubitaneâ, ità illæ æternâ morte mulctentur: Quâ in re ſi Prælati, aliique Superiores ſint negligentes, ſeverè à Vicariis, ſivè à Viſitatoribus caſtigentur.

De Regul. C. 5. Joannes de ſtatu Monach. c. 2. Peculium.

& §. Qui verò. Clem. 1. c. 4. & 6.

Act. 5.

Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de Reg.

9. In communi & ad communem utilitatem, loco & tempore à Superioribus decernendis, operentur.

10. Si alicui ipſarum, à quoquam aliquid fuerit datum, juxtà præceptum Regulæ, ſtatim reſignet, & redigatur in commune, & ſi retinere præſumpſerit, ſecundùm Ordinis Statuta ab Abbate, vel Præpoſito, vel etiam Prioriſsâ, graviùs puniatur.

11. Nulla quoque Soror ad proprios, & particulares ſuos uſus, pecuniam, vel redditus ſibi habeat aſſignatos, ſed omnia Superiori tradantur, & Conventui incorporentur.

12. Ut autem à vitio proprietatis, Sorores ſtudioſùs ſibi caveant, ſingulis annis ad minùs ſemel, ſcilicet circà Paſcha (traditâ ab omnibus rerum quibus utuntur deſcriptione) à proprio Prælato, vel ab eo qui ejus gerit vices, proprietariæ in omnium aliarum præſentiâ, excommunicentur.

Ibidem 12. q. 1. c. Expedit. & c. Res Eccleſiæ.

13. Quià verò diverſi Pontifices, ac etiam diverſa Concilia mandant, & aliqua ſub obteſtatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, ut monialium clauſura, ſi ſit violata, diligenter reſtituatur, ſi inviolata perſtiterit, vigilanter conſervetur, etiam adhibitis cenſuris aliiſque pœnis; ideò ſub eâdem diſtrictione ſeverè præcipitur omnibus Abbatibus, Præpoſitis, & quibuſcumque Monialium Ordinis noſtri Superioribus, ut Monialium ſibi ſubditarum clauſuram diligenter ac rigoroſè obſervari procurent, & ſi (quod abſit) alicubi ſit violata, eam ſtatim reſtituantur; inobedientes & contradicentes, per cenſuras Eccleſiaſticas aliaſque pœnas, quâcumque appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Bonifac. 8. ſup. citat. Pius 5 de clauſurâ Monial. Conc. Cabilon. 2 c. 37. 62. & 65 Conc. Matiſc. c. 2. Conc. Arela. c. 7 Trid. ſeſſ. 25. c. 5. De Reg.

14. Si autem hâc in re prædicti Superiores negligentes fuerint, à Vicariis ſivè Viſitatoribus ſeverè puniantur, ac clauſuram ipſi reſtituant: quâ in re, ſi & ipſi ſine juſtâ causâ diſſimulaverint, ac negligenter ſe habuerint, ab officio ſuo à Domino Præmonſtratenſi ſine ullâ conniventiâ removeantur, & graviter puniantur.

15. Sit autem oſtii Clauſtri duplex ſera. Una intrinſecùs poſita, cujus clavem ſola Prioriſſa habeat, ut extranei omnes, tàm Regulares quàm ſeculares, excludantur: altera conſtituta ſit extrinſecùs, cujus clavem ſolus Præpoſitus, ſivè Cœnobii Præfectus ſervet, ut iis quæ intùs ſunt tollatur omnis exeundi libertas; & totalis alicujus exitûs ſuſpicio amoveatur.

Ceterùm Magiſtræ, eodem modo quo Abbates, à toto Conventu eligi conſueverunt; at non item Prioriſſæ, „ In Monaſteriis enim, quæ reguntur per Præpoſitos, uti hactenùs eligi non „ ſolent, ità nec deinceps eligentur, ſed à Præpoſitis, de conſilio Patrum-Abbatum, quatenùs commodè adiri poterunt, & auditis etiam Monialibus per modum duntaxàt conſilii „ conſtituentur. Si autem, quod abſit, hâc in re, differentiæ inter Patrem Abbatem & Præpoſitum orirentur, ſtatim inſtituetur recurſus ad Vicarium Generalem, qui eas indilatè decidet. *Cap. Prov. Weſtph. an. 1659. Colon. celeb.*

Trid ibid.

16. Intrà ſepta Monaſterii, ſivè intrà clauſtrum, (*c*) nullus cujuſcumque generis aut conditionis ſexûs vel ætatis fuerit, niſi Superioris Regularia licentiâ, in ſcriptis obtentâ, intrare permittatur.

17. Per Superiorem autem, hanc poteſtatem habentem, Intelligantur, non Præpoſiti Monaſteriorum Monialium, vel Priores, ſed Patres-Abbates, vel Prælati authoritatem Patris-Abbatis habentes, ſicut etiam Dominus Præmonſtratenſis, & Vicaril ejus, ac Viſitatores.

C. Monaſt. de vitâ & hon. cleri. C Periculoſo 18 q. 2 C. Periculoſo. lib. 6 de ſtatu Relig. Trid. ſup Pius 5. in extravag. decori & honeſt.

18. Conſenſum verò intrandi clauſtrum non largiantur, niſi ex rationabili, & manifeſtâ causâ, ſine quâ, nec ipſi Superiores clauſtrum intrent, quod ob juſtam neceſſitatem Ingredi permitrent Medicis, Chirurgis, Carpentariis, Cementariis, ſimilibusque Operariis & Magiſtris.

19. (*d*) Non permittantur Sorores noſtri Ordinis ullateoùs egredi Monaſterium poſt Profeſſionem, etiam ad brevo tempus quocumque prætextu, niſi cauſa incendii, infirmitatis lepræ, vel epidimiæ,

* Miranda Tract. de Clauſurâ Monial. q. 3. art. 6. La Cruz de ſtatu Relig. lib. 1. c. 1. dub. 3.

20. Quandò occurrit alia evidens neceſſitas, propter quam oporteat aliquam Monaſterium exire, hoc fiat de * licentiá Domini Præmonſtratenſis, vel Vicariorum ejus, etiamſi de Clauſtro duntaxàt tranſiret ad Clauſtrum, qui ne ſe peccatis implicent alienis, cauſam diligenter examinent, & ſi verè juſta & ſufficiena videatur, eam approbent.

21. Si quis Prælatus abſque dictâ licentiá aliquam egredi permiſerit, ſecundùm quantitatem exceſsûs, arbitrio Capituli Generalis, graviter puniatur & maximè ſi aliquod ſcandalum indè ſit exortum.

22. Tempore verò bellorum, liceat cuilibet Abbati, Sorores ſibi ſubditas, ad loca tutiora transferre, ità tamen, ut ſimul In eodem loco permaneant. Quod ſi abſque tali neceſſitate, vel ſimili æquè urgente, eas egredi permiſerit, omni feriâ ſextâ, integro anno, in pane & aquâ jejunet.

23. Ne autem præ penuriâ ullam prætendant evagandi materiam, provideant Prælati, ut ſicut de Canonicis ſuprà eſt decretum, is tantùm numerus inſtituatur ac ſervetur, qui vel ex redditibus propriorum Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari, ac contrà facientes, graviter puniantur. Trid ſeſſ. 25 de Reg. Bonifac. 8. C Periculoſo, de ſtatu Regularium. n 6.

24. Si aliqua Soror Ordinis noſtri, ſepta Sororum, ſivè clauſuram exierit, omoi feriâ ſextâ, integro anno, in pane & aquâ jejunare compellatur.

25. Quod ſi exteriorem Monaſterii portam egreſſa fuerir, habeatur ut fugitiva, & ad prædictam pœnam adjiciatur, ut per integrum annum velo careat & miniſtret tanquàm ancilla, hâc tamen occaſione nullatenùs clauſtrum egreſſura.

26. Quæcumque Sororum noſtrarum, in lapſu carnis fuerit deprehenſa, carcere puniatur, ut de talibus infrà *Diſt.* 3. *c.* 8. eſt conſtitutum: ac poſtquàm carcerem fuerit egreſſa, per triennium velo careat, & griſeam tunicam geſtet. 27. q. 1. c. Impudicas & ſeq.

27. Si verò aliquam Sororum, ad ſeculum evolare, & imprægoari contigerit, ſine aliquâ diſpenſatione, prædictæ incarcerationis pœnæ ſubjaceat, & griſeam tunicam (ut ſuprà) per triennium ferat, ſed velo careat toto tempore vitæ ſuæ. 21. q. 1. Si cuſtos & ſeq. Si homo.

28. Præpoſiti, Priores, omneſque Sororum noſtrarum Superiores, ſub pœnâ gravioris culpæ quinque diebus ſubcundâ teneantur, præter Ordinarium Confeſſorem, alium extraordinarium, bis aut ter in anno, Sororibus offerre, immediatè ſcilicet antè Paſcha, aotè Aſſumptionem B. Mariæ Virginis, & antè Natale Domini; qui ordinario tempore, & loco, omnium confeſſiooes excipiat. Trid. ſeſſ. 25. C. 10. de Reg.

Num. 16. (*c*) *Intrà clauſtrum nullus intrare permittatur.* Scribitur univerſis, & ſignificetur eiſdem, quòd cùm propter frequeotes & continuos acceſſus ad clauſtrum Monialium noſtri Ordinis, & earum latibula, diverſoria, ſeu cameras, locis, horis ſtrictis, & temporibus, quibus decet, penſatâ Ordinis boneſtate; & exindè ſcandala exorta fuerint, & quod pejus eſt, de die in diem graviora oriantur: Ad obviandum talibus ſcandalis & periculis, inhibemus omnibus Monialibus noſtri Ordinis, ne aliqus earum viros ſeculares, vel religioſos alterius Ordinis, in ſuis locis, diverſoriis, aut cameris intromittant, vel recipiant, aut cum eis comedant ſeu bibant. Quod ſi aliquæ in cootrarium fecerint, eaſdem omninò carere volumus, donec per nos aliter fuerit ordinatum. Et hoc idem intelligimus, obſervari volumus, de illis quæ antè horam primæ, apud ſe aliquos duxerint intromittendos, ſeu convictæ fuerint recepiſſe. *Cap. Gen. an.* 1307. *ſub Adamo de Crecy celeb.*

Num. 19. (*d*) *Non permittantur ſorores ullatenus egredi.* „ Quæſivit D. Ninovienſis, an quando clauſura in aliquâ parte monaſterii ſervari non poteſt, propter ædificationem, aliave opera ibidem erigenda, cenſeatur ſublata tota clauſura, ità ut liceat monialibus adire loca ſecularibus pervia; & vice verſâ poſſint permittere laicis, & ſecularibus, ad regularis loca tranſitum? Reſpondit Capitulum utrumque eſſe impediendum. *Cap. Gen. an.* 1666. *Seſſ.* 5. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

29. Cum

29. Cum oblato Confeſſario, à confitentibus Sororibus nihil tractetur, niſi quod ad ipſam confeſſionem pertinet, & aliter feciſſe deprehenſæ acritet puniantur.

30. Ne verò Virginum conſcientiæ coarctentur, diſtrictè præcipitur omnibus Superioribus Monialium ut quandocumque vel ſimùl omnes, vel ſeorſim una, vel plures extraordinarium aliquem Confeſſarium poſtulaverint, ſi juſtam putent ſubeſſe cauſam, & petitum Confeſſarium judicent aptum, eum benignè concedant, vel alium offerant, petentibus convenientem.

31. In audiendis Monialium confeſſionibus Confeſſarii diſcreti ſint, & prudentes, ac ſe modeſtos ſemper, & graves exhibeant. Verumtamen omnem duritiem, & aſperitatem excludentes, tali ſuavitate gravitatem ſuam condiant, ut & confeſſio ſuam habeat reverentiam, & confitentes omnimodam libertatem.

32. Quià autem fœmineus ſexus ſolet eſſe verecundior, ideò quandò neceſſarium exiſtimaverint, omnibus modis ſtudeant, potiùs ſuaviter monendo, quàm duriter agendo, elicere veritatem; caventes ſollicitè os inquirendo, ignorantibus aperiant incognita, quæ poſteà ſcientibus futura ſint noxia.

33. Singulis octiduis, vel ſingulis quatuordecim diebus ad minùs, ſemel peccatorum ſuorum *Confeſſionem* Moniales faciant, & Sacro-Sanctam *Euchariſtiam* ſumant; ſicut etiam in omnibus Feſtis Triplicibus, illo ſalutari præſidio, ad omnes dæmonis oppugnationes, fortiter ſuperandas, ſe muniant.

34. Sacratiſſimum *Chriſti Corpus* non intrà Monialium chorum, vel intrà ſepta Monaſterii, ſed in publicâ Eccleſiâ conſervetur. Trid ſup. l

35. Ut autem libertati Profeſſionis Virginum Deo dicandarum proſpiciatur, (*e*) Concilii Tridentini hâc de re edita Conſtitutio, juxtà praxim Ordinis, exactiſſimè obſervetur. ſſ. 25. C. 17. de Reg.

36. In domibus Sororum noſtrarum, nulla ſecularis perſona, ut ibidem vel demoretur, vel nutriatur, quocumque modo admittatur, & admiſſa, ſi monita recedere noluerit, expellatur, & recipientes graviter puniantur.

37. Similiter (*f*) in Monaſteriis noſtrarum Sororum nulli in Canonicos recipiantur, & (*g*) talium Profeſſio nullius ſit roboris vel momenti, & à Patribus-Abbatibus ſtatim expellantur: ac Præpoſiti, vel Priores, & Prioriſſæ ipſo facto ſint depoſiti, & Eccleſiis ſic vacantibus, omni appellatione remotâ, ſecundùm formam Ordinis à Patribus-Abbatibus Canonicè provideatur. Arg. 13. q. 1. c. Diffinimus.

38. Omnes admittendæ Converſæ clauſtrum voveant, clauſtrumque ſicut aliæ Moniales ſervent, nec niſi in ſu-

---

Num. 35. (*e*) *Concilii Tridentini edita conſtitutio exactiſſime obſervetur.* Ex Sacro-Sanctæ hujus Synodi decreto, puellas duodecim annis majores licet induere habitu regulari, eaſque ſi perfectè noverint quid agant, & liberâ voluntate profiteri voluerint, evolutis probationis earum temporibus, ad profeſſionem admittere. Quià tamen frequentiori conſtat experientiâ, etiam quindecim annorum & ampliùs adoleſcentulas, vix emiſſæ profeſſionis, ſæpiùs pœnitere, proptereà quæſtioni factæ à RR. PP. Circariæ Veſtph. de tempore profeſſionis virginum? „ Reſ„ pondit Capitulum, Virgines emiſſuras profeſſionem poſt completum decimum octavum ætatis „ annum, nec antè; niſi Patris-Abbatis, vel Viſitatoris expreſſâ, & in ſcriptis obtentâ fa„ cultate concedatur, ut poſt decimum ſextum, & deinceps, finito legitimo probationis tem„ pore, profiteri liceat. Quam facultatem non concedent, niſi patuerit de libero virginum „ conſenſu. *Cap. Gen. an.* 1619. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Undè etiàm ſtatuta recentiora vetant, ne ullatenùs ad probam moniales noſtri Ordinis admittantur, antequàm ad minùs 15. ætatis ſuæ annum ingreſſæ ſint. Vide ſuprà *Diſt.* 1. *Cap.* 16. *Num.* 15. ubi & decretum Capituli Prov. Veſtph. reperies, quo prohibetur moniales ad veſtitionem admittere antè annum 16.

Num. 37. (*f*) *In Monaſteriis Sororum, nulli in Canonicos recipiantur.* Monaſteria Sororum noſtri Ordinis, ità Canonicorum domibus vicina primitùs erant, ut intermedio ſolùm pariete Sororum ædes à fratrum domibus, ſub eodem tecto, ſepararentur. Quâ porrò de causâ ſorores ad remotiorem fratrum viciniam transferendas judicavit candidi caſtique noſtri Ordinis Prudentia, eâdem contubernium ſancivit præcludendum eſſe Canonicis in Parthenonibus. Vide Antiq. Statut. Diſt. 5 Cap. 17.

(*g*) *Talium profeſſio nullius ſit roboris.* Capitulum reſpondens quibuſdam articulis propoſitis per R. P. Monaſterii *Horti-Mariæ*, Viſitatorem Circariæ Friſiæ, „ Decidit, quod ſecunda profeſ„ ſio, facta per F Trajecti in Monaſterio monialium, irrita & inanis eſt, quoniam contrà ſta„ tuta, & privilegia Apoſtolica, quæ decidunt quòd translationes debent fieri Abbatum & Con„ tuum Monaſteriorum conſenſu, tàm ex parte recipientis, quàm ex parte transferentis, ali„ às nullæ ſint: Et ideò prædictus Frater reſtituendus eſt, ad ſuum primum Monaſterium *Horti-* „ *Mariæ*, cum voce & ſtallo, & obedientiâ nominatâ, ſi aliud impedimentum non obſiſtat. *Cap. Gen. an.* 1536. *Præm. celeb.*

Quapropter „ Capitulum præcipit Patribus-Abbatibus, quod ſi de ceterò contigerit Præpoſitos „ contrà decreta Patrum, & Ordinis Statuta recipere in Canonicos, in Monaſteriis Monialium, „ eoſdem ſine intermiſſione corripiant pœnis in ſtatutis contentis. *Cap. Gen. an.* 1538. *Præm. ſub Amato de Fonte Vic. gen. celeb.*

prà poſitis caſibus, etiam ipſæ Converſæ clauſtrum egredi permittantur.

Trid.ſeſſ. 25.c 5. de Reg. 39. Ut autem Concilio Trid. plene ſatis fiat, excludantur à Clauſtris Monialium omnes ſeculares ancillæ, & tot recipiantur Converſæ, clauſuram ſervaturæ, quot ad operas intrà Clauſtrum faciendas, ſervitiaque præſtanda, neceſſariæ judicantur.

40. Recipi etiam queant Donatæ, ſub iisdem legibus, & conditionibus, quibus Donati; quæ clauſuram non promittant, nec Monialium clauſtrum unquàm ingrediantur, ſed foris permanentes, Priorisſæ, Procuratrici, & Conventui, ut ancillæ, in iis quæ extrà Clauſtrum, vel extrà Monaſterium agenda habent, fideliter ſerviant; ſicut & Præpoſito, hoſpitibus, & aliis, omneque miniſterium præſtent, quod Sorores Converſæ non concluſæ facere conſueverunt.

41. Quandò aliquid à Prioriſſâ, vel Procuratrice, ſivè ab aliis, eis eſt injungendum, vel imperandum, vel cum eis agendum, vel loquendum; & quandò ipſæ Donatæ, Prioriſſæ, vel alicui Monialium, ſivè Clauſtralium loqui cupiunt: hoc totum fiat, in communi auditorio, ubi cum ſecularibus agi ſolet, vel in aliquo particulari loco, ad hoc peculiariter juxtà Clauſtrum cum cancellis adaptato, vel adaptando, ut quæ intus ſunt, Clauſtrum egredi, & foris ſunt illud ingredi, non compellantur.

42. In eodem auditorio, à Magiſtrâ ipſis dandâ, diebus, & horis ipſis conſtituendis, Donatæ in pietate inſtruantur, exerceantur in diſciplinâ, in moribus formentur, & quandò neceſſè eſt, tamquàm in ſuo Capitulo objurgentur, moneantur, & prometitis pœnis ſubmittantur.

43. Habitus Donatarum ſit ad inſtar virginum in ſeculo ſub propoſito continentiæ permanentium, ſimplex & modeſtus, griſei coloris albicantis; velamenta quoque capitis, ac collaria ſint ſimplicia, & de ſimplici telâ, ſine ullâ notâ curioſitatis.

44. Donatarum ſingularem curam habeat Præpoſitus, vel Prior, quandò deliquerint, eas per ſuam magiſtram puniri curet.

45. Pro horis verò ſuis, eas legant orationes, quas quotidiè pro iisdem Sororibus converſæ perſolvere debent.

DISTINCTIO TERTIA.

CAPUT I.

De levioribus culpis.

1. Cenſeantur admittere leviores culpas, qui impingunt in ſubſequentia.

2. Qui mox, ut ſignum datum fuerit, relictis omnibus quæ in manibus ſunt, cum maturâ feſtinatione, ad locum ſtationum non venerint, & ad divina reverenter peragenda ſe non præparaverint; & in ordine ſuo compoſitè, ac in ſilentio, ad Eccleſiam non proceſſerint.

3. Qui cantando, vel legendo, vel quæ ipſis ſunt demandata, inattentè & negligenter adimplendo chorum turbaverint, nec tamen coràm omnibus ſe humiliando profundè inclinaverint, vel pro temporis ratione genu flexerint.

4. Qui aliquid tumultûs, vel inquietudinis, in Conventu, vel in dormitorio fecerint.

5. Qui ad menſam, vel ad communem raſuram, tardiùs venerint.

6. Qui per licentiam clauſtrum egreſſi, diuturniorem quàm oportet moram traxerint.

7. Qui Corporale, vel aliquas ſacras veſtes, negligentiâ ſuâ, in terram dilabi permiſerint; vel ceteum fregeriot.

8. Qui aliquid utenſilium, vel aliquid veſtimentorum ſuorum, ex incuriâ, vel levi negligentiâ perdiderint, vel pejoraverint, vel tempore, & loco, & honeſtè non mutaverint.

9. Qui negligentiâ ſuâ in causâ ſunt, ut deſit liber, in quo ſub refectione, vel poſt collationem legi debet.

10. Qui Lectores menſæ adſcripti, Benedictionem ſuſcipere neglexerint.

11. Qui in Conventu, vel alibi in publico aliquid leve, undè alii ſcandalizentur, admiſerint.

12. Qui in aliquo ſuo geſtu, vel in aliâ aliquâ re reprehenſibiles fuerint, vel notabiles.

13. De his & ſimilibus proclamatis, vel ultrò veniam petentibus, Pſalmus unus & alicujus mortificationis actus, ut terræ oſculatio, vel ſimiles injungantur.

CAPUT II.

De mediis culpis.

1. Mediam culpam admittunt, qui in ſubſequentiâ labuntur.

2. Qui

2. Qui in *Nativitate Domini*, ut, pronuntiatis redemptionis noſtræ exordiis, corde & corpore proſtrati, Redemptori gratias agant, antequàm Martyrologium incipiatur, Capitulo non interfuerint.

3. Qui in Choro conſtituti, non fuerint rebus divinis quas tractant intenti, ſed vagis oculis, irreligioſis, vel minùs decentibus motibus, mentis levitatem oſtenderint.

4. Qui ibidem riſerint, vel alios ridere fecerint.

5. Qui lectionem, vel alia quæ eis agenda incumbunt, ſtatuto tempore non præviderint.

6. Qui aliquid aliud legere, vel cantare præſumpſerint, quàm quod *Breviarium*, vel *Ordinarius* præſcribunt, vel communis conſenſus probat.

Diſt. 91. c. Clerici. Diſt. 92. c. Si quis.

7. Qui Horæ Canonicæ, Capitulo, vel communi refectioni vel collationi, absque licentiâ, vel ſine juſta cauſa defuerint, vel ſine licentiâ exierint.

8. Qui ſuâ culpâ Matutinis, antè finitum Pſalmum *Venite*, & ceteris Canonicis Horis, antè primum Pſalmum abſolutum, non interfuerint.

9. Qui abſque benedictione cibum, vel potum ſumpſerint.

10. Qui eâdem quâ clamati ſunt die, proclamantes, quaſi ſe vindicando, clamare præſumpſerint.

11. Qui præſcriptam in his Statutis benedictionem exeuntes non petierint, & eâdem quâ reverſi ſunt die, eam ſuſcipere neglexerint.

22. q. 2. c. Animadvertendum. De Jurejur. c. 5. & 26.

12. Qui neceſſitate non cogente, cum juramento aliquid vel negaverint, vel affirmaverint.

13. Qui in vaniloquium inciderint.

14. (*a*) Qui omiſsâ hâc adjectione (Frater) proprio duntaxàt nomine, Fratrem ſuum appellare in uſu habuerint.

15. Qui circà impoſita ſibi officia incurii, & negligentes deprehenduntur, ut Priores & Suppriores in Conventûs cuſtodiâ, Cantores in iis exequendis quæ ipſis incumbunt; Proviſores & Cellarii in exteriorum curâ, & adminiſtratione; Infirmorum Magiſter in curandis infirmis, & alii in officiis ſuis.

16. Qui in aliquid prædictorum prolapſi ſunt, & de eo ſe ultrò accuſantes, vel ab aliis in Capitulo accuſati, veniam poſtulant, auſterior aliquis mortificationis actus (ut pedum Fratrum oſculatio, Orationis Dominicæ extenſis manibus in medio Refectorii recitatio, potagii, ſive jusculi in terrâ comeſtio) eis imponatur, cum tot Pſalmis, quot negligentiæ, vel culpæ gravitas poſtulare videbitur: hoc abjecto, quòd hi graviùs puniri debeant, qui aliquid prædictorum ſibi familiare fecerunt.

17. Qui autem in Eccleſiâ, Dormitorio, Refectorio, clauſtro, ſivè ambitu; (*b*) ſilentium fregerint, ſi indè fuerint in Capitulo proclamati, ſivè accuſati, unam correctionem accipiant, & ſinè remiſſione uno die in pane & aquâ jejunent, niſi Rector Capituli ex juſtâ causâ mitiùs cum eis agendum duxerit. Innoc. 4. Sedis Ap. Pius 2. Merita veſt. reli. Cap. 6. Cùm ad Monaſt. de ſtatu Monach.

18. Qui verò ſponte ſuâ culpam faſſi, veniam poſtulaverint, remiſsâ correctione, ſolum ad dictum jejunium conſtringantur.

Num. 14. (*a*) *Qui omiſſâ hâc interjectione, Frater &c.* „ Cùm juniores, vel Presbyteri, cum „ Sacerdotibus loquentur, Patres eos appellabunt: Si verò de abſentibus ſit ſermo, etiam Sa„ cerdotes, exceptis Superioribus, Priore & Suppriore, fratres compellabuntur. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1632.

„ Quoniàm verò contrà Statuta, in quibus Abbas ſolus, vocari debet *Dominus*, Prior non„ niſi *Pater*, ceteri tantùm *Fratres* conſuetudo irrepſit, ut Religioſi ſe ſe paſſim *Dominos* ap„ pellent, Capitulum Gen. omnes illos ſeculares agendi modos improbans, ac prohibens, „ ſtatuit eos privandos vino ſub unâ refectione, quotiès contigerit eos per ſimiles mundanas „ ad invicem appellationes huic decreto contravenire. *Cap. Gen. an.* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 17. (*b*) *Silentium fregerint.* Silentii Regularis inſtaurationem in Reformatâ noſtra Congregatione Antiq. Rig. vide ſuprà *Diſt.* 1. *Cap.* 7. *ad N.* 2. Hic vetuſtiſſimum de ejuſdem ſilentii regularis obſervatione præceptum appingimus. „ De ſilentio ſic ſtatuimus obſervandum, „ ut quicumque ſcienter ſilentium fregerit, in locis inhibitis, ſi indè proclamatus non fuerit, „ & in confeſſione ſuâ privatâ humiliter veniam petierit, ab Abbate ſuo pœna ſibi competens „ imponatur. Hoc idem de audientibus frangi ſilentium, & indè non proclamantibus decerni„ mus obſervari. In reliquis ſtatuto Priore de ſilentio obſervando, in ſuo permanente vigore. *Cap. Gen. an.* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Anno ſequenti idem ſtatutum renovarunt PP. ſub eodem Ægidio Capitulariter Congregati, variaque deinceps Capitula ſpecialibus edictis roborarunt. Hic porrò liceat obiter obſervare, quod nemini fas eſt ignorare, videlicet, ſilentii legem non tantùm colloquiis violari, ſed etiam in cellâ propriâ, vel alibi ſtrepitum tumultumve excitando; Quapropter Statuta vetant ſuprà *Diſt.* 1. *Cap.* 13. ne quiſpiam ſua excutiat veſtimenta in Dormitorio, vel in cellis. Silentio quoque contraria eſt linguoſæ manûs, loquaciumque digitorum muta confabulatio, undè iſtius apud quemdam ſilentii legislatorem effati memento.

Si jubet ut taceas, ſtatuâ taciturnior eſto;
Nec redimas ſignis, verba negata tibi.

19. Hu-

19. Huic quoque pœnæ ſubdantur, (*c*) qui ſinè licentiâ clauſtrum exire præſumpſerint, & ſi pro conſuetudine hoc habeant, graviùs puniantur.

20. Dictâ etiam pœnâ plectantur, qui ſcienter veſtes ſuas pejoraverint.

21. Hujuſmodi autem pœnitentes, tàm in cœnâ & collatione, quàm in prandio, pane & aquâ tantùm reficiantur.

22. Abbas in Refectorio, ſivè antè, ſivè poſt, ſivè cum Conventu eomedens, ac etiam is qui ipſo abſente Conventui præſidet, cum his qui ſe coràm ipſis eo tempore præſentant, breviter ac ſubmiſsè loqui poterunt, ac Miniſtris quæ facienda ſunt, imperate.

23. Similiter in præſentiâ Epiſcopi, vel excellentis Perſonæ, ſivè Eccleſiaſticæ, ſivè ſecularis, vel etiam pro alicujus inſtantis operis neceſſitate, ubicùmque locorum fuerit, loqui eis licitum erit.

CAPUT III.

De gravi culpâ.

1. GRavem culpam admiſiſſe judicandi ſunt ſubſequentes.

2. Qui in præſentiâ ſecularium ſcandalosè contenderint.

Diſt. 90. c. 2. Obſt. & 4. ſequent. 3. Qui cum Fratre ſuo, vel cum aliis intùs, vel foris, jurgia ſeu lites habuerint.

4. Qui prâvâ conſuetudine, quàm ſibi familiarem fecere, in fœminas oculo fixerint.

Diſt. 46. c. 6. Clericum. 5. Qui inhoneſta, vel turpia verba protulerint.

6. Qui de re aliquâ non criminali, falſum contrà aliquem teſtimonium, ſine ſecuto graviori damno, vel ejus periculo, aut aliàs non dolo malo, ſed per errorem culpabilem ſine juramento, tulerint.

12. q. 3. c. 17. & ſeq. 7. Qui ex induſtriâ, mendacium alicujus momenti protulerint.

8. Qui ſuam, vel alterius culpam defenderint. Diſt. 23. q. 3 His igitur. & Diſt. 46. c. 8. Seditionarios.

9. Qui ob quamcumque cauſam, minas alicui intenraverint, vel maledicta, vel verba irreligioſa, contumelioſa, ac inordinata in aliquem malitiosè jecerint, vel alicui Fratrum opprobrium dixerint, vel convitiati alicui fuerint, vel in menſâ, vel extrà eam, tumultum notabilem fecerint; quibus omnibus ſtatim, etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, ſi neceſsè ſit, ſilentium debet imperari.

10. Qui alicui Fratrum culpam, pro quâ ſatisfecit, improperaverint.

11. Qui non ſubſecutâ animorum divulſione ſuſurraverint, vel detraxerint.

12. Qui ſupervenientibus parentibus, vel amicis, vel quibuſcumque aliis extraneis, ſine Superiorum ſcitu, atque licentiâ, loqui præſumpſerint.

13. Qui ſine conſenſu Abbatis, ſivè propter primitias, ſivè propter aliam quamcumque cauſam, Parentes, Conſanguineos, vel alios quoſcumque ſeculares Sacerdotes, invitaverint, vel invitari procuraverint.

14. Pro prædictis, ac ſimilibus culpis, veniam ſponrè poſtulantibus, tres auſterioris mortificationis actus imponantur, ac duobus diebus in pane, & aquâ jejunent; elamatis verò unus mortificationis actus, & unius diei jejunium ſuperaddatur.

15. Verùm poterit Capituli Præſes, ſi ita ſaluti, & ſpirituali profectui ſubditorum expedire viſum fuerit, à prædictis jejuniis pœnitentes ſublevare; omnes nàmque prædictæ pœnæ, tàm quoad Pſalmos, mortificationes, & correctiones, quàm quoad jejunia, aliaque ipſius diſcretioni committuntur, ut ipſe habitâ ratione qualitatis culparum, & conſtitutionis, ſalutis, & profectûs delinquentium, dictas pœnas, vel rigorosè injungat, vel pro parte (*a*) relaxet, vel etiam nonnunquàm immutet, 26. q. 1. c. De his & c. Alligant. Ibidem.

Num. 19. (*c*) *Qui ſine licentiâ Clauſtrum exire præſumpſerint.* „ Conſultum Capitulum quid in„ telligeret per prohibitionem egreſſûs è ſeptis regularibus, ſub pœnâ fugitivo debitâ. Reſ„ pondit non intelligere ſe de pœnis Apoſtatarum, ſed de particularibus quibuſdam, fugæ „ ſpeciei & qualitati convenientibus; in quibus ne qua ſit dubitatio, definit, quòd niſi quis „ Monaſterium ipſum fuerit egreſſus, ſatisfaciat tantùm jejunio, pro qualitate exceſſûs, ar„ bitrio Abbatis imponendo. *Cap. Gen. an.* 1619. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

„ R. D. Abbas Tungherloenſis petiit explicari locum ſtatutorum *Diſt.* 3. *Cap* 2. *N.* 19. & de„ cerni quâ pœnâ plectendus ſit, qui exit èxtrà Monaſterium per breve tempus, an pœnâ fu„ gitivorum: Capitulum reſpondit, quod exeunti è Monaſterio per breve tempus, ſcilicet „ per horam, aut circiter, ſit duplicianda pœna contenta in loco Statutorum præallegato, „ non autem pœnâ fugitivorum plectendus eſt. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 7. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 15. (*a*) *Pœnas, vel rigorosè injungat, vel pro parte relaxet.* „ Quandò aliquis jejunat, „ eſtque impoſita per Suppriorem, vel Circatorem pœnitentia, ac Prior menſæ præſidet, po„ natur tota portio antè Priorem, ſed Prior nullam partem pœnitenti mittat, niſi is qui impo„ ſuit, per miniſtrum poſcat, tuncque liberum erit præſidenti quod petitur mittere, vel eti-

niſi

niſi tamen pro conſervatione diſciplinæ, Abbati aliter ſtatuendum videatur.

16. Qui autem pro victu, vel veſtitu, vel pro aliâ aliquâ re murmuraverint, ultrà prædictam pœnam, & ab illo genere cibi vel potûs, ratione cujus murmuraverint, quadraginta diebus abſtineant, & nec veſtes, nec res, cujus vel quarum occaſione in murmur proruperunt, eis dentur: niſi Prælatus judicaverit miſericorditer diſpenſandum.

Caput IV.

De graviori culpâ.

De Maledic. C. Statuimus. 12. q. 1. c. 11. & ſequent.

1. Culpam graviorem admiſiſſe judicandus eſt, qui admittit ſubſequentia.

2. Qui ex iracundiâ, vel turbulentiâ, vel vitioſâ aliquâ paſſione jurans, vel ex aliquâ vilipendentiâ, vel ex minori de Deo Sanctiſque ejus æſtimatione, aliqua de ipſo Deo, vel de Beatiſſ. Virg. Maria, vel aliis Sanctis, vilia vel inhoneſta, vel ſcandaloſa protulerit, vel in blaſphemiam inciderit.

3. Similiter, qui furtum alicujus momenti admiſerit, vel (*a*) rem notabilem ſibi collatam celaverit, & in commune non redegerit: hi omnes quinque diebus gravioris culpæ ſubdantur. At verò ſi res furto ſublata, vel occultè retenta, ſit exigua, delinquens pœnâ gravibus culpis decretâ mulctetur.

4. Paſtores quoque, eorum Capellani, aliique Beneficiati, qui voti ſtabilitatis in loco immemores, extrà reſidentiæ ſuæ loca diſcurrunt & divagantur, & qui eadem loca, ſine licentiâ, vel Parochiarum ſuarum, Beneficiorumque ſuorum evidenti neceſſitate, vel pro ſcandalo evitando, aut niſi Epiſcopus, vel alia excellens perſona, eos ſecum retinendos duxerit, aliter quàm ſuprà, *Diſt.* 2. *c.* 23. præſcriptum eſt, exire præſumpſerint, ſimiliter quinque diebus, niſi gravior lapſus graviùs feriri debeat, huic pœnæ ſubdantur.

5. (*b*) Ludentes aleis, vel alio quocumque luſu, pro pecuniâ, ſi ſuper Diſt. 35. c. 1. de vitâ &

„ an nihil omninò dare, ſi ità ei neceſſarium viſum fuerit. *Cap. Prov. an.* 1643. *Antverp. celeb.*

Num. 3. (*a*) *Qui rem ſibi collatam celaverit.* Quicumque in tantum progreſſus fuerit malum, inquit S. P. Aug ut occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit, ſi hoc ultrò confiteatur, parcatur illi & oretur pro eo: Si autem deprehenditur; atque convincitur, ſecundùm arbitrium Presbyteri, vel Præpoſiti graviùs emendetur. Grande ergò piaculum ſubit, noſtrùm quicumque litteras occultè vel mittit, vel miſſas ad ſe recipit, ex quò Beatiſſimi P. Aug. Regulam, noſtram facere non dubitavimus, juſſo tamen Capitulorum noſtrorum arbitrio explanandam. Quomodò autem in Capitulis explanatum fuerit illud Auguſtinianæ Regulæ monitum, in ſequentibus eorum decretis intuere.

„ Diſtrictè prohibetur litterarum occulta, & ſine licentiâ Abbatis, vel Prioris, abſente Abba„ te, acceptio vel traditio. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

„ Videant Superiores litteras omnes, quæ ſcribuntur à Religioſis, aut ad eos tranſmittuntur, „ ſigillenturque omnes illæ ſigillo Conventûs, ac quantum fieri poteſt, eodem modo com„ plicentur. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1644.

„ Non licet mittere nec recipere litteras, quæ etiam ad interiorem ſtatum conſcientiæ ſpectant, „ niſi de licentiâ ſuperioris. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1660.

„ Le Chapitre a ordonnè que l' on' n' ècrivit pas, ny receuvoit aucune lettre, ſans la permiſ„ ſion des Superieurs; & enjoint aux Superieurs de les lire toutes, & de les cachetter eux „ mêmes du cachet de la maiſon. *Cap. Prov an.* 1684. *Pariſ. celeb.*

„ Prohibetur ſeveriſſimè omnibus Ordinis noſtri Religioſis, ne ullas litteras, vel ſcribant, vel „ recipiant, abſque ſcitu & conſenſu Superiorum; quique inferiorum in hoc peccare depre„ henſi fuerint, in pane & aquâ, abſque ullâ relaxatione, jejunare cogantur. *Cap. Gen. an.* 1686 *Seſſ.* 14. *Præm ſub Michaele Colbert celeb.*

Idem priùs decretum fuerat in Capitulo Gen. an. 1670. in quo ad quæſtionem factam. „ Quâ „ pœnâ plectendi, qui litteras mittunt & recipiunt, inſciis ſuis Superioribus? Reſpondit „ Capitulum, pro primâ vice plectendos eſſe jejunio unius diei, in pane & aquâ, & ſi reci„ derint, pœnam duplicari debere. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 8. *Præm. ſub eodem M. Colbert celeb.*

Num. 5. (*b*) *Ludentes quocumque luſu pro pecuniâ* „ Capitulum omne genus ludi, etiam pro „ honeſtâ ratione conceſſi, pecunia, vel aliquo pecunia æſtimabili interveniente, omninò „ prohibet, ſub pœna proprietario debita, ſicut etiam omnem ludum per Canones & Statuta „ damnatum. *Cap Gen. an.* 1605. *Præm. ſub Franc. à Longo Prato celeb.*

Idem prohibitum legere eſt in Cap. Gen. an. 1618 ſub Petro Goſſetio. Itemque in actis Capituli Circariæ Franciæ, his verbis „ Le Chapitre defend très'etroitement, ſelon les Conſti„ tutions de l' Ordre, de joüer aux cartes, ou autres jeux pour de l'argent, tant aux Bene„ ficiers, qu' aux Religieux Conventuels ſous les peines decernèes par le droit & les Con„ ſtitutions de l' Ordre. *Cap. Prov. an.* 1684. *Pariſ. celeb.*

His omnibus, & aliis idem prohibentibus Capitulorum Generalium Provincialiumque decretis, concinit Capitulum Generale ultimum, quod „ Decrevit ut qui luderent pro pecunia, pœ„ na contrà proprietarios punirentur. *Cap. Gen. an.* 1717. *Præm. ſub D. Honorato Lucas celeb.*

hoc

hon. Cler. c. 15. Clerici. Dan. Apoſt. 42. & 43. Diſt. 55. c. Nullus. 3. q. 3. c.

hoc convicti fuerint vel confeſſi, aut graviter infamati, ſivè Paſtores ſint, ſivè Conventuales, ſivè Officiales, ſivè alii Beneficiati, pœnæ gravioris culpæ, ſex diebus ſubmittantur.

6. Qui Priori, vel Suppriori, vel Præſidi Conventûs per contumaciam, & manifeſtam rebellionem inobediens fuerit, vel cum aliquo eorum (*c*) intùs, vel foris, turpiter & protervè contenderit: ſi cum Priore, viginti, ſi cum Suppriore, vel Conventûs Præſide, decem diebus, gravioris culpæ pœnam ſuſtineat.

7. Ne verò tali pervicaciâ & tàm effreni audaciâ, Superiorum pereat, vel vileſcat authoritas, ipſi Superiores, tàm enorme peccatum ſubticere non poſſint, ſed Prælato indicare teneantur, ut ipſe prædictam pœnam, quam præter eum nullus relaxare, vel mitigare queat, delinquentibus imponat, & rigorosè ab eis exigat.

8. Qui autem prædicta contrà Abbatem perpetraverit, triginta diebus prædictâ pœnâ caſtigetur.

9. (*d*) Quicumque extraneis perſonis quibuscumque, qui non ſunt Ordinis noſtri, querelas detulerint, quòd pro ſuis exceſſibus puniantur, aut quod adminiſtrationes, vel obedientiæ, ad placitum ſibi non conferantur, aut quòd tàm citò ac vellent ad Ordines non mittantur, pœnâ gravioris culpæ, ſeptem diebus puniantur.

10. Verùm, ſi Eccleſia indè damnum ſit perpeſſa, vel aliquod inconveniens perſonis, vel rebus illatum, puniantur ſicut infrà in Capite *De Percuſſoribus* decernitur.

11. Veruntamen, poterit Abbas pro ratione culpæ, & delinquentis humilitate, hanc pœnam nonnihil mitigare.

12. Quicumque, propter grave aliquod admiſſum ſcandalum, fuerit ad clauſtrum revocatus, ut ibidem gravioris culpæ pœnam ſubeat, vel qui fuerit, propter publica ſua demerita, ab officio, ſivè obedientiâ ſuâ depoſitus, infrà biennium, non detur ei ulla obedientia nominata.

Caput V.

De tempore & modo gravioris culpæ.

1. QUi pœnitentiæ gravioris culpæ ſupponi debet, ad Capitulum veniens, à Præſide ſubmonitus, flexis loco conſueto genibus, ſceleris ſui immanitatem flebili voce proferat humiliter veniam petat; & ſi ità Abbati neceſſarium, vel expediens videatur, denudatus diſciplinam accipiat, ac demùm, quot diebus in hâc pœnitentiâ debeat permanere, Prælatus declaret.

Diſt. 45 c. Qui emendat. c. Cùm beatus. §. Salomon.

Num. 6. (c) Qui intùs vel foris turpiter, & protervè contenderit. In antiquiſſimo Ordinis noſtri Capitulo Generali, cujus epocha me fugit, ſtatutum fuerat, ut quicumque Abbatibus, Prioribus, Supprioribus, Circatoribus verba contumelioſa dicerent, culpæ graviori 20. dierum ſubderentur, modo conquerens, ejuſmodi verba ſibi defacto fuiſſe dicta; jurare voluiſſet, excepto Abbate, à quo juramentum præſtolari neceſsè non erat. Hoc decretum penitùs revocarunt PP. Capituli Generalis anni 1279. Quo motivo ducti? penès lectoris judicium ſito. Facilè tamen crediderim idèo tale decretum abolitum fuiſſe, non ut contumelioſis impunitas, ſed ne confratribus inimicis impunè jurandi falsò liberior ſubminiſtraretur occaſio, ſic enim in dicta prætacti decreti revocatione ſubnectitur. „ Caveant tamen talia præſumentes, quià ſi „ ſuper præmiſſis vehemens præſumptio habeatur, quantùm regularè poterit fieri, contrà ip„ ſos ſtatuimus procedendum. *Cap. Gen. an. 1279. Præm. ſub Ægidio Abb. celeb.*

Quià verò comprobatu non ità facilis eſt ejuſmodi ſubditorum adversùs Prælatos, quæ tumeſcit in occulto, protervia, dubium omne reſolvit Capituli Generalis ultimi judicium: quo declaratum eſt, Religioſum qui occoltè injuriam facit Superioribus, aut aliis fratribus, uſque ad commiſſionem peccati mortalis, ipſo facto ſuſpenſionem, &, ſi in ſacris non ſit, excommunicationem incurrere, quamvis contrà ipſum nulla reperiatur probatio, dictumque caſum inter reſervatos reputari debere, prout in Cap. Gen. an. 1670. Seſſ. 7., & an. 1686. Seſſ. 13. jam priùs expreſſis terminis, ſancitum eſt.

Num. 9. (d) Quicumque extraneis perſonis querelas detulerint &c. „ Statutum eſt in Generali „ Capitulo, ut quicumque noſtri Ordinis, cujuſcumque ſtatûs vel conditionis exiſtant, qui „ perſonis aliis, qui ſcilicet de Ordine noſtro non exiſtunt, querimoniam tulerint, ſuper eo „ quòd pro ſuis exceſſibus correcti fuerint; aut pro eo quòd in ſuis Eccleſiis, vel aliis per „ Dominum Præm. Patres Abbates, Viſitatores, ſeu per proprios Abbates, quæ ſibi diſpli„ cent ordinantur; ſi Prælati fuerint, in ſequenti Capitulo ad arbitrium Definitorum gra„ viter puniantur, ſi verò ſubditi fuerint pœna gravioris culpæ 40. dierum, in propriis Ec„ cleſiis puniantur, & omni honore careant, & obedientia nominata toto tempore vitæ ſuæ. „ Conſtabit de præmiſſis ſi tàm Prælati quàm ſubditi ſuper præmiſſis convicti, vel confeſſi, „ vel contrà eos vehemens præſumptio habeatur. *Cap. Gen. an. 1294. Præm. ſub Guillel. de Louvignies celeb.*

2. To-

2. Toto tempore, quo hæc pœnitentia durat, in omni Conventu, (*a*) pœnitens ſit omnium poſtremus, & ab aliis maneat ſegregatus; ut qui perpetrando culpas, non horruit fieri membrum diaboli, ſequeſtretur ad tempus à conſortio ovium Chriſti; ut hâc ignominioſâ ſegregatione confuſus, quærat nomen Domini, & ſalutari triſtitiâ, quæ ſecundùm Deum eſt, & ſalutem ſtabilem operatur, verè compunctus, reſipiſcat à diaboli laqueis, ac ſalvus fiat.

3. In medio Refectorii, pœnitentiâ hâc durante, ſuper nudam terram, ſivè ſuper pavimentum ſedens, ſeorſim comedat, nullaque menſâ ei ſternatur, ſed ejus menſa ſit terra, vel genua.

4. Panis rudior ſit ejus cibus, & aqua ſit ejus potus; niſi Prælatus, vel in ejus abſentiâ Prior, exiſtimaverit aliquid amplius miſericorditer ei indulgendum.

5. Reliquiæ refectionis ejus, cum Fratrum reliquiis non miſceantur, ut cognoſcat ità ſe ſegregatum à conſortio Fratrum, ut privandus ſit, niſi verè pœniteat, conſortiis Angelorum.

6. Nullus ei ſe jungere audeat, nec aliquid mandare præſumat.

26. q. 7. c. De his. & c. Alligant. 7. Ne verò mentem omnino dejiciens pusillanimis efficiatur, ac in deſperationis barathrum decidat, Abbas interdùm aliquos ex Senioribus mittat, qui eum hortentur ad pœnitentiam, provocent ad patientiam, ad fiduciam foveant, incitent ad compunctionem, & ei apud miſericordiarum Patrem, ſuâ prece, & interceſſione ſuccurrant.

8. Quamdiù quiſpiam in hâc eſt pœnitentiâ, non communicet, nec ad oſculum pacis veniat, officium qualecumque in Eccleſiâ exerceat, nec antè plenariam abſolutionem, ac ſubſecutam ſufficientem emendationem, ulla ei obedientia committatur.

9. Hæc pœnitentia, ultrà quadraginta dies nulli imponatur.

10. Quamdiù quiſpiam eſt in hâc pœnitentiâ, omni feriâ ſextâ, abſque ulla diſpenſatione, pane ſolùm & aquâ reficiatur: at feriis ſecundis, & quartis, Abbas, vel qui Conventui præeſt, pœnitenti unum pulmentum, ac etiam communem potum concedere poterit, ſed non amplius.

11. Aliis verò diebus, licitum erit ei qui præeſt, tantùm ex communi cibo, potuque indulgere pœnitenti, quantum ei viſum fuerit expedire: ſalvo quòd de his, quæ Conventui in cibo vel in potu adminiſtrantur, ſemper aliquid ſubtrahatur.

12. In feſtis Duplicibus, ac in manifeſtâ pœnitentis infirmitate, pœnitentia ſuſpendatur, ſicut etiam quandò venæ ſectione minutus eſt, quæ tamen minutio, niſi magnâ neceſſitate cogente, nullatenùs concedatur.

13. Quicumque Prælatus in hâc conſtitutione, abſque gravi & juſtâ causâ, aliter quàm ſuprà eſt præſcriptum diſpenſare, vel aliquid relaxare præſumpſerit, à Patre-Abbate, vel Vicario, ſivè Viſitatore hoc deprehendente, ad Capitulum Generale deferatur, ut ibidem pro modo trangreſſionis debitè puniatur. At verò ſi quiſpiam alius Superior, vel qui menſæ præfuit, hâc in re deliquiſſe convincatur, quidquid de prædictâ pœnâ ſubtractum deprehendi ur, hoc totum per Abbatem, in ſubtrahentis caput refundatur.

14. Eâdem pœnâ puniantur illi, qui alias Statutorum pœnas, propriâ authoritate, temerè, & ſine causâ relaxant, & aliter quàm oportet, & expedit, in illis, diſpenſant, violantes diſciplinam, ſubditis peccandi præbentes audaciam, & Religionis ſplendorem obfuſcantes.

15. Hoc autem ſtudioſè, & ſtrictè Superiores ſervent, ut occultâ crimina, quæ revelata gravem infamiam parere poſſent, occultâ duntaxàt punitione caſtigent; publica verò publicâ pœnitentiâ feriant, ut ſcandalum, quod delinquentes ſuâ iniquitate pepererunt, in quantùm fieri poteſt, reparetur. 2 q. 1. c. Si peccaverit. 23. q. 4. c. Si quis poteſtatem.

Caput VI.

De eorum pœnitentiâ qui circà Sacro-Sancta Miſſæ eſſentialia, vel neceſſaria, aliquem errorem admittunt.

1. Qui circà Miſſæ eſſentialia publicè, & cum ſcandalo errorem aliquem admiſerit; qui nimirum debitam materiam, triticeum ſcil. panem, & vinum vitis, in conſecrando non habuerit, aut in vino corrupto, ſivè aceto celebraverit, vel vino aquam non miſcuerit, vel ſuper debitâ materiâ De Celebr. Miſſ. C. 7. & 14.

Num. 2. (*a*) *Pœnitens ſit omnium poſtremus.* Ordinat Capitulum ut ii qui ſunt in pane doloris, „ & aqua triſtitiæ, ob pœnitentiam ſalutarem, ſint cappati, & ultimi Sacerdotum, ſi ſint „ Sacerdotes, & Novitiorum, ſi ſint Novitii. *Cap. Gen. an.* 1557. *in Colleg. Præm. ſub D. de Lyones Vic. Gen. celeb.*

Digitized by Google

eſſentialem formam non protulerit; vel eam proferendo, conſecrare non intenderit.

2. Similiter, qui ex aliquâ ſuâ culpâ ſumptum hoc *Sanctiſſimum Sacramentum* ejecerit; & qui exceptâ infirmitatis neceſſitate, vel aliâ licitâ causâ, non jejunus ſacrificaverit, vel communicaverit; & qui ſuâ negligentiâ, *Corpus Domini* in terram labi permiſerit, vel *Sanguinem ejus*, calicem evertendo, vel è manibus labi ſinendo, vel alio quovis modo, ſivè in toto, ſivè in parte effuderit; propter nimiam quam admiſit irreverentiam, ſubjunctæ pœnitentiæ abſque ullâ diſſimulatione, vel relaxatione ſubdatur.

De Confec. Diſt. 2. c. Si per. neglig.

3. In hoc igitur caſu, Abbas Capitulo præſideat, vel ejus juſſu Prior, omneſque, tàm qui in Abbatiâ, quàm qui in Conventu ſunt, Fratres ſint præſentes, dictoque ab eo qui præeſt, *Benedicite*, reus ad medium Capituli procedat, & flexis ibidem genibus, Religioſo pudore culpam ſuam fateatur, ibique pro eâ pœnitentiam injungi petat, & ut Fratres, fraternâ commiſeratione moti, pro tanto ſuo exceſſu, Deo ſatisfacere velint, magnâ humilitate deprecetur: eoque facto ſe toto corpore in terram proſternat.

4. Prælatus autem, cæterique omnes, ſe in genua provolventes, legant *Septem Pſalmos Pœnitentiales*, quibus Cantor *Litaniam* addat, in cujus fine, lectis *Pater noſter*, & *Ave Maria*, Prælatus, vel qui præeſt, hæc ſubjungat.

Domine, non ſecundùm peccata noſtra &c.

Domine, ne memineris &c.

Adjuva nos Deus ſalutaris &c.

Poſt partum &c.

Ora pro nobis, Beate Pater Norberte &c.

Sancti Dei omnes &c.

Domine, exaudi orationem meam &c.

Dominus vobiſcum &c.

Oremus.

In c. Jejun. Ibidem.

Omnipotens ſepiterne Deus, confitentibus. &c.

Exaudi Domine preces noſtras &c.

Deus infinitæ miſericordiæ &c.

Famulorum tuorum quæſumus Domine delict. &c.

Deus, qui Beatum Norbertum &c.

Majeſtati tuæ nos, quæſumus Domine, omnium Sanctorum ſupplicatio beata conciliet: ut qui incſſabiliter actibus noſtris offendimus, eorum precibus adjuvemur. Per Dominum. Reſp. Conventus. *Amen.*

5. His completis, omnibuſque reſidentibus, Rector Cap. pœnitenti adhùc proſtrato, ſi culpæ magnitudo hoc poſtulet, triduanum, vel ſaltem biduanum in pane & aquâ jejunium, interpolatis diebus, ut feriis ſecundâ, quartâ, & ſextâ peragendum, ac tres, vel duas diſciplinas, privatim ſuſcipiendas imponat.

6. Deindè ut pro admiſsâ irreverentiâ, per reverentem ſui à menſâ Domini ſubtractionem, aliquo uſque ſatisfaciat, jubeat Prælatus ut ab hujus Sacro-Sancti Sacrificii oblatione, & à Communione octiduò ad minùs abſtineat. His peractis, juſſu ejus qui præeſt, ſurgat, redeatque ad locum ſuum.

7. Si autem hac in re grave peccatum, vel ſcandalum ſit admiſſum, imponatur Conventui una diſciplina, quam ſibi quiſque privatim infligat, & unius diei jejunium, & ad utrumque, ipſe quoque Abbas ſit obligatus.

8. Si Abbati aliquid prædictorum evenerit, ad Capitulum veniens, & æterni Arbitri iram præveniens; & ſemetipſum ſeverâ diſtrictione dijudicans, & temporaliter damnans, ne à ſupremo Judice diſtrictiùs judicetur, & in æternùm damnetur: Fraternis precibus, & piis operibus, hunc exceſſum deleri poſtulet.

9. Quo facto flexis genibus, ea cuncta peragantur, quæ ſuperiùs ſunt præfixa, & pro delicti gravitate, vel triduanum, vel biduanum panis & aquæ jejunium Prælatus ſubeat, & privatim ternâ, vel binâ diſciplinâ, ſemetipſum caſtigare teneatur.

10. Ut verò, pro paterno delicto exactiùs ſatisfiat, teneantur omnes, nullo excepto, ad unius diei jejunium, ac ad unam diſciplinam ſeorſim, ut ſuprà, ſibi inferendam.

11. Inſuper, niſi gravis premat neceſſitas, octiduò à Communione Prælatus abſtineat.

12. Quod ſi aliquis ex malitiâ, in iis, quæ ſuperiùs expreſſa ſunt, deliquiſſe comperiatur judicio proprii Abbatis, vel Vicarii, pro perverſitatis enormitate, graviùs puniatur, & quæ præſcripta ſunt, pro delicti gravitate, diſcretè augeantur.

Caput VII.

De ſecretis Ordinis non revelandis.

1. Nullus Ordinis noſtri Religioſus ſecreta Capitulorum noſtrorum, ſivè objurgationes, correctiones, & qui à Fratribus committuntur exceſſus, nec etiam interiores, ſi quæ ſint, diſſenſiones, atque diſcordias, vel quæcum

Diſt. 96. c. In Scripturis. 5. q. 5. Qui aut diſ-bulat.

cumque alia, undè Ordo infamari vel turbari poſſet, ſcienter, & cum deliberatione, extraneis publicare, vel divulgare, quocumque modo præſumat.

2. Quod ſi quiſpiam convictus fuerit vel palàm confeſſus in eo ſe deliquiſſe, per viginti dies, pœnæ gravioris culpæ ſubjaceat; niſi ejus malitia, vel ſcandali indè exorti magnitudo poſtulet, ut graviùs puniatur.

3. Inſuper voce tàm in Capitulo quàm extrà, ac etiam obedientiâ nominatâ, abſque ullâ diſpenſatione, per quinquennium careat: nàm hujuſmodi infamatores, tanquàm Ordinis noſtri deſtructores, judicandos, & puniendos decernimus.

CAPUT VIII.

De lapſu carnis.

Diſt. 81. c. Clericus ſolus.

1. SI quiſpiam extrà Monaſterium habitans, de lapſu carnis graviter fuerit diffamatus, Frater qui cum eo eſt, vel cui hoc innotuerit, tàm citò ac fieri poteſt hoc Abbati ſignificet, & Abbas de rei veritate ſtatim inquirat.

Vide, de cohabit. Clerici. C. 2. Si quiſquam. Diſt. 33. c. 3 His igitur. De Conſ. Diſt. 4. c. Mon.

2. Si inquiſitione factâ, de lapſu convinci non poſſit, comperiatur tamen ſuſpectâ converſatione, vel aliâ ratione culpabili, infamiæ cauſam dediſſe; pro enati ſcandali, & peccati magnitudine, pœnæ gravioris culpæ ſubdatur, omniſque ſuſpecta converſatio ei interdicatur, & ſi eam reiteraverit, pro convicto, & confeſſo damnetur, vel ſi neceſsè ſit, revocetur, nec remittatur quouſque ibidem, ſine populi offenſione, & cum fructu verſari poſſit.

3. Si abſente Abbate, intùs vel foris, aliquod ſcandalum oriatur, vel alicujus lapſus per exortam infamiam, vel aliâ quâcumque ratione, certò innoteſcat, & ſit in morâ periculum: ſi intùs contingat, Prior ſe de perſonâ ſecurum reddat, & ab officio, (ſi quod habet) infamatum, vel lapſum ſuſpendat; ſi verò foris acciderit, & majoris mali ſit probabilis metus, & evidentia, vel magna ejus rei deprehendantur indicia, ex conſilio vicini Abbatis (ſi quis ſit) vel Supprioris, Circatoris, aliquorumque Seniorum de domo, ſi alio modo commodè reduci nequeat, reum apprehendi curet, tàm conſideratè, & cautè, ut hoc neque ipſi innoteſcat, neque tumultuoſo aliquo agendi modo, ſcandalum augeatur.

Diſt. 50. c. Pervenit. ad nos.

4. Reductum Fratrem ſub arctâ cuſtodiâ Prior contineat, quoſd uſque quid actum ſit Abbati ſignificaverit, & ipſe quid de eo fieri debeat, ordinaverit.

5. (*a*) Qui autem de lapſu carnis, vel confeſſi ſunt, vel convicti, pœnâ gravioris culpæ, & carcere pro delicti, & ſcandali gravitate, & diverſitate ſeverè puniantur: ac inſuper infrà triennium à die quo carcerem exiverint, non habeant obedientiam nominatam, nec vocem in Capitulo, vel alibi, niſi in accuſatione ſui. 27. q. 1. Impudicos. & ibidem pluribus.

6. Qui verò Ordinis noſtri Sorores imprægnaverint, vel cognoverint (dummodò hoc conſtet) pœnæ gravioris culpæ 40. diebus ſubmittantur, & carceri includantur, & voce careant tàm activâ quàm paſſivâ, toto tempore vitæ ſuæ, & ſi emitti debeant, infrà decennium minimè revertantur. Ibidem Si qua Monachis. 28. q. 1. Si quis Epiſcopos.

7. (*b*) Quicumque ad Dormitorium, aliaque clauſtralia loca, fœmineam perſonam, ad complendam ibidem cum ea libidinem ſuam, convictus fuerit adduxiſſe, carceri mancipetur, & ſi ſit emittendus, intrà decennium non revertatur.

8. Si in aliis Monaſterii locis, extrà loca regularia, cum mulieribus convictus fuerit deliquiſſe, carceri includatur, & ſi fuerit emittendus, intrà quinquennium minimè redeat.

9. Qui in crimine exfornicationis, ſivè de ſodomiâ, ſimilibuſque fuerint convicti, vel confeſſi, perpetuo carceri in domibus propriis mancipentur; & qui tales defendere, vel fovere præſumpſerint, pœnâ gravioris culpæ viginti diebus plectantur. Pius 5. Horrend. illud ſcelus. Leo 10. in Conc. Late. 32. q. 7. c. 13. Flagitiis Arg. De purg. Canonic. Cap. 10, Inter.

10. Qui autem de prædictis criminibus ſuâ culpâ graviter fuerint infamati, & tamen de facto convinci non poſſunt, viginti diebus pœnæ gravioris culpæ

Num. 5. (*a*) *Qui de lapſu carnis confeſſi vel convicti &c.* Pœnis in hiſce ſtatutis adversùs tanti criminis reos decretis, add derunt PP. Circariæ Bohem. privationem ſtalli, & inhabilitatem perpetuam ad curam ſeu regimen animarum. Vide *Cap. Prov. Bohem. an.* 1681. *Seſſ* 7. *Num.* 2. & 3.

Num. 7. (*b*) *Quicumque ad Dormitorium &c.* „ Statuitur ut quicumque de Ordine noſtro mulierem in Dormitoriis, Eccleſiis, Refectoriis, & Clauſtris Monaſteriorum Ordinis, ad explendam ſuam libidinem, ibidem convictus fuerit adduxiſſe, ad remotam Eccleſiam ſine dilatione aliqua mittatur à Circatoribus, in eadem perpetuò moraturus, & facturus obedientiam manualem. Illi autem qui alibi infrà ſepte Monaſteriorum, cum mulieribus convicti fuerint deliquiſſe, ad remotas Eccleſias emittantur, ad domos proprias infrà quinquennium minimè reverſuri. *Cap. Gen. an.* 1292. *Præm. ſub Guillel. de Louvignies celeb.*

ſubdantur, & ad triennium incarcerentur.

Caput IX.

De Conſpiratoribus, infamatoribus, rebellibus, ad extraordinariam jurisdictionem confugientibus, & perjuris.

Clem. 1. §. Quia verò de ſtatu Monach. Diſt. 96 C. In ſcripturis

1. QUicumque conſpiraverint, ſivè concordiam aliquam perverſam contrà Prælatos, vel Confratres ſuos, malitiosè inierint; vel conjuraverint, quòd eos, vel turpiter infamabunt, vel in corpore lædent, vel injuriâ magnâ afficient; vel de facto apud ſeculares, vel Religioſos, maximè qui non ſunt Ordinis noſtri: eos graviter diffamaverint.

Vide 5. q. 1. c. Si qui. & c. præcedens. Lib. 5 Decret. tit. 2. c. 1. & 2.

2. Similiter qui rythmis, vel verſibus, chartæ, vel muro inſcriptis, vel libello famoſo in publicis locis projecto, vel alio quocumque modo, ſivè privatim, ſivè publicè ſparſo, de aliquo peccato, intrà vel extrà Clauſtrum admiſſo, & maximè (*a*) ſi calumniosè, & falsò, Abbates, vel Fratres ſuos infamaverint, & de eo confeſſi fuerint, vel convicti.

Diſt. 50. ſparſim. & 16. q. 1. c. In Canonibus.

3. Illi quoque, qui Ordinis diſciplinæ tàm ſunt rebelles, ut propter ſuam contumaciam, & obſtinationem, vel excommunicari debeant, vel ad eos coërcendos oporteat adhibere brachium ſeculare.

4. Demùm, (*b*) quicumque ſubditorum, prætermiſsâ Ordinis jurisdictione, ad extraordinariam (ſivè Eccleſiaſticam, ſivè Laicam) jurisdictionem confugerint, niſi à proſequendo quòd inceperant infrâ triduum reſipiſcant, & prorsùs abſtineant.

2. q. 4. c. Clericus & ſeq.

5. Prædicti omnes in domibus propriis, 40. diebus pœnæ gravioris culpæ ſubdantur, & pro delicti exigentiâ, triennio, vel diutiùs carceri mancipientur, ac toto tempore vitæ ſuæ extremum Ordinis ſui locum teneant, & vocem non habeant, niſi in accuſatione ſui, & nullam obtineant obedientiam nominatam, niſi ad propriorum Abbatum atque Confratrum, aliorumque proborum virorum, qui de eorum emendatione, & humilitate, fidele perhibeant teſtimonium, interceſſionem,

---

Num. 2. (*a*) *Si calumniosè Abbates, vel Fratres ſuos infamaverint.* „ Cùm inter diffamatores „ Fratrum Ordinis, & Abbatum in ſtatuto de diffamatoribus, nulla differentia ſit expreſſa, „ quamvis major ſit exceſſus diffamare Prælatos, quàm ſubditos, proindèque pœna gravior „ culpis gravioribus debeat adhiberi, Statuimus utquicumque Ordinis noſtri Prælatos ſuper „ gravi, & peremptorio accuſaverint, niſi probaverint legitimè quod propoſuerunt, vel qui „ aliàs Prælatos ſuos graviter diffamaverint, ad Eccleſias valdè remotas, in pœnâ gravioris „ culpæ quinquaginta dierum, emittantur, ibidem per decennium moraturi. *Cap. Gen. an.* 1273. *Præm. ſub Guerrico Abbate celeb.*

„ Statuimus ut infamatores fratrum, & præcipuè Abbatum, ter in anno excommunicentur, & „ ſi de his confeſſi fuerint, vel convicti, carceri mancipentur. *Cap. Gen an.* 1291. *ſub Guillel de Louvignies celeb.*

Num. 4. (*b*) *Quicumque ſubditorum ad extraordinariam juriſdictionem confugerint* Non rapinam fecit, ſed privilegium propriis meritis adeptus eſt Ordo Præmonſtratenſis, quo ſubditorum ſuorum nulli fas eſt, ad aliam, quàm ad ipſiuſmet Ordinis, audientiam, ſeu tribunal confugere, aut fratrum quemlibet provocare. Anno quippè 1177. Alexander PP. 3. attendens quomodò Ordo noſter multâ refulgeret, gloriâ meritorum, inter plures, quibus eum nobilitavit, præeminentias, eam de quâ hic agitur, ſic in ſuo diplomate declaravit „ Si verò inter aliquas veſtri Ordinis Eccleſias de temporalibus quæſtio emerſerit, non extrà Ordinem Eccleſiaſtica, vel ſecularis audientia requiratur; ſed mediante Præmonſtratenſi Abbate, & ceteris quos vocaverit, aut charitativè inter eas componatur, aut auditis utrinque „ rationibus, eadem controverſia juſto judicio terminetur, &c.

Alexandro ſuccinuit Lucius 3. an. 1183. hoc prædeceſſoris in Ordinem noſtrum benevolentiæ ſuperaddito, quòd „ Nullus Prælatorum vel ſubditorum, in iis quæ ad diſciplinam, & inſtituta Ordinis ſpectant, audeat, proùt in Lateranenſi Concilio ſtatutum eſt, appellare; ſed „ ſi quiſpiam appellare tentaverit, nihilominùs illi, quorum intereſt, regularem diſciplinam „ exercere debebunt.

Horum Pontificum ſanctioni applauſere ſucceſſores Urbanus 3. an. 1187. Clemens 3. an. 1188. Innocentius 3. an. 1198. Honorius 3. an. 1217. Gregorius 9. an. 1227 Innocentius 4. an. 1246. Urbanus 4. an. 1261. Gregorius 10. an. 1272. qui omnes, expreſſis terminis, hocce privilegium ab Alexandro & Lucio Pontificibus Ordini noſtro conceſſum, ſpecialibus reſcriptis inſtaurarunt. Quibus etiam Concilium Baſileenſe, ceterique poſt ipſum Romani Pontifices uſque ad Paulum V. an. 1615. ſubſcripſerunt.

Tot tantiſque fultam præſidiis juriſdictionem, Generalia Ordinis Capitula, variis decretis intemeratam ſervare conati ſunt, ex quibus tibi unicum ſubminiſtramus. „ Ordinat Capitulum ne „ quis Religioſorum Abbatem ſuum in jus vocet coràm judicibus ſecularibus; Sed coràm Patre-Abbate: nec appellent ab ullâ ſententiâ frivolè; alioquin plectantur juxtà ſtatuta Ordinis. Item „ inhibet omnibus Religioſis Clauſtralibus & Beneficiatis, ne quocumque prætextu, coràm „ judice ſeculari, vel quâcumque de causâ, etſi de titulo Beneficii agatur, compareant, niſi „ de licentiâ R. D. Præmonſt. vel Capituli Gen. *Cap. Gen. an.* 1575. *Præm. ſub Joanne de Pruetis celeb.*

per

per Capitulum Generale circà prædictos miſericorditer fuerit diſpenſatum.

6. Si prædicti in propriis domibus puniri nequeant, per illos ad quos emiſſio ſpectat, emittantur: ac ſine ullâ relaxatiòne pœnam, in loco ad quem mittuntur, ſuſtineant ſupradictam.

De calum. C. 1. Cùm fortiùs, Lib. Decr. ubi ſup.

7. Illi verò, qui proptios Prælatos diſſamaverint, vel ſuper gravibus & peremptoriis accuſaverint; nec tamen legitimè probare potuerint; pœnis ſuprà-poſitis ſubjaceant, & ſi eos oporteat emittete, infrà decennium minimè revertantur, niſi per Dominum Præmonſtratenſem, vel Capitulum Generale deſuper fuerit diſpenſatum: & contrà hujusmodi diſſamarores, perſonis ſecularibus gravibus & honeſtis fides adhibeatur.

6. q. 1. c. 17. Infames & 18 Quicumque. & 6 q. 5. c. 1. & ſeq.

8. Quicumque de ſolemni perjurio convicti fuerint, vel confeſſi, omnem ſuperiùs expreſſam pœnam ſuſtineant, & inſuper ad Ordines non promoveantur, & in ſuſceptis Ordinibus non miniſtrent, niſi diſpenſatione Domini Præmonſtratenſis, vel Capituli Generalis.

9. Converſi qui de ſupradictis criminibus culpabiles comperiuntur, ultrà præſcripta, tunicas griſeas, & ejusdem coloris ſcapularia gerant, toto tempore vitæ ſuæ.

Caput X.

De Percuſſoribus.

Vide Titulum de Clerico percuſſ.

1. SI aliquis Fratrum, abſente Prælato, Confratrem ſuum, vel quamcumque aliam perſonam, quocumque modo percuſſerit, ſtatim à Priore in firmâ cuſtodiâ inſtituatur, & ibidem usque ad adventum Prælati ſervetur.

2. Præſente Abbate, diligens fiat inquiſitio: & ſi percuſſio deprehendatur levis, & percuſſus pro percutiente intercedat, in domo propriâ, pro delicti gravitate, pœnâ gravioris culpæ plectatur.

3. Qui armatâ manu aliquem non Clericum ferire, vel aliâ ratione ſanguinem turpiter effundere præſumpſerint; & illi qui parentibus, conſanguineis, vel aliis quibuscumque, proclamationes, ſivè correctiones detulerint, vel apud eosdem querelas depoſuerint, ratione quarum, vel gravè damnum Eccleſiæ fuerit illatum, vel magnum ſit ſubſecutum ſcandalum, vel aliquis Fratrum graviter verberibus ſit exceptus, etiamſi non læſus: prædicti omnes 40. diebus pœnæ gravioris culpæ ſubdantur, ac carceri, in proprio Monaſterio, per triennium ad minùs includantur, niſi propter periculi, vel ſcandali magnitudinem debeant emitti. Quo caſu, absque expreſſâ Capituli licentiâ, ad proprium Monaſterium nunquàm revertantur.

4. Qui ad eam perverſitatem, audaciamque proceſſerint, ut in Abbatem manus injiciant violentas, ultrà pœnas prædictas, juxtà caput, *Si quis ſuadente diabolo*, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrant, à quâ, non niſi per Apoſtolicam Sedem (excepto mortis articulo) abſolvi poſſint: & (a) conſtituantur tales à Domino Præmonſtratenſi, vel Vicariis ejus, vel à Patre-Abbate, in aliâ Eccleſiâ; ibique, etiam obtento abſolutionis beneficio, ſine ullâ ſpe reditûs, perpetuò permaneant. 17 q. 4. c. Si quis.

5. Huic ſententiæ ſubjaceant, non tantùm illi, qui per ſe hoc fecerint; ſed & illi, qui per alios, manus violentas in Abbates injici procuraverint.

6. Si quis autem, ſivè per ſe, ſivè per alium Fratrem, vel in clericum quemcumque præſumpſerit manus injicere violentas, vel eum percutere, vel lædere, juxtà prædictum caput, *Si quis*, ipſo facto, excommunicationis ſententiam, ac etiam omnes pœnas ſuperiùs expreſſas incurrat, eo excepto, quòd cùm de ſincerâ ipſius converſione conſtiterit, & ſcandali, ac recidivi periculum abfuerit, conſenſum dante Capitulo Generali (quod quid expediat, prudenter dijudicet) ad domum profeſſionis ſuæ redire poſſit.

7. Si quis, ut verberibus, vel alio aliquo facto Fratri, vel cuicumque alteri, & maximè ut Abbati contumeliam inferat, latebroſa obſcuraque loca, vel tempora captaſſe, ac in inſidiis ſe conſtituiſſe, deprehendatur; à proprio Abbate, vel à Patre Abbate, ſi neceſsè ſit, ſecundùm quantitatem exceſſûs, graviſſimè puniatur, & carceri includatur, etiamſi inſidiæ nullum ſint effectum ſortitæ. 3. q. 4. c. Clericus.

Num. 4. (a) Conſtituantur tales in aliâ Eccleſiâ. „ Ad reprimendam quorumdam malignorum „ præſumptuoſam audaciam, ſtatutum eſt, ut quicumque noſtri Ordinis portas Abbatiarum, „ ſeu curtium Abbatibus ſuis clauſerint, aut aliquam violentiam eiſdem intrà monaſteria, vel „ extra, de ceterò fecerint; priventur perpetuò domo ſuâ, & mittantur ad Eccleſias remo- „ tas, facturi in eiſdem obedientiam manualem, Abbates qui tales ad obedientiam admittere „ recuſaverint, ipſo facto, à ſacerdotali officio ſint ſuſpenſi. *Cap. Gen. an. 1292. Præm. ſub Guilelmo de Louvignies celeb.*

2. q. 1. c. Deus.3.q.5. Presbyter.

8. Si verò de tali perverſitate, aliquâ famâ de aliquo Fratre ſit exorta, vel ex multis indiciis vehemens præſumptio habeatur; Abbas loci cum Priore, & Suppriore, vel duobus aut tribus Senioribus domûs, quos judicaverit aſſumendos, diligentem, ſagacemque faciat inquiſitionem.

9. Verùm ſi gravitas casûs, vel neceſſitas hoc poſtulet, advocetur Pater-Abbas, ac in ejus præſentiâ hæc inquiſitio fiat; ſed ſi Pater-Abbas vel impeditus ſit, vel nimis longè remotus, advocentur duo, vel unus ſaltem, ex vicinioribus Prælatis, qui locum ejus ſupplentes, Abbati in inquiſitione faciendâ aſſiſtant.

10. Depoſitiones teſtium redigantur in ſcriptum, & non ſolùm examinentur teſtes de ſubſtantiâ veritatis, ſivè de conſummatione delicti, & principali actu; ſed etiam de præſumptionibus, circumſtantiis, veſtigiis & indiciis.

23. q. 8. c. Occidit.

11. Nullus aliquem de auditu accuſet, niſi authorem nominet.

12. Qui per inquiſitionem reus inventus fuerit, à proprio Abbate, vel ſi ipſe hoc neceſſarium, aut etiam expediens judicaverit, à Patre-Abbate ſecundùm quantitatem exceſsûs, puniatur.

CAPUT XI.

De Apoſtatis.

Vide lib. 5. Decret tit. 7. de Apoſtat. & 16. q. 7. C. Anonias. 20. q. ult C. Monachum.

1. QUisquis Canonicorum, vel Converſorum, etiam non dimiſſo habitu, apoſtatare præſumpſerit, ſtatim à Fratribus tanquàm excommunicatus, tàm intùs, quàm foris videtur.

2. (*a*) Si compunctus intrà 40. dies redierit, ſuſcipiatur; & tempore ſibi ab Abbate præfigendo, virgas in manibus gerens, ad Capitulum veniat, & provolutus in genua, *Confeſſionem generalem* recitet, eàque dictâ, culpam ſuam fateatur, vapulet, & pœnæ gravioris culpæ, ſecundùm quòd plus, vel minùs deliquerit, ad arbitrium Abbatis, ſubmittatur. 12. q. 2. C. Fraternitas.

3. Sit in Conventu omnium noviſſimus, nec peractâ pœnitentiâ, etiamſi duntaxàt ſemel in apoſtaſiam prolapſus ſit, priorem ſuum locum unquàm obtineat. Vide 19. q. 3. c. Mandamus.

4. Si habitum mutaverit, vel in habitu enorme aliquod ſcandalum perpetraverit, & Abbas pro reparatione ſcandali, vel etiam pro lapſi ſalute, cum Patre-Abbate, vel aliquo ex vicinioribus Abbatibus, hoc expedire, vel neceſſarium eſſe exiſtimaverit, adjiciatur prædictæ pœnæ, ut ad omnes Horas diei, ac noctis, Conventu tranſeunte, antè Chorum toto corpore proſtratus jaceat.

5. (*b*) Si ſecundò in apoſtaſiam lapſus, gratiâ aſpirante divinâ reſipiſcens, rurſùm admitti ſuſpiret, precibus ejus benignus tribuatur aſſenſus, ac pœnâ ſupradictâ ſatisfaciat, ſed ad 30. dies ſine ullâ diſpenſatione extendatur.

6. (*c*) Si quis verò, teriò, vel ulteriùs, apoſtaſiæ crimen incurrerit, & ſalutari pœnitentiâ ſui facti compunctus, rurſum admitti petierit, admittatur quidem, ſed ad 40. dies ſine aliquâ relaxatione prædictæ pœnæ ſubjaceat, ac inſuper ſit omnium ultimus, toto tempore vitæ ſuæ.

7. Si Apoſtatæ, à die exitûs, ultrà quindecim dies habitum noſtrùm geſſerint, ac in eo aliquod gravè ſcandalum fecerint, vel domibus ſuis damnum intulerint, redeuntes, non recipiantur, absque conſenſu Domini Præ- 12. q. 2. c. Si cuſtos & ſeq. Si hom.

Num. 2. (*a*) *Si intrà 40. dies redierit, ſuſcipiatur.* Cùm facilitas veniæ incentivum præbeat delinquenti, & per apoſtatas noſtri Ordinis, quibus levis caſtigatio, & facilis gratiæ impenſio ſemper impenditur, damna & ſcandala ſæpius in Ordine noſtro oriantur, ac proindè rigor, & tenor regularis Ordinis, penitùs enervetur; ſtatuitur ut quicunque fratres noſtri Ordinis, de ceterò ſemel apoſtataverint, ſi redire voluerint, recipiantur: & ad Eccleſias noſtri Ordinis remotas, in pœnâ gravioris culpæ 40. dierum, ſine remiſſione aliquâ emittantur puniendi. *Cap. Gen. an.* 1209. *Præm. ſub Gervaſio Abbate celeb.*

Num. 5. (*b*) *Si ſecundo in apoſtaſiam lapſus.* „ Si ſecundò apoſtataverint, & redire voluerint, non recipiantur, niſi tali lege, quòd per biennium, ſine remiſſione aliquâ, carceri mancipentur. *ibid.*

Num. 6. (*c*) *Si tertiò apoſtaſiæ crimen incurrerit.* „ Si autem diabolo inſtigante, tertiò, vel ampliùs, ipſos apoſtatare contigerit, nullatenùs recipiantur, niſi per D. Præmonſt. vel Capitulum Gen. & tunc talibus addatur ad pœnam, prout in ſcandalis, & damnis Eccleſiarum ſuarum deliquerint, plùs vel minùs. Statuto Priore ad pœnas, in iſto ſtatuto non contentas, in ſuo robore remanente, præſens ſtatutum tàm ad præſentes quàm ad futuros apoſtatas, niſi infrà annum redierint, extendendum declaramus, *ibid.*

„ Statuitur, & ſcribitur Prælatis Ordinis noſtri univerſis, & eiſdem conceditur, quòd ſi fratres ſui ſecundò, vel ampliùs apoſtataverint, incarceratio eorum, diſcretioni eorum relinquitur, per emiſſionem, vel aliàs, prout meliùs viderint expedire puniendos. *Cap. Gen. an.* 1306. *Præm. ſub Adamo de Crecy celeb.*

mon-

monſtratenſis, vel Capituli Generalis; ſed carceri, vel alicui firmo loco includantur, quòusque conſtiterit, quid de eis Dominus Præmonſtratenſis, vel Capitulum Generale faciendum decreverit.

8. Qui in Apoſtaſiâ exiſtens, in Sacris Ordinibus miniſtraverit, & conſequenter tanquàm excommunicatus, ſe divinis immiſcendo, irregularis effectus ſit; & is etiam, qui in Apoſtaſiâ ſe curaverit ordinari, non miniſtrent in ordine ſuo, quòusque per Dominum Præmonſtratenſem (ad quem hoc ex privilegio ſpectat) diſpenſationem obtineant. Hono. 3. Cum ſis Pater em.

9. Qui deprehenſus fuerit, vel convictus, Apoſtatas, quàmdiù tales ſunt, foviſſe, vel fovere, vel ad unum tantùm diem ſuſtentaſſe; niſi conſtet hoc eum feciſſe, ut ad reſipiſcentiam, ſi poſſet, eos adduceret, pœnâ gravioris culpæ decem diebus plectatur.

2.q.7.c. Alieni. 3. q. 4. c. Si quis 10. Nullus, qui vel ſemel apoſtaverit, in Abbatem, vel Præpoſitum unquàm promoveatur, niſi cum diſpenſatione Domini Præmonſtratenſis, & Capituli Generalis qui eam non largientur, niſi de verâ promovendi emendatione, & quòd cum ſubditorum profectu, & ſine ſcandalo præeſſe poſſit, clarè conſtiterit.

11. Nullis quoque Apoſtatis, ſivè ſemel duntaxàt, ſivè ſæpius apoſtataverint, aliqua obedientia nominata, ſivè officium aliquod honorabile unquàm conferatur, nec vocem habeant in Capitulo, vel Viſitatione, niſi in accuſatione ſui, quòusque per Dominum Præmonſtratenſem, vel Capitulum Generale fuerit, cum eis miſericorditer 2.q.1.c.1. diſpenſatum.

12. (*d*) Non diſpenſetur autem, niſi cum cauſæ cognitione, ac ad propriorum Abbatum & Conventûs, bonorumque Virorum interceſſionem, qui de laudabili eorum converſatione, fidele præſtent teſtimonium.

13. (*e*) Prædictis omnibus pœnis, pro delicti diverſitate, & ſcandali enormitate, puniantur quoque Converſi qui ad ſeculum evolaverint, hoc adjecto quòd poſtquàm redierint, & recipi obtinuerint, in brevi griſeâ tunicâ, eique correſpondente griſeo ſcapulari, ſine cappâ, impoſitam ſibi pœnæ gravioris culpæ pœnitentiam peragant, & eundem griſeum habitum, ſine cappâ, per integrum triennium continuò geſtent.

14. Nulli Apoſtatæ recipiantur, ſivè ſemel, ſivè ſæpiùs apoſtataverint, niſi promittant quòd pœnas Apoſtaſiatis ſuperiùs decretas ſuſtinebunt. Quod tamen diſcretioni Prælati committitur, ut ſi judicet ſalutem pereuntium aliud re-

---

Num. 12. (*d*) *Non diſpenſetur, niſi cum cauſa cognitione.* Hactenùs majorum noſtrorum paternam, in hujuſmodi refugas, Lector, ſubodoratus es immiſericordiam; eorum ſagacem, in tutandâ Ordinis ſeveriori diſciplinâ, nunc mirare firmitudinem. „ Capitulum cupiens mali„ tiis hominum obviare, inhibet omnibus & ſingulis Ordinis noſtri Prælatis, quatenùs ſi contingat, „ eos prætextu Brevium Apoſtolicorum per aliquos religioſos, iniquos, ac perfidos, ſuper „ abſolutione criminum, ſeu exceſſuum per ipſos perpetratorum, judices eſſe delegatos, ne „ de ceterò procedant ad cognitionem, ſeu abſolutionem iſturum Religioſorum, niſi priùs „ evocetur Promotor Ordinis: intellectu quòd eadem Brevia Apoſtolica, ſuggeſtâ falſitate, „ ac parte inauditâ, communiter in non minimum Ordinis ſcandalum, dedecus, & vitupe„ rium convertantur, & redundent. *Cap. Gen. an.* 1531. *in S. Mart. Laud. celeb.*

Undè & in Capitulo Provinciali Circariæ Bohem declaratum fuit Litteras Pontificias, ut careant ſuſpicione vitii, non-niſi per Procuratorem Generalem, de conſenſu Superioris, impetrari debere. Vide *Cap. Prov. Bohem. an.* 1710 *Seſſ.* 4. *N.* 5.

Non tenetur ergò D. Præmonſtratenſis, vel etiam Capitulum Generale, ſtare Summi Pontificis in gratiam apoſtatæ, judicio, nec ipſe localis Superior ſubditum refugam recipere, aut à pœnis, adversùs eumdem decretis, abſolvere, niſi præhabito competenti litterarum Apoſtolicarum hujuſmodi examine. Interim nihilominùs redux apoſtata ad clauſtrum reſtituendus eſt, ne aliàs, ſub prætextu examinis, quandòque neceſſariò diuturnioris, reus in ſeculo diutiùs remanendi intentum habeat.

Quapropter Carolus V. edicto peculiari an. 1525. prohibet. „ Ne quis apoſtatas Religioſos, „ aut ſine licentiâ exeuntes recipiat, aut hoſpitetur, vel aſſiſtat; ſed denuntiet officiario loci, „ qui apprehenſos reſtituat Monaſteriorum præfectis, undè fugerunt, & ſi ſuper diſpenſatio„ ne, aut profeſſione litigandum ſit, judex in habitu eos manere, & in aliquo loco religio„ ſo interim degere jubebit. Vide Zypæum in jure novo. *Tit. de Apoſtatis Num* 9.

Num. 13. (*e*) *Prædictis pœnis puniantur, hoc adjecto &c.* „ Quià facultas veniæ incenti„ vum paruit delinquendi, in augmentum pœnarum apoſtatarum Ordinis, qui totum Or„ dinem frequentiùs ſcandaliſant; Statuimus ut quicùmque de ceterò apoſtataverit, emittetur „ remotiùs, prout deliquerit plùs, vel minùs: & ſi Canonicus ſit, portet ſcapulare griſeum „ tanto tempore, quanto in apoſtaſiâ permanſerit; & ſi Converſus fuerit, portet illud toto „ tempore vitæ ſuæ, *Cap. Gen. an.* 1286. *Præm. ſub Guidone Abbate celeb.*

„ Prædictis quoque pœnis ligentur converſi. . Hoc adjecto, quod poſtquàm laici redierint, & „ recipi obtinuerint, in griſeâ tunicâ, & curto griſeo ſcapulari, ità quod non poſſit accingi, „ culpam peragant graviorem. *Antiq. Statut. Diſt.* 3. *Cap.* 8.

qui-

quirere, hanc poſſit relaxare ſponſionem.

15. Nullus Ordinis noſtri Religioſus, Concanonicis ſuis, qui pro ſuis demeritis ſtallum, vel locum ſuum perdiderint, indebitum favorem impendat, (*f*) nec permittat, ut antè ſe ſtallum, vel ſedem occupent, vel ullibi in Conventu præcedant.

16. Qui contrarium fecerit, quamdiù in eo perſtiterit, voce careat & obedientiâ nominatâ, & pro delicti gravitate, diſtrictè puniatur.

17. Ille quoque qui alterius ſtallum invaſerit, vel aliis diſſimulantibus uſurpaverit, cohibeatur, & ad locum ſuum ire compellatur, & quòuſque ſecundùm Ordinis Statuta, pro hoc exceſſu ſe humiliet, veniamque impetret, pœnam prædictam ſuſtineat, & aliam quam Prælatus judicaverit infligendam.

18. Hoc autem ſtatutum extenſum intelligatur ad omnes Apoſtatas, tàm præſentes, quàm futuros, nullo excepto.

19. Fratres fugitivi, locum ſuæ profeſſionis aut obedientiæ, ſine debitâ licentiâ, etiam animo non apoſtatandi, deſerentes, pœnis ſuperiùs apoſtatis decretis, (*g*) exceptâ excommunicatione, ſubjiciantur.

CAPUT XII.

De Fratribus emittendis.

1. EMiſſiones (*a*) duabus duntaxàt de cauſis in Ordine noſtro fiant.

Primò, propter gravem & evidentem Eccleſiarum paupertatem, & tunc ſolùm de Domini Præmonſtratenſis, aut Capituli Generalis, aut Vicariorum ejus, ſingularem ad hoc poteſtatem habentium, licentiâ ſpeciali.

2. Secundò, quandò delinquentes pro ſuis enormibus exceſſibus in proprio Monaſterio, ſine damno aut periculo, vel gravi ſcandalo nequeunt debitè caſtigari; tunc à Vicariis, ſivè Viſitatoribus, cognitâ veritate, (*b*) ſumptibus propriorum Monaſteriorum emittantur, ac in loco, ad quem miſſi fuerint alantur.

3. In aliis caſibus quibuſcumque, in his Statutis non deſignatis, nulla emiſſio admittatur, ſed ejus loco, vel per carcerem, vel alio modo, ſecundùm delicti qualitatem, ad arbitrium & juxtà diſcretionem Vicariorum, ſivè

Num. 15. (*f*) *Nec permittat, ut antè ſe ſtallum; vel ſedem occupent.* „ Ad auditionem Capituli noſtri pervenit, quòd plerique fratres Ordinis noſtri, Canonicis, qui ſuis demeritis „ amiſerunt, ſecundùm Statuta Ordinis, primum ſtallum, favorem indebitum impendentes, „ permittunt eos ſuper ſe in primis ſedibus reſidere: Cùm igitur propter tranſgreſſores lex po- „ ſita ſit, & parùm prodeſſet humilibus obedientia, ſi contumacibus contumacia non obeſſet; „ Statuimus, quamdiù quicumque profeſſorum impendet alicui hunc favorem, voce careat, & „ obedientiâ nominatâ, ut is qui, ut prædictum eſt, perdidit ſtallum ſuum, ſine omni diſ- „ penſatione, donec ſe humiliet ſecundùm Ordinis Statuta. *Cap. Gen. an.* 1283. *Præm. ſub Guidone Abbate celeb.*

Num. 19. (*g*) *Exceptâ excommunicatione.* Fugitivos olim excommunicationis mucrone feriendos fuiſſe demonſtrat ſequens decretum. „ Statuit Capitulum quòd annis ſingulis, ſemel, vel „ pluries, omnes & ſinguli religioſi Ordinis noſtri fugitivi, in monaſteriis, in quibus verſa- „ bantur, publicè excommunicentur, & nominatim denuntientur, & ſi capi poſſint, incarce- „ rentur, etiam brachio ſeculari advocato, ſumptibus Monaſteriorum, in quibus ſolemnem „ emiſere profeſſionem. *Cap. Gen an* 1539. *Præm. celeb.*

Num. 1. (*a*) *Duabus duntaxat de cauſis emiſſiones fiant.* Tertiam admittit Reformatorum Antiqui Rigoris Congregatio, quæ in ſuis Provincialibus Capitulis alumnos ab uno monaſterio transfert ad aliud, pro meliori temporalium ſuorum regimine, ſpiritualiumque profectu, inconſultis Monaſteriorum Superioribus, & ſubditis. Quapropter in dictâ Congregatione nullam vim obtinet decretum Capituli Generalis, in quo „ atteſtatum eſt, quòd tranſlationes vel recep- „ tiones Religioſorum debent fieri de conſenſu ſanioris partis Conventûs, ad quem tranſlatio „ fit Veruntamen ipſi fratres non debent abſolvi ab obedientiâ primâ, quantùmcumque ſint „ importuni, niſi priùs Superiori Prælato de gratioſâ receptione, tàm ab Abbate, quàm „ à Conventu, veraciter conſtiterit, ne fortè in non minimum Ordinis dedecus & vitupe- „ rium, vagandi materia eis tribuatur. *Cap. Gen. an.* 1522. *Branæ ſub Jacobo de Bachimont celeb.*

Porrò non tantùm in Capitulis Provincialibus, verùm etiam quolibet anni tempore, Religioſorum emiſſiones, ſeu tranſlationes, quàvis datâ neceſſitate, fieri conſueverunt. Quo caſu, dictæ Congregationis Vicarius, de conſiliariorum ſuorum aſſenſu, religioſum quem voluerit, ab uno Monaſterio transfert ad aliud. Averte tamen Priores, Proviſores, & Magiſtros Novitiorum ab officiis, niſi authoritate Capituli, vel propter noxam: quæ depoſitionem mereatur, ſubmoveri non poſſe invitos.

Num. 2. (*b*) *Sumptibus propriorum Monaſteriorum emittantur, ac in loco ad quem miſſi fuerint, alantur.* Quotieſcùmque Canonicus, vel Converſus ab uno monaſterio Communitatis Antiq. Rig. ad aliud ejuſdem Reformationis, legitimâ authoritate transfertur, ſivè ſine culpâ, ſivè propter culpam, ejuſmodi tranſlationes fiunt ſumptibus monaſteriorum, a quæ Religioſi mittuntur. Nec in eo tamen, quidquam communi ſtatuto derogatur, proprium quippe fit emiſſo, monaſterium ad quod transfertur; undè ſumptibus ejuſdem ſimiliter alendus eſt.

Vi-

Viſitatorum, vel Patrum-Abbatum, ſi commodè haberi queant; vel per proprium Abbatem, ex judicio vicinorum Abbatum, vel unius ad minùs: vel quandò urgens neceſſitas hoc exigit, Prioris, Supprioris, Circatoris, & aliquorum Seniorum de domo, quos vocandos judicaverit, in propriâ Eccleſiâ delinquentes puniantur.

4. Qui emittuntur, (*c*) mittantur ad locum ſibi deſignatum, cum litteris continentibus cauſam emiſſionis, (*d*) veſtium ſpecificationem, & præfixum diem, quo in deſignato loco eſſe debent: & quòd Prælati ad quos mittuntur, vel quibus ipſi hoc committendum duxerint, (*e*) eorum confeſſiones recipiant, eoſque abſolvant.

11. q. 3. c. Qui jubentes. 5. Si præfixo ſibi die, & cum ſpecificatis veſtibus, non adfuerint (niſi gravis ſubſit cauſa) tanquàm fugitivi habeantur, & caſtigentur.

6. Quicumque Prælati, Priores, vel Suppriores, vel alii, Prælatorum vices gerentes, ad ſe legitimâ authoritate, ob cauſas prædictas, emiſſos recipere noluerint, vel receptos non retinuerint, vel ſub prætextu cujusvis excuſationis, ac etiam exemptionis, quæ emiſſionem præceſſerit, remittere præſumpſerit, (*f*) ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrant.

7. Verùm, ſi qui Abbates, vel Præpoſiti emiſſorum Fratrum multitudine fuerint gravati, & à Vicariis vel Viſitatoribus, ſivè emittentibus, impetrare non poſſint, ut numerus minuatur, ſignificent Domino Præmonſtratenſi, vel Capitulo Generali, ut ipſi, ſi expediens vel neceſſarium viderint, eos exonerent.

8. Si per Patres-Abbates, vel Viſitatores, ſivè Vicarios, ad Eccleſiam ab hoc onere exemptam aliqui emittantur, Abbates ſivè Præpoſiti, non ob-

---

Num. 4. (*c*) *Mittantur cum litteris continentibus cauſam emiſſionis.* Quoniàm apud Reformatos Congregationis Antiq. Rig. juxtà Capituli annui libitum, vel R. P. Vicarii Generalis, ejuſque conſiliariorum voluntatem, diutiùs in eodem Cœnobiò commorari, vel ſæpiùs ad alterum tranſmeare aſſueverunt, hinc eſt quòd prædictorum vel Cap. annui, vel R. P. Vicarii arbitratus, in epiſtolari tamen chartâ deſignatus, ceteris omnibus emiſſionum cauſis præpolleat. Adeò ut Abbas, ſeu quivis alius monaſterii, ad quod mittuntur, Præpoſitus, ad ſe miſſos recipere, ſuoque Conventui incorporare tenetur.

(*d*) *Veſtium ſpecificationem.* In Lairualicâ noſtrâ Reformatione, quæcumque ab emiſſis aſportentur, tàm in ære, quàm in veſtimentis, ſcripto debent annotari: et eorum acceptilationem, non mittentes, ſed emiſſi proprio muniunt chirographo, quò traditæ pecuniæ mittentibus refundi poſſint in ſequenti Capitulo, ab his ad quos translatio facta eſt. De pretio autem veſtimenti nihil refundi debet, ad ea quippè ſubminiſtranda tenentur mittentes, in hunc modum. „ Migrantibus ad alia monaſteria Religioſis noſtris, competentia miniſtrentur veſtimen„ ta à monaſterio ex quo migrant; à primâ quidem die Maii, æſtivalia; à primâ autem Octo„ bris, hyemalia. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1632.

De tempore autem quo antiquitùs emiſſi enceniare debebant, audi ſequentia. „ Fratres qui emit„ tuntur ad Eccleſias Ordinis, per obedientiam, ſi per ſpatium unius anni, vel ampliùs, „ in illis Eccleſiis morati fuerint, induantur ſicut & illi de Eccleſiâ in quâ morantur. *Cap. Gen. an.* 1280. *Præm. ſub Ægidio Abbate celeb.*

(*e*) *Eorum Confeſſiones recipiant Prælati.* „ Statuimus ut in emiſſionum litteris inſeratur, vobis „ & veſtras vices gerentibus, Prælatis, & aliis ad quorum Eccleſiam transfertur, & vices ge„ rentibus eorumdem committimus vices noſtras, audiendi confeſſionem ipſius, ac etiam eun„ dem abſolvendi. *Cap. Gen. an.* 1286. *Præm. ſub Guidone Abbate celeb.*

Num. 6. (*f*) *Ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.* „ Cùm ſæpiùs fratres noſtri Or„ dinis pro ſuis exceſſibus emittantur ad Eccleſias Ordinis, pro tempore moraturi, & aliqui „ Abbates, Priores, ſivè Prælati, pœnas Ordinis modicùm formidantes, ſub prætextu ali„ cujus exemptionis, ſeu gratiæ ſibi factæ, eos retinere non curantes, ipſos ad Eccleſias, „ de quibus emittuntur, remittere non formidant, undè damna & ſcandala plurima Eccleſiis, „ & toti Ordini frequentiùs oriuntur; Statuimus, ut quicumque Abbas, vel Præpoſitus no„ ſtri Ordinis, fratres ſecundùm Ordinis inſtituta ad ſe miſſos retinere noluerint, vel qui ſine „ D. Præm. vel Capituli Gen. licentiâ, vel illorum quorum authoritate ſunt emiſſi, eos re„ mittere præſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, à quâ non poſ„ ſint abſolvi, niſi per D. Præm. vel Cap. Gen. Priores veró & alii Officiales, qui in his „ inventi fuerint deliquiſſe, ſuis officiis incontinenó ſint privati. Abbates autem, de quo„ rum Eccleſiis ſunt emiſſi, illos retinere minimè teneantur. *Cap. Gen. an.* 1209. *Præm. ſub Gervaſio Abbate celeb.*

Statuitur ut Abbates & Præpoſiti Ordinis qui Canonicos, vel Converſos ad ſe authoritate D. Præm. vel Cap. Gen. emiſſos, cum iſtâ clauſulâ, quòd ad proprias Eccleſias ſine licentiâ D. Præm. vel ejuſdem Cap. Gen. minimè revertantur, ſine dictâ licentiâ remittere præſumpſerint, ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi. *Cap. Gen. an.* 1282. *Præm ſub Guidone Abbate celeb.*

Idem prohibitum legere eſt in Capitulis Generalibus Præmonſtrati celebratis, an. 1289. *ſub Guil. de Louvignies* & an. 1660. *ſub Aug. le Scellier.*

ſtante exemptione, (*g*) uſque ad adventum Vicariorum ſivè Viſitatorum, emiſſos retineant, ac illi cùm advenerint, ad Eccleſias non exemptas, authoritate Capituli Generalis, eos emittant.

9. Si verò Eccleſia recenter fuit viſitata, Prælatus ad Vicarium vel Viſitatorem eos mittat, ac litteris ſuis requirat, ut ad Eccleſias non exemptas, eoſdem deſtinet, quod Vicarius, vel Viſitator facere teneatur, & ſi illi, ad quos mittuntur, eos recipere noluerint, tanquàm inobedientes, ultrà excommunicationem, quam ipſo facto incurrunt, inſuper per ulteriores pœnas Eccleſiaſticas compellantur.

10. Si quis emiſſus, inſtinctu diaboli ad ſeculum evolaverit, & pœnitentiâ ductus redierit, in domo propriâ, pœnâ Apoſtatis præfixâ puniatur, & eâ peractâ, ad Eccleſiam, ex quâ fugerat, remittatur.

11. Qui propter culpam ſunt emiſſi, (*h*) portam Abbatiæ, ad quam miſſi ſunt, non egrediantur, niſi cum Conventu.

12. Abbates, vel Priores, qui talibus aliter exeundi licentiam conceſſerint, tanquàm Ordinis prævaricatores puniantur.

CAPUT XIII.

De graviſſimâ culpâ.

1. Graviſſima culpa eſt incorrigibilitas, ſivè obſtinatio ejus, qui nec culpas veretur admittere, nec pœnitentiam vult ferre, nec ſe cupit emendare.

De ſent Excom. C. 25. ut famæ De major. & obed. c. 10. Cùm in Eccleſ. 16. q. 1. c In Canonibus.

2. Hic talis carcerali cuſtodiæ mancipetur, reficiendus pane tantùm & aquâ, quòusque per Generale Capitulum, vel per Dominum Præmonſtr. cognitâ causâ decernatur, quid de eo ampliùs fieri debeat; & diſcutiatur, an juxtà præceptum Sanctiſſ. P. N. Auguſtini, etiamſi ipſe abſcedere noluerit de noſtrâ tamen ſocietate projici non debeat, veſtibusque noſtris ſacris exui; ut ſicut profeſſionem abjecit in corde, ſic à corpore, profeſſionis inſignia deponere cogatur.

3. Antequàm autem hoc fiat, neceſſè eſt, ut talis integro anno, ex judicio Domini Præmonſtratenſis, in jejunio, & pœnitentiâ, in carcere probatus fuerit.

Ex Decr. Congreg. Concil. Trid de Regulâ Apoſtat. & Ejectis, juſſu Urbani 8. editis, an. 1624. 11. q. 1. c. Si quis Sacerdotum. & 24. q 3 c. Reſecanda.

4. Si probatus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſuâ pervicaciâ perſeveraverit, *ne contagione peſtiferâ plurimos perdat*, causâ contrà eum coràm Domino Præmonſtratenſi (ad quem ſolum hoc ſpectat) inſtituatur.

5. Dominus autem Præmonſtratenſis eum conſilio, & aſſenſu ſex Abbatum, in ſingulis Capitulis Generalibus, ex gravioribus eligendorum; inſtituto, ſecundùm formam Ordinis noſtri, proceſſu, & expulſionis cauſis, ad Sacrorum Canonum præſcriptum plenè probatis; deprehenſum verè incorrigibilem, ſacrâ noſtrâ veſte exuat, habitu clericali induat, ex Ordine noſtro ejiciat, ac ordinarii loci juriſdictioni, obedientiæque ſubmittat; & ob id expulſionis ſententiam, eidem ordinario ſtatim inſinuari procuret.

6. Nulli Religioſo expulſo litteras teſtimoniales Prælati, ſivè Superiores concedant, illum ad Sedem Apoſtolicam rejicientes, vel aliam Religionem ingredi jubentes.

7. Sciat verò, quilibet ejectus, ſe, quamdiù extrà Religionem agit, ab exercitio Ordinum eſſe ſuſpenſum; ſublatâ per Summum Pontificem, à locorum Ordinariis facultate, dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.

8. Si quis furioſâ audaciâ efferatus, tanquàm phreneticus ſæviat, ad omnis nocumenti periculum evitandum, ligatis, ſi neceſſè ſit, manibus, pedibusque, ſub arctâ cuſtodiâ teneatur.

CAPUT XIV.

De iis qui per carcerem puniendi.

1. Quicumque de homicidio, vel incendio, vel majoris momenti furto: vel de voluntariâ, ejus quod

Arg. diſt. 50. c. Si quis Epiſc. & diſt. 19. c. In memoriam.

Num. 8. (*g.*) *Uſque ad Adventum Viſitatorum emiſſis retineant.* „ Statuimus ut cùm fratres Ordinis ad aliquam Ordinis Eccleſiam, ab hoſpitum receptione exemptam, per Abbates proprios, vel Patres Abbates, aut Viſitatores annuos emittuntur, uſque ad Viſitatorum annuorum adventum retineantur ibidem, non obſtante exemptione prædictâ, qui Viſitatores, hoſpites ſupradictos in ſuæ viſitationis Circariâ, ad Eccleſias non exemptas emittant, authoritate Capituli Generalis. Si autem dicta Eccleſia jàm fuit viſitata, per Abbatem ipſius Eccleſiæ ad prædictos Viſitatores, ſeu alterum eorumdem mittantur, vel emittant eoſdem, prout ſuperiùs eſt expreſſum contradictorie. *Cap. Gen. an.* 1236 *Præm. ſub Guidone Abbate celeb.*

Num. 11. (*h*) *Portam Abbatiæ non egrediantur.* Præcipitur ne Canonici noſtri Ordinis, exigentibus culpis ſuis emiſſi, portam monaſterii exeant aliquatenùs, niſi fortè cum Conventu. *Cap. Gen. an.* 1292. *Præm. ſub Guillelmo de Louvignies celeb.*

ſci-

ſciebat furto ablatum, receptione; vel de proprietate viginti librarum francicarum, ſivè (quod idem eſt) viginti florenorum brabanticorum, quorum quilibet florenus viginti aſſes continet: aut qui de falſificatione litterarum Ordinis noſtri, vel de hæreſi convicti fuerint, vel confeſſi.

2. Similiter illi, (*a*) qui vel ſuas, vel Ordinis ſui domos ſpoliaverint, vel per quoscumque alios fecerint ſpoliari; vel grave damnum intulerint, vel inferri procuraverint; vel aliquod grave ſcandalum fecerint.

Eccli. 28. 3. Illi etiam de quibus manifeſtum eſt, quòd inter caput & membra, vel inter Confratres, diſſenſionem moverint, aut diſcordiam ſeminaverint.

4. Item illi, de quibus Patri-Abbati, vel Vicario, aut Viſitatori plenè conſtiterit, quòd per pœnas in his Ordinis noſtri Statutis contentas, nequeant coerceri.

5. Sed & Proviſores, aliique Officiarii bonorum adminiſtrationem habentes; qui domûs ſuæ bona, aut etiam (*b*) debita, vel credita, ſcienter, & malitioſè ſuppreſſerint. 12. q. 2 c. Si quis Clericus.

6. Omnes illi etiam, (*c*) qui ſimilia peccata, qualia prædicta ſunt, admiſerint, aliaque quibus in his Statutis, carceris pœna conſtituitur, in propriis domibus incarcerentur: niſi ex cauſis ſuperiùs expreſſis, ad Eccleſias valdè remotas ſint emittendi, non reverſuri, niſi cum conſenſu Capituli Generalis.

7. Firmiter autem, & fixè eſt conſtitutum, ut incarcerati, (*d*) antè triennium ab ergaſtulo ſuo relaxari non valeant, niſi per Dominum Præmonſtra-

---

Num. 2. (*a*) *Qui vel ſuas, vel Ordinis ſui domos ſpoliaverint.* „ In Capitulo de fratribus Eccleſias Ordinis ſpoliantibus *in* 4. *Diſt.* quod incipit, *Cum aliquis &c.* pœnam emiſſionum dictis ſpoliantibus impoſitam, cum ceteris quæ ſequuntur ibidem, penitùs abolemus. Statuentes tales ſpoliatores Eccleſiarum Ordinis carceri mancipandos, prout deliquerint plùs, vel minùs, nec exeant carcerem ſine conſilio Capituli Gen. hanc pœnam extendentes ad illos qui tales exceſſus perpetraverint, propter quos per antiqua ſtatuta ad remotas Eccleſias debeant emitti, perpetuò ibidem moraturi. *Cap. Gen. an.* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abbate celeb.*

Decretum hoc aut ignoravit, omninò Pagius, aut ſubdolè primaria dixit, Ordinis noſtri ſtatuta, quæ ſecundaria tantùm fuiſſe noverat. Hodiernâ luce clariùs quippè eſt, antè Guillelmi Abbatis tempora, hoc eſt antè an. 1290. Præmonſtratenſem Ordinem, non extravagantibus ſolummodò Capitulorum Generalium decretis, ſed certis quibusdam ſanctionibus, in quatuor jàm diſtinctiones regulariter digeſtis, fuiſſe inſtructum, proùt ex altero ſequenti decreto confirmamus. „ Cùm interſit ſapienti conſilium in meliùs immutare, & ad ſtatum debitum, quæ ſapientum diſcretione geſta ſunt, reducere, ſicut dicit ſtatutum Diſt 4 editum tempore Guerrici Præm. Abbatis, de ſpoliantibus domos ſuas per vim ſecularium perſonarum, in ſtatum priſtinum revocamus; pœnam incarcerationis tempore Domini Ægidii, in eodem appoſitam, penitùs abſolventes. *Cap. Gen. an.* 1283. *ſub Guidone Abbate celeb*

Vides iterùm memoratam ſtatutorum, iis quæ primaria Pagius vocitavit, antiquiorum diſtinctionem quartam, quàm tamen dicere non licet Sanctiſſimi P. Norberti ætate fuiſſe digeſtam, niſi forſitan an. MCXXX. quo primum Ordinis Capitulum Generale Præmonſtrati ſub Hugone celebratum eſt, die 11. Octobris.

Num. 5. (*b*) *Qui debita, vel credita ſuppreſſerint.* „ Statuimus ut Canonici, ſivè Converſi in Parochiis, vel in grangiis commorantes, ſi aliquod debitum ibidem contraxerint in præjudicium Eccleſiæ, per decennium emittantur, & quamdiù manſerit debitum, ad Eccleſiam propriam minimè revertantur; & ſi enormis ſit jactura debiti, carceribus mancipentur. *Cap. Gen. an.* 1291. *Præm. ſub Guillel. de Louvignies celeb.*

Num. 6. (*c*) *Qui ſimilia peccata, qualia prædicta ſunt admiſerint.* Quià percuſſor, mutilans fratrem, manum plerumque potiùs cohibet, quàm animum occidendi, hinc eſt quòd cum creſcente malitiâ, creſcere debeat & pœna, „ Ad petitionem noſtri Ordinis de Friſiâ, ſtatuitur, ut quicumque converſus noſtri Ordinis, de cæterò aliquem de noſtro Ordine mutilaverit, carceri firmiſſimo per quinquennium mancipetur. *Cap. Gen. an.* 1392. *ſub Guill. de Louvignies celeb.*

Similiter carceris pœnâ plectendos, juxtà culparum exigentiam, declararunt Capitula, eos qui in locis ſacris, & cæmeteriis ludos exercent; qui pro eo quòd ad æquales potus biberint, ſemel puniti non reſipiſcunt; Paſtores etiam, qui ad clauſtra revocati, non redeunt, ſuaque beneficia ad nutum Prælati reſignare detrectant. De quibus vide ſuprà pag. 50. 138. 254. 264. & alibi paſſim

Num. 7. (*d*) *Ante triennium ab ergaſtulo relaxari non valeant.* Ad explicationem hujus ſtatuti, de incarceratis ad triennium non relaxandis, niſi per D. Præm aut Cap. Gen. „ Capitulum reſpondit, ſtatutum illud de incarceratis ad triennium, intelligi & obſervari debere contrà eos, qui culpas committunt eodem Cap. 14. & alibi contentas, extenditque dictam carceris pœnam ad apoſtatas, & fugitivos: & poſſe Vicarium R. D. Præm. aut Viſitatores Capituli, vigore ſuæ commiſſionis, incarceratos relaxare. Et addit poſſe Abbates, & Priores in Abbatiis Commendatis infligere pœnam carceris, aut potiùs ſequeſtrationis, ad aliquot dies, ſeptimanas, & menſes, iis delinquentibus qui, ſecundùm judicium Superiorum domûs, aliter corrigi, & ad meliorem frugem revocari non poſſunt à ſuis culpis, & exceſſibus quotidianis; in quo diſcretè, & paternè ſe habebunt Superiores. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 12. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

tenſem, vel Capitulum Generale: & tunc non aliter, quàm cum cauſæ cognitione, & ad propriorum Abbatum interceſſionem.

15. q. 8. c. His qui Adrian. 4. Sicut in humano. Diſt. 45. c. Recedite.

8. Cum proprietariis tamen, poſtulante huc eorum contritione, & humilitate, mitiùs agi poterit.

9. Si quis, antequàm incarceretur, vel poſtquàm fuerit incarceratus effugerit, niſi prudentia, & diſcretio Prælati aliud ſuadeat, & reſipiſcentis conſtitutio poſtulet, nullatenus recipiatur, niſi ſub conditione quòd carceri mancipabitur.

Decret. Congr. Urban 8 juſſu edit.

10. (e) Quodlibet Monaſterium, ſi fieri poteſt, carceres habeat, alium miriorem, ſeveriorem alium, vel ſaltem quælibet Circaria, vel unum, vel duos habeat carceres, in quibus, ſumptibus propriorum Monaſteriorum, criminoſi concludantur, & firmiter teneantur.

11. Quicumque, ſivè Canonicus, ſivè Converſus, ſinè ſpeciali licentiâ Abbatis, penes quem detinentur, aliquem incarceratorum accedere, vel ei loqui præſumpſerit, pœnæ graviotis culpæ decem diebus ſubdatur.

12. Si qui ad tantam malitiam devenerint, ut incarceratis ferramenta, funes, ſcalas, vel alia inſtrumenta qualiacumque, quibus carcerum ſeras, vel muros effringant, vel vincula ſolvant, ſuppeditaverint, vel ſuppeditari curaverint, vel eis ſivè per ſe, ſive per alios, ad evadendum, auxilium quodcumque præſtiterint; ſi re ipsâ evaſerint, & adjutores, & inſtrumentorum ſubminiſtratores, elapſorum loco, carceri includantur, uſque ad proximum Capitulum Generale, in quo cognitâ causâ, talium pœna decernatur.

13. Verum, ſi aliquis, antequàm carcerati elabantur, aliquid præmiſſorum feciſſe deprehendatur; in eodem carcere, vel alio fortiori, ſine aliquâ remiſſione, vel diſſimulatione, 40. diebus concludatur: ſtatuto, de tempore incarcerationis, aliis in caſibus, in ſuo robore permanente.

14. Nullus autem, quàndiu ob ſua crimina in carcere detinetur, *Sacram Euchariſtiam* ſumat, niſi in mortis articulo, vel quandò verè contritus, & ſacramentali confeſſiune expiatus, humiliter inſtanterque hoc poſtulaverit, & ità expedire Prælatus judicaverit. Diſt. 50. c. Si poſt. de Conſecr. Diſt 3. c. Pro dilectione De pœnit. diſt. 5. c. In actionem.

15. Ob tanti verò reverentiam Sacramenti, cùm incarceratorum aliquis eſt communicaturus, à vinculis ſolvatur; verùmtamen ſub debitâ cuſtodiâ contineatur, ac ad oſtium carceris, vel extrà carcerem, ad decentem aliquem locum benè cuſtoditus ducatur; ut ibi cum debitâ reverentiâ, *Corpus Dominicum* ſumat, eoque ſumpto, ad carcerem ſtatim reducatur.

Caput XV.

De victu Incarceratorum.

1. Cum criminum diverſa gravitas diverſam quoque requirat pœnæ gravitatem; ideò hoc firmiter ſit decretum, ut quicumque Ordinis noſtri Religioſi, ſivè Canonici, ſivè Converſi, propter talia crimina, vel propter tales exceſſus, perpetuò carceri mancipantur, propter quos, ſi eſſent ſeculares Laici, ſecundùm rigorem civilium Legum, mortis pœnam incurrerent; vel ſi Clerici, vel in Sacris Ordinibus conſtituti, ſecundùm Eccleſiaſticas Leges, per Diœceſanos, aut eorum Officiales, vel degradarentur; vel perpetuò carceri includerentur; (a) pane duntaxàt, & aquâ, toto tempore vitæ ſuæ reficiantur.

2. Illi verò, qui ob minora delicta ſunt incarcerati, poſt completam pœnam gravioris culpæ, in victu, potuque tractentur, ſicut Conventus, niſi aliud judicent Prælati, apud quos detinentur, quorum arbitrio, & diſcretioni relinquitur, ut ponderatâ delicti gravitate, & lapſorum contritione, & Diſt. 45. c. Diſciplina. 2. q. 4. c. Quanto. in fine.

Num. 10. (e) *Quodlibet monaſterium, vel ſaltem qualibet Circaria carceres habeat.* Statutum hoc noſtris temporibus, adversùs præſertim incorrigibiles, inſtauratum vide, in Capitulo Generali ultimo, an 1717. *Seſſ.* 4.

Num. 1. (a) *Pane duntaxat & aquâ toto tempore vitæ ſuæ reficiantur.* „ Cùm ſecundùm diverſitatem exceſſuum pœnæ variæ infligi debeant delinquentibus, ut pro modo culpæ quilibet recipiat quod juſtum eſt; hinc eſt quòd ad diſcernendum, & puniendum prout exceſſuum requirit immanitas, ſtatuimus ut quicumque de noſtro Ordine deinceps tales exceſſus perpetraverint, propter quos, ſi eſſent ſeculares, & in ſeculo commorantes, pœnam mortis incurrerent, vel ſi clerici, aut conſtituti in Ordinibus, per Diœceſanos Epiſcopos ad panem, & aquam judicarentur perpetuò, tales in quibuſcumque Eccleſiis eos in carcere detineri contigerit, reficiantur ſolùm pane & aquâ, toto tempore vitæ ſuæ, nec eis amoliùs miniſtretur aliud, omnibus ſuper hoc obloquentibus ſilentium perpetuum imponentes. De aliis autem ordinent Prælati, in quorum Eccleſiis ſunt detenti, ſecundùm quantitatem exceſſuum, ſecundùm quod deliquerunt plùs, vel minùs. *Cap. Gen. an.* 1315 *ſub Adamo de Crecy celeb.*

hu-

humilitate, in eo decernant, quod pro ſalute, & correctione pœnitentium, & ædificatione Fratrum, & ſcandali reparatiooe, viderint expedire.

Caput XVI.

De culpis incertis, & pœnis earum, & de pœnis Statutorum non immutandis.

De offic. & pot. Jud. deleg. c. 4. §. Illis.

1. EMergentium culparum pœnæ, quæ his Statutis non ſunt expreſſæ, arbitrio relinquuntur Prælatorum, ut eas culpas, pro gravitatis, malitiæque varietate, diſcretè, & ſeverè puniant, tàm propè ad Statutorum pœoas accedentes, quam vicinè admiſſa errata, ſuâ malitiâ, ad peccata in eis expreſſa, accedere comperiuntur.

2. Nullus verò culparum judicium, & pœnas, ipſis culpis in his noſtris Statutis decretas, propriâ authoritate, mutare præſumat, ſed ſtrictè obſerventur; niſi per Domiaum Præmonſtrat. in caſibus ſibi reſervatis, vel per Capitulum Generale, vel etiam per proprios Abbates, in caſibus à Jure, vel in his noſtris Statutis ipſis permiſſis, vel pro quiete, & ſalute animarum, poſteà adhùc permitteodis, benignè diſpenſetur.

3. Hoc amen in omnibus adhibito moderamine ut ipſi trangreſſores, proùt plùs vel minùs, ſeu majori, vel minori contemptu deliquerint, acriùs, ſeu mitiùs puniantur. De pœnit. Diſt. 1. c. 19. aut facta De homicid. C. 6. Sicut dignum.

4. Attendant verò ſinguli, habentes diſpenſandi poteſtatem, ne in ruinam rigoris Ordiois, & diſciplinæ, ac etiam in animarum ſuarum damnationem, quidquam de cooſtitutis pœoois iodiscretè relaxeot.

DISTINCTIO QUARTA.

Caput I.

De causâ, loco, & tempore Capituli Generalis, & de advenientibus ad illud.

Greg. 9. In Emin Adrian. 4. Sicut in humano.

1. UT Ordinis noſtri conſtitutiones exactiùs ſerventur, & ſi quid violatum, vel collapſum, vel de rigore remiſſum fuerit, reſtauretur; ac etiam, ut mutua charitas, & pax, quæ inter ejusdem inſtituti Prælatos, & Religioſos eſſe debent, magis magisque augeantur, foveantur, & confirmentur; communi Prælatorum conſenſu eſt conſtitutum, ut (a) ſingulis triennils (ſi tameo Dominus Præmonſtratenſis, pro Ordinis neceſſitate, vel utilitate ità ex-

Cap. 7. In ſingulis. de ſtatu Monach. & Canon.

Ionoc. 4. In emin.

Num. 1. (*a*) *Singulis trienniis in Dominicâ* Cantate, *omnes Ordinis Abbates ad Capitulum Generale conveniant.* Hoc decretum in modernis ſtatutis novum non eſt, nec novum inducit, quin potiùs avitum moderatur onus; quondam enim quotannis celebrabatur Capitulum Gen. „ Communi quippe aſſenſu Patrum ſtatutum eſt, ut ſemel in anno, ſe ſe viſitandi gratiâ, Ordinis reparandi, confirmandæ pacis, & conſervandæ charitatis, omnes Abbates noſtri „ Ordinis pariter ad Capitulum Generale noſtri Ordinis conveniant, in Eccleſiâ Præmonſtratenſi, & non alibi, in Solemnitate B. Dionyſii. *Antiq. Statut. Diſt.* 4. *Cap.* 1.

Hoc porrò ſtatutum haud dubiè ſuſpicamur conditum in primo Ordinis noſtri Capitulo Generali, an. 1130. Die verò 11. Octobris, Præmonſtrati celebratn, ſub B. Hugone SS. P Norberti ſucceſſore: ab illo ſiquidem tempore, eâdemque die celebrata fuiſſe legimus Generalia Ordinis Capitula, quæcumque habita ſuot, uſque ad annum 1469. quo Capitulorum noſtrorum indictio, à B. Dionyſii ſolemnitate, ad Dominicam quartam poſt Paſcha tranſlata eſt, in Generali Capitulo ſub Simone de Peronâ celebrato.

Mutatâ diei indictione, pariter deinceps mutata fuere Capitulorum interſtitia. De annois quippè triennalia facta ſunt, ad tenorem ſequeotis decreti. „ Inprimis inſtitutum eſt, ut in poſterùm de triennio in trienoium Capitulum Generale celebretur, cui omnes intereſſe tene„ buntur. *Cap. Gen. an.* 1605. *Præm ſub Franciſco à Longo-Prato celeb.*

Quod ità reor facilitatum, ut reſciſſis frequentioribus viarum impenſis, & laboribus, faciliùs panderetur iter. Etſi verò ex annuis triennalia prudenter effecta ſint Ordinis Comitia Generalia, mutatis temporibus, tamen ſublata non eſt ad ea conveniendi obligatio, nec antiquatum omninò credas ſtatutum vetus hujus tenoris „ Quicumque aliâ quâcumque ratione, vel remanere præſumpſerit, vel Priorem, aut alium pro ſe non miſerit, careat ſtallo Abbatis, „ & non utatur baculo paſtorali, nec Miſſam celebret in Cooventu... donec per ſe, vel per „ nuntium, litteris Præmonſtratenſis Abbatis, vel Generalis Capituli communitum, circà ſe „ obtinuerit, & noverit diſpenſari. Verùm ſi quis in hoc contemptu perduraverit, ex nunc „ ſciat ſe eſſe depoſitum, & ab officio ſacerdotali ſuſpenſum: & Fratres non dubitent ſe eſſe „ ab ejus obedientiâ abſolutos, &, ſalvo jure Patris-Abbatis, habere liberam facultatem, „ Paſtorem alium eligendi. *Antiq. Statut. Diſt.* 4. *Cap.* 1.

Contra reluctantes in formâ procedendum eſſe declaraverunt Patres Capituli Gen. anni 1307. his verbis. Cùm multi Prælati noſtri Ordinis negligentes viſitare perſonaliter Capitulum Genera„ le, pœnas in privilegiis, & ſtatutis contentas contrà non venientes vilipendunt, præcipitur „ univerſis Prælatis tàm præſentibus, quàm abſentibus, quatenùs de ceterò Generale Capitu-

pedire judicaverit) idque poſt Paſcha, in *Dominicâ Cantate*, omnes Ordinis noſtri Abbates, vel ad minùs duo, niſi Dominus Præmonſtratenſis plures evocandos exiſtimaverit, de quâlibet Circariâ ex iis, quibus ob diſtantiam, aut aliam urgentem cauſam, à Capitulo Generali hoc eſt conceſſum, per unamquamque Circariam, & ejuſdem expenſis, deputandi, ad Capitulum Generale, per Dominum Præmonſtratenſem tempeſtivè indicendum, conveniant in Eccleſiâ Præmonſtratenſi, & non alibi, niſi de aſſenſu Domini Præmonſtrat. & Capituli Generalis.

2. Quòd ſi in poſtremo Capitulo, locus pro futuro Capitulo non fuerit deſignatus, poterit Dominus Præmonſtratenſis de conſilio Patrum Abbatum, & aliquorum aliorum quos judicaverit adducendos, vel conſulendos, alium commodum locum pro Capitulo Generali celebrando, conſtituere.

3. Abbates qui à remotioribus Circariis ad Capitulum Generale mittuntur,

---

„ lum viſitent diligentiùs; aliòquin contrà non venientes, aut minùs legitimè ſe excuſantes, „ prout rationis fuerit, procedatur. *Cap. Gen. an. 1307. ſub Adamo de Crecy celeb.*

Elapſo proximè ſeculo idem ſancivere Capituli General. Præmonſtratani Præſules; ac ne quis Abbatum, vel Priorum in Abbatiis Commendatis ab hoc penſo tergiverſatione quàvis ſe eximeret, prætextibus quibuſvis præcluſere ſemitam hoc decreto. „ Capitulum definit omnes „ Abbates etiàm Belgicos Antiqui Rigoris, debere venire ad Capitulum Gen etiàm Priores „ Monaſteriorum Commendatorum, etiàm Antiqui Rigoris, niſi fuerint legitimè impediti. *Cap. Gen. an. 1660. Seſſ. 9. Præm ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Nec ab hâc neceſſitate antiquitùs fuerunt immunes Angliæ, Hiſpaniarumque Prælati. Nòn Angli quidem ad quos an 1174. directa fuit ſequens epiſtola. „ Hugo Abbas Præmonſtrati, & ce„ teri Abbates Capituli Generalis anni 1174. Dilectis Fratribus Co-Abbatibus de Nebus, „ de Wilford, de Welbeck, de Modun, de Groſthun, de Lauveden, de Refford, de Ber„ lig, de Lupeholem, Salutem. De circatione ſingulis annis inter vos faciendâ, & quoties „ annuatim ad Capitulum venire debeatis, quod in commune ſtatuimus, vobis ſcribendo in„ noteſcimus, & inviolabiliter obſervandum in poſterùm præſenti chirographo communimus. „ Generali itàque noſtrûm inſtitutione ſancitum eſt, ut vos novem in unâ circatione ſitis, & „ duo ex vobis ſingulis annis ad Capitulum veniant, ità ut quarto anno veniant tres; Ità ut „ primò veniant de Wilford, & de Groſthun; ſecundo anno qui de Nehus, & de Lupeho„ lem, tertio de Reford, & de Modun; quarto anno de Welbeck, de Berlig, & de Levve„ den. Vobis ergò omnibus, authoritate Ordinis, & vi obedientiæ injungimus, ut inſti„ tutionem hanc, ſicut expreſſum eſt, abſque omni conditione, obſerveris. Si verò conti„ gerit ut uſque ad portum de Douvre venientes, Regiâ prohibitione, vel tempeſtate trans„ fretare nequiveritis, obſtante illud, vobis & citationem veſtram innoteſcetis, ut ità ex„ cuſabiles habeamini.

Ad Hiſpanos autem ſcripſit idem Hugo anno 1178. Præmonſtrati Abbas longiorem Epiſtolam, quâ illos ad idem aſtringit. Epiſtolâ expreſſum mandatum auſcultavere Hiſpani Præſules, eique gerentes morem, ſtatuerunt inter ſe „ Ut in unoquoque anno duo ex Hiſpanis Abbatibus eant „ ad Præmonſtratenſe Capitulum, qui combinantur ſic, primo anno hujus inſtitutionis debent „ eſſe Abbas Vitenſis, & Abbas Sancti Lonardi, ſecundo anno &c.

Præterea inſtitutum eſt ab iiſdem in eodem Capitulo „ Ut qui (ex duobus) ire non poterit, mit„ tat pro ſe reſponſalem ſuum, unum de melioribus ſuæ domûs fratribus... Si autem neque „ perrexerit, vel ſi evidenti causâ, vel neceſſitate detentus fuerit, reſponſalem pro ſe non „ miſerit, ſequenti annò Abbas qui cum eo ire debebat, eat cum duobus Abbatibus, qui il„ lo anno ire debebunt, & omnes Abbates ſcribant contrà eum, qui contra nos eſt ab om„ nibus repertus.

Sicut Abbatibus ad Capitulum Generale migrandi incumbit onus; ità eidem ſe ſiſtendi ſingulis Religioſis facultas ſuppetit, modò adſint, quæ requiruntur rationes decreto ſequenti. „ Capi„ tulum atteſtatur omnibus & ſingulis Ordinis ſubditis, & non ſubditis, quòd omnes Religioſi „ noſtri Ordinis, qui inconſultis Abbatibus, de conſenſu ſuorum Priorum & Conventualium, „ & ſanioris partis Capituli, pro commodo & utilitate, ſeu aliquibus negotiis ipſorum Mo„ naſteriorum expediendis, ad Cap. noſtrum Generale veniunt, & progrediuntur, nullatenùs „ in cenſuris Ordinis incidunt, intellecto quòd ea, quæ zelo charitatis operari decreverunt, „ nequaquàm ipſis imputari, & in detrimentum eorumdem cedere debent; declarando inſu„ per tenore præſentium quòd Abbates eorumdem nullatenùs debent, nec poſſunt aliquas pœ„ nas ipſis Religioſis, his de cauſis præſcriptis, ſic ad nos, & Capitulum venientibus, in„ fligere. *Cap. Gen. an. 1534. in S. Mart. Laud. ſub Amato de Fonte celeb.*

Singulare privilegium Canonicis noſtris in Univerſitate Pariſienſi Doctoribus indultum eſt, hoc decreto. „ Cùm numerus Abbatum Capitulantium, refrigeſcente charitate, paulatim minua„ tur, & creſcentibus undiquè malis, conſilium prævaleat malignantium, idcircò, maturâ „ Fratrum deliberatione præhabitâ, Capitulum præſens definit atque ordinat, quòd deinceps „ futuris, & perpetuis temporibus, omnes & ſinguli Religioſi noſtri Ordinis S. T. Profeſſo„ res, qui in almâ Pariſienſi Facultate ſui Doctoràtus gradum adepti ſunt, poſſint & valeant „ in hoc Patrum conſiſtorio aſſiſtere, & comparere in cappis, poſt Abbates, citrà tamen vo„ tum deliberativum, velut conſiliarii duntaxàt tàm ad referendum, quàm ad conſulendum „ quæ ad noſtri Ordinis perfectionem, & decorem opportuna eſſe, & fore viderint, & cog„ noverint. *Cap. Gen. an. 1534. apud S. Mart. Laud. celeb.*

Cir-

Circariarum ſuarum ſtatum, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, compertum habeant, ut tàm eum, quàm alia quæ earumdem Circariarum profectui opportuna videbuntur, Capitulo Generali, tempore, & ordine ſuo, plenè manifeſtent. Denique ſecum ferant, unde annuam Ordinis talliam, per ſingulos ſuarum Circariarum Prælatos ſolvendam, cum debito pro annis reſtantibus, integrè ſolvant.

4. Abbates ad Capitulum Generale venientes, cum tribus duntaxàt equis, & uno famulo pedite, vel ejus loco, cum uno Converſo, Eccleſiam Præmonſtratenſem ingrediantur: at Canonici in equis venientes, equos ſuos, ſi fieri poteſt, remittant, aliàs tàm horum, quàm iſtorum equis, avena non detur.

5. Verùmtamen Laudunenſi, Floreffienſi, & Cuiſſiacenſi Abbatibus indulgetur, ut quatuor perſonas ſecum adducant, modò ex illis aliquis ſit Notarius.

6. Quicumque Abbates ad Capitulum Generale venerint, ultrà *Saeſſionem*, *Laudanum*, *Criſpiacum*, *Farram* & *Calviacam* familiares, vel ſervos ſuos plures, quàm jam dictum eſt, adducere non præſumant, ut prætextu familiaritatis in Eccleſiâ Præmonſtr. durante Capitulo Generali introducantur, & retineantur; niſi id fieret propter itinerum pericula, Domino Præmonſtratenſi conſentiente, & expenſis Abbatum hoc facientium.

7. Omnes verò, qui Capitulo debent intereſſe, pridiè quàm celebretur, vel ipſo die, in loco ad hoc præfixo, ſatis tempeſtivè adſint.

Innoc. 4. In emin. 8. Nulli autem Abbatum, vel Præpoſitorum, liceat ſe à Capitulo Generali abſentare, niſi, vel ob corporis infirmitatem, vel ob aliquam fundatam rationem; vel ob loci diſtantiam, à Capitulo Generali, hoc ei ſpecialiter ſit indultum, aut per miſſionem duorum deputatorum ex ſuâ Circariâ (cui hoc conceſſum ſit) ſatiſfaciat.

9. Qui ob infirmitatem ſe abſentare cogitur, mittat Priorem ſuum, vel aliquem ex ſuis Canonicis ad hoc idoneum.

10. Quicumque verò aliâ ex cauſâ ſe abſentare præſumpſerit, nec ulſum loco ſuo miſerit, ſicut & ille, qui ad illorum duorum expenſas, quos Circaria (ut ſuperiùs eſt conſtitutum) ad Capitulum mittere tenetur, contribuere noluerit, ad unius anni talliam Generali Capitulo applicandam, & ad pœnam, quam Generale Capitulum judicaverit imponendam, condemnetur; ac ſententia ſine ullâ remiſſione, executioni demandetur. Ibid.

Caput II.

De Oratione ubique per Ordinem fundendâ, de Proceſſione, Miſsâ, ac aliis antè Capitulum peragendis.

1. PRo impetrandâ Spiritûs Sancti directione, & unanimi Patrum in bonum conſpiratione, ac uberi ejus fructu, ſupradictâ *Dominicâ Cantate*, in quâlibet Ordinis noſtri Eccleſiâ, Miſſa de *Spiritu Sancto* in Conventu celebretur: ac tàm in ipsâ, quàm in ſingulis Miſſis privatis, dicatur pro ipſis Abbatibus in Capitulo congregatis, Collecta, *Deus qui charitatis dona &c.*

2. Singuli Canonici illo die, & duobus ſequentibus, ob eundem finem, legant Pſalmum *Miſerere mei Deus* cum *Oratione Dominicâ*, & *Salutatione Angelicâ*, ac Collectâ prædictâ, *Deus qui charitatis dona &c.* Converſi quoque, eadem perſolvant, exceptâ Collectâ.

3. Ipſo itaque die quo Capitulum eſt inchoandum, horâ per Dominum Præmonſtratenſem deſignatâ, pulſus detur ad Proceſſionem: ac ſub hoc pulſu, Abbates, & omnes qui Capitulo intereſſe debent, antè majorem Præmonſtratenſis Monaſterii portam (*a*) conveniant in pleno habitu, tunicâ ſcil. ſcapulari, & caputio, cuique convenienti, ibidemque exſpectent, donec Conventus Præmonſtratenſis, usque ad ipſam portam, Proceſſionaliter eis obviam veniat.

4. In hac Proceſſione Dominus Præmonſtrat. & tres primi Abbates, ſint in Pontificalibus, & ex ipſo templo usque ad portam, Conventum Præmonſtratenſem ſequantur.

Num. 3. (*a*) *Conveniant in pleno habitu.* Quamvis ſub pleni habitûs notione vulgò intelligantur, ad mentem ſtatutorum, tunica, ſcapulare, & caputium; his enim ſolis indui conſueverunt Præmonſtratenſes ad Capitulum Generale, vel Provinciale congregari, ſi Abbates exceperis, qui mozettis, ſuchetis, & biretis ſuperinduuntur: verùmtamen indiſcriminatim „ Ordinavit Capitulum quòd Prælati & Religioſi Capitulo Generali comparentes, ſint in habitu, „ cappâ, & raſurâ decentibus, & non in brevibus tunicis, ſicut aliquandò ſoliti ſunt, & hoc „ ſub pœnâ punitionis condignæ. *Cap. Gen. an.* 1515. *Præm. ſub Joanne de Clusâ celeb.*

5. Cùm

5. Cùm circiter portam Proceſſio perveoerit, ſubſiſtat; ac Dominus Præmonſtratenſis, & tres primi Abbates, uſque ad ipſam portam progredientes, Abbates ibidem exſpectantes, reliquoſque omnes aquâ benedictâ aſpergant, ac eoſdem portam intrantes thurificent; & revertatur Proceſſio ad templum, quam Canooici, & Abbates ordinatè bini, & bioi ſequantur, poſt quos gradiantur tres primi Abbates, omnium autem noviſſimus procedat Dominus Præmonſtratenſis: ac iocipiatur in ipſo ingreſſu Reſponſorium *Chriſtus Reſurgens*, & à principio, uſque ad finem Proceſſionis, omnes Eccleſiæ campanæ pulſentur.

6. Abbates qui huic Proceſſioni non ioterfueriot, abſque licentia Domini Præmonſtratenſis, Abbatiam non intrent, & cùm intraverint, cauſam exponant, quæ ſi non reperiatur juſta, veniam petant, eamque ſuſtineant pœnam, quam idem Domious Præmonſtrat. duxerit infligendam.

7. Proceſſionem immediatè ſubſequatur Miſſa de *Spiritu Sancto* à Domino Præmonſtrat. celebranda, quâ completâ, ſtatim pulſetur campana Capituli, & omnes tàm Prælati, quàm abſentium Prælatorum Procuratores, & alii Priores, Suppriores, Canooici, omneſque ad Capitulum ſpectantes, iottent Aulam, ubi Capitulum eſt celebrandum.

8. Omnibus ingreſſis, Domious Præmonſtratenſis Hymnum *Veni Creator* incipiat, ac flexis genibus ab omnibus percantetur, ſubjungatque Domiuus Præmonſtratenſis Verſum *Emitte Spiritum tuum*, &c. & Collectam *Deus qui corda fidelium*, &c.

9. His peractis ſurgant omnes, atque (*b*) ad loca ſua eant, dictoque, à Domino Præmonſtratenſi, *Benedicite*, reſideant.

10. Sequatur deindè ſermo, vel exhortatio, quam faciet Dominus Præmonſtratenſis, vel Abbas aliquis, vel alius ex præcipuis Doctoribus, vel Canonicis, ab eodem antè præmonitus.

CAPUT III.

De Obedientiâ Domino Præmonſtratenſi præſtandâ, & de deſignandis Deſinitoribus, ac Officialibus Capituli.

1. SErmone completo, omnibuſque, egreſſis qui Capitulo noo debent intereſſe, & oſtiis clauſis ab iis, qui per Dominum Præmonſtratenſem ad hoc fuerint ſpecialiter deputati, ſtatim ipſe (*a*) Domious Præmonſtratenſis Capellam definitorii intret, ibidemque in manibus primi Abbatis (ſi tamen hoc antè nunquàm præſtiterit) ipſi Capitulo Generali obedientiam, flexis genibus promittat.

2. Quo facto, ſinguli Abbates & Prælati, qui anteà id non fecerunt, in manibus Domini Præmonſtratenſis, ipſi Domino Præmonſtratenſi, ac Capitulo Generali, obedientiam, & reverentiam, flexis genibus, per ordinem ſpondeant.

3. His geſtis, ſtatim per Dominum Præmunſtratenſem, cum Patrum Abbatùm, vel in illorum abſentiâ, cum ſeniorum præſentium Abbatum conſilio (*b*) Definitores Capituli aſſumantur.

4. Deſignabuntur deindè aliqui talliæ Collectores, qui antè ſolutum Capitulum, vel quarta die Capituli,

Num. 9. (*b*) *Eant ad loca ſua.* De præcedentiâ ſivè inter juniores, ſive inter ſeniores, ſivè etiàm inter Priores, alioſque Superiores, vide ſuprà pag. 8. & 9. item pag. 227. & 228. De præcedentiâ autem inter Prælatos. „ Capitulum definit in ſolo Capitulo Generali tenen„ dum eſſe locum, juxtà inſtallationem, ſine reſpectu ad Circarias, & ſine præjudicio in aliis „ conſeſſibus Quo decreto non comprehenduntur Patres Abbates primi, ſcil Rmus D. Ge„ neralis, S Martini Laudunenſis, Floreffienſis, & Coiſſiacenſis, qui ubique præcedunt. *Cap. Gen. an.* 1660. *Seſſ.* 9 *Præm ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 1. (*a*) *Dominus Præmonſtratenſis Capitulo Generali obedientiam promittat.* Obedientiæ hujuſmodi præſtandæ neceſſitatem, & motiva en tibi ſuadet Capitulum Generale, quod „ Atteſtatum eſt ſtatutorum ſeriem, & tenorem inſequendo, Rmum. Patrem Præmonſtraten„ tenſem ſubjici ipſi Capitulo Generali, ſic quòd appellationes interjectæ ab ipſo Rmo. Pa„ tre, ſecundùm primævam ipſius Ordinis inſtitutionem, ſivè de concernentibus diſciplinam „ regularem, ſivè in his quæ ſunt juriſdictionis, tractandæ ſint in ipſo Capitulo Generali, „ proùt à tempore immemoriali, & hactenùs actum eſt. *Cap. Gen. an.* 1522. *Branæ celeb.*

Num. 3. (*b*) *Definitores Capituli aſſumantur.* In Capitulo Gen. an. 1657. diſcuſſa eſt quæſtio, an Priores Monaſteriorum Commendatariorum poſſent eſſe definitores? Huic diſcuſſioni locum dederat decretum Capituli Generalis anni 1625. his conceptum terminis. „ Cùm numerus „ Abbatum Capitulantium, propter Commendatariorum creſcentem multitudinem, non me„ diocriter minuatur: Idcircò maturà PP. deliberatione præhabitâ, Capitulum præſens definit „ atque ordinat, quòd deinceps futuris perpetuiſque temporibus, omnes & ſinguli Monaſte„ riorum Commendatorum Priores, nec non Provinciarum deputati Procuratores, poſſint & „ valeant in hoc Patrum conſiſtorio, & Capitulo Gen. poſt Abbates ſedere, aſſiſtere & in „ diffinitores aſſumi.

ma-

matutino tempore, quantùm quisque ſolvere teneatur, & non ſolventium nomina, per Circarias ordinatè procedendo, coram omnibus publicare debeant.

5. Deſignabuntur etiam aliqui, qui abſentium Abbatum excuſationes recipiant, ac an ſint, vel non ſint fundatæ, judicent.

6. Nominabuntur quoque, qui litteras orationis concedant.

7. Eligetur futuri Generalis Capituli Secretarius, qui ſit Capitulo fidelis, ſecreta Capituli tegens, & antè debitum tempus ea nullatenùs manifeſtans.

8. Aſſumentur demùm Notarii, qui litteras Capituli, aliaque quæ eis imponentur fideliter ſcribant.

9. Prædicti omnes, de ſibi commiſſis fideliter complendis, in manibus Domini Præmonſtratenſis, juramentum præſtent: & inſuper jurent Notarii coram Definitoribus, quòd cuncta ſilentio continebunt, nec quidquam evulgabunt, quòusque ab ipſis Definitoribus ſint publicata.

10. Ad majorem Generalis Capituli ſecuritatem, & reverentiam, Abbas Præmonſtrat. cum Definitoribus, in ſingulis Capitulis Generalibus, ſeligant duos Abbates idoneos, qui omnes Generalis Capituli litteras ſigillatas, & ſigillandas diligenter diſcutiant, & advigilent, ne quid ſubrepat indocti, vel quod poteſtatem excedat, vel quod Capituli decreta relaxet, vel quod aliquod incommodum, vel inconveniens ſecum trahat.

11. Alteruter ipſorum, litterarum ſigillationi ſemper interſit, cum uno Præmonſtratenſis Eccleſiæ Canonico, deſignando per Dominum Præmonſtratenſem, & Definitores, qui omnes litteras ſolus ſigillabit.

12. Hi tres fidelitatis juramentum in manibus Domini Præmonſtratenſis ut alii quoque præſtabunt.

13. Litteræ *Prædicationum*, ſivè quibus confertur prædicandi poteſtas, quandò à Capitulo conceduntur, non fiant, nec ſigillentur, niſi ſub hâc communi formâ. *Quoniam* (ut ait Apoſt.) Rom. 14.
omnes ſtabimus antè tribunal Chriſti &c.

14. Sigillum Generalis Capituli, in Præmonſtratenſi Monaſterio, (*c*) quatuor clavibus concludatur, quarum unam Præmonſtratenſis, alteram Laudunenſis, tertiam Floreffienſis Abbates habeant, quartam verò Prior Præmonſtratenſis, vel Frater ille, quem Conventus Præmonſtratenſis, ad illius clavis cuſtodiam, duxerit deputandum.

15. Durante autem Capitulo Generali, etiamſi de die dictum ſigillum efferri debeat, nocturno tamen tempore ſub conſuetâ cuſtodiâ reponatur.

16. His peractis, ſinguli Viſitatores, & omnes, qui ſivè à ſolo Domino Præmonſt. ſivè ab ipſo, & à Capitulo Generali junctim, aliquod officium, vel aliquam habent commiſſionem, ad manus Domini Præmonſt. commiſſiones ſuas reſignent, qui eas acceptabit; & poſteà, prout bono Ordinis expedire viſum fuerit, ex judicio Capituli Generalis, vel reſtituet vel reſervabit; ità tamen ut (*d*) novi Viſitatores ex ipsâ Circariâ viſitandâ, vel ex aliâ (prout Abbati Præmonſtratenſi, & Capitulo Generali expedire videbitur) aſſumantur.

17. Decernatur deindè, quis Miſſam (quæ durante Capitulo, biduo poſt primum diem, immediatè antè Capitulum, ab Abbatibus cani debet) ſit

Contenderunt itàque Priores, & Procuratores deputati, ſe hujus decreti vigore, debere cum Abbatibus ſedere, negotia tractare & deliberare, abſque ullâ ſui, ad id muneris, Capitulari electione. In cujus difficultatis diſcuſſione Patres Capituli Generalis non modicùm inſudarunt Seſſione 3. In quartâ autem ventilatum eſt præconceptum, circà *vocem Priorum* decretum, & ſubſequentibus terminis publicatum. „ Decernit Capitulum quòd Vicarii Circariarii, qui regula„ res non habent Abbates, vel ſi habeant, ipſi tamen non compareant in Capitulo Gen. „ & eorum deputati, ſeu eorumdem aliqui Priores poſſint in diffinitores eligi. Ità tamen quòd „ eorumdem Vicariorum & deputatorum, ſeu Priorum numerus, non excedat quartam partem „ Abbatum, vel Præpoſitorum in diffinitores aſſumptorum. *Cap. Gen. an.* 1657. *Seſſ.* 4. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb*

In quintâ denique, Prioribus vocem conſultativam ſibi dari petentibus, „ Capitulum reſpondit, „ eos poſſe in diffinitores aſſumi, & poſt Abbates ſedere, quandò in diffinitores eligentur, & „ ſedere jubebuntur: decretumque an. 1625. quod incipit, *Cum numerus &c.* ſignificare „ habilitatem, non actum. *ibidem. Seſſ.* 5.

Num. 14. (*c*) *Quatuor clavibus concludatur.* Quod hic moderna ſtatuta præcipiunt, circà ſigilli Cap. Gen. cuſtodiam, idipſum mandatur expreſſis terminis Antiq. ſtatut. Diſt 4. Cap. 1. inſtauratumque legitur in Capitulo Gen. an. 1535. & alibi.

Num. 16 (*d*) *Novi viſitatores aſſumantur.* „ Quæſivit R. D. Vallis-ſerenæ, an non debeant „ Viſitatores, & Circatores in ſingulis Capitulis Generalibus mutari? Capitulum reſpondit re„ linquendum eſſe Capituli prudentiæ, utrùm iterùm velit eos aſſumere. An verò Circator „ poſſit eligi de Circariâ viſitanda? Capitulum reſpondit, poſſe. *Cap. Gen. an.* 1666. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

celebraturus ; quis Choro præfuturus , quis Diaconus , Subdiaconus , & quis Aſſiſtens ſit futurus , ac iis , & omnibus quibus aliquid agendum incumbit , quid facere debeant , tempeſtivè ſignificetur.

Caput IV.

De Ordine & modo , quibus in Capitulo Generali procedendum.

1. Completis , quæ Capitulo præmittenda ſunt , ſi quid adhuc temporis ſuperſit , ad negotia in Capitulo tractanda procedatur.

2. Antè omnia autem , Abbates , & quicumque alii Ordinis noſtri Profeſſores , habentes litteras excuſationis , vel quasvis alias , Domino Præmonſtrat. & Capitulo Generali præſentandas , eas ſtatim præſentent , & quæ ſunt in eis notanda , dùm leguntur , notentur.

3. Litteræ excuſationis contineant quòd earum bajulus , loco mittentis jurandi habeat poteſtatem , quòd excuſationis cauſa ſit juſta , & ſufficiens.

4. Abbates verò , quibus auctoritate præcedentis Capituli Generalis aliquid fuit commiſſum , in præſenti Capitulo , ſivè per ſe (ſi poſſint) ſivè per alium (neceſſitate hoc compellente) quid indè ſit actum , patentibus litteris ſignificent , alioqui tribus diebus , in pane & aquâ , jejunare cogantur.

Diſt. 4. C. Erit autem. Diſt. 50. ut conſtitueret. & ſeq.

5. Deindè Dominus Præmonſtratenſis proponat quæ in celebrando Capitulo, pro Ordinis reformatione , utilitate , uniformitate , atque concordiâ , judicat neceſſariò tractanda , & reſolvenda.

6. In negotiis autem tractandis (*a*) hic ſervetur modus.

Diſt. 44. c. ult. 25 q. ult. c. Privilegia. & c. Amputato.

7. Primò , de Ordinis reformatione agatur , & quæ præcedente Capitulo Generali hâc de re ſunt conſtituta , examinentur ; & ſi utilia reperiantur , & talia , quæ commodè executioni mandari queant , confirmentur : at verò ſi minùs utilia , vel nimis dura comperiantur , ea vel in toto , vel in parte mutentur , vel mitigentur , vel abrogentur.

8. Secundò , de appellationibus ſi quæ ſint agetur.

9. Tertiò , de cauſis , quæ ex diverſis Circariis adferuntur , ac de aliis occurrentibus difficultatibus , tractabitur.

10. Ne verò in tractandis materiis, confuſio aliqua oriatur , & ut unusquisque prudenter & diligenter , antequàm ad Congregationem veniat, quæ tractanda ſunt perpendere , & examinare queat; in fine ſingularum Congregationum , quid in ſequenti diſcutiendum ſit Dominus Præmonſtratenſis decernat.

11. Ob eandem quoque rationem , Circariarum cauſæ per Ordinem tractentur ; & ordo quo Circariæ ſunt expediendæ , in Aulâ Capitulari ſcriptus dependeat , qui ab omnibus obſervetur , & qui eum infregerit , à Domino Præmonſtrateoſi , & Capitulo , debitè puniatur.

12. In deliberationibus , Ordine ſuo unusquisque loquatur , loquentem omnes attentè audiant , nec eum aliquis perturbare , vel interpellare præſumat.

13. Quicumque Religioſorum aliquid proponere voluerit , paucis , ac cum debitâ id faciat reverentiâ , ac ſemper detecto ſit capite. 5. q. 6. c. In loco.

14. Omnia , quæ in Capitulo Generali aguntur , tractantur , & reſolvuntur , à Secretario ſcriptis mandentur.

15. Si quid occurrerit corrigendum , omnes & ſinguli Domino Abbati Præmonſtratenſis Eccleſiæ (quæ omnium aliarum Eccleſiarum mater eſt) & ſancto illi Abbatum conventui , humiliter , reverenterque obediant ; & clamati veniam petant , Abbates ſtando , alii ſe proſternendo. Verùm clamationes à nullis fiant , quàm à ſolis Abbatibus. Innoc. 4. In emin.

16. Sicut autem Domino Præmonſtratenſi , & Capitulo Generali , ſinguli Abbates obedire tenentur , ità quoque Abbas Præmonſtratenſis obtemperare debet Capitulo Generali, ut & ipſe ſecundùm Ordinis Statuta , ſi quid contrà ipſum propoſitum fuerit , judicetur.

17. Abbas in Generali Capitulo ex fundatâ cauſâ depoſitus , etiamſi cauſa non ſit expreſſa , ſine ipſius Capituli licentiâ , antè trienniùm iterum in Abbatem non promoveatur.

Num. 6. (a) In negotiis tractandis hic ſervetur modus. Non uno ſemper eodemque modo , in Ordinis noſtri negotiis pertractandis , proceſſerunt Capitulorum noſtrorum Generalium Patres congregati. Aliquatenùs diverſam ab hodiernâ praxi, ejuſmodi negotia agendi methodum teſtantur antiqua noſtra ſtatuta *Diſt.* 4. *Cap.* 1. ipſisque ſtatutis antiquis vetuſtiorem Capitula Præmonſtratenſium celebrandi formam , commemorant Emonis & Menkonis Chronica , quam , ſi in exquirendâ antiquitate curioſus es , miraberis apud R. D. Hugonem noſtrum , *in Sacr. Antiquit. Monum. Pag.* 444. *& ſeq.*

18. Qua-

Diſt. 96. c. In ſcripturis.

18. Quæcumque in Capitulo propoſita fuerint, vel acta, quæ ſcandalum aliquod poſſent generare, perpetuo ſilentio regantur: & ſi quis ea repertus fuerit propalaſſe, tamquàm ſecretorum Capituli revelator, ſevere puniatur.

19. Si in tractandis materiis oriatur opinionum qualiſcumque varietas, utraque pars rationes ſuas cum religioſâ

Innoc. 4. & Urba. 4. In extra.

modeſtiâ proponat, vel, ſi ità Domino Præmonſtratenſi viſum fuerit, ſcripto tradat, & à Definitoribus ſeorſim in Definitorio diſcutiantur, & quod ipſi reſolverint, pro definitâ ſententiâ, ab omnibus ſine ullâ contractione teneatur.

20. Itàque primæ primi diei Congregationi, completis, pro ratione temporis, his, (*b*) quæ ſuperiùs ſunt conſtituta, ac aliis, quæ Dominus Præmonſtratenſis agenda judicaverit, ad ejus nutum finis imponatur.

CAPUT V.

De his quæ poſt prædicta, Primo, Secundo, & Tertio die Capituli ſunt obſervanda.

1. EOdem primo die, poſt meridiem, commodâ horâ, à Domino Præmonſtratenſi deſignandâ, pulſus ad Capitulum detur, & ſtatim in Aulâ Capitulari, vel circà eam, omnes conveniant.

2. Ingreſſo Domino Præmonſtratenſi, omnes ingrediantur, & fores Aulæ Capitularis claudantur, ac flexis genibus (prout etiàm in ſingularum Congregationum initiis fieri debet) legatur Antiphona *Veni Sancte Spiritus*, ſubjungat Dominus Præmonſtratenſis Verſum, *Emitte Spiritum tuum, &c.* & Collectam, *Deus qui corda, &c.*

3. Surgat deindè Dominus Præmonſtratenſis, ac reſideat, omneſque ad loca ſua ſe recipiant, & quæ in præcedenti Congregatione tractari cœpta ſunt, reſumantur, & (ſi fieri poteſt) abſolvantur.

4. Durante autem Capitulo, nullus Abbas, Canonicus, vel Converſus, ſine licentiâ Domini Præmonſtratenſis, Monaſterii, ubi celebratur Capitulum, portas egrediatur.

5. Tranſgreſſor hujus conſtitutionis, ſi ſit Abbas, in pane & aquâ jejunet, & in Conventu Abbatum, ſuper nudam menſam comedat.

6. Si ſit Canonicus, vel Converſus, in pœnâ gravioris culpæ (ſi tamen Abbas Præmonſtratenſis eum retinere voluerit) Præmonſtrati remaneat.

7. Si quis autem temerario auſu muros tranſierit, judicetur Apoſtata, 11. q. 3. c. Certum eſt.
ac ex eo tempore, ſine licentiâ Domini Præmonſtrat. in domo propriâ nequaquàm recipiatur.

8. Secundo die, ad ſignum campanæ, omnes Capitulum intrent, & abſolutâ Antiphonâ, *Veni Sancte Spiritus*, cum Verſu, *Emitte Spiritum tuum &c.* & Collectâ, *Adſit nobis &c.* Definitores Definitorii Capellam ingrediantur, & ſi quæ controverſa ſunt reſolvenda, ibidem reſolvant, ac ad Congregationem venientes, reſoluta promulgent, & ad alia negotia ordinatè procedatur.

9. Tertio die, ſimiliter in Aulâ Capitulari, omnes ſigno dato conveniant, & lectâ Antiphonâ, *Veni Sancte Spiritus*, cum Verſu *Spiritus Domini &c.* & Collectâ *Mentes noſtras &c.* Definitores, quæ pridiè inceperant, proſequantur, atque perficiant, & in Capitulo publicent: deindè ſi quæ ſuperſunt, ea à Capitulo tractentur, & reſolvantur, & ſi fieri poteſt, (*a*) Capitulo finis imponatur.

CAPUT VI.

De Ordinationibus Capituli Generalis.

1. EST autem firmiter decretum, ut circà conſtitutiones novas hæc tria perpetuò obſerventur. Primò, ut (*a*) Viſitatores omnia Statuta, quæ in Capitulo Generali de cæterò condentur, in omnibus Monaſteriis ſibi ſubjectis,

---

Num. 20. (*b*) *Quæ ſuperiùs ſunt conſtituta.* Anno 1621. quo hæc Ordinis noſtri ſtatuta nondùm plenè reſoluta erant, Reformata Communitas Antiqui Rigoris in veteri monaſterio *S. Mariæ ad Nemus* congregata peculiarem ſibi Capitula ſua celebrandi modum inſtituit, quem etſi referre gratum foret, tamen omiſimus, ne prolixiori enarratione tibi, Lector, faſtidium afferamus.

Num. 9. (*a*) *Capitulo finis imponatur.* „ Reverendo admodùm D. Abbati de Marchrallo, quærenti ut determinaretur à Capitulo, quot dies inſumendi eſſent in Capitulo Generali celebrando? Reſponſum eſt & ſtatutum, Capitulum Generale ad quatuor tantum dies extendi debere, iiſque elapſis, reliqua negotia, quæ ſuperfuerint tractanda, deputatis ad hunc effectum commiſſariis deleganda, *Cap. Gen. an.* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 1. (*a*) *Viſitatores, ſtatuta quæ in Cap. Gen. condentur, primo anno publicare teneantur.* Tanta primitùs erat, ergà Capitulorum Generalium ſanctiones, Majorum noſtrorum reverentia, ut earum in Monaſteriis quibuſcumque promulgationem, ne vel ad alterum, à Capitulantium reditu, ſolem differri paterentur. Firmiter quippè ſtatutum legebatur in veterrimis ſtatutis *Diſt.* 4. *Cap.* 1. „ Ut Abbates de Generali Capitulo redeuntes, eodem die, quo primum ingreſſi fuerint Capitula ſua, inſtitutiones Capituli Generalis eo anno editas recitent,

ipſo primo anno publicare teneantur, quòdque omnes tàm Prælati quàm Subditi, eas inviolabiliter obſervare debeant. Ad quod Viſitatores omnibus modis adlaborabunt, contradictores, & rebelles, ſi ſit neceſsè, etiàm per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcendo & compellendo.

2. Deindè, ut ſubſequenti Generali Capitulo, eadem nova Decreta examinentur, & diſcutiantur, & ſi nullus ea oppugnet, nullumque in eis incommodum reperiatur, mandetur ut in debitâ obſervatione permaneant. At verò (*b*) ſi aliquis contradicere, aut ea oppugnare velit, ejus rationes audiantur, & perpendantur, ac quid ſit faciendum, per Capitulum, vel per Definitores decernatur.

25. q. ult. c. Poſteaquam. §. His ita. & §. ult. & c. Ita nos 3. Demùm, ut tertio Capitulo rursùm eadem Decreta, ut jàm eſt dictum, ad incudem revocentur, & exactiſſimè examinentur, ac omnimodè, vel approbentur, vel reprobentur, aut ſi ſint nimis ſevera, vel dura, mitigentur.

4. Quæcumque autem decreta vel Statota, tertio Capitulo fuerint approbata, ea ſine relaxatione aliquâ tàm à Prælatis, quàm Subditis perpetuò obſerventur.

25. q. 2. c. Cùm præ. 5. Subditi qui eadem Statuta recipere, vel obſervare contempſerint, per proprios ſuos Prælatos, vel per Viſitatores, ad eorum obſervationem, etiam excommunicationis ſententiâ, compellantur.

6. Abbates verò, qui protervè iis reluctantur, vel ea admittere recuſant, per cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiàm per depoſitionem, ſi neceſsè ſit, conſtringantur.

Caput VII.

De Talliis, ſivè Collectis.

1. Porrò Definitores, de temporali Ordinis ſtatu ſe informare teneantur; ac ob id talliarum, ſivè contributionum computus ab iis, qui earum adminiſtrationem habuerunt, exigant, & illi eos exactè reddant.

2. Auditis computibus, advertant Definitores, ſi in proximo Capitulo tallia ſit ſolvenda, & ſi hoc neceſſarium exiſtimaverint, rationes in Capitulo publicè proponant, ut ibidem quid agendum ſit, communi conſenſu decernatur.

3. Hoc verò permaneat perpetuo decreto ſtabilitum, ut de cetero, præter Collectas in Capitulo Generali indictas, nullæ aliæ collectæ, ſeu contributiones in Ordine fiant, niſi pro communibus ipſis Ordinis negotiis, vel pro ſublevandâ aliquâ domo Ordinis noſtri, gravi paupertate preſsâ. In quibus caſibus ſi Capitulum Generale commodè poſſit expectari, ipſius judicio, & conſenſu hujuſmodi Collectæ fiant.

4. Quia verò magna nonnunquàm neceſſitas occurrere poteſt, ut Capitulum expectari nequeat; ideò in ſingulis Capitulis Generalibus, per Domioum Præmonſtratenſem, & ipſum Capitulum, ſtatuantur viri aliqui fideles, & circumſpecti, per quos, & de quorum conſilio & aſſenſu, urgente caſu neceſſitatis, Collectæ fiant, aut mutuum pro Ordine contrahatur.

5. Quandò autem Collectæ per ſupradictos faciendæ decernuntur, deputentur quoque ab iiſdem duo Abbates, qui dictas Collectas recipiant, & de

---

„ & promulgent, aliòquin ab eodem die, ceſſent à divinis, quòuſque fuerint recitatæ Quod „ quidem ſtatutum immutarunt Patres in Capitulo Gen. an. 1279. hoc edicto, „ Statuimus ut „ antiqui Viſitatores per quamlibet Circariam deputati, in quâlibet Eccleſiâ ſuæ Circariæ, in- „ ſtitutiones Capituli Gener. eo anno editas recitent, & promulgent, cùm ad eas, vel per „ earum quamlibet deſcenderint viſitandas: Præcipientes eaſdem autoritate Generalis Cap. à „ fratribus noſtri Ordinis inviolabiliter obſervari. *Cap Gen. an.* 1279. *Præm. ſub Ægidio Abbate celeb.*

Hoc porrò decretum, etſi approbatum conſpiciatur in antiq. ſtatut. an. 1290. vel circiter conditis, tamen paulò poſt ad primum rigorem revocatum legimus, ut ſequitur. „ Statuitur ut „ quilibet Prælatus noſtri Ordinis, poſtquàm à Capitulo Generali ad Eccleſiam ſuam reverſus „ fuerit, infrà triduùm, in Capitulo, omnia ſtatuta in ultimo Generali Capitulo edita, co- „ ràm fratribus ſuis publicet; & Priores faciant ſcribi, aliòquin pœnæ ſubjacebunt. *Cap. Gen. an* 1302. *ſub Guillel de Louvignies celeb.*

Num. 2. (*b*) *Si aliquis contradicere, aut ea oppugnare velit.* Ad faciliorem expeditioremque novorum decretorum, in antecedentibus Capitulis conditorum diſquiſitionem. „ Capitulum „ mandat omnibus, qui difficultates habuerint Capitulo Generali proximo proponendas, illas „ ſex antè menſibus mittant ad R. D. Generalem: quas ſi viderit graves, eas communicare „ poterit Vicariis, quibus viſum fuerit, & Vicarii eas examinabunt. *Cap. Gen. an.* 1660. *Seſſ.* 21. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

ſua

ſuâ receptione, in ſequenti Capitulo Generali computum reddant.

6. Tribuatur iisdem Collectoribus, authoritate Domini Præmonſtratenſis, & Capituli Generalis, poteſtas compellendi omnes, qui impoſitam contributionem ſolvere nolunt.

7. Hoc inſuper perpetuâ ſanctione maneat fixum, ut omnes Ordinis noſtri Prælati, qui Collectam pro negotiis Ordinis, vel pro cauſis in Statutis & Privilegiis Ordinis expreſſis, per Definitores Capituli Generalis, vel per conſenſum majoris & ſanioris eorumdem partis imponendam, pro portione, per deputatos, vel deputandos à Domino Præmonſtratenſi, & Capitulo Generali, Eccleſiis ſuis impoſitâ, vel imponendâ, Collectoribus, ſeu Receptoribus legitimâ authoritate conſtitutis, ſolvere (*a*) noluerint; excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant.

23. q. 5. c. Non inferenda & aliquot ſeq.

8. Quod ſi hanc ſententiam per tres menſes ſuſtinere præſumpſerint, iis evolutis, ſint ipſo facto depoſiti, omnesque eorum ſubditi ab obedientiâ ipſis promiſsâ abſoluti, ſintque Patres-Abbates ſub prædictâ pœnâ obligati, ut filiabus ſuis Eccleſiis taliter vacaturis, ſtatim ſecundùm formam Ordinis, de idoneis Paſtoribus, faciant canonicè provideri.

9. Priores, Proviſores, & quivis alii ſubditi, qui in ſolvendâ Collectâ, ex præcedentibus cauſis impoſitâ, Prælatis ſuis, aut in Electionibus propter cauſam jam dictam celebrandis, Patribus ſuis Abbatibus cum effectu reſtiterint, præter pœnas rebellibus conſtitutas, voce & obedientiâ nominatâ careant, & ſint ineligibiles toto tempore vitæ ſuæ.

CAPUT VIII.

De Concluſione Capituli Generalis.

1. OMnibus definitis, & ordinatis, quæ fuerint definienda, & ordinanda; in Abbatum Capitulo, ſivè in ſeparatâ eorùm ab aliis Congregatione, Circariarum litteræ, aliaque quæ fuerint conſtituta & ordinata, in quantùm opus fuerit, legantur; & poſteà in communi Capitulo Conventûs, præmiſsâ aliquâ (ſi tempus permittat) exhortatione, communia Ordinis inſtituta, ſi quæ noviter fuerint facta, & alia quæ in Capitulo fuerint decreta, promulgentur; ac deindè (*a*) conſuetæ Orationes fiant, & qui fuerint ex more excommunicandi, à Domino Præmonſtratenſi excommunicentur.

2. Subjungatur demùm à Domino Præmonſtratenſi Confeſſio Generalis, *Confiteor Deo Omnipotenti*, *&c.* & præmiſsâ Oratione *Miſereatur tui*, *&c.* eadem Confeſſio à Capitulo repetatur; ſubnectat deindè Dominus Præmonſtratenſis *Miſereatur veſtri*, *&c.* & *Indulgentiam*, *&c.* ac, niſi adſit Epiſcopus, à Domino Præmonſtrat. ſolemnis detur benedictio, & hoc modo, Capitulo Generali finis imponatur, & unusquisque in pace revertatur ad propria.

CAPUT IX.

De Capitulo Provinciali.

1. UT facer noſter Ordo, per totum terrarum orbem longè latèque diffuſus, in majori diſciplinâ contineri, & ſtatim oborientes difficultates majori valeant authoritate reſolvi, atque componi; firmiter eſt conſtitutum, ut in ſingulis Circariis, quandò Capitulum Generale

Cap. 7. In ſingulis De ſtatu Monach. & Canon.

Num. 7. (*a*) *Qui Collectam ſolvere noluerint* „ Quoniàm juſtum & æquum dignoſcitur, & hæc „ æquitas conſonat rationi, ut qui communem cum aliis ſuſceperunt vitam, eandem in legibus retineant diſciplinam, & alibi ſcribitur, quòd illa pars eſt turpis. quæ ſuo non congruit univerſo: Idcircò olim fuerat à noſtris Patribus inſtitutum, quòd omnes Abbates Ordinis, tallias Ordinis ſibi impoſitas tranſmitterent eo anno, vel deferrent, ſub pœnâ depoſitionis, locis & terminis aſſignatis; Sed quià plerique Abbates pœnam hujuſmodi recipere „ non formidant, propter hoc, de communi conſenſu pœnam duximus ampliandam, Statuentes, ut quicumque Abbas, vel Præpoſitus noſtri Ordinis portionem talliæ ſuæ Eccleſiæ „ impoſitam, non tranſmiſerit, vel apportaverit, eo anno, locis & terminis à Diffinitoribus „ aſſignatis, ſit depoſitus ipſo facto, & ejus ſubditi ſint ab ejus obedientiâ penitùs abſoluti. *Cap. Gen. an.* 1283 *ſub Guidone Abbate celeb.*

Num. 1. (*a*) *Conſuetæ Orationes fiant*, *&* *qui fuerint excommunicandi excommunicentur.* Ex Chronicis B. *Emonis & Menckonis* ad an. 1217. hunc fuiſſe Præmonſt. Cap. Gen. concludendi morem comperimus, videlicet. „ Poſtremò D. Præmonſtratenſis more præfationum in Paraſceve, orat pro omnibus gradibus Eccleſiæ. Tandem accenſis candelis, & allatis ſtolis, „ & baculo paſtorali, excommunicantur proprietarii, & alii, ſecundùm ordinem, & dicit: „ *Omnis proprietarius &c. Auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti &c.* ſubjungens *fiat*, *fiat*, „ & projicit ad terram candelam quam tenuit, & alii Abbates ſimiliter. Poſteà ſubjungit *Confiteor*, *Miſereatur*, *Indulgentiam.* Sequitur Benedictio, *Sit nomen Domini benedictum &c.* „ *Adjutorium &c*, *Benedicat &c.*

non celebratur, (*a*) Vicarii annuè Capitulum Provinciale inſtituant, niſi ex juſtis cauſis ipſi judicent ad ſecundum, vel tertium annum differendum.

2. Ad hoc Capitulum vocabuntur, & venire tenebuntur, omnes Circariæ, ſivè Provinciæ Abbates, Præpoſiti tàm Monialium, quàm virorum, ac (*b*) etiam Priores, tàm qui viris, quàm qui Monialibus præſunt, & ex unoquoque Monaſterio unus Paſtor, à reliquis ejuſdem Monaſterii Paſtoribus deputandus, ac etiam Collegiorum, ſivè Seminariorum, ſi quæ ſint, Præſides. Qui omnes ſtatuto die, & loco comparebunt.

3. Huic Capitulo Dominus Præmonſtratenſis quandòcumque placuerit, præſideat; eo autem abſente, Vicarii locum ejus teneant.

4. Ordo, Cæremoniæ, & obſervantiæ, aliaque pro Generali Capitulo præſcripta, in quantùm congruum eſt, Capitulo Provinciali accommodentur.

5. Caveatur autem, ut nihil in Provincialibus Capitulis ſtatuatur, vel ordinetur, quod Statutis vel Privilegiis Ordinis, vel Generalis Capituli decretis, ejuſque juriſdictioni ullatenùs contrarietur. Et ſi quid tale fiat, nullius ſit roboris, vel efficaciæ.

6. Antequàm verò Capituli Provincialis ordinationes executioni mandentur, priùs mittantur ad Dominum Præmonſtratenſem, ut ipſe eas examinet, & ſi neceſsè ſit corrigat, augeat, minuat vel mutet, prout ipſe in Domino expedire judicaverit, & poſtquàm examinaverit, eas vel rejiciat, vel confirmet: & quandò ſunt confirmatæ, Vicarii eas publicent, & omnes iſtius Provinciæ Religioſi, tàm Prælati, quàm Subditi eas acceptare & obſervare teneantur.

Caput X.

De conſtruendis Abbatiis, & earundem unitate, ac uniformitate quoad Regulam, Statuta, Cantum, Cæremonias: ac de ſuccurrendis afflictis Monaſteriis, & Ordinis Privilegiis defendendis.

1. PRo conſtruendis Abbatiis nolla loca in Civitatibus acceptentur, niſi cum conſenſu Capituli Generalis, vel Domini Præmonſtratenſis, quandò ſine periculo Capitulum Generale exſpectari non poteſt: at verò alia loca ſub teſtimonio duorum Abbatum (ſi haberi queant) recipiantur. Arg 18. q. 2. c Luminoſo.

2. Filius Abbas ſine conſenſu ſui Patris-Abbatis, ac Domini Præmonſtratenſis, vel Capituli Generalis, nullam novam Abbatiam erigat.

3. Exactiſſimè autem, & inviolatè obſervetur, ut nullus novus Abbas, ad locum qui noviter in Monaſterium erigitur, vel conſtruitur, mittatur, niſi cum Clericis ad minus duodecim, & cum his libris: *Miſſali*, *Pſalterio*, *Hymnario*, *Collectario*, *Antiphonario*, *Ordinario*, *Regulâ* atque *Statutis*: necnon niſi conſtructis his ædificiis, *Oratorio*, *Refectorio*, *Dormitorio*, *Infirmitorio*, *Portâ*, *Cellâ Portarii*, & *Cubiculo*, vel *Domo Hoſpitum*; quatenùs Fratres ibidem Deo ſervire, & regulariter vivere ſtatim queant.

4. Fratres, qui cum novo Abbate ad formandum, erigendumque novum Monaſterium emittuntur, Abbas emittens, invito novo Abbate, ex nullâ causâ repetere, aut recipere poſſit; & ſine utriusque Abbatis licentiâ, ipſi redire, ad matricem ſuam Eccleſiam non præſumant.

5. Si quis ex Canonicis, vel Laicis, ad novam Abbatiam emiſſus, ad matricem Eccleſiam, ſine debitâ licentiâ, inobediens exiſtens, & contumax, reverſus fuerit, Abbas matricis Eccleſiæ, eum tanquàm inobedientem, ex- Vid. diſt. 50. c Contumaces & 19. q 1. c. Si quis preſbiter.

Num. 1. (*a*) *Vicarii annuè Capitulum Provinciale inſtituant.* Statutum hoc in ultimo Generali Capitulo inſtauratum legitur his verbis, „ Decrevit Capitulum ut in ſingulis Circariis, quandò „ Capitulum Gen. non celebratur, Capitulum Provinciale inſtituatur, quò frequentiùs fieri „ poterit, ſingulis triennis ad minùs. *Cap. Gen. an.* 1717. *Præm ſub D. Honorato Lucas celeb.*

In Congregatione Reformatorum Antiqui Rigoris Capitulum Provinciale quotannis celebratur, non tantùm vi ſtatutorum univerſo Ordini communium; ſed vigore præſertim Bullarum Pontificiarum per dictam Congregationem obtentarum, & Mandati de manutenendo, à Sacro Rotæ Romanæ Auditorio, in judicio contradictorio emanati, ſub datâ Romæ nonâ Februarii an. 1629.

Num. 2. (*b*) *Vocabuntur etiam Priores.* Capitulum Generale an. 1660. definit Priores, Eccleſiarum quibus præſunt Abbates Regulares, vocandos eſſe ad Capitula Provincialia. Mos contrarius in Congregatione noſtrâ invaluit, Prioribus enim ſub Abbate Regulari conſtitutis, non licet adire Capitulum, niſi cùm ad illud, à toto Conventu, vel pluralitate vocum, in electione Conventualium eliguntur.

trà

trà Conventum, in loco in quo voluerit, per quindecim dies retineat.

6. Si verò in rebellione perſeverans, reverti noluerit, ipſe Abbas matricis Eccleſiæ, eum ad locum, ad quem miſſus erat, redire compellat, ac ibidem tanquàm Pater-Abbas, eundem pœnæ ſubjiciat, tantæ contumaciæ, & inobedientiæ competenti.

7. In aliis verò Abbatiis, compertâ ejus pervicaciâ, unâ ſolum noctè hoſpitii gratia ei præſtetur.

8. Nullâ autem ratione, Fratres noſtri concedantur, vel accommodentur alterius Ordinis Eccleſiis, niſi dictæ Eccleſiæ ad noſtrum Ordinem tranſire velint.

9. Ut autem omnis violandæ pacis, atque concordiæ tollatur occaſio, hoc inviolabiliter in poſterùm obſervetur, ut nullæ Abbatiæ extruantur, niſi ab aliis Ordinis noſtri Abbatiis duobus milliaribus, ſeu leucis, diſtent.

10. Curiæ, nulus milliaris, molendina verò dimidii, à ſe mutuò diſtantiam habeant, niſi Abbas, qui in extructione antiquior eſt, conſenſerit, ut viciniùs ædificari queant.

11. Verùmtamen quià juſta, & fundata ratio nonnunquàm aliud requirere poſſet, ideò locorum vicinitas, atque diſtantia, ex trium viciniorum Abbatum judicio pendeat.

12. Ut autem indiſſolubilis unitas, & invariata conſormitas in Ordine ſemper perſeveret, perpetuâ lege ſancitum ſit, ut *Regula* Sanctiſſ. P. Auguſtini, uno eodemque modo, & intelligatur ab omnibus, & ſervetur.

Gregor. 9. In emin. Innoc. 4. Sedis Apoſt.

13. Deinde ut omnes *Libri*, ex quibus divinum officium eſt peragendum, uſui Præmonſtratenſis Eccleſiæ ſint conformes, & ut cæremoniæ in *Ordinario* Ordinis communi conſenſu præſcriptæ, ad amuſſim obſerventur, & ab iiſdem ſine Domini Præmonſtratenſis licentiâ minimè recedatur.

14. Prætereà ut (*a*) Ordinis *Statuta* uniformiter ubicumque obſerventur, ſalvâ ſemper Domini Præmonſtratenſis, & Capituli Generalis, in caſibus ſibi commiſſis, diſpenſandi authoritate.

15. Si Abbates, vel Præpoſiti, in dictis Libris procurandis, & in obſervandâ & promovendâ uniformitate, comperiantur negligentes, Viſitatores hanc eorum ignaviam ad Capitulum Generale referant, ut ibidem pro culpæ magnitudine caſtigentur.

16. Ut quoque major & arctior ſit animorum conjunctio, præcipitur, ut quandò conſtat Eccleſiam aliquam gravi paupertate premi, omnes proùt charitas dictaverit, & propriæ Eccleſiæ facultates permiſerint, eam ſublevare, eique indigenti ſuccurrere, fraternè nitantur.

17. Si contingat autem aliquam Eccleſiam, contrà Sedis Apoſtolicæ Privilegia, Ordini noſtro conceſſa, injuſtè indebitèque vexari, ac impetitores, ſivè adverſarii, adeò ſint potentes, ut Prælatus afflictæ Eccleſiæ, vix, vel niſi cum gravi incommodo, eis reſiſtere queat; omnes Prælati Ordinis noſtri, quiqu[illegible] in ſuâ Circariâ, quandò in eâ talis caſus advenerit, ſine ullâ executione vel exceptione, ſub pœnâ depoſitionis, (*b*) ad Privilegii defenſionem, pro ſuâ parte contribuant, modò tamen Vicarii aut Viſitatoris, ac omnium, vel ſaltem duorum, triumve vexatæ Circariæ Abbatum conſilio, & aſſenſu procedatur, vel ſit proceſſum.

12. q. 2. Ferè per totum, nominatim. c. Privilegia. Arg. Ibid. c. Quæcumque. § Si Eccleſia.

18. Expenſæ verò pro tuitione Privilegii factæ, in proximo Capitulo Ge-

Num. 14. (*a*) *Ordinis ſtatuta uniformiter ubiquè obſerventur.* „ Quià viſi ſunt non-nulli Abbates, Prælati, & Religioſi Ordinis diſformes à nobis, ne dùm in habitu & tonſurâ, ſed „ etiàm in aliis regularibus inſtitutis, in Ordinis contemptum: propterea ut uniformitas in „ toto Ordine ſervetur, attento Apoſtolico privilegio, ſuper his expreſſè dicto Ordini conceſ- „ ſo, quo cavetur inter cetera, quòd nemo quocumque indulto Apoſtolico exindè obtento, „ ſe diſformet; Capitulum mandat DD. Præmonſt. ejuſque Vicariis, quatenùs talem abuſum „ diligentiâ ſummâ emendent. *Cap. Gen. an* 1539. *Præm celeb.*

Num. 17. (*b*) *Ad Privilegii defenſionem contribuant.* „ Statuimus, ut ſi aliquæ exactiones ab „ Eccleſiis noſtri Ordinis, ex parte Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ſeu etiam Archidiaconorum, de ceterò contrà noſtri Ordinis privilegia exigantur, nullatenùs perſolvantur: ſed „ convocato Abbatum, & Præpoſitorum cœtu illius Circariæ, in quâ hoc evenire contigerit, „ eorumque habito conſilio, totis obſiſtatur viribus, & ſingulis prohibeatur, ne ſub pœnâ „ tranſgreſſionis, & prævaricationis Privilegiorum & ſtatutorum Ordinis, quicquam petentibus Epiſcopia conferant. *Cap Gen an.* 1273. *Præm. ſub Guerrico Abbate celeb.*

Ordinis noſtri privilegia quæcumque pariter defendenda mandavit Capitulum Gen an. 1289. Cujus decretum lege in antiq. ſtatut. *Diſt* 4. *Cap* 2. ab his verbis. *Statutum eſt & præceptum &c* uſque-ad finem. Item lege acta Capituli an. 1605. ex quibus ſequentia depromſimus. „ Abbates, Privilegia Ordinis mordicùs tueantur, præcipuè verò Viſitatores, ſumptibus Ordinis: caveantque Religioſi litteras dimiſſorias ad Ordines, ab Epiſcopis aſſumere; Cùm „ non aſtringamur ex Concilio Tridentino. *Cap. Gen. an.* 1605, *Præm. ſub Franciſco à Longo-Prato celeb.*

nerali, Circariæ, quæ eas fecit, reſtituantur; ac ſuper iisdem neceſſariis, & moderatis expenſis, ſimplici conttibuentium juramento ſtetur.

23. q. 3. c. Non in ferenda & ſequent. 19. Si quis Abbatum, vel Prælatorum, requiſitus noluerit conttibuere, Prælatus Eccleſiæ oppreſſæ, vel Domino Præmonſtratenſi, vel Generali Capitulo hoc ipſum ſignificet, & illi nolentem compellant, & pertinaciter reluctanti pœnam ſuprà decretam infligant.

Caput IX.

Quæ ſit lex inter Matrices Eccleſias & Filiales; ac inter alias, & de Patrum-Abbatum authoritate.

1. PErpetuâ lege, inter Abbatias Ordinis noſtri, quæ ſe mutuò genuerunt, ſit ſtatutum, ut matrices Eccleſiæ, filiabus ſuis Eccleſiis, nullum cujuſcumque temporalis contributionis, vel exactionis gravamen imponant.

2. Deindè ut (*a*) Patres-Abbates filiabus Eccleſiis non ſiot oneroſi & moleſti; nec immoderatis expenſis, ullatenùs eas exhauriant, vel opprimant.

3. Demùm, ut Patres-Abbates, filiorum ſuorum Abbatum Monaſteria viſitantes, nullum eorum Canonicum, Laicum, vel Novitium, ad obedientiam vel ad Profeſſionem tecipiant; ſed hoc ad proprium Abbatem pertineat.

4. Erit verò in Pattom-Abbatum poteſtate, quandocùmque placuerit, ſivè præſens ſit filius Abbas, ſivè abſens, Capitulo præſidere, culpas caſtigare, & quæ ſunt corrigenda, cortigere.

5. Singulis annis, quilibet Pater-Abbas ſivè per ſe, ſivè per alium idoneum, & ejus muneris jure capacem, Abbatias, quas ſua Eccleſia immediatè genuit, ſemel viſitet, niſi Dominus Præmonſtratenſis, vel Viſitatores eo anno viſitaverint.

6. Verùntamen, ſi occurrat aliqua gravis neceſſitas, etiàm factâ per Viſitatores viſitatione, quæ officii ſunt, Patres-Abbates exequi poterunt.

7. (*b*) Nullus autem Pater-Abbas authoritate paternâ, aliquas Eccleſias viſitare præſumat, præter illas quæ immediatè ab ejus Eccleſiâ proceſſerunt, ac ex eo paternæ ipſius authoritati ſunt immediatè ſubjectæ. Quod ſi quis ſecùs facere præſumpſerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

8. Si Pater-Abbas intelligat, aliquem filialis Eccleſiæ Religioſum, in aliquâ obedientiâ, vel ſotis in aliquo loco exiſtentem, ſcandaloſè vivere, vel aliquod damnum Eccleſiæ inferre, & filius Abbas, ad Patris-Abbatis monitionem, eum non amoverit, vel non revocaverit; ipſe Pater-Abbas authoritate ſuâ paternâ eum amoveat, atque ad Monaſterium ſuum remittat.

9. Verùm in hoc negotio Pater-Abbas non leviter, ſed prudenter, ac cum magnâ diſcretione procedat, filiique Abbatis ſe excuſantis rationes expendat, ac ne hominum perverſitate decipiatur, ſufficientem interponat moram, & accuſantium qualitates & mores, & omnes circumſtantias, exactè perpendat, & nihil præcipitanter agat.

10. Ad Patrem quoque Abbatem ſpectet, univerſa quæ in filiali Eccleſiâ contrà Ordinis inſtituta, & approbatas conſuetudines fieri comperetit, in priſtinum, ac debitum ſtatum teformare.

11. Ne autem Capitum multitudo Ordinis ſcindat unitatem, ideò ſtrictiſſimè prohibetur, ne præter Capitula Provincialia ſuperiùs permiſſa, ullus Pater-Abbas, vel quicumque alius, præſumat Comprovinciales ſuos Abbates convocare, ut vel privatum, vel Generale Capitulum celebtet: & ſi quiſpiam hoc præſumpſerit, & ipſe convocans, & ipſi convenientes, ipſo facto ſuſpenſi permaneant, quò uſque perſonaliter coràm Domino Præmonſtrat. vel coràm Capitulo Generali ſe præſentaverint, de tanto exceſſu ſatisfacturi, &

Num. 2. (*a*) *Patres Abbates.* Quis Pater Abbas reputandus? Capitulum definit jus paternitatis acquiri per illum qui ſuis expenſis recuperavit deperditum monaſterium. Poſſe tamen & debere Patrem-Abbatem in jura paternitatis reſtitui, refuſis recuperanti expenſis pro recuperatione factis. *Cap. Gen. an.* 1657. *Seſſ.* 10. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Non ille igitur qui aliam propriis ſumptibus inſtituit Abbatiam, ſemper illius eſt Pater-Abbas agnoſcendus. Sed nec ille qui ſuis recuperatam expenſis Abbatiam, alteri permittit uniri monaſterio; Ad dubium enim Capitulo propoſitum, de jure paternitatis, reſponſum eſt. „ Quando Monaſterium habens jus paternitatis alteri unitur, cum illo prædictum jus paternitatis tranſire ad ſecundum monaſterium, ſicut acceſſorium cum ſuo principali. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 12. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Num. 7. (*b*) *Nullus autem Pater Abbas &c.* Quæcumque præſenti ſtatuto vetantur, eadem expreſſis terminis prohibuerat Capitulum Generale an, 1301. ſub Guillelmo de Louvignies celebratum.

eam pœnitentiam ſubituri, quam Dominus Præmonſtratenſis, vel Capitulum Generale, judicaverit imponendam. In aliis verò omnibus, jus Patrum-Abbatum ſalvum perſiſtat, & illæſum.

12. Quotieſcumque ad matricem Eccleſiam filius Abbas venerit, debitus ei honor ab omnibus impendatur.

13. Si aliquis filius Abbas, contrà matricem Eccleſiam ſe erexerit, atque ad eum comprimendum oporteat Patrem-Abbatem graves ſubire ſumptus, reliquæ, ſi quæ ſint, filiales Eccleſiæ, ad neceſſarias expenſas, ſi Pater-Abbas hoc poſtulaverit, & filiorum Abbatum conſilio & aſſenſu proceſſerit, ne ſuccumbat, omnes contribuant: at ſedato tumultu, & diſcordiâ, quæ exorta erat, compoſitâ, vel lite terminatâ, Eccleſia quæ comperta fuerit injuſtam foviſſe cauſam, ſit obligata omnes ſumptus refundere, & ad hoc faciendum à Superiori poteſtate agatur.

14. Quod ad Abbatias attinet, quæ ſe non genuerunt, hoc ſervetur; ut juxtà Apoſtolicam exhortationem, omnes ordinis noſtri Abbates, *honore invicem prævenientes*, ſupervenienti Coabbati in omnibus Monaſterii ſui locis, excepto Choro, & Capitulo, cedant, etiàmſi ipſorum Monaſteria ſint antiquiora.

15. Si autem duo, vel plures ſupervenerint, ſecundùm tempus erectionis, ſivè (*c*) ſecundùm antiquitatem Abbatiarum, ordinem ſuum teneant, niſi aliquis eorum Vicarius fuerit, aut Viſitator, cui etiàmſi juniori, primum locum reliqui deferre teneantur.

16. Verùm ſi aliquis Abbatum, albâ vel ſacris veſtibus ſit indutus (is etiàm ſi ſit omnium junior) primum locum obtineat, & antiquioris officium adimpleat.

Caput XII.

De Electione, & Translatione Abbatum.

1. Quandòcumque (*a*) Eccleſia Præmonſtratenſis, ſuo Paſtore fuerit viduata, Cannonici ipſius Eccleſiæ, cum trium primorum Abbatum, ad quos tunc dictæ Eccleſiæ cura pertinet, Laudunenſis ſcilicet, Floreffienſis, & Cuiſſiacenſis conſilio, perſonam idoneam eligant, advocatis quoque ad conſilium quatuor aliis Abbatibus, ad eandem Eccleſiam pertinentibus, quos ipſi Canonici dictæ Præmonſtratenſis Eccleſiæ judicaverint advocandos. Adria. 4. Sicut in humano. Urban. 4 In emin.

2. (*b*) Quandò autem aliqua alia Eccleſia Ordinis noſtri Abbate fuerit de-

Num. 15. (*c*) *Secundùm antiquitatem Abbatiarum, ordinem ſuum teneant.* „ Ad clariorem hujus ſtatuti intelligentiam. „ Capitulum definit antiquitatem monaſterii attendi debere reſpe-
„ ctivè, non ad fundationem, quâ fortè eſt ordine antiquior, ſed ad acceſſum ad ordinem.
Cap. Gen. an. 1660. *Seſſ.* 15. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*
„ Item, quòd Eccleſia ſenior, à Præpoſito gubernata, debeat cedere juniori ad Abbatiam ere-
„ ctæ, nec debere Præpoſitum cum Abbate concurrere, ſed ei cedere. *ibidem.*
„ Item, quòd uſus Pontificalium non juvet, ad præcedentiam conſequendam. *ibid*
Num. 1. (*a*) *Quandocumque Eccleſia Præm. ſuo Paſtore fuerit viduata.* Mirùm quòd Statuta tàm ſeriò, tàmque ſedulò providerint Præmonſtratenſi domui viduatæ, & nihil ergà Ordinem ipſum ſuo capite viduatum decreverint; quàmvis experientiâ teſte noverint Patres noſtri legum conditores, occurriſſe tempora, quibus Ordo capite privatus, aut quaſi privatus extitit; Dùm nempè ad Cardinales Abbatia Præmonſtratenſis migravit, aut dùm inter competitores ſubortæ rixæ, vacantem locum fecerunt diù. Huic incommodo occurrere volens. „ Capitulum Ge-
„ nerale an. 1663. ne deficiat in quocumque caſu, juriſdictio in Ordine, creavit & inſtituit,
„ creat & inſtituit in Vicarium Generalem R. admodùm D Abbatem Dompmartinenſem, caſu
„ quo (quod Deus pro ſuâ benignitate in Ordinem noſtrum avertat) Rmus. D. Generalis, an-
„ tè proximum Capitulum Gen. decederet, aut in regionibus nimiùm diſſitis à Franciâ abeſſet,
„ pro totâ Circariâ Franciæ, ſicut & pro omnibus illis totius Ordinis Circariis, in quibus de-
„ cederent Vicarius & Circator: Voluitque & vult, ut in dictis caſibus plenariâ authoritate Rmi.
„ D. Præmonſtratenſis, & Capituli Gen. omnia agenda agat, & inſtituenda inſtituat, ex con-
„ ſilio Prælatorum, & Priorum, quos judicaverit advocandos, & cum poteſtate ſubſtituendi.
Cap. Gen. an. 1663 *Seſſ.* 16. *Præm ſub Auguſtino le Scellier celeb.*
Capitulum Generale ultimum ad Vicarios, & ipſis deficientibus, ad Circatores, Ordinis, à Capitulo Generali inſtitutos, juriſdictionem Rmi. Abbatis Præmonſtratenſis voluit eſſe devolutam, ſede vacante: hancque gradualem juriſdictionem, quaſi à pluribus Capitulis ordinatam, innovavit ſuo decreto, cujus hic tenor eſt, „ Capitulum renovavit decretum, jam in pluribus
„ Capitulis confirmatum, quo declaratur, ut vacante Eccleſiâ Præmonſt juriſdictio penes ſit
„ Vicarios, ipſiſque deficientibus, penès Circatores. *Cap. Gen. an.* 1717. *Seſſ.* 11. *Præm. ſub D. Honorato Lucas celeb.*
Num. 2. (*b*) *Quando autem aliqua alia Eccleſia, Abbate fuerit deſtituta.* Non eadem eſt Præmonſtratenſem Eccleſiam, quæ omnium mater eſſe dignoſcitur, ac ceteras quæ Patres-Abbates agnoſcunt, in caſu viduitatis Prælatorum, gubernandi in ſpiritualibus, atque in temporalibus adminiſtrandi ratio. Quæ qualis ſit, aut eſſe debeat, en tibi indicabunt ſequentia.
„ Capitulum ordinavit quòd vacantibus Eccleſiis noſtri Ordinis, Patres-Abbates earumdem
„ Eccleſiarum & non Capitula, ſivè Priores, earumdem habeant omnimodam adminiſtrati-

ſti-

ſtituta, Prior domûs abſque morâ Patri-Abbati hoc ſignificet, ac eidem deferat, vel mittat ſigillum Abbatis defuncti.

De Elect. C. 35. Coràm dilecti De Elect. C. 36. Bonæ memoriæ

3. Ipſe verò (*c*) Pater-Abbas (ſicut & tres primi Abbates reſpectu Eccleſiæ Præmonſt.) Priori, ac Conventui vacantis Eccleſiæ diem certum aſſignet, & competentem, ac tantùm ſpatii largiatur, ut Fratres abſentes (*d*) qui electioni debent intereſſe, vocari queant: & ipſi ſi voluerint, & commodè poſſint, ad electionem tempeſtivè venire, & intereſſe valeant. Quæ tamen Electio nunquàm ſervanda, niſi corpore Prælati defuncti ſepulto.

Vide Trid. Seſſ. 24. C. 1. de refor.

4. A die verò obitûs ipſius Abbatis, ſivè Domini Præmonſtrat. ſivè alterius, quò uſque de novo Abbate proviſum fuerit, poſt Laudes & Veſperas, omnibus ſuper formas procumbentibus, cum omni devotione dicatur Pſalmus.

Ad te levavi oculos meos &c. cum *Gloria Patri. Kyrie eleyſon, &c. Pater noſter. &c. Et ne nos &c.*

Verſ. *Salvos fac ſervos tuos.*

Verſ. *Eſto nobis Domine turris fortitudinis.*

Verſ. *Domine Deus virtutum converte nos.*

Verſ. *Domine exaudi orationem meam.*
Dominus vobiſcum.

Oremus.

Deus qui corda fidelium &c.
Prætende Domine famulis tuis. &c.

5. Præfixâ ad eligendum die, Miſſa de *Spiritu Sancto*, pro ratione temporis,

---

„ nem, tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, dempto Priote Præmonſtratenſi, „ in ſufficienti poſſeſſione, & debito privilegio fundato. Præcipientes omnibus Viſitatoribus, „ ut hoc decretum publicent, quatenùs ſi Capellani aliquid in contrarium proponere velint, „ infrà annum proponere nitantur, ſivè procurent *Cap. Gen. an.* 1523. *Brana celeb*

„ Decretum Capitulorum Generalium An 1657. & 1660. conceptum conformiter ad antiqua de„ creta, ſcil. ut vacantibus Eccleſiis Patres Abbates, & non Capitula, ſeu Priores, habe„ ant omnimodam in temporalibus & ſpiritualibus adminiſtrationem, Capitulum præſens man„ dat, & intendit, omninò eſſe obſervandum, & executionem illius hucuſque ſolitam fuiſſe „ fieri in Ordine, in modum qui ſequitur, & talis eſt, ut defuncti Abbatis ſigillum ad Pa„ trem Abbatem, aut eo mortuo, vel nimiùm longè diſſito, ad Vicarium Provinciæ ſtatim „ deferatur, rogeturque Pater Abbas, ut ſine morâ ad Conventum filialem accedat, ubi con„ vocato Capitulo, dabit authoritatem & poteſtatem Priori, Suppriori & Proviſori, aut duo„ bus aliis ex Conventu, & Paſtoribus, aut pluribus, ſi ità viſum fuerit dicto Patri Abbati, „ quos ex conſilio Conventûs judicaverit magis idoneos, regendi monaſterium in ſpiritualibus „ & temporalibus, exceptis quibuſdam gravioribus caſibus, ut in admiſſione Novitiorum, „ profeſſione; & emiſſione ad paſtoratus & beneficia, in quorum eventibus, recurſus ha„ beatur ad Patrem-Abbatem, vel ejus defectu, ut ſuprà, ad Vicarium Generalem, qui „ omnibus benè perpenſis, & præhabitâ notitiâ qualificationis perſonarum, conſenſum ſuum, „ pro Eccleſiæ utilitate non denegabit. Litteræ autem præſentationum ad beneficia fiant ſub „ nomine Prioris, & duorum aſſiſtentium, cum appoſitione ſigilli Conventûs, inque prædi„ ctum modum hactenùs proceſſum fuiſſe, & procedi debere declarat Capitulum. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ* 9. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 3. (*c*) *Pater Abbas diem certum aſſignet.* Prioris Præmonſtratanæ Eccleſiæ privilegio, ſuperiùs à Capitulo Generali an. 1523. confirmato, derogaverant Statuta, quæ parem tribus primis Abbatibus, reſpectu Eccleſiæ Præmonſtratenſis, ac ceteris Patribus Abbatibus, reſpectu filiarum ſuarum, Abbate proprio deſtitutarum, juriſdictionem in aſſignandâ futuræ electionis die, & horâ concedunt. Prioris Præmonſtratenſis privilegium inſtauravit Capitulum an 1657. Inſtauratumque firmarunt Patres Capituli Gen. an. 1663. hoc edicto. „ Capitulum præſens „ confirmat decretum Capituli Generalis an. 1657. quo in initio Seſſionis 5. derogat ſtatutis, „ & relinquit in antiquâ, & non interruptâ poſſeſſione Priorem Præmonſtrati, qui diem Ele„ ctionis Abbatis Præmonſt. priùs indicit primis Abbatibus, & omnibus aliis, qui ei debent „ intereſſe, *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 4. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

„ Item confirmat decretum, quod eſt in Seſſ. 21. Capituli 1660. hujus tenoris. Capitulum de„ finit adminiſtrationem in ſpiritualibus futuram, Eccleſiâ Præmonſtratenſi vacante, penès „ Priorem Præmonſtratenſem, & habiturum omnimodam temporalium adminiſtrationem, jux„ tà ſtatuta, adhibito tamen conſilio, & conſenſu duorum Canonicorum, à Conventu Præ„ monſtratenſi deputandorum. *ibid.*

(*d*) *Qui Electioni debent intereſſe.* Soli Sacerdotes, & ſacris Ordinibus initiati, electionibus intereſſe & vocem habere debent. Ità uſus inveteratus Ordinis invaluit, ad juris communis normam, & Capitulorum præſcripta, his verbis. „ Pro uniformitate Electionis Canonicæ, „ per totum Ordinem obſervandâ, ſtando juri communi, Capitulum decernit, omnes & ſo„ los Sacerdotes, & ſacris ordinibus initiatos, excluſis clericis profeſſis, poſſe vocem ele„ ctivam ferre in Electionibus Prælatorum, & alienatione bonorum immobilium. Quod de„ cretum Capitulum etiam extendit ad Religioſos Monaſterii Præmonſtratenſis, non obſtante „ quocumque alio decreto, & conſuetudine contrariâ. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ.* 10. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Idem confirmatum lege in actis Capituli Generalis an. 1717. Seſſ. 2. ubi declaratur, ſolos etiam Sacerdotes, & ſacris ordinibus initiatos, vocem habere in prædictis Electionibus, alienationibus immobilium, & in veſtitione, ac profeſſione Novitiorum.

&

& diei, celebretur, & eâ perſolutâ, detur pulſus ad Capitulum.

6. Fratribus Eccleſiæ, in Capitulo exiſtentibus, (e) Pater-Abbas cum duobus vel tribus Ordinis noſtri Abbatibus, quos ad conſilium adhibendos duxerit, Capitulum intret; & cantato Hymno *Veni Creator*, ſubjungat Pater-Abbas Verſ. *Emitte Spiritum &c.* & Collectam, *Deus qui corda &c.* deinde omnibus reſidentibus, exhortationem aliquam faciat, eâque peractâ, curet hoc Caput Statutorum, *De Electione facienda*, in præſentiâ Conventûs, clarè & diſtinctè legi. Clem. 8. Nullus omninò.

7. Dicto Capite perlecto, (f) proponat Pater-Abbas Conventui for-

---

Num. 6. (e) Pater Abbas, cum duobus vel tribus Ordinis noſtri Abbatibus Capitulum intret. Quanquàm de jure communi Pater-Abbas electioni Abbatis filii præſidere debeat, tamen in certis caſibus, ſine illo ejuſque præſentiâ, ad electionem Abbatis Capitulum Canonicè poteſt procedere. Ità cautum legitur in Capitulo Generali, à quo „ Definitum eſt, ùt quandò non „ poterit abſque gravis incommodi periculo differri electio Abbatis, nec Pater-Abbas expe„ ctari, poſſit ac debeat advocari Vicarius Generalis, & eo nolente aut renuente accedere Præ„ latus vicinior. *Cap. Gen. an. 1657. Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Huic decreto concinunt Provinciarum Weſtphaliæ, Iveldiæ, & Wadegotiæ Patres, in Capitulo adunati an. 1721. proùt ex ejuſdem Capituli definitionibus conſtat *Tit. 2.*

Horum ſanctiones præverterat Joannes Talpetus Decretorum Doctor, Abbas Gaudii-Vallis, necnon R. D. Generalis, per Circarias Hungariæ, Poloniæ, Bohemiæ, Saxoniæ, Bavariæ, Sueviæ, Auſtriæ &c. à Capitulo Generali deputatus Viſitator, qui an. 1441. ad petitionem R. D. Abbatis Monaſterii Vindbergenſis, facultatem eligendi ſucceſſorem, totiès quotiès occurreret in futurum occaſio, non vocato Abbate Præmonſtratenſi, dicti Monaſterii Patre-Abbate, largitus eſt in hunc modum. „ Joannes, Decretorum Doctor &c. R. Patri Domino Alberto, „ Abbati &c. Exhibita nuper in curſu noſtræ viſitationis Supplicatio veſtra continebat, quod „ cùm veſtrum Monaſterium, Eccleſiæ Præmonſt. immediatè ſubjectum, circà partes Bohemiæ „ remotas, atque Auſtriæ ſituatum exiſtat, & ipſum veſtrum Monaſterium per ceſſum, ſivè deceſ„ ſum alicujus Abbatis, ut ſæpiùs evenit, vacare contingat, antequàm præfato D. Patri Ab„ bati Præmonſt. hujuſmodi vacatio inſinuetur, & ſigillum præſentetur Abbatiale &c Nos ità„ que qui præmiſſis indemnitatibus obviare atque utilitatibus inſudare veſtris cupimus, præ„ fatæ Supplicationi veſtræ grato concurrentes aſſenſu, de ratihabitione ſæpè dictâ D Præm. „ Abbatis plenam gerentes fiduciam, ut totiès quoties veſtrum monaſterium utcùmque à modò „ vacare contigerit, corpore Abbatis defuncti ſepulturæ dato, vocatoque aliquo noſtri Ordi„ nis, vobis grato, Prælato, ſicut præmittitur, novi paſtoris & Abbatis Canonicam ele„ ctionem liberè celebrare, & ipſum veſtrum electum, aut eligendum acceptare poſſitis, „ qui per ſe, vel per alium ſpecialem nuntium, infrà annum immediate tùnc ſequentem, ad „ Dominum Patrem-Abbatem Præm. vel ejus Commiſſarium ad hoc habens mandatum, ſuæ „ Abbatialis dignitatis confirmationem, atque plenariam in ſpiritualibus, & temporalibus, „ adminiſtrationem ſuſcepturus accedere teneatur, vobis, ac poſteris veſtris ſpecialem im„ pertimur licentiam, & plenam facultatem concedimus, perpetuò valituras; ſtatutis & con„ ſuetudinibus jàm dicti noſtri Ordinis, & quibuſdam aliis noſtris literis, pridem ſuper hâc „ materiâ confectis, & aliis in contrarium quomodolibet facientibus, non obſtantibus quibuſ„ cumque. In quorum fidem. &c.

Quam facultatem, prædicti Monaſterii Canonicis, à prænominato Vicario ſeu Viſitatore conceſſam, confirmavit, ratamque novis, conſimilibusque literis habuit Reverendiſſimus ipſe Generalis Joannes de Fara, anno ſequenti, videlicet 1442. die 9. Octobris.

Num. 7. (f) Proponat formam Electionis; Omnes penè circà electionem Abbatum difficultates agglomerarunt in ſuis quæſtionibus, Capitulo Generali propoſitis, Patres Circariarum Bohemiæ, & Moraviæ, quibus reſponſum eſt ut ſequitur.

1. „ Scrutinium, quod Patres-Abbates inſtituunt ante electionem, non poſſe eſſe niſi utile, eo „ quod Patres-Abbates debent ſumere cognitionem rerum agendarum, ſtatûs Monaſterii, & „ qualitatis perſonarum.

2. „ Quoàd comparationem Idonei ad Prælaturam eligendi, reſpectu extraneorum, reſponſum „ fuit, quòd ſi idoneus reperiatur in monaſterio ad Prælaturam, is non poteſt excludi, ex „ eo quod alibi reperiatur aliquis magis idoneus.

3. „ Inſtrumentum exteriorum quòd exhibetur electo, in inſtallatione, tanquàm ſuperfluum obmitti non debet.

4. „ Reſponſum eſt Patrem Abbatem teneri dicere cauſas, quæ ipſum movent ad reprobandum „ electum, ne aliòquin electiones à ſolo Patrum-Abbatum nutu pendere videantur, ideòquè „ reſponſum eſt,

5. „ Omninò eum teneri cauſam reprobationis eligentibus aperire.

6. „ Vota, poſt reſeratum ſcrutinium, in electionibus numerantur, non ponderantur, & ità „ vota conſiliari debent per eorumdem numerationem.

„ Ad 7. quo quærebatur in caſu diſcordiæ fratrum de Electione, ſi citrà, vel contrà conſilium „ Coabbatum, idoneam perſonam Pater-Abbas diſcordantibus provideret, an hoc ipſo pro„ viſio tanquàm contrà Ordinis formam facta, debeat eſſe nulla, & per hoc proviſus nihil ju„ ris acquiſierit, reſponſum eſt,

7. „ Statuta Ordinis *Diſt.* 4. *Cap.* 14. *Num.* 21. providiſſe quòd in diſcordiâ fratrum, ſi nequeant ad concordiam revocari, Pater-Abbas idoneam perſonam eis providere debeat, quam, „ ſine contradictione, in Abbatem omnes recipere teneantur.

mam Electionis, quæ fit per compromiſſum, & per eam ad Electionem Fratres procedant, ac eligant imprimis ipſos Electores, in quos compromittant, & qui futurum Abbatem, vice omnium eligant.

Vide 1. q. 1. c. 45. Viliſſimus. & 8. q. 1. c. 12. Oportet. 8. Præcipiat verò Pater-Abbas, authoritate Capituli Generalis, aſſumptis à Conventu electoribus, quatenùs omnibus Affectibus paſſionibusque ſepoſitis, (*g*) eum eligant, quem ſecundùm Deum, & conſcientiam ſuam, quantùm humana fragilitas patitur, vitâ, ſcientiâ, & ætate ad officium Abbatiale maximè dignum, & idoneum judicant.

9. Non valeat autem electio, niſi omnes aſſumpti Electores in unam Perſonam idoneam conſentiant: ſed tamen ipſi Electores, cum conſilio, & aſſenſu Patris-Abbatis, ordinare queant, ut etiamſi ipſi in unam perſonam non omnes conſpirent, rata tamen ſit, & valida ejus electio, in quem vocum pluralitas confluxerit, ità ut ſi tres ſint Electores, iſte ſit Abbas, qui ex illis tribus duas voces habuerit, etiamſi non habeat tertiam.

10. Electio aliter facta, quàm per viam compromiſſi, nullius ſit efficaciæ, niſi fortè per viam divinæ inſpirationis, vel quaſi, conſpirantibus ſcilicet omnibus, & communi voto, atque conſenſu, aliis ſolemnitatibus Juris relegatis, abſque ullo vitio fuerit celebrata. Vide C. 42. Quia de Elect. & elect. pet.

11. Statutum ſit proindè, ac firmâ lege decretum, ut in omnibus, & ſingul. Ordinis noſtri Monaſteriis, tam in præſenti vacantibus, quàm in futuro vacaturis, (*h*) Electio celebretur per viam compromiſſi, aut per viam divinæ inſpirationis, vel quaſi, vias in ordine conſuetas, & maximè probatas.

12. (*i*) Via verò ſcrutinii, quàmvis jure ſit probata, & permiſſa, tamen Vide ſup. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 6.

---

8. „ Reſponſum eſt, ex eodem loco ſtatutorum, Patrem Abbatem de ſuorum Abbatum conſilio, „ de idoneitate perſonæ debere judicare.

„ Ad aliud dubium circà Electionem Abbatis reſpondit Cap. juxtà decreta præcedentium Capitu„ lorum Generalium, in caſu Electionis novi Abbatis, quandò nullus eſt Pater-Abbas, recur„ rendum eſſe ad Vicarium Generalem Circariæ. *Cap. Gen. an.* 1663. *Seſſ.* 12, *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Hiſce difficultatibus explanatis, novam, quaſi nodum in ſcirpo quærens, propoſuit R. D. Abbas Dompmartinenſis in Capitulo an. 1686. quâ quærebat, ad quem vacante filiali Eccleſiâ, habendus eſſet recurſus, pro Superiore inſtituendo, Abbate ſcil. ſi Abbatia eſſet regularis & electiva, aut Priore, ſi eſſet commendata? Huic Quæſtioni, jam toties in Statutis, Generalibuſque Capitulis reſolutæ, ut ſatis iterùm faceret Capitulum „ Declaravit; neceſſitate „ aliquâ occurrente, recurrendum eſſe ad Patrem Abbatem, tanquàm ad Patrem immedia„ tum; ſalvâ tamen authoritate R. D. Generalis, qui in caſu concursûs, vel præſentiæ cum „ Patre Abbate, gaudet ſemper jure prælationis, ſeu præventionis. *Cap. Gen. an.* 1686 *Seſſ.* 13. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 8. (*g*) *Eum eligant, quem ſecundum Deum & conſcientiam maxime dignum judicant.* In Reformatâ noſtrâ Communitate Antiqui Rigoris, nullus ad ſocietatem canonicam admittitur, qui pridiè ſuæ profeſſionis ſolemni juramento non promiſerit, ſe, datâ occaſione electurum *Abbatem & Priorem optimos.* Vide formam juramenti, ſuprà Pag 112. & 113.

Adamus noſter Præmonſtratenſis *Serm.* 14. *de ordine, habitu & profeſſ. Can. Præm.* Laconicâ oratione varios enarrat animorum motus fieri conſuetos, quoties de Prælati alicujus electione tractandum occurrit. Quomodò nempè prava in angulis Conventicula celebrentur, ſuſurretur in auribus, malitioſæ concordiæ componantur, ferantur ſermones, jungantur manus, tangantur Sacra, Epiſtolæ dirigantur, mittantur litteræ, arrideant promiſſa, minæ tonent, detur ſententia, & quod penitùs eſt contrà Deum & conſcientiam, irrevocabiliter definiatur. Quæ omnia non ut imitanda, ſed ut execrabilia lege *loco cit.*

Num. 11. (*h*) *Electio celebretur per viam compromiſſi, &c.* Quoniàm in electionibus celebran„ dis pax & concordia ſummoperè ſunt quærendæ, idcircò à retroactis temporibus in noſtro „ Ordine cautum fuit, ut per viam inſpirationis divinæ, vel per viam compromiſſi, quæ ma„ gis pacificæ inter alias dignoſcuntur, eæ electiones in Ordine noſtro celebrarentur: & qui„ dem in odium, diſcordiam, diſſenſionem, & damna Eccleſiarum ſuarum minùs juſte pro„ curantes viam ſcrutinii, in electionibus celebrandis in noſtro Ordine, quæ via litigioſa eſt, „ & diſcors, & ſumptuoſa, introducere moliuntur: Nos talibus novis, & nocivis introdu„ ctionibus obviare volentes, Statuimus, ut de ceterò in electionibus in Ordine noſtro ce„ lebrandis, per vias prædictas, aut aliam ipſarum, procedatur; ità quòd ſi aliqui aliter ele„ cti fuerint de ceterò, electio eorum irrita ſit & inanis. Electores nihilominùs, & electi „ qui in his conſenſerint, voce careant, & ineligibiles ſint toto tempore vitæ ſuæ. *Cap. Gen. an.* 1306. *ſub Adamo de Crecy celeb.*

Num. 12. (*i*) *Via ſcrutinii, ſit, & maneat interdicta.* Etſi viam ſcrutinii deſerere minimè teneantur, qui eam ab antiquò in continuo, & pacifico uſu habuerunt, huic tamen Veſtphalicæ Circariæ Patres, primum vale dixerunt, ſequenti decreto. „ Cùm in hâc Circariâ uſitatus hùc-uſque fuerit modus eligendi Prælatos, per viam ſcrutinii, quam tamen ſtatuta no„ ſtra non adeò probant, hinc definitum & concluſum eſt, quòd electiones Prælatorum ubi„ que in futurùm debeant fieri; per viam compromiſſi determinari, ſeu mixtam ex ſcrutinio, „ & compromiſſo, juxtà Cap. *Cum expediat. de Electionibus, in ſexto. & Gloſſ. ibid. V. in-*

pro-

propter graves rationes, eâ ſerveritate omnibus Ordinis noſtri Eccleſiis (ubi ex antiquo non eſt in continuo, & pacifico uſu) ſit, & maneat interdicta, ut Electio per ipſam facta ſit nulla, & electus (ſi ei conſenſerit) ac eligentes voce careant, & ineligibiles ſint toto tempore vitæ ſuæ; poteſtate eligendi tùnc ad eos devolutâ, qui per aliquam de duabus ſuprà probatis viis procedere voluerint, vel ad immediatum Superiorem, ſi omnes de Conventu in viam ſcrutinii conſenſerint.

7 q. 1 c. Sancitum. & 8. q. 2. c. Illud. 13. (*k*) Qui ut in Prælatum eligatur, litteras commendatitias, per ſe, aut per alios (ſe ſciente & approbante) à quocumque impetraverit; vel favorem, aut opem Magnatum, vel aliorum quorumcumque, etiam de Ordine noſtro exiſtentium, ad ſui promotionem, imploraverit; ipſo facto ſit illâ vice ineligibilis, nec ad eligendum, cum ceteris admittatur.

14. Si verò deſuper, vel iis, vel quibuscumque qui non ſunt Ordinis noſtri, querelas ſuas depoſuerit, pœnæ gravioris culpæ in propriâ Eccleſiâ, viginti diebus, ſinè ullâ relaxatione, ſubdatur.

15. Si autem grave aliquod incommodum indè Ordini, vel Perſonis ejus, ortum fuerit, puniatur, ut ſuprà præſcriptum eſt.

Diſt. 3. c. 10. 16. Si monitus, & correctus, à cœptis non deſtiterit, excommunicationis ſententiâ, aliisque pœnis, ut infrà decernitur, feriatur.

c. 14. 17. Tractatis autem ordinatè iis, quæ ſunt tractanda, (*l*) aſſumpti Electores, in loco ſeparato, ad electionem Abbatis procedant.

18. Perſona autem in quam, vel Electores aſſumpti voce omnium, ut præmittitur, vel Fratres domûs, viâ Spiritûs Sancti, vel quaſi, Canonicè conſenſerint, antequàm publicetur, Patri-Abbati ſecretò nominetur, qui, & electionis Proceſſum, & perſonam electi, ſeriò, & diligenter examinet. C. 44. de Elect. & elect. pot.

19. Electione debitè examinatâ, & comperto quòd ſit abſque ullo vitio celebrata, & quòd perſona electa ſit idonea, ſine difficultate Pater-Abbas eam Conventui concedat: ac (*m*) electionem authoritate Privilegiorum Ordinis noſtri in Dei nomine confirmet: Electum inſtallet, ſivè in poſſeſſionem mittat, ac eidem Electo (ſicut & à Patre-Abbate, ex cauſis dictis, vel dicendis, Proviſo) omnes Eccleſiæ Fratres, nullo excepto, ſtatim obedientiam promittant. Sixtus 4. Regimini univerſalis Eccleſ. 23. q. 2. c. Abbates.

20. Quòd ſi Pater-Abbas Electum minùs idoneum repererit, poterit eum rejicere, modò juſtam rejectionis ſuæ cauſam oſtenderit. Diſt. 61. c. Miramur. & diſt. 38. c. Omnes.

21. Si verò de eligendo Abbate, inter Fratres aliqua fuerit ſuborta diſcordia, vel ſciſſura, & illi ad unitatem concordiamque nequeant facilè revocari, vel controverſia diſcordiam excitans non poſſit liquido jure decidi; Pater-Abbas de ſuorum Coabbatum conſilio, idoneam perſonam eis provideat, quàm ſine contradictione in Abbatem recipere omnes teneantur; ſi verò oblatam perſonam recipere contempſerint, ſententiæ Innoc. 4. & Urba. 4. In emin.

„ *quiſitis & DD. Communiter* ſecundùm hunc modum. Electores omnes unanimiter, & ſpontè in unum, duos, aut plures de gremio, vel exteros ejusdem Ordinis compromittunt, „ ſub hâc conditione, quòd compromiſſarii ſingulorum vota ſecretò exquirant, & quem, poſt „ collationem factam, majora vota reſpectu totius Capituli, non aliarum partium, habere „ compererint, in Prælatum eligant, electum publicent, & cum cæremoniis, & ritibus conſuetis inſtallent, per eos quibus de jure, vel ex commiſſione competit confirmandum. *Cap. Prov. Veſtph. an.* 1659. *&* 1721. *Colon. celeb.*

Num. 13. (*k*) *Qui litteras Commendatitias, à quocumque imploraverit.* Solam ineligibilitatis pœnam ſtatuta decernunt, adverſus ambitioſos hujuſmodi Religioſos, quos nimiùm pudet ſubjecta humilitas. Eos pridem excommunicationis enſe feriebant Capitulorum Generalium decreta, quorum unicum hic ſubnectimus. „ Statuitur ut quicumque noſtri Ordinis Prælatus, ſeu „ ſubditus, per ſe, vel per alium, ſcienter à quocumque litteras deprecatorias petiverit, ut „ in quamcumque Eccleſiam noſtri Ordinis eligatur in Prælatum, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, à quâ non poſſit abſolvi, niſi per D. Præmonſt. vel Cap Gen. & „ factus ſit ineligibilis illâ vice. *Cap. Gen. an.* 1292 *Præm. ſub Guillelmo de Louvignies celeb.*

Num. 17. (*l*) *Aſſumpti Electores ad electionem procedant.* Pater Abbas quantocumque jure electionibus præſidere poſſit, nihilominùs ſuffragium ferre non debet „ Definivit enim Capitulum, Patres-Abbates electionibus Abbatum præſidentes, non habere vocem activam. *Cap. Gen. an.* 1657. *Seſſ.* 10. *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Num. 19. (*m*) *Electionem confirmet.* A ſolo Patre-Abbate confirmationem expoſcat electus neceſſum eſt: verùmtamen ſi, morte confirmationem præveniente, vel matrice Eccleſiâ in Commendatarii Abbatis poſſeſſionem devolutâ, deficiat Pater-Abbas, quid facto, opus ſit definivit Capitulum, quod „ Inhibet omnibus Ordinis Prælatis confirmationem ſuam à Diœceſanis „ accipere, mandans ut eam petant à Patre-Abbate, & eo deficiente, à R. D. Generali, „ quo pariter impedito, à Circariæ Capitulari Viſitatore. *Ibidem.*

ſubjaceant, quàm authoritate Ordinis, cum conſilio eorumdem Coabbatum, Pater-Abbas duxerit in eos decernendam, & promulgandam.

11. q. 11. c. Indicare & 8. q. 1. c. Moyſes & ſequent.

22. Caveat autem Pater-Abbas, ne carnem ſequens, & ſanguinem, mundano favore, vel familiaritate devinctus, magis idoneos à Capitulis electos reprobando, minùs dignos promoveat; in quâ culpâ ſi per Viſitatores (qui ſubortâ ſuſpicione hâc de re ſedulò inquirere debent) fuerit deprehenſus, in proximo Capitulo Generali graviter puniatur.

23. Quicumque inter ſe juraverint, vel conſpiraverint, quòd non eligent Paſtorem, niſi de gremio Eccleſiæ ſuæ, eligendi poteſtate eâ vice priventur.

24. Quia verò nonnulli pro diverſis ſuis exceſſibus, aliquandò in perpetuùm, aliquandò ſolùm ad tempus, voce ſuâ privantur; ideò hoc firmiter ſtatutum ſit, ut tales, ſi durante privatione, Eccleſiam vacare contingat, in ipsâ electione, etiamſi præſentes fuerint, vocem non habeant, ſed eligendi careant poteſtate, & ob id ſi hujusmodi ſint abſentes, non vocentur.

25. Verùntamen ut hâc in parte moderamen aliquod adhibeatur, poterunt electionum Rectores, ad interceſſionem totiùs, vel majoris partis Conventûs, & exigentibus hoc eorum meritis, cum iisdem, quan ùm ad actum Electionis, miſericorditer diſpenſare.

26. Reſtitutio autem vocis perpetuò amiſſæ, nulli ſuffragetur, vel adminiculetur, niſi de gratiâ ſibi factâ, habeat Domini Præmonſtratenſis, vel proprii Abbatis litteras teſtimoniales, debitè expeditas.

De Elect. & Elect. pot. C. 43. Quiſquis. & C. 56. Maſſana. 16. q. 7. c. 14. Si quia Diſt. 63. per totum.

27. Ex gravibus autem, & prægnantibus cauſis, perpetuo decreto fixum permaneat, ut (*n*) quicumque Ordinis noſtri ad Electionem vacantium Eccleſiarum, ſeculares, ſivè alterius Ordinis perſonas convocaverint, niſi à toto Conventu, vel à majore ſaltem Ipſius parte, & expreſſo electionem Regentis concurrente conſenſu, ex certâ & rationabili cansá fuerint convocatæ, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſobjaceant, quoùſque ab hujusmodi Rectoribus, ſi reſipuerint, abſolutionis beneficium meruerint obtinere: quod tamen non obtineant, niſi præſtito priùs juramento, quòd pœnam ſuſtinebunt, quam Dominus Præmonſtratenſis, vel Capitulum Generale, propter hoc eis duxerit infligendam.

28. Teneantur verò earumdem Electionum Rectores, ſub pœnâ ſuſpenſionis, ad immediatè ſequens Capitulum Generale referre nominatim, quos hâc in parte contigerit deliquiſſe.

29. Sacerdotum filii, aut alii illegitimi, etiam obtentâ diſpenſatione, nullatenùs ad dignitates, vel beneficia, animarum curam habentia, promoveantur.

De Elect. & Elect. pot. C. 7. Cùm in cunctis. De filiis presb. C. 1.

30. Cùm autem aliqua Eccleſia aliundè quàm de gremio ſuo aliquem ſibi in Abbatem elegerit, Prælatus, de cujus Conventu Abbas eligitur, niſi ex juſtâ causâ, authoritate Domini Præmonſtratenſis, eum retinuerit, Electum concedere teneatur: Eccleſia verò ad quam aſſumitur, eidem in ſuo receſſu providere debeat de neceſſariis, & ſtatui ſuo convenientibus veſtibus, & equitaturâ competenti.

31. Si de permiſſione Eccleſiæ, ex quâ ſumitur, aliquid ſecum tulerit, ad ipſius Eccleſiæ voluntatem, & nutum, ſivè ipſo adhuc vivente, reſtitui debeat.

32. Permittitur tamen, ut libros ſtudiis ſubſervientes, & Scripturas Scholaſticas, vel clauſtrales, quas permiſſus eſt habere dum eſſet ſubditus, easdem quoùſque vixerit, habeat Prælatus: & quidquid conceditur exeunti, hoc eidem (ſi ceſſerit) concedatur, ſivè ad Priorem ſuum locum revertatur, ſivè ad alium tranſeat: quod etiam in Abbatibus de loco in locum tranſeuntibus, obſervandum, decernitur.

Num. 27. (*n*) *Quicumque Ordinis noſtri ad electionem ſeculares perſonas convocaverit &c.* Statutum hoc expreſſis terminis conditum legitur in Capitulo Gen. ao 1279. corroboratumque in Capitulo Gen. an. 1292. decreto ſequentis tenoris. „ Statuitur ut cùm ſeculares perſonæ, & „ maximè Clerici in jure periti, ab aliquibus fratribus, ad Electiones in Eccleſiis noſtri Or„ dinis vacantibus celebrandas, contrà ſtatuta Ordinis convocentur, per quorum præſentiam, „ & pax Eccleſiæ tùnc vacantis turbatur, & proceſſus Electionum debitus impeditur, Statui„ tur ut quicumque de Ordine noſtro ad Electiones, convocationes hujusmodi perſonarum „ duxerint faciendas, quòd ipſi priventur, & ad aliam Eccleſiam mittantur, ibidem perpetuò „ moraturi. *Cap.. Gen. an. 1292. Præm. ſub Guillelmo de Louvignies celeb.*

33. Cum

De Transl. toto tit. & 7. q. 1. c. Mutationes.

33. Cum aliquæ Abbatum tranſlationes fuerint faciendæ, (*o*) eæ fiant de conſilio, & aſſenſu Domini Præmonſtrat. ac aliter factæ ſint irritæ & inanes: & Abbates qui ſine dicto conſilio, & aſſenſu ſe transferri permiſerint, utrinsque Eccleſiæ Prælaturâ ſint privati: verùm caveat Dominus Præmonſtrat. ne utilium, honeſtarum Perſonarum tranſlationibus temerè, vel iniquè ſe opponat.

34. Si quis Pater-Abbas ſine dicto conſilio atque conſenſu aliquem transferri fecerit, ſit ſuſpenſus, quoùsque ipſi Domino Præmonſtratenſi, de eo ſatisfacturus, perſonaliter ſe ſiſtat, ſitque pro iſtâ vice privatus jure regendi electionem, & electio ad Conventum revertatur, qui ad novi Abbatis electionem liberè procedere poterit.

35. Si Conventus ſine conſilio, & aſſenſu Domini Præmonſtratenſis tranſlatum, vel poſtulatum receperit, competenti pœnâ, à Domino Præmonſtratenſi puniatur, & jus regendi electionem, pleno jure ad eundem Dominum Præmonſtratenſem, pro illâ vice, devolvatur.

36. Nullus autem Abbas de majori Eccleſiâ ad minorem tranſire cogatur invitus.

Caput XIII.

Eccleſiâ vacante nihil innovandum.

Extrà. Ne ſede vacante, &c. Cap. Novit ille. 12. q. 2. Hæc hujus.

1. QUoniàm verò vacantibus Eccleſiis, contrà juris diſpoſitionem, & prohibitionem, non-nulli temerario auſu, aliqua innovare, ac pacta inter ſe etiàm juramento firmata inire præſumunt; ideò ut talibus abuſibus obvietur, inviolabili ſit lege decretum, ut ſivè per mortem, ſive per voluntariam reſignationem, ſivè per depoſitionem, ſivè quocumque alio modo, Eccleſiam vacare contigerit, (*a*) vacatione durante, nullus aliquid mutare, vel innovare audeat, nihil de novo ordinare, nulla pacta qualiacumque inire, neque de relictis bonis quibuscumque decedentium Prælatorum diſponere, vel ſibi, vel certis locis, vel uſibus, aut perſonis applicare, vel appropriare præſumat; ſed quoùsque Eccleſiæ, de novo Paſtore ſit proviſum, omnia in eo permittantur ſtatu, quo Prælatus vitâ functus ea reliquit.

2. Quicumque hanc conſtitutionem in quocumque ſuo articulo infregerint, vel violaverint, voce careant & obedientiâ nominatâ, ſintque ineligibiles toto tempore vitæ ſuæ: ac juramenta hâc in re præſtita, tanquàm temeraria, & illicita, & omnia quæ ſunt acta non teneant, ſed irrita ſint, & nulla.

Caput XIV.

Ne Principum vel Magnatum, vel aliorum quorumcumque ſecularium favor vel auxilium, ad obtinendas dignitates, officia, vel beneficia, imploretur.

S. Cypr. Prologo. de Card. virt.

1. CUm maledicat Deus, quod benedixerint illi, qui ambitionis falſugine occupati, per fas & nefas, ad loca ſuperiora anhelantes, diſcurrunt ad Judices, blandiuntur mediatoribus, conducunt auxiliatios: Hinc, omnibus Ordinis noſtri Religioſis, quâcumque dignitate eminentibus, & tàm Superioribus quàm Inferioribus, rigorosè & perpetuò ſit prohibitum; ne Principom vel Magnatum, ſeu quarumcumque ſecularium perſonarum auxilium, vel favorem, implorare præſumant, ut ad Ordinis noſtri quaſcumque dignitates, officia, vel beneficia, ſeipſos, vel alios promoveant, vel potiùs (etſi ineptos) obtrudant; ſed Deum cordium cognitorem operari ſinentes, Superiores ſuos de cunctis vacantibus Ordinis noſtri dignitatibus, officiis, & beneficiis liberè diſponere, & de idoneis perſonis, juxtà Regulæ & Ordinis noſtri conſtitutiones, providere permittant.

Can. apoſt. 29. vel 31. 16. q. 7. Si quis Clericus. 6. q. 1. In ſcripturis.

2. Quicumque autem Prælatorum, Canonicorum, vel quorumcunque ſubditorum Ordinis noſtri ſivè per ſe, ſivè

Num. 33. (*o*) *Eæ fiant de conſilio & aſſenſu D. Præmonſtratenſis.* Vides eandem tribui Domino Præmonſt. jurisdictionem in tranſlationes Abbatum, ac in eorum demiſſiones, de quibus ſuprà *Diſt.* 2. *Cap.* 6.

Num. 1. (*a*) *Vacatione durante, nullus aliquid mutare vel innovare audeat.* De Collatione beneficiorum, intrà tempus viduitatis Abbatiarum, quandòque neceſſariò faciendâ, nihil ſpecialim decretum legitur inſtatutis. Huic tamen difficultati proſpexerat Capitulum Generale, hoc ſancito. „ In monaſteriis vacantibus, & legitimo Paſtore orbatis, Pater-Abbas, vel Viſitator, cum conſenſu Conventûs conferet beneficia, vel præſentabit, Regularia Regularibus, „ Secularia, Secularibus, vel D. Præmonſtratenſis. *Cap. Gen. an* 1582. *Præm. ſub Joan. de Pruetis celeb.*

per interpoſitas perſonas, contrarium fecerint; & Principes, Magnates, vel alios quoſcumque requiſierint, vel rogaverint: ac etiàm illi qui Superiores ſuos vexare, premere, & infeſtare præſumpſerint, ut ad Ordinis noſtri dignitates, Officia, vel beneficia provehantur, & qui Promotos, vel Prælatos promoventes vexare, exagitare, vel affligere auſi fuerint, vel hoc fieri procuraverint, niſi intrà ſpatium duodecim dierum, à die monitionis & requiſitionis, computandorum, vel intrà terminum à Superioribus præfigendum reſipuerint; & reſipiſcentes, niſi ad Prælatorum ſuorum arbitrium condignam pœnitentiam egerint, ſententiam excommunicationis incurrant, & ut excommunicati, paſſim, & ubique publicè denuntientur, & ab omnibus Ordinis noſtri ſubditis evitentur: atque à prædictâ excommunicatione (præterquàm in mortis articulo) non poſſint à quoquam abſolvi, niſi à Domino Præmonſtratenſi, vel à Capitulo Generali.

3. Inſuper ſi quam dignitatem, vel quod officium, vel beneficium, tali agendi modo extorſerint, & obtinuerint; ſint ipſo facto, & maneant eo, vel eâ privati, & in poſterùm ad ea, quæ ſic ſunt conſecuti, prorsùs ſint inhabiles, & incapaces, ſicut etiam hâc conſtitutione privati, & inhabiles decernuntur, & declarantur. 1. q. 1. c. Principatus. Clem. 8. Nullos omninò.

Caput XV.

De Viſitatoribus, & eorum Officio.

1. PRo majori obſervatione Regulæ, & diſciplinæ, ac ut Statuta exactiùs executione mandentur, perpetuâ Lege ſit ſtabilitum, ut in ſingulis Generalibus Capitulis, à Domino Præmonſtratenſi, & Capitulo Generali, ſingularum (*a*) Circariarum Viſitatores decernantur, qui non aliam habeant poteſtatem, quàm, ut authoritate Capituli (*b*) Circarias ſibi commiſſas, antè proximum Capitulum Generale, ſemel viſitent, quod etiam facere teneantur. Innoc. 4. Sedis Ap. Vide de ſtatu Monach. C. 7. & C. ult. Ex quæ.

2. Deindè firmiter quoque eſt conſtitutum, ut ab iiſdem (*c*) in ſingulis Circariis, ſufficientem Monaſteriorum

---

Num. 1. (*a*) *Circariarum Viſitatores decernantur.* Quærenti R. Domino Vallis-Serenæ, an votis ſecretis Capitulum eligere debeat Circatores, ſeu Circariarum Viſitatores? „ Reſpondit „ Capitulum, eligendos eſſe pluralitate vocum Capituli, id eſt Abbatum & Definitorum ſimul, „ ità ut electus duas tertias ſuffragiorum habeat: aliàs, à Definitorio, pluralitate votorum „ eligendos. *Cap. Gen. an. 1666 Seſſ. 3. Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

(*b*) *Circarias ſibi commiſſas ante primum Capitulum Generale, ſemel viſitent.* Statutum hoc ſic inſtaurarunt Fratres Capituli Gen. an. 1657. ut „ In qualibet Circaria conſtituatur Circator, „ ſeu viſitator, qui authoritate Cap. Gen Circariam intrà triennium totam ſemel viſitet, etiam „ monaſterium ipſius Vicarii Circariæ.

Cujus quidem ſtatuti inſtaurationem ut dilucidiùs explanaret Capitulum Generale, Anno 1660. „ Definit Circatores tertio ſolùm anno, Vicarios verò duobus primis annis Canonicè viſitaturos, idque uſque ad primum Capitulum Gen. etiàm ſi contingeret ultrà triennium differri.

Ne autem intermitteretur ullatenùs triennalis illa Circariarum viſitatio. „ Capitulum reſolvit clauſulam hanc, *Cum poteſtate ſubſtituendi*, inſeri oportere commiſſioni Circatorum, ſeu Viſitatorum Capituli Gen. adeoque eos, in caſu impedimenti legitimi teneri ad ſubſtituendum. *Cap. Gen. an. 1663. Seſſ. 1. Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Ejuſdem non omittendæ viſitationis ergò, alteram fecerunt explanationem Patres Capituli an. 1666. in qua factâ per D. Viconienſem expoſtulatione, quòd Vicarius ità plerumque ad poſteriores anni partes, ſuas viſitationes differret, ut Circatori ad viſitandum integer non relinqueretur annus. „ Decretum eſt, ut ſi Vicarius non abſolverit ſuas viſitationes „ ante biennium, à celebratione Capituli Generalis computandum, ſuperſedeat, & annum „ integrum Circatori viſitaturo relinquat. *Cap. Gen. an. 1666. Seſſ. 4. Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

„ Item propter notas difficultates Capitulum declarat, viſitationes omninò ſingulis annis ità inſtituendas, ut Vicarii viſitent intrà primum annum, à Capitulo Gen. computandum: Anno „ autem ſecundo, à Patre-Abbate (niſi de tempore aliter convenerint Vicarius & Pater-Abbas) fiat viſitatio. Quod ſi non fuerit à Patre-Abbate facta, ad eam procedat Vicarius. Tertio verò anno, à Circatore, intactò ſemper, & in omnibus, jure R. D. Præmonſtratenſis, qui viſitare poteſt per ſe, vel per alium, quandòcumque, & quotieſcumque videbitur ſibi expedire. *Ibidem*

Num. 2. (*c*) *In ſingulis Circariis conſtituantur Vicarii ſeu Viſitatores.* Capitulum anni 1657. definierat „ Priorem Eccleſiæ Præmonſtratenſis, Procuratoremque Ordinis in Curiâ Romanâ, „ nec-non præſidem Collegii Præmonſtratani, Pariſiis ſiti, deputari poſſe ad Canonicè viſitanda etiàm monaſteria, quibus præſunt Abbates Regulares, ſicut ab antiquo.

Eodem Privilegio gaudere cupientibus ceteris Ordinis noſtri Prioribus, reſpondit Capitulum. „ Priores in Abbatiis Commendatis habiles eſſe ad viſitandum in Galliis, quandò deputabuntur! Non tamen poſſe deputari ad viſitandos Abbates Regulares, neque filias Eccleſias, jure paterno; eo quòd decedente Patre-Abbate jus illud devolvatur ad R. D. Præmonſtratenſem. Si verò contingeret caſum exigere, ut deficiente Abbate regulari capace, expediret, „ imò neceſſe foret Priorem Clauſtralem delegari ad viſitandum Abbatem, aut Abbates Regulares, poteſt R. D. Præmonſtratenſis Priorem ejuſmodi deputare, ad viſitandum etiàm nu-

numerum habentibus, conſtituantur Vicarii Domini Præmonſtratenſis, ſeu Viſitatores permanentes; qui diligentem Circariarum curam gerant, & actorum dicto Domino Præmonſtratenſi rationem reddant, quique omni tempore ad nutum ipſius ſint amovibiles.

3. Poterit autem Dominus Præmonſtratenſis, eas ſibi Circarias viſitandas reſervare, quas placuerit.

Alexan. 3. In Ap. Sed. Innoc. 4. lo emin. Trid. ſeſſ. 25. C. 20. de Reg. C. Decernimus. C. Epiſ. 10. q. 1. Clement. de ſtatu Monach. c. 2. Attendentes.

4. Eccleſia autem Præmonſtratenſis, per tres primos Abbates, Laudunenſem, Floreffienſem, & Cuiſſiacenſem, ſecundùm formam Privilegiorum, à Sede Apoſtolicâ, ipſis, & eidem Eccleſiæ indultorum, annuatim (niſi aliud ex fundatâ causâ ipſi faciendum judicaverint) viſitetur.

5. Omnes quoque aliæ Eccleſiæ à Patribus-Abbatibus, vel à Vicariis ſingulis annis, niſi ex juſtâ causâ aliud ipſis expedire videatur, ſine diſſimulatione viſitentur.

6. Quandò aliquam Eccleſiam ſunt viſitaturi, (niſi magna ratio aliud requirat) (*d*) litteras præmittant, quibus Abbatem, & Conventum, de ſuo adventu certiores reddant, ut etiam illi, qui foris ſunt, vel habitant, ut Paſtores, aliique tempeſtivè vocari queant, ſi forſitan ex certâ causâ ſint vocandi.

7. Quando Dominus Præmonſtrat. Patres-Abbates, vel Viſitatores ad aliquas Eccleſias, vel ad aliquam Circariam viſitandam veniunt, nullus Abbatum, vel Religioſorum eis occurrat, niſi ſint de illâ Eccleſiâ, ad quam ut proximè viſitandam, litteras miſerunt, vel niſi ſpecialiter ſint ab ipſis evocati.

8. Ubi ad locum viſitandum Viſitatores advenerint, Conventus juxtà oſtium Templi intrinſecùs, tempeſtivè congregetur, & ibi cum Cruce & Aquâ benedictâ, paratus permaneat, ut eos quandò parati fuerint, introducat. Si autem Viſitatores noviter ſint conſtituti, antequàm introducantur, Abbati loci, Priori, & Suppriori (quod aliàs fieri non debet) litteras ſuæ commiſſionis, antè legitimè non inſinuatas, exhibeant; ac iis lectis, hi ad Conventum ſe ſtatim recipiant, ut Viſitatores introducant.

9. Viſitatores cùm uſque ad dictum oſtium Templi venerint, Abbas aquâ benedictâ eos aſpergat, & inceptum à Cantore Pſalmum, *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi*, ſimul complentes; præcedentibus his qui portant aquam benedictam, & crucem, omnes ad chorum procedant: & poſt *Gloria Patri*, dicatur *Kyrie eleyſon*, *&c.* *Pater noſter*, in cujus fine dicat hebdomadarius: *Et ne nos inducas*, *&c.* cum Verſu: *Salvos fac ſervos tuos. Dominus vobiſcum.* Oremus. *Prætende Dominè famulis tuis*, *&c.* ipſis Viſitatoribus flectentibus genua ſuper gradus Presbyterii, Abbate verò & Conventu interim in ſuis locis proſtratis.

9. Finitâ Collectâ, incipiat Cantor Antiph. *O Sacrum convivium*, ac interim quò ea cantatur, Viſitatorum Senior (ſi plures ſimùl ſint) indutus ſuperpelliceo & ſtolâ, *Ven. Sacramentum* adoret, & thurificet, ac ad ſummum Altare deferat, ac ibidem capſam aperiens illud inſpiciat, & an debitè ſervetur, ac tempeſtivè mutetur examinet, ac poſteà dictæ Antiphonæ collectam de *V. Sacramento* Viſitator ſubjungat, & datâ benedictione, adhibitoque incenſo, rurſùm reponat.

10. His completis, ſinè morâ Fratres Capitulum adeant, ac omnibus ibidem congregatis, ac Abbate quoque proprio ibidem exiſtente, intrent Viſitatores, ac factis debitis inclinationibus, & tàm ipſis primo loco, quàm aliis ſuis locis ſedentibus, dicat Viſitatorum Senior (qui ſuprà) *Benedicite*, & reſponſo per Conventum *Dominus*, exponat cauſam adventûs ſui, & ſi noviter ſint conſtituti, ſicut anteà prædictis tribus, Congr. Cardinal. ad Trid ſeſſ. 7. cap. 9. de reform.

„ Abbates regulares, proùt judicaverit expedire. *Cap. Gen. an. 1663. Præm. ſub Aug. le Stellier celeb.*

Ceterùm adverte 1. Hoc privilegium, Prioribus *in Galliis* ſolùmmodò degentibus, conceſſum fuiſſe. Quapropter an in Germaniâ, aut aliis à Galliâ Provinciis, vim habere poſſit aut debeat, penès æquum Cenſoris judicium eſto.

2. Quod quàmvis Priores, in Circariarum Vicarios, ſeu Viſitatores poſſint aſſumi, nontamen in Vicarios Generales Ordinis eos eligere licitum eſt. Cùm nec ipſe Prior Præmonſtrati talem cathedram honoris & poteſtatis conſequi valeat, proùt ad requiſitionem R. D. Abbatis Stivagienſis, Capituli promotoris, definitum eſt, his verbis. „ Capitulum reſolvit Priorem Præ„ monſtrati in Vicariom Generalam Ordinis, in poſterùm non eſſe eligendum, ac delegan„ dum; neque ei quicquam juris ex electione factâ R. D. Generalis, cùm Prior eſſet, ac„ quiſitum. *Cap. Gen. an. 1670. Seſſ. 15. Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 6. (*d*) *Litteras præmittant.* Quandòquidem cujusvis Circariæ monaſterium, quolibet anno, unicam Vicarii, aut Patri-Abbatis viſitationem ſubire tenetur, ideò, „ Decrevit Capi„ tulum quòd Vicarius viſitaturus Cœnobia, debeat illa præmonere, ut ſi Pater Abbas Mona„ ſterii viſitandi, ſe ad viſitandum præſentet, moneatur abſtinere, & cedere Vicario. *Cap. Gen. an. 1659. Præm. ſub Aug. le Stellier celeb.*

ità hìc toti Conventui ipſorum commiſſio exhibeatur, ac perlegatur: Eo facto, unus ex Viſitatoribus exhortationem aliquam faciat, de materiâ, quam pro natâ occaſione maximè utilem, & neceſſariam duxerit.

11. Quâ abſolutâ, authoritate Dei, & Domini Præmonſtratenſis, ac Capituli Generalis præcipiant, ut dè ſuo Prælato, de ſe mutuò, de Converſis, ac de totius Eccleſiæ ſtatu, quidquid accuſatione, vel emendatione dignum cognoverint, ſinguli ſincerè, fideliter, & candidè deponant, & nullàtenùs amore, vel odio, vel timore cujusquàm, vel aliâ quâcumque occaſione veritatem ſupprimant, ne cum gravi animarum periculo, etiam gravem (ſi deprehendantur) incurrant Ordinis animadverſionem.

2. q. 7. c. Accuſatis. c. 21. ſunt nonnulli. 12. Proponant deinde Viſitatores tria Fratribus in viſitatione ſervanda. Primum, ne ea quæ debitè ſunt correcta, iterùm tanquàm corrigenda proponant. Secundum, ne de re aliquâ gravi Prælatum ſuum accuſent, de quo non ſit antè præmonitus. Tertium, ne, vel ipſum Prælatum, vel aliquem Fratrem, de quibusvis erratis inſimulent, præterquàm de his quæ poſt ultimam viſitationem ſunt perpetrata, niſi juramento affirment, ea quæ culpare volunt, poſt ultimam viſitationem, priùs ad eorum notitiam deveniſſe.

C. Si omnis 6. q 1 Diſt, 46. c. 4. Accuſatores. 13. Attendat verò quilibet, ne leviter, etiam ſub ſpe melioris boni, quemquam accuſet, aut deferat: ac quoque caveat, ne illa, quæ cognoverit emendanda, ad majus ſcandalum (quod nequiſſimum eſt) usque ad Viſitatorum adventum reſervet, & corrigere, vel proclamare negligat; ſed opportunis temporibus omnia quæ contingunt proclamentur, & corrigantur. Qui contrà fecerint, à Viſitatoribus acriter puniantur.

Caput XVI.

De inquirendis in Viſitatione.

Vide 35. q. 6. ad C. Epiſc. in Sinodo Diſt. 11. c. Nolite 1. Finito Capitulo, Viſitatores ad locum quem ad hoc commodum deſignaverint, ſtatim ſecedant: ac ibidem à ſingulis ſeorſim, (*a*) præſtito priùs in manibus eorum juramento, quòd ſuper his quæ ſciunt, vel credunt eſſe in ſuâ Eccleſiâ reformanda, tàm in capite, quàm in membris (exceptis occultis criminibus) & de his, de quibus interrogabuntur, meram, & plenam dicent veritatem, & quòd ſecretò tenebunt, quæ tractantur, diligenter inquirant ſequentia.

2. Primò, ſi decreta noviſſimæ viſitationis fuerint exactè ſervata, & ſi non, per quem hoc ſteterit, & eum quem in causâ, vel culpabilem repererint, ſivè Prælatus, vel Superior ſit, ſivè ſubditus, tanquàm Deo, & Capitulo Generali inobedientem graviter puniant.

3. Interrogent deindè, an divina officia, devotè, attentè, tractim, & reverenter, prout ſuperiùs eſt conſtitutum, peragantur; & an ad ea omnes, nullo ſe abſentante, diligenter conſluant, & an fundationes exactè obſerventur. Diſt. 1. c. 4.

4. Attentè quoque, & ſollicitè, non obſtante aliquâ benevolentiâ (quæ ſæpè in ſubverſionem Religionis exhibetur) inquirant de negligentiâ Prælati, an ferventer reprehendat ea quæ inordinatè fiunt, &, ſinè acceptione perſonarum, negligentias & exceſſus quos deprehendit, caſtiget: an ſit carnalis vel nimis ſecularis, utrùm absque juſtâ causâ frequenter à Monaſterio abſit, & nimis evagetur. An bono exemplo ſubditis ſuis præluceat, in frequentatione Eccleſiæ, quandò poteſt, in abſtinentiis, aliisque regularibus obſervantiis: An Ordinis ſtatuta, & Capituli Generalis decreta curet obſervari, an per ipſum in Monaſterio vigeat, aut langueat, vel deficiat diſciplinâ. 2. q. 7. c. 46. Sicut. 7. q. 1. c. Sciſcitaris

5. An inter Prælatum, & ſubditos pax ſit atque concordia, & ſi dixerint non eſſe pacem, ſtudioſiſſimè inquiratur cauſa, eâque cognitâ, culpabiles ſeverè puniantur, & omnis induſtria, & labor adhibeatur, ut ſi fieri poteſt pax & unitas reſtituantur, & ſtabiliantur.

6. De Priore quoque, & Suppriore, & Circatore, qualiter ſe gerant, inquirant: an exemplares ſint, an cum ſuo Prælato benè conveniant, diſcipli- 22. q. 1. Si quis & 27. q. 1. Sicut vos.

Num. 1. (a) Præſtito in manibus eorum juramento. „ Ad quæſitum, an quandò Viſitator ad„ vertit nihil eſſe gravis momenti in monaſterio, in materiâ Viſitationis, teneatur ſemper exi„ gere juramentum de quo *Cap. 16. ſtatut. Num. 1.*? Reſponſum eſt, exigi debere ſemper. *Cap. Gen. an. 1663. Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

nam

nam foveant, concordiam alant, (*b*) ac Regulæ, & Statutorum ſint rigoroſi obſervatores, & exactores, ac occurrentes culpas, ſine diſſimulatione, ac perſonarum acceptione, ſeverè & diſcretè caſtigent.

7. Interrogetur inſuper, qualiter tàm Canonici quàm Converſi, in obſervantiis Ordinis ſe habeant, ſcilicet, io non habendo proprio, in obſervatione ſilentii, in continentiâ, in proprii Paſtoris obedientiâ, in ejusdem, ſuâque ad invicem reverentiâ, in abſtinentiis, aliiſque ſimilibus.

8. An in mutuo colloquio, cum hoſpitibus, cum ſæcularibus, familiaribus, Converſis, & aliis quibuscumque, & in petendâ veniâ, Religioſam & debitam ſervent honeſtatem, atque modeſtiam.

9. Demùm ſollicitè inquirant Viſitatores, an curioſitatem vitent, detractiones, & murmura fugiant, extrà horam promiſcuè non bibant: laudabiliter culpas in Capitulo confiteantur, in ſui reprehenſione ſint humiles, & in correctione tractabiles.

De ſtatu Monach. C. ult. Ea quæ. Vide 10. q. 2. c Epiſcopum. 10. Diligenter etiam (*c*) inquiratur de temporali Eccleſiæ ſtatu, an ſcil. domus ſit debitis gravata, & quàm magnis, multiſque, & quâ de causâ; at verò cui, vel quibus ſpecialiter debeat, à Viſitatoribus non eſt inquirendum, nec teneatur Prælatus hoc eis aperire. Patribus verò Abbatibus, totus Eccleſiæ ſtatus, verè, & integrè manifeſtetur, cum ſpecificatione debitorum, ac cum deſignatione perſonarum, quibus domus obnoxia eſt. Verùm patefactum ſibi Monaſterii ſtatum, nemini detegere præſumant, ſub pœnâ à Domino Præmonſtratenſi ipſis infligendâ.

Innoc 4. Setius Apoſt. 11. Abbates verò, atque Præpoſiti, qui domûs ſuæ debita fraudulenter, vel ſcienter ſuppreſſerint, ab adminiſtratione quàm obtinent ſuſpendantur.

10. q. 2. c. ult. & 12. q. 2 In legibus. 12. Si autem nullâ rationabili causâ apparente, quæ Prælatum excuſet, domus debitis gravata reperiatur, in ipſum Prælatum culpa redundet.

13. Hæ, & ſimiles interrogationes, & inquiſitiones, à ſingulis Fratribus, ac etiam Converſis, omni ſtudio, ac ſagacitate fiant. Reſponſa, & depoſita, quæ conſiderationem merentur, ſcripto comprehendantur, ac à deponentibus ſubſignentur.

14. Omnibus verò completis, illa quæ ſunt depoſita, magnâ attentione Viſitatores perpendant, & quæ pro reformatione domûs, & meliori monaſticæ diſciplinæ obſervantiâ, vel Regulæ & Statutorum debitâ executione, vel pro manifeſtis & publicis exceſſibus puniendis, & pro Ordinis honeſtate, decernenda exiſtimaverint, magnâ cum prudentiâ, diſcretione, & circumſpectione ſcripto concipiant; & conſideratis ultimæ viſitationis Ordinationibus, quidquid invenerint neceſſariò obſervandum, ſuis Decretis inſerant, & chartam præcedentem deleant ac ſecum ferant, niſi tamen ex certis cauſis ſit adhùc Monaſterio neceſſaria, quo caſu eam intactam relinquant.

15. Quandò autem Dominus Præmonſtratenſis in viſitatione Decreta aliqua edidit, ea non facilè à Viſitatoribus mutentur, vel auferantur, ſed potiùs quantùm rerum ſtatus permittit, ea ſervari curent, & integritate ſuâ conſervent, addentes ea quæ pro natis occaſionibus neceſſariò addenda videntur. 25. q. 2. c. Omnibus. & ſequent.

16. Ut verò nullus inauditus damnetur, & multa quoque incommoda evitentur, & quæ ſunt ſtatuenda, certam habeant executionem; ſi quid propoſitum ſit, quod aliquatenùs Abbatem, vel alios Superiores concernat, antèquàm quidquam ſtatuatur, vel publicetur, priùs deſuper audiantur, ac iis auditis, eorumque rationibus expenſis, ſtatuant Viſitatores, quod in Domino ſtatuendum judicaverint. 30. q. ult. C. ult. C. Caveant. 3. q. 9.

17. Similiter in nullum Canonicorum, vel Converſorum, aliqua decernatur pœna, niſi prius ſuper delatis ſint auditi. 11. q. 3. c. Eorum.

18. Si qui Fratres aliquid grave vel peremptorium, de aliquo ſuo Confratre, coràm Viſitatore in ſecretò proponant, ſitque indè graviter infamatus, vel accuſans offert ſe probaturum, tunc non 3. q. 9. c. Teſtes. 2. q. 1. c. In primis.

Num. 6. (*b*) *An Regulæ, & Statutorum ſint rigoroſi obſervatores?* „ Capitulum perpetuis futuris temporibus mandat Circatori Capituli Gen. ut advertat ad omnes tàm Abbates, quàm „ Priores, & Religioſos, an in veſte, colore, collari, caputio, ſint conformes ſtatutis, „ & ubi quosdam cum capillitio incongruo repererit, eos authoritate Capituli ducat ad tonſorem, & faciat benè tunderi. In ceteris autem delinquentes coràm definitoribus proclamet. *Cap. Gen. an.* 1666 *Seſſ.* 7 *Præm. ſub Auguſtino le Scellier celeb.*

Num 10. (*c*) *Inquiratur de temporali Eccleſiæ ſtatu.* Huic ſtatuto non-nihil derogare videtur ſequens decretum, quo „ Capitulum definivit non debere Viſitatoribus ordinariis, & Vicariis, exhiberi computum temporalium, niſi habetent ſpecialem commiſſionem, à Rmo. Generali, vel à Patre Abbate, quibus ſolis id ordinariè competit. *Cap. Gen. an.* 1660. *Seſſ.* 5 *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Diſt. 46. c. 4. Accuſatores Fratrum. 2. q. 7. c. 52. Criminationes.

à malevolis vel maledicis, ſed à Fratribus fide dignis, ſub juramento, in ſecretò veritas inquiratur, & proùt dignum fuerit, compertus reus puniatur, niſi tale fuerit crimen, quod Capitulo Generali, vel Domino Præmonſtratenſi ſit deferendum. Si autem injuſtè accuſaverit, graviter puniatur.

19. Illi verò, qui ſuis culpis exigentibus voce ſuâ ſunt privati, nullatenùs contrà aliquem ad accuſationem, vel teſtimonium recipiantur, quouſque ſecundùm Ordinis inſtituta, ſuper hoc cum ipſis fuerit miſericorditer diſpenſatum.

C. Teſtes. 3. q. 9.

20. Nullus quoque contrà aliquem aliquid ex auditu proponat, niſi dixerit à quo hoc audierit.

21. Præcipitur autem diſtrictè Viſitatoribus Ordinis, ut in viſitationibus ſuis, de quantitate proventuum Eccleſiarum Parochialium diligenter inquirant, & (*d*) aſſignatâ Parochis ſecundùm loci, Patriæ, & onerum ipſis incumbentium exigentiam, congruâ portione, ſi quid ſuperſit, in Eccleſiarum, ad quas ſpectant, commodum utilitatemque convertant.

11. q. 1. c. Experientia §. In his. 3. c. 7. c. Nulli.

22. Quod ſi aliquis coràm Judice, qui non ſit de Ordine noſtro, litem deſuper inſtituat, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

Caput XVII.

Quomodò concludenda Viſitatio, & quid poſt eam obſervandum.

1. Omnibus expeditis, & ordinationibus in ſcriptum redactis, ut viſitationi legitimum finem imponant, per pulſum campanæ, quandò eis commodum videbitur, Fratres ad Capitulum convocari curent, quibus ibidem congregatis, ipſi cum Abbate loci intrantes, ordinationes ſuas publicent, ac manu propriâ ſignatas, ſigilloque ſuo munitas, tradant Priori Eccleſiæ viſitatæ: qui ea ſervet, & proximâ viſitatione Viſitatoribus exhibeat. Mandent verò Abbati, Priori, aliiſque Superioribus, ut dictas Ordinationes exequantur, obſervent, & obſervari faciant, rebelles cogendo, & transgreſſores puniendo. In quo ſi proximâ viſitatione negligentes fuiſſe comperiantur, debitè caſtigentur.

De ſtatu Monach. c. ult. §. Quod ſi Abbas.

2. Demùm dicant unâ cum Conventu *Confiteor Deo Omnipotenti*, *&c.* & ſubjungat Viſitatorum ſenior, *Miſereatur*, & *Indulgentiam*, & poſteà det Benedictionem, hâc formâ: *Sit nomen Domini benedictum. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. Benedicat, & cuſtodiat vos Omnipotens, & miſericors Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus*: & reſponſo à Conventu, *Amen.* Debitis inclinationibus factis, exeant Capitulum.

3. Accepta verò, & in ſcripta redacta informatio, niſi aliud exigat rerum conſtitutio, celebrato primo poſt viſitationem Capitulo Generali, vel Provinciali, in quibus, ſi quæ ſint in viſitatione deprehenſæ, & non reſolutæ difficultates, proponi, & reſolvi debent, alioqui poſtea non admittendæ, frangatur, & comburatur.

4. Viſitatores autem (quantùm in ipſis eſt) ſummoperè adlaborent, ut in domibus viſitatis ſalvâ correctionis diſciplinâ, pacem, & concordiam relinquant: ac occurrentes difficultates quas ſuo judicio potuerint terminare, nullatenùs Capitulo Generali reſervent. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reform.

5. Caveat verò tàm Prælatus, quàm Subditus Monaſterii viſitati, ne in præſentiâ Viſitatorum, vel etiam poſt eorum receſſum, propter ea quæ ſunt depoſita, ſivè Viſitatoribus delata, duris, acerbiſque verbis aliquem Fratrem excipiat, vel ſe vindicare volens, aliquod gravamen, vel ignominiam, ſivè opprobrium inferre audeat: & ſi id aliquis in præſentiâ Viſitatorum præſumpſerit, viginti diebus pœnæ gravioris culpæ ſubdatur, ſi autem in eorum abſentiâ id contigerit, pro gravitate culpæ, pluribus, vel paucioribus diebus dictæ pœnæ ſubmittatur. Diſt. 46. C. 6. Seditiarios.

6. Si ipſe Prælatus hâc in parte deliquerit, ſit ipſo facto ſuſpenſus, & eam ſubeat pœnam, quàm pro merito culpæ Viſitatores duxerint infligendam. 11. q. 3. c. Si quis vero.

7. Viſitatores autem à Generali Capir. conſtituti ſtatum Eccleſiarum quas

Num. 21. (*d*) *Aſſignatâ Parochis congruâ portione.* „ Cùm in privilegiis indultis Ordini univerſo ſtatutum ſit, ut Canonici in Parochialibus deſervientes Eccleſiis, Diœceſanis de ſpiritualibus, & Abbatibus ſuis de temporalibus, debeant reſpondere; Statuimus, & Præcipimus, ut Patres-Abbates, vel annui Viſitatores, cùm ad Eccleſias viſitandas acceſſerint, de quantitate proventuum Parochialium diligenter inquirant; & aſſignatâ dictis Presbyteris parochialibus congruâ portione, ſecundùm loci & patriæ exigentiam, reſiduum Abbatibus conſignent, in Eccleſiarum ſuarum commodum convertendum. *Cap. Gen. an.* 1283. *ſub Gwidone Abbate celeb.*

viſi-

viſitaverunt, & (a) ordinationes quas in iis fecerunt, ad proximum Generale Capitulum referant.

CAPUT XVIII.

De iis quæ Viſitatoribus prohibita, & eorum poteſtate.

1. PRohibetur antè omnia Viſitatoribus Ordinis noſtri, ne eos qui authoritate Domini Præmonſtratenſis, vel Capituli Generalis ſunt emiſſi, remittere audeant; cum eorum revocatio ad emittentes ſpecialiter pertineat.

2. Quod ſi verò ab alio aliquo, quàm à Domino Præmonſtratenſi, vel Capitulo Generali, aliquem Canonicum, vel Converſum, non ex ſatis juſtâ, & rationabili causâ, emiſſum deprehendant, faciant emiſſum ad domum ex quâ eſt emiſſus revocari, & emittentem competenti pœnâ caſtigent.

3. Cùm autem per præſumptas, & indiſcretas quorundam Viſitatorum remiſſiones, conceſſiones & indulta, non parùm confundi & everti ſoleat Ordinis noſtri diſciplina, Ideò Viſitatoribus, tàm Vicariis, quàm aliis permaneat ſtrictâ lege prohibitum, ne in concedendo, vel relaxando, aliquid attentare præſumant, quod per patentes litteras Domini Præmonſt. vel Capituli Generalis, eis non eſt injunctum.

4. Ipſis quoque (a) Viſitatoribus diſtrictè interdicitur, ne ipſi, ſeu eorum Aſſeſſores, aut eorum Sacellani, Abbatibus Eccleſiarum quas viſitant, vel aliis quibuscumque, viſitationum ſchedulas oſtendant, vel nomina deponentium quoquo modo revelent; decernentes hujusmodi Statuti transgreſſores, pœnâ revelatoribus ſecretorum Ordinis conſtitutâ, ſine ullâ diſſimulatione vel relaxatione puniendos. Salvis his quæ ad defenſionem Abbatum per Ordinis Statuta ſunt ſpecialiter reſervata.

5. Si ipſe Viſitator reperiatur alicujus revelationis reus, viſitatoris officio privetur, atque ad illud in poſterùm ſit inhabilis.

6. Præcipitur etiàm Viſitatoribus diſtrictè, ut in viſitationibus, pro Secretariis nequaquàm ſecularibus aliquibus petſonis, ſed Ordinis noſtri Religioſis utantur, qui ad ſilentii fidem, etiàm juramento, aſtringantur.

7. Ut autem Viſitatores, quæ muneris ſui ſunt, efficaciter exequi vale- 11. q. c. Illud eſt. & c. Statuimus.
ant, plena eis datur poteſtas, ut ſi Prælatorum, vel Religioſorum rebellio hoc poſtulaverit, ad auxilium brachii ſecularis confugere valeant.

8 Demùm, ut promiſcuè (b) ex aliis Monaſteriis, de conſenſu Abbatis Regularis, de cujus Monaſterio ſunt aſſumendi, vel Regularis Prioris, in Monaſteriis Commendatis, Priores, & alios Officiales, pro aliis Monaſteriis quæ reformare nituntur, aſſumere queant, quos illi, ad quos mittuntur, (ſi moniti, intrà tempus ſibi præfixum neglexerint idoneos conſtituere) recipere teneantur.

Num. 7. (a) Ordinationes, quas fecerunt, ad proximum Capitulum Gen. deferant. Statutum hoc renovatum, & ad R. D. Generalis Vicarios, alios-ve quâlibet authoritate Ordinis commiſſos Viſitatores, ſivè ordinarios, ſivè extraordinarios extentum vide, in actis Capituli Generalis an. 1670.

Num. 4. (a) Viſitatoribus diſtrictè interdicitur &c. Quæcumque præſenti numero Viſitatoribus interdicta leguntur, eadem in Capitulo Generali an. 1279. expreſſis litteris vetita, poſtmodùmque in Antiq. ſtatut. Cap 8. firmata fuerunt.

Num. 8. (b) Ex aliis Monaſteriis, Priores & Officiales, pro aliis Monaſteriis, quæ reformare nituntur, aſſumere queant. „ Decrevit Capitulum quod R. D Præmonſtratenſis, ejusque Vi- „ carii, aut etiàm Viſitatores, poſſint aſſumere Religioſos ex Monaſteriis, & ad alia, Re- „ formationis introducendæ, aut conſervandæ causâ, tranſmittere, non obſtante proprii „ Prælati contradictione, quandò eundem Prælatum auditum judicant non rationabiliter con- „ tradicere. *Cap. Gen. an. 1657. 1660. & 1663 Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Hoc decreto derogatur ſtatutis, quæ ad ejusmodi translationes religioſorum, conſenſum requirunt Abbatis, de cujus monaſterio ſunt transferendi. Sed ne quidquam pariter derogaretur transferendorum juribus in profeſſione acquiſitis, „ Capitulum definivit quòd quotieſcumque „ pro bono Reformationis, continget aliquos Religioſos à legitimâ authoritate, ad aliud Cœ- „ nobium, diverſum à ſuæ profeſſionis monaſterio, ſubmitti, ſivè ut ſint Officiales, ſivè „ Conventuales, ſint gavituri omnibus juribus & cauſis, voce activâ & paſſivâ, ſicut & „ ſtallo ſuæ profeſſionis, ac ſi eſſent in monaſterio, ad quod mittuntur, expreſſè profeſſi, „ exceptâ electione Prælatorum, ad quam non habent vocem activam. *Ibidem.*

Ne, etiàm vel minuſcula, ambiguitatis ſuſpicio ex illis terminis, *pro bono Reformationis* oriretur, Capitulum explicando Decretum ſuperius, „ Declaravit ſub nomine *Reformationis & bo- „ ni communis*, comprehendi Novitiatum & ſtudium; adeòque eos donandos iisdem juribus, „ qui è ſuis domibus, in quibus conſtitutus eſt Novitiatus communis, aut ſtudium, ad alia mo- „ naſteria mittuntur, ut ſcholaribus, vel Novitiis locum cedant. *Cap. Gen. an. 1670 Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

9. Deindè, ut Priores, Suppriores, Paſtores, Proviſores, aliosque Officiales omnes, ſi vel eorum demerita, vel bonæ diſciplinæ, pacis, quietisque Monaſterii conſervatio, vel reſtitutio hoc requirat; deponere, revocare, & ad alia officia applicare; vel pro deliſtorum exigentiâ punire, aliosque idoneos, cum conſilio proprii Prælati, ſubſtituere queant.

10. Inſuper ut poſſint Canonicos, & Converſos emittere, aliosque ſubmittere, quandò pro debitâ reformatione introducendâ, hoc omninò neceſſarium, vel expediens judicaverint.

11. (c) Quandò autem Dominus Præmonſtr. aliquas Eccleſias, ſivè per ſe, ſive per aliquem alium idoneum, litteris ſuis extraordinariè deſtinatum viſitaverit, eodem anno, eædem Eccleſiæ à Vicariis minimè viſitentur, niſi evidens neceſſitas cogat.

23. q. 3. Juſtum. 12. (d) Quicumque autem Ordinis noſtri Religioſi, Dominum Præmonſtrat. Patres-Abbates, vel alios Ordinis noſtri Viſitatores, recipere recuſaverint; vel viſitationis officium plenariè exercere non permiſerint; ſimiliter & illi, qui eisdem Viſitatoribus, in rebus ſuis
Clement. de ſtatu Monach. in fine. damnum aliquod intulerint, vel eosdem, aut eorum Sacellanos, vel eos qui in illorum ſunt famulatu, rebus ſuis ſpoliaverint, ſeu ſpoliari procuraverint; ſimiliter qui eosdem Viſitatorum Sacellanos, aut aliquos ex eorum comitatu, ſivè familiâ verberaverint, vel fecerint verberari, ipſo facto excommunicationem incurrant; à quá nequeant abſolvi (præterquàm in articulo mortis) niſi à Domino Præmonſtratenſi, vel a Capitulo Generali, vel ab habente ab ipſis poteſtatem ſpecialem; & nihilominùs pœnæ ſubjaceant, quam Dominus Præmonſtratenſis, vel Capitulum Generale, eis duxerit infligendam.

13. Si in præmiſſis, Prælati culpabiles inveniantur, vel de eo graviter ſint infamati, in proximo Capitulo Generali, cognitâ causâ, deponantur. Si verò Priores, vel alii quicumque Officiales, vel Religioſi, rei vel conſcii comperiantur, præter pœnas præſcriptas, ſint ipſo facto depoſiti, ac voce & obedientiâ nominatâ careant, toto tempore vitæ ſuæ.

14. Si à ſecularibus alicujus Eccleſiæ miniſtris, prædicta fuerint perpetrata, ſtatim expellantur, & in perpetuùm, ad nullum ſervitium, in quâcumque Ordinis noſtri Eccleſiâ, admittantur.

15. Et ſi qui aliquem talem ſcienter auſi fuerint ſuſcipere, vel retinere, ſi Abbates vel Præpoſiti fuerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi; ſi ſubditi, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

16. Cùm autem non teneantur Viſitatores, propriis ſuis ſtipendiis labora- 12. q. 2. c. Claritas §. Viſitatores.
re, ſtatuitur ut ab Eccleſiis, quas eos viſitare contigerit, (e) moderatas ex- 12. q. 2. c. Eccleſiaſticas.
penſas valeant exigere, prout ſecundùm Deum, & conſcientiam ſuam, inſpectis cujuslibet Eccleſiæ facultatibus, & ſumptibus in itinere factis & faciendis, judicaverint exigendas: daturque eis poteſtas, ut etiàm per Eccleſiaſticas cenſuras, ſi neceſsè ſit, renuentes ſolvere compellant.

17. Verùm in domibus quas viſi- Trid. ſeſſ. 24 c. 3. de refor.
tant, ſine juſtâ causâ, Viſitatores non nimiùm hæreant, nec etiàm nimis feſtinent, ut nequeant omnia maturo judicio diſcuti, & terminari.

18. Si autem quatuor dies ad minimùm, vel octo dies ad ſummùm (niſi aliud evidens neceſſitas poſtulet) viſitationi impenderint, neque de præcipitantiâ redargui poterunt, neque de nimiâ morâ culpari.

Num. 11. (c) *Quandò D Præmonſtratenſis &c.* „ Statuimus ac etiàm ordinamus, quòd D. „ Præmonſtratenſis, & Patres-Abbates non poſſunt quamlibet Eccleſiam Ordinis viſitare, „ niſi ſemel in anno; niſi ab Abbate loci, vel à toto Conventu, vel à majori & ſaniori par„ te Conventûs fuerint ſpecialiter advocati. *Cap. Gen. an 1286 ſub Guidone Abb. celeb.*

Num 12. (d) *Quicumque Religioſi Viſitatores recipere recuſaverint &c.* Viſitationum exercitio, Viſitatorumque incolumitati, eodem quo hic ſtatuta moderna proſpiciunt modo, providerant antiquitùs Capitula an. 1279 & 1292 quibus ſuffragatur Capitulum an. 1663. à quo declaratum eſt, „ Quòd „ pœnæ ſtatutis præfixæ contrà eos, qui impediunt Viſitatores, in curſu ſuarum viſitationum, „ non afficiant tantùm ſimplices Religioſos, ſed etiàm Abbates: quòdque omnes ſubdantur „ iisdem pœnis, ſi injuſte impediant Viſitatores. *Cap. Gen. an. 1663. Seſſ. 12. Præm. ſub Aug le Scellier celeb.*

Num 16 (e) *Moderatas expenſas valeant exigere.* Quid quantùmque, pro ejuſmodi expenſis, unaquæque viſitata domus, in Circariâ Weſtphaliæ, Viſitatoribus ſolvere debeat, ſic ordinatum eſt. „ Viſitatoribus, & Patribus-Abbatibus, quandò ſunt in itinere, viſitationis cau„ sâ, pro quolibet die aſſignabuntur titulo procurationum, quinque Imperiales. Idem ſer„ vetur, ſi aliis de cauſis requiratur Pater Abbas, vel Viſitatores ad excurrendum. *Cap. Prov. Weſtph. an. 1659. Colon. celeb.*

XIX. CA-

Caput XIX.

Quomodò Prælatus monendus, & quomodò contrà eum procedendum.

S. Bern. lib. de conſid. 1. QUàmvis Prælatorum vita, eâ ſanctitate effulgere deberet, ut eſſet planè irreprehenſibilis, forma juſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, & norma regulaque ceterorum; tamen, quià & ipſi homines ſunt, & humani aliquid pati queunt; ideò ſi quiſpiam non malitioſè, ſed ſincerè in Prælato ſuo aliquid, quod verè non deceat vel non debeat tolerari, deprehendat, vel quid habeat contrà eum conquerendum, antè omnia, cum omni humilitate & charitate, Prælatum admoneat, vel admoneri procuret. Quod idem circà Vicarios, & Viſitatores obſervabitur, ſi quis Prælatorum, vel Canonicorum, in iis aliquid arguendum, vel contrà eos quid opponendum habeat. 2. q. 7. c. Si inquit. De Accuſ. c. 1. Si quis. & c. 21. Cum dilectus.

2. Quod ſi ſemel, ſecundò, & tertiò monitus, ſe corrigere negligat, vel (quod pejus eſt) contemnat; Patri-Abbati vel Domino Præmoſtratenſi, vel Viſitatoribus, hoc ipſum ſignificet.

3. Verùm, cùm increſcenti malitiæ hominum, magna circumſpectio debeat obviare, & proindè Sancti Patres ſtatuerint, ut accuſatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concuſſis columnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolùm falſæ, ſed etiam malignæ criminationi, janua præcludatur: ideò firmiter conſtitutum ſit & ordinatum, ut quandò aliquis, quod ſit peremptorium, vel enorme, contrà Prælatum ſuum proponere voluerit, niſi publicè coràm majori & ſaniori parte de domo, in loco competenti, hoc proponat, & ſcripto tradat, & offerat, afferatque per idoneos & ſufficientes teſtes, quod propoſuerit, ſe probaturum, nullatenùs audiatur. Innoc. 3. in Conc. Later. c. 3. Extr. de Accuſat. C. Qualiter C. Quiſquis & C. Qui crimen. 2. q. 8. Extr. de offic. Jud. Ord. C. Si Sacerdos. C. Epiphanium. 5. q. 6.

4. Cùm verò aliquid difficile, vel enorme, quod peremptorium meritò judicari debeat, ab aliquo, contrà Prælatum, propoſitum fuerit, tùnc, ut veritas certiùs, meliùsque, deprehendi queat, Inquiſitio non ſummatim, & in publico, ſed ſigillatim, & in ſecretò fiat, & in loco ubi ſecretè fit inquiſito, *Textus Evangelii* & *Stola* habeatur, & Viſitatores, ab his qui ſunt depoſituri, per juramentum inquirant, tàm de objectis criminibus, & eorum veritate, quàm de idoneitate, & vitâ teſtium productorum. C. Hortamur. 3. q. 9.

5. Nullus autem ad jurandum inducatur, vel cogatur, nec etiàm jurare permittatur, niſi Prælatus teſtes jurare videat, quos accuſator contrà ipſum producere voluerit, ſi tamen intereſſe velit, & poſſit: Verùm ſi, ut inquiſitionem ſubterfugiat, malitioſè & contumaciter ſe ſubtrahat, etiàmſi abfuerit, nec teſtes jurare viderit, in inquiſitione procedatur. Diſt. 74. c. Honoratus. C. Decernimus. 3. q. 9.

6. Ad inquiſitionem tamen, ſuper peremptoriis & enormibus, Viſitatores de facili non procedant, niſi quando gravis infamia, vel inſinuatio clamoſa præceſſit. Extrà de Accuſat. C. Inquiſitionis.

7. Quicumque contra Prælatum ſuum aliquid enorme, peremptorium, vel publicam infamiam continens, propoſuerint, quod ſufficienter probare non valent, (quibus ex jure pœna talionis debetur) ſine ullâ diſſimulatione, vel diſpenſatione, prout de Prælatorum infamatoribus eſt conſtitutum, ſeverè puniantur. C. Qui calumniam. & C. Quid juxtà. 5. q. 6. D. Thom. 2. 2. q. 68. a. 4.

8. Sed ſi qui, viſitatione adhùc durante, & antequàm teſtes juraverint, pœnitentiâ ducti, à Viſitatore, in Prælati ſui præſentiâ, & ab ipſo Prælato, veniam de objectis, miſericordiamque petierint, pro arbitrio Viſitatoris, mitiùs puniantur.

9. Verùm caveat Prælatus (ut ſuprà quoque præſcriptum eſt) ne pro illatâ quaſi injuriâ, vel præſente, vel abſente Viſitatore, ſe vindicare præſumat & ſi id fecerit coërceatur, & graviter puniatur. Cap. 17. n. 6.

10. Sit autem perpetuâ lege fixum, ut Abbates quandòcumque fuerint accuſati, defenſiones ſuas coràm Judicibus Ordinis habeant. Deindè ut nemo extrà Ordinem, de aliquibus criminibus, coràm quocumque Judice contrà Prælatum cauſam inſtituat, & ſi quis hoc præſumpſerit, ipſo facto excommunicationem incurrat. 11. q. 1. c. Experientia. & ſeq.

Caput XX.

De generali excommunicatione.

1. Singuli Prælati, ſingulis annis, omnes Canonicos ſuos, & Converſos, obſtinatè proprietatem habentes; incendiarios; falſarios, quocumque modo, litteras Ordinis noſtri falſaverint; conſpiratores, & ad nocendum, arma, vel cultellos acutos, portantes; ſimiliter, & Apoſtatas, & Paſtores illos, qui vel propter manifeſtos, & notorios ſuos exceſſus, ſæpiùs moniti, vel aliàs debitè revocati, ad mandatum Prælatorum ſuorum, Parochiales Eccleſias, quas tenent, reſignare noluerint (quos Vide de offic. Jud. Ord C. 3. Cùm ab Clem. 1. §. Quià De ſtatu Monach. c. 3. q ult. 2. Peſſimum. 24. q. 3. c. Itàque.

(quos omnes, ipſo facto excommunicationem incurrere decernimus) ter in anno excommunicatos denuntient *Dominicâ* ſcil. antè *Natale Domini*, vel in ipſâ *Vigiliâ*, *Dominicis* antè *Paſcha*, & antè *Pentecoſten*; vel ad minùs ſemel in anno, circà *Dominicam* ſcilicet antè *Paſcha*, circà quod etiam tempus ſingulis annis, omnes tàm Conventuales, quàm Officiales, nemine excepto, omnium rerum, ſibi ad uſum conceſſarum, deſcriptionem, ſivè Inventarium, tradere Prælato teneantur, ſub pœnâ Proprietariis decretâ.

1. q. 3. c. Curæ ſit.

2. Conceditur autem Prælatis omnibus, ut generaliter in Capitulo Generali, vel Provinciali, vel in his Ordinis noſtri Statutis, ſine reſervatione excommunicatos, ſe humiliantes, & Generali, vel Provinciali Capitulo reſpectivè parere volentes, abſolvant, & injungant eis pœnitentiam ſalutarem.

Innoc. 4. In emin.

3. Si quis proindè, poſt factam denuntiationem, repertus fuerit, habere aliquam proprietatem, ab Abbate proprio ab excommunicatione abſolvi poteſt, modò proprietatem, quam habet, reſignet Abbati.

4. Permittitur inſuper omnibus Prælatis, ut illos qui pro aliquo exceſſu, à dictis Capitulis ſunt nominatim excommunicati, vel ſuſpenſi, in formâ Eccleſiæ abſolvant; ſub hâc tamen conditione, ut pœnam, iiſdem infligendam, Domino Præmonſtratenſi, vel proximo Capitulo Generali, vel Provinciali, reſpectivè reſervent.

5. Si quis propter proprietatis vitium, vel propter alios quoscumque exceſſus, excommunicatus, celebrando vel ſe immiſcendo divinis, irregularis effectus fuerit, mittatur ad Dominum Præmonſtratenſem, vel ejus Vicarios, ſivè Viſitatores ab eodem ad hoc poteſtatem habentes, ut ſuper irregularitate ſuâ, beneficium diſpenſationis petant, & accipiant, & pœnæ gravioris culpæ ſubdantur, ſecundùm proprietatis, vel delicti quantitatem; modò tamen non fuerit tàm enormis proprietas, vel tàm grave delictum, ut juxtà ſuperiùs decreta, carcerem inducat.

Alexand. 3. & Honor. 3. Cùm ſis Pater omni. Idem Alexand. per ſonam tuam. Diſt. 5. c. 14.

6. Quandò verò aliquis, pro exceſſu, ſivè delicto aliquo publico, & notorio, excommunicatur, non abſolvatur, niſi præſtito priùs juramento, quòd ipſe Ordinis, & excommunicatoris mandato, parebit.

7. Nullus autem Abbas, vel Præpoſitus, excommunicationis ſententiam in ſubditos proferat, niſi præhabitâ diligenti deliberatione, & quandò evidens neceſſitas hoc expoſcit; & tùnc nomen excommunicati, cauſam excommunicationis, & ipſam excommunicationem, in ſcriptis proferat. Et ſi quis contrarium fecerit, ab ingreſſu Eccleſiæ, per menſem ſit ſuſpenſus, & ſi durante ſuſpenſione ingerat ſe divinis, irregularitatem incurrit, à quâ liberari non poterit, niſi, ut ſuprà dictum eſt, ab habente poteſtatem, fuerit cum eo miſericorditer diſpenſatum.

11. q. 3. c. Nullus Epiſcop. Item C. Si Epiſc. De ſent. Excom. C. 1. §. Quiſquis in 6.

CAPUT XXI.

De iis quæ Religioſis interdicuntur.

1. OMnes Ordinis noſtri Religioſi, religioſam ſimplicitatem ſectantes, & mundanam ſuperfluitatem, & curioſitatem vitantes, urſos, caniculos, ſimias aliaque animalia, magis vanitati, quàm neceſſitati, vel utilitati ſubſervientia, nullatenùs alant.

19. q. 1. c. Mollitiis.

Urban. 4. In emin.

2. (*a*) Sellis vermiculatis, frenis, pectoralibus, & calcaribus ſuperfluitatem præſeferentibus, ſicut & curioſis corrigiis, nemo uti præſumat.

Extrà de vità & hon. Cler. C. In Cler.

Vide Clem. C. 1. de ſtatu Monach.

3. Violas, citharas, aliaque inſtrumenta, per quæ curioſitatis, & vanitatis, Religioſi notari poſſent, nulli habere liceat.

13. q. 8 c. Clerici, & C. Quicumque & Clement. ſup. §. Quia verò.

4. Muſica, ubi ſuperflua, vel noxia, à Viſitatoribus tollatur.

5. Arma, niſi pro gravi neceſſitate, nullus gerat.

Num. 2. (*a*) *Sellis vermiculatis &c. nemo uti præſumat.* Etſi Prælatis in publicum prodeuntibus, ex antiqua veterum, ſicut ex recentiori modernorum ſtatutorum indulgentiâ, *ſupra Diſt.* 2. *Cap.* 5. *Num.* 8. quatuor equos ad ſellam habere conceſſum fuerit: Ipſis tamen curioſioribus equorum phaleris, aliiſve ſecularium pomparum oſtentationibus, irreligioſum ſplendorem quærere ſemper fuit nefas. „ Statutum eſt, ne Abbates Ordinis noſtri exeuntes ducant „ ſecum, vel duci faciant canes, cùm equis curioſè phaleratis; Cùm indè poſſet damnum, „ & ſcandalum, & periculum ſuboriri. *Cap. Gen. an* 1280. *Præm. ſub Ægidio Abbate celeb.*
Circà medium decimi quinti ſeculi, pleroſque tùnc temporis Prælatos, in publicum extrà modeſtiæ metas prodeuntes carpens Bernardinus Senenſis

Si prodire videris, inquiebat, *Abbates iſtorum,*
Vadunt cum tot phaleris, & turmis equorum,
Cum tot armigeris, & turbâ curſorum.
Ut Principes hos dixeris, & Duces Caſtrorum,
Non Patres putaveris Monaſteriorum.

6. *

6. * Venatio non tantùm clamoſa, ſed & omnis alia, ſit prorſùs interdicta; & hujus conſtitutionis infractores, ſivè ſint Curati, ſivè alii, graviter puniantur. †

* Extrà. de clerico venat. C. Epiſcopum. & C. omnibus ſervis. Trid. Seſſ. 24. c. 12. de reform.

Caput XXII.

De alienis Fratribus non recipiendis, & de tranſeuntibus ad alium Ordinem.

Urban. 4. Quia inter vos. Innoc. 4. In emin. 19. q. 3. c. 3. & 20. ae q. 4. c. ult. Ex Decr. Congreg. Conc.

1. INhærendo privilegiis à Summis Pontificibus Ordini noſtro conceſſis, perpetuò, & inviolabiliter, conſtitutum permaneat, ut (*a*) ſub pœnâ excommunicationis, ipſo facto incurrendæ, nullus Prælatorum, alterius Eccleſiæ Canonicos, Converſos, Donatos, vel Religioſos, ſivè ſint Ordinis noſtri, ſivè alterius, ſine conſenſu proprii Prælati, recipere, ſuoque Monaſterio incorporare præſumat.

2. Proprium verò Canonicum, Converſum, vel Donatum, quantùmcumque ſit importunus, ab obedientiâ ſuâ nullus Prælatus abſolvat, niſi per debita inſtrumenta, vel alio quocùmque modo ei certò conſtet, quòd is, ad cujus obedientiam eſt tranſiturus, eum recipere, ac retinere velit. Trid juſſu Urba. 8. edit. Ut inſecta ſemina.

3. Nullus quoque, quemcumque Ordinis noſtri Religioſum, (*b*) qui ad alium quemcumque Ordinem (etiam cum proprii ſui Prælati licentiâ) habitum noſtrum dimittendo, aliumque alterius Ordinis aſſumendo, ſe tranſtulerit, ac poſteà pœnitentiâ ductus, profeſſione nondum factâ, redire voluerit, reaſſumat, absque Domini Præmonſtrat. vel Capituli Generalis licentiâ ſpe-

---

† Similiter in antiq. ſtatut. *Diſt.* 4. *Cap.* 10. hæc alia nobis interdicta leguntur „ Aliena animalia, vel ſupellectilem, annonam in curiis noſtris ad cuſtodiendum, in noſtrum, ſi perdita fuerint, periculum, non recipiemus.

Item Religioſorum conſanguineos, ſub quovis ſervitii prætextu, in monaſteriis, ſeù domibus commorari prohibitum fuiſſe antiquitùs eadem ſtatuta teſtantur his verbis. „ Statuimus „ ut ſi quis obedientiarius in domo de cetero aliquem habere præſumpſerit ſervientem, qui „ quemquam fratrum noſtrorum conſanguinitate attingat, graviter puniatur, niſi Abbatis ſui „ licentiâ fuerit communitus. *Antiq. Statut. Diſt.* 4. *Cap.* 10.

Quoſdam alios abuſus Capitulum Generale an. 1307. emendare tentavit ſequenti decreto. „ Cùm „ plures Fratres noſtri Ordinis diſſolutè, irreligioſè, & inſolenter ſe habuerint, & rexerint „ à longis temporibus, in tantùm quòd per hujuſmodi inſolentias, de die in diem noſter „ Ordo, & dicti Ordinis perſonæ, apud graves, & plures & plurimùm infametur, videlicet, portando camiſias, corrigias ferratas, Wonbiliones, cultellos acutos, & in dormitorio jacendo ſuper culcitras plumeas, & linteamina, & ibidem diverſa armorum genera „ conſervando: Quæ quidem omnia ſunt contrà inſtituta. Ad obviandum talibus, & apponendum remedium inſolentiis antedictis, inhibemus omnibus profeſſis noſtri Ordinis, ne quis „ eorum deinceps, ſub pœnâ gravioris culpæ 20. dierum & amiſſione vocis ſuæ, nec-non „ & excommunicationis, camiſiam, niſi in caſu neceſſitatis imminentis, & de proprii Abbatis licentiâ, corrigias ferratas, Wonbiliones, cultellos acutos portet; nec in dormitorio „ culcitras, linteamina, aut quodcumque genus armorum habeat, aut conſervet; Et ſi qui „ contrarium fecerint, prædictis ſententiis volumus & præcipimus, omni excuſatione prætermiſsâ, ſubjacere: ſingulis Abbatibus in virtute ſanctæ obedientiæ firmiter injungentes, quatenus prædictas ſententias imponant tranſgreſſoribus, & faciant firmiter obſervari. *Cap. Gen. an.* 1307. *ſub Adamo de Crecy celeb.*

Num. 1. (*a*) *Sub pœnâ excommunicationis, nullus Prælatorum Religioſos, ſinè proprii Prælati conſenſu recipere præſumat.* Pridem Excommunicationis ſententiâ non ità facilè feriebantur Prælati contrà præſens Statutum venientes, ſed Suſpenſionis pœnam tantùm ſubire debebant; nec proprii Prælati, ad noſtrum Ordinem, vel Ordinis Eccleſiam confugientium, ſufficiebat facultas, ſed R. D. Præmonſtratenſis, aut etiam Capituli Generalis neceſſaria erat licentia, ut ex ſequenti decreto liquet. „ Statuitur ſub pœnâ ſuſpenſionis, quam contrarium facientes incurrant ipſo facto, ne aliqui Prælati noſtri Ordinis, Canonicos, vel Converſos, alterius „ Eccleſiæ, quàm ſuæ, ſeù alterius Ordinis quàm noſtri, profeſſos quoſcumque, in ſuos „ Canonicos, vel Converſos recipiant quoquo modo, ſinè licentiâ D. Præm. vel Capituli Generalis. *Cap. Gen. an.* 1292. *Præm. ſub Guillel de Louvignies celeb*

Num. 3. (*b*) *Qui ad alium quemcumque Ordinem ſe tranſtulerit.* Statuta moderna in hoc antiquis concinunt, quæ ſic decreverunt. „ Qui de ceterò de Ordine noſtro ad alium Ordinem „ voluerint ſe transferre; ſi poſteà redierint, non recipiantur, niſi per D. Præmonſt. aut „ per Cap. Generale. *Antiq. Statut. Diſt.* 4. *Cap.* 19.

Capitulum an. 1660. de iiſdem Religioſis Ordinis noſtri, ad alium confugientibus, ac poſteà undè exierant remeantibus, hæc ſtatuit, „ Quòd quandò Religioſus aliquis egreditur ex ſtrictiori, ad quem voluerat convolare, Ordine, debeat ſtatim ſe in habitu Superiori ſui „ Ordinis ſiſtere; & à dicto Superiore recipi, non quidem ad Conventum, ſed ad ſequeſtrum, donec Rmus D. Generalis, deſuper requiſitus, notificaverit, qualiter cum eo agendum fuerit. Quod ſi non ſtatim ad Monaſterium ſuæ profeſſionis reverſus fuerit, ut fugitivus habeatur, & ut talis puniatur. *Cap. Gen. an.* 1660. *Seſſ.* 15. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

ciali, quàm non facilè, nec abſque cauſæ cognitione, dabunt.

4. Alterius autem profeſſionis Religioſi, ad cohabitandum nobiſcum, nullatenùs admittantur, & admiſſi exire cogantur, & admittentes puniantur.

CAPUT XXIII.

De Clauſtro, mulieribusque ab eo excludendis.

Innoc. 4. SedisApoſt. Gregor. 9. Olim intellectu Pius 5. Regularum Perſonar. Greg. 13. Ubi gratiæ Pius 5. Bull. data à 1566. 1. CLauſtri nomine, hæc loca ſignificata intelligantur: Dormitorium, Bibliotheca, Ambitus, Capitulum, Refectorium, Canonicorum infirmitorium, hortus Conventualis, tàm extrà, quàm in ambitu conſtitutus, & loca his limitibus contenta; aliaque loca omnia, ad quæ Religioſis Conventualibus, omni tempore, liber eſt acceſſus.

2. Prædicta loca nullæ penitùs mulieres (*a*) etiam ſi ſint Monaſteriorum fundatrices, intrare peramittantur.

Innoc. 4. ubi ſup. 18. q. 2. c. Pervenit. 3. Quicumque, ſivè Canonicus, ſivè Converſus, quamcumque mulierem, etiamſi honeſtarum, aut licitarum operarum gratiâ, intrà dicta ſepta adduxerit, quinque diebus pœnæ gravioris culpæ ſubdatur.

Idem Innocentius 4. Verùntamen in Proceſſionibus, ac mortuorum ſepulturis, & Eccleſiarum conſecrationibus, ac etiam indulgentiis, ad neceſſarium duntaxàt tranſitum, mulieres clauſtrum intrare valeant.

Idem. 5. Si contigerit aliquam aliter intrare, Officialis, per cujus negligentiam oſtium patuit, pro quâlibet vice, tribus diebus in pane & aquâ jejunet.

Idem. 6. Abbates, contrà has conſtitutiones aliquid agere, vel in iis diſpenſare præſumentes, à Viſitatoribus in proximo Capituli Generali proclamentur, & à Capitulo Generali ultrà pœnas ab Innocentio conſtitutas, graviter puniantur; at ſi iſto Anno Capitulum non celebretur, ſecundùm culpæ, & ſcandali quantitatem, ipſi Viſitatores eos debitè puniant.

7. Si quæpiam mulier, Priore diſpenſante, vel conſentiente, clauſtrum intraverit, per quatuor ſextas ferias ad jejunium, panis & aquæ, Prior teneatur, niſi ob ſcandali, vel culpæ magnitudinem, Abbas judicaverit eum diſtrictiùs eſſe puniendum. Idem.

CAPUT XXIV.

De pueris in Baptiſmo non levandis.

1. NUllius Religioſus Ordinis noſtri, ne quidem Abbas, in Baptiſmo infantem levet, nec in Confirmatione aſſiſtat; niſi ut grave periculum, vel ſcandalum evitetur. C. Non licet. & C. Monachi. De Conſecr. Diſt 4.

CAPUT XXV.

De Canonicis, & Converſis, qui Prælatis, vel Principibus conceduntur.

1. NUlli Ordinis noſtri Canonici, Epiſcopis, vel Principibus ullo modo concedantur, niſi ut ſint Eleëmoſynarii, vel Sacellani: Converſi verò, non dentur, niſi artifices, idque ad tempus, quo elapſo, ſtatim revertantur. Innoc. 4 Sedis Ap. 16. q. 1. c. Placuit. & C. Qui verè Clem. 1. Quia daſtai Mon.

2. Caveant verò ſimiles, ne in aliquibus machinis fabricandis operentur; quæ ſint perniciales, ſivè ad mortem inferendam conſtructæ, veluti ſunt arma, inſtrumenta, & moles bellicæ, aut alia ſimilia. Extra. de Homicid. C. Tua nos.

CAPUT XXVI.

Ne ceſſetur à divinis, contrà formam juris.

1. QUandòqnidem jura Canonica ceſſationem à divinis valdè deteſtentur, & gravem infligant pœnam iis, Innoc. 3. in Con. Later. c. 7. Extra.

Num. 2. (*a*) *Etiàmſi ſint Monaſteriorum fundatrices.* Fundatricibus domorum noſtrarum primitùs concedebatur Clauſtrum intrare, quotiès id ſine ſcandalo fieri poterat, ut legitur *Antiq. ſtatut. Diſt.* 4. *Cap.* 13.

In Capitulo Gen. an. 1517. ſancitum eſt, ne ullæ mulieres, exceptis Fundatricibus, officinas clauſtri intrarent, & ſub pœnâ depoſitionis Abbatibus prohibitum, ne aliquas mulieres ſuſpectas morari in monaſteriis paterentur. Quod decretum ab altero Capitulo explanatum ſic accipe, „ Definit Capitulum quòd nullæ mulieres, cujuſcumque conditionis exiſtant, admittantur ad comedendum, in aulâ conventuali, vel aliis officinis clauſtralibus; Sed ſi honeſtas Ordinis id poſtulet aliquandó, ut hujuſmodi mulieres, de parentelâ Religioſorum, admittantur pernoctare, bibere, vel comedere in noſtris monaſteriis, provideat Abbas honeſtum locum, extrà clauſtrum, in quo, ſiniſtrâ ſuſpicione ceſſante, poterunt Fratres, de licentia Abbatis, & non aliàs, cum eis comedere; dummodò horâ competenti ad dormitorium revertantur. Diligenter autem invigilandum eſt, ne mulieres iſtæ clauſtrum, vel chorum ingrediantur, præterquàm in Feſtis Solemnibus, & Proceſſionibus generalibus, exceptis tamen perſonis Nobilibus, & Fundatricibus. Quod ſi Sacriſta, vel ejus ſolatium erraret in hoc, decem diebus graviori culpæ ſubdatur. *Cap. Gen. an.* 1532. *Pram. celeb.*

qui,

de Offic. Ordin. C. Si.can. in 6. qui, vel ſine ratione, & formâ juris non ſervatâ, ceſſant; vel ut legitimè ceſſetur, daot cauſam; ideò in virtute ſanctæ obedientiæ, interdicitur omnibus Ordinis noſtri Religioſis, ne propter victum, vel veſtitum, vel propter aliam quamcumque cauſam, jure non expreſſam, ſæpè in Prælatorum ſuorum contumeliam, ceſſare, vel ad ceſſandum alios incitare præſumant.

2. Quicumque autem, non obſtante hâc prohibitione, hoc fecerint, ſint ipſo facto excommunicati, ac ſi hanc excommunicationem pertinaciter triduò ſuſtinuerint, per emiſſionem, ſi neceſsè ſit, vel aliâ ratione, ad arbitrium ſuorum Prælatorum, de conſilio, & conſenſu Patrum-Abbatum, vel Viſitatorum, vel duorum viciuorum Prælatorum, vel unius ſaltem, omni appellatione remotâ, graviter caſtigentur.

Caput XXVII.

De ſigilli Conventûs, & Conventualis pecuniæ, & alienæ, cuſtodiâ.

Diſt 93. c. Innomine. 19. q. 3. c. Statuimus. 1. Sigillum Conventûs ſub duabus diverſis clavibus, per Abbatem, de conſilio majorum domûs, duobus fide dignis Canonicis committantur, & tertiam clavem Abbas conſervet; at in Monaſteriis commendatis, Prior tertiam clavem cuſtodiat: in quibus quoque Monaſteriis, ſicut, & in iis, in quibus ob juſtas fundataſque, & à Capitulo Generali approbatas cauſas, inter Abbatem, & Conventum, eſt menſarum bonorumque diviſio, Conventualis pecunia, & ſi quæ ſit apud Conventum, Clem. 8. Nullus omnino. tùm depoſita, ſimiliter ſub eâdem cuſtodiâ, (*a*) tribus clavibus reſervetur.

2. Chartæ verò, privilegia, omnia que Monaſterii documenta, & ſcabinalia, aliaque Inſtrumenta omnia, ab Abbate, ſivè ab iis Canonicis, quibus hoc committendum Abbas duxerit, in Archivis Monaſterii fideliter conſerventur, niſi Dominus Præmonſtrat. vel Viſitatores, ex juſtis fundatiſque cauſis, in aliquibus Monaſteriis, aliud ordinandum judicaverint.

3. Nulli aurem ſeculari, dictorum munimentorum cuſtodia unquàm committatur, & ubi eſt commiſſa, ſtatim revocetur.

4. In Monaſteriis commendatis, excluſo Abbate Commendatario, à Canonicis ad ſigillum ſervandum deputatis, vel ab aliis Canonicis, per Viſitatorem, ex conſilio Majorum domûs, deputatis, dicta munimenta cuſtodiantur.

5. Quandò neceſſitate eogente ex archivis danda ſunt aliqua documenta, Abbas, vel illi, qui archivorum curam habent, ea quæ requiruntur porrigant, ſed in ipſis archivis memoriale relinquant, continens cui, quo die, & quale inſtrumentum, & quam ob cauſam illud dederint, & ſubſignet recipiens, (*b*) reſtitutione factâ, auferatur.

6. Si aliquis, hâc formâ non ſervatâ, aliquod munimentum ex archivis abſtulerit, vel auferri permiſerit, & aliquod munimentum perire contigerit, ſeverè puniatur.

7. Si aliquæ litteræ, pro rebus mobilibus, ſigillo Conventûs fueri t ſigillandæ, ex conſilio Prioris, Supprioris, Proviſoris, & quatuor ex Sacerdotibus, ſine ullâ difficultate ſigillentur.

8. (*c*) Cùm verò pro præſentationibus ad Eccleſias Parochiales (quæ præſentationes ad ſolos Abbates ſpectant)

Num. 1. (*a*) *Tribus clavibus reſervetur.* In Communitate noſtrâ Antiqui Rigoris, non modò Sigillum & pecunia Conventualis, ſed etiàm tituli, & documenta cujuſcumque Monaſterii, ſub triplici clave reconduntur. Hic eſt enim 18. Reformationis noſtræ articulus, *Conſervatio titulorum ſivè documentorum, ſigilli & pecuniæ, ſub triplici clave.* Cujus articuli, non ſecùs ac aliorum,ità rigidi ſumus obſervatores, ut non per Abbatem, aut Viſitatorem, etiàm cum conſilio majorum domûs, ſed per Canonicam electionem à toto Conventu, ad vocum pluralitatem ejuſmodi clavium cuſtodes deputari conſueverint. Ad ſecuriorem verò cuſtodiam, claves ſuas alteri tradere non licet, abſque Superioris licentiâ, & juſſu, prout in Capitulo annuo an. 1663. providè cautum legitur, his verbis. „ Cuſtodes clavium arcæ pecuniariæ & „ documentorum, nemini abſque juſſu, & conſenſu Superioris tradant claves: Neque unquàm unus ſolus, abſentibus aliis, arcam illam pecuniariam, ſeù titulorum, aperire præ„ ſumat. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an. 1663.*

Num. 5. (*b*) *Reſtitutione factâ.* Quià plerumque Abbates, potiſſimùm Commendatarii, documentis in archivo communi aſſervatis opus habent, quæ ſibi credita reddere differunt, aut etiàm detrectare non formidant, idcircò decrevit Capitulum, ut „ Viſitatores compellant om„ ni vià juris DD. Abbates Regulares, & Commendatarios, ad reponendum titulos Mona„ ſterii, & ſigillum Conventûs, ſub triplici clave, idque juxtà decreta Capitulorum Gene„ ralium. *Cap. Gen. an. 1605. Præm. ſub Franc. à Longo-Prato celeb.*

Num. 8. (*c*) *Cùm pro præſentationibus ad Eccleſias litteræ fuerint ſigillandæ.* „ Cùm in Capi„ tulo de cuſtodiâ ſigilli Conventûs ſit expreſſum, quòd litteræ de mobilibus ſigillandis, de „ conſilio & aſſenſu Prioris, Supprioris, Proviſoris & aliorum ſeniorum Conventûs debeant „ ſigillari, aliqui autem de Conventibus, ſenſum hujuſmodi ſtatuti pervertentes, interpre-

Conventuali ſigillo, ex ſingulari Pontificis privilegio, vel etiam ratione ipſius incorporationis, aliquæ litteræ fuerint ſigillandæ, Canonici, qnibus ſigilli cuſtodia eſt commiſſa, nullas in ſigillaodo moras nectant, ne dùm ſigillatio protrahitur, Eccleſiâ jure ſuo privetur, & collatio ad ordinarium, vel ad Summum Pontificem devolvatur.

9. Si quiſpiam, contrà hoc Statutum egerit, vel ei ſe oppoſuerit, pœnæ gravioris culpæ, ſine ullâ remiſſione, vel diſſimulatione, viginti diebus ſubdatur.

10. Quandò de rebus immobilibus, vel mutnò accipiendo agitur, ex conſilio majoris partis Conventûs, litteræ ſigillentur, Patrum-Abbatum jure ſemper ſalvo, ſine quorum ſpeciali licentiâ petitâ, & in ſcriptis obtentâ, coóceſſæ litteræ, non ſint alicujus roboris, vel momenti.

CAPUT XXVIII.

De jurisdictione Ordinis noſtri agnoſcenda, & ne ad aliam confugiatur.

Innoc. 4. In emin. Alexand. 4. Cùm ferè.

1. OMnes Ordinis noſtri Religioſi, ſivè Superiores ſint ſivè ſubditi, quâcumque etiam in Ordine dignitate fulgeant, nullo exempto, in omnibus actionibus, petitiooibus, & cauſis ſuis quibuscumque, quas ipſos contrà quoscumque Inſtituti noſtri, ſivè Prælatos, ſivè ſubditos, habere contigerit, (ſi aliter componi nequeant) Ordinis noſtri jurisdictionem agnoſcant, & in Ordinis noſtri tribunali (cui ſubſunt) cauſas quas habent ioſtituant, proſequantur, & finiant.

Deut. 19 & Prov. 12. Vide 3 q. 6. c. Non licent. & 9. q. 2. c. Nullus. & 11. q. 1. c. Inolita. & ſeq. Diſt. 9. c. 9. 11. q.

2. Quicumque autem, relictâ Ordinis noſtri jurisd ctione, ad aliud quodcumque Eccleſiaſticum tribnoal confugerint, ibidemque cauſam ſuam inſtituerint, niſi infra triduum reſipiſcant, tanquàm Ordinis noſtri veri diffamatores, & turbatores, omnibus pœnis, ſuperiùs, Infamatoribus decretis, ſine ullâ relaxatione ſubdantur.

1. c. Nullus Cler & ibidem q. 2. Inolita. & 21. q. 5. c. Placuit.

3. Si quis verò, ad Secnlare, ſivè Laicale tribunal, ſe receperint; ibidemque qualemcumque Ordinis noſtri Religioſum, ſivè Prælatum, ſivè ſubditum, convenire, vel in jus trahere præſumpſerint, ipſo facto ſint excommunicati, ſicut per præſentes excommunicati decernuntur, & declarantur.

4. Deindè ipſam cauſam, & omne jos, qnòd in petitorio, vel poſſeſſorio, in re, vel ad rem, ratione, vel occaſione hujusmodi litis, quomodolibet eis competere potuit, eo ipſo penitùs perdat.

Innoc. 4 ſuprà In emin.

5. Quod ſi verò aliquis Religioſorum ad aliquam Abbatiam jus prætendeos, ad extraordinariam, & maximè Laicalem audientiam, Fratrem ſuum traxerit, omni jure, quod ad Abbatiam, vel contrà Fratrem prætendebat, ſit ipſo facto privatus.

6. At ſi aliquis Abbas, vel Præpoſitus, vi electionis, aut ex alio quocumque titulo, ad aliam Abbatiam ſibi jus ſtatuere volens, hoc fecerit, ſit inſuper, ipſo facto depoſitus, ejusque ſubditi, ab ejus obedientiâ ſint abſoluti, & Pater-Abbas, filiali Eccleſiæ, ex tali causâ vacanti, de idoneo Paſtore, ſecuodùm formam Ordinis, ſtatim curet provideri.

7. Demùm, omoes ad Laicale tribunal coofugientes, ſint ad quaſcumque Ordinis ooſtri dignitates, & ad quæcumque, & qualiacumque officia, & beneficia obtinenda, prorsùs inhabiles, & incapaces; & ſi ter moniti, à proſecutione ejus quod inceperant, non deſtiterint, omnibus etiàm dignitatibus, officiis & beneficiis, ſi quæ, vel quas obtinent, ſint privati, & eorum loco, ſine ullâ diſſimulatione, alii ſubſtituantur.

8. Quæcumque etiàm, ſuperiùs, contrà tales ſunt decreta, in robore, ac vigore ſuo permaneant.

9. Illi tamen, qui ſeculari poteſtate, vel vi, coràm vetito Judice, cauſam ſuam agere compelluntur, cenſeantur dictis pœnis nón fieri obnoxii.

„ tentur præſentationem Parochialium Eccleſiarum rem eſſe immobilem, & ub hoc inter caput, & membra, diſſenſiones, & ſcandalum in populo aliquotiès ſit obortum, declarando ſtatuimus, ad Abbates hujusmodi præſentationes de conſuetudine Ordinis pertinere, quibus injungitur firmiter, quòd eas conferant perſonis idoneis, & honeſtis, & ſi ſint in Eccleſiâ, vocatis Priore & aliquibus de ſenioribus domûs, fideliter offerant ut dictum eſt. In illis autem locis in quibus coonſuetudo habeatur, quòd præſentationes hujuſmodi fiant per litteras Abbatis & Conventûs, ne retardando Eccleſia dono ſuo privetur, per pericula quæ frequenter emergunt, Canonici qui claves ſigilli Conventûs cuſtodiont, præſentationem ab Abbate faciendam, ne differant ſigillare. Quod ſi ipſi, vel aliqui de Conventu contradicere præſumpſerint, ad remotas Eccleſias Ordinis in pœnâ quadraginta dierum mittantur, ad Eccleſiam infrà quinquennium minimè reverſuri. *Cap. Gen. an. 1292. Præm. ſub Guillel. Louvignies celeb.*

CA-

Caput XXIX.

De Appellationibus.

Extra. de Appel. c. 26. Reprehenſibilis. 2. q. 6. c. Licet.

1. Appellatio, quæ in remedium contrà gravamen conceditur, (*a*) ſit juſta, atque intrà decem dies, poſt latam ſententiam, fiat, alioqui non admittatur.

2. Verùm, ut diſcurſus aliaque incommoda evitentur; ſubſequentia, cùm aliquem appellare contigerit, exactè obſerventur.

3. Appellans, (*b*) cauſas appellationis, aliaque quæ proponere voluerit, in ſcriptis per articulos ordinatè redigat, & Abbati tradat: traditum ſcriptum claudatur, & ſigillis Abbatis ac Conventûs muniatur, ipſeque Abbas ad ipſum, ad quem fuerit appellatum, per certum Nuntium, tàm citò ac fieri poteſt, illud transmittat, ut ipſe, quod juſtum fuerit, decernat.

2. q. 6. c. Decreto, noſtro.

4. Abbates, & Conventus, qui redactam in ſcriptis appellationem ſigillare noluerint; ad arbitrium illius, ad quem fuerit appellatum, pro modo delicti puniantur.

5. Si à ſententiâ appelletur, acta prioris juſtitiæ, unà cum cauſis appellationis, ad Judicem ad quem eſt appellatum, transmittantur. Trid. ſeſſ. 13. c. 3. de re or.

6. Appellans verò, quòuſque de meritis appellationis, cegnitum fuerit, & ſit data ſententia, teneatur in Monaſterio ſub regulati diſciplinâ, & in pace relinquatur, & ſi ſub prætextu appellationis, (*c*) Monaſterii portas exierit, habeatur tanquàm fugitivus. 2. q. 6. c. Poſt appellationem. §. Appellatio.

7. Pendente appellatione, nihil innovetur, ſed omnia in eo quo erant ſtatu permaneant. Trid. ſeſſ. 24. c. 10. de refor. Urban. 4. Cùm ex injuncto.

8. Appellatio autem in materiâ viſitationis, reformationis, diſciplinæ, ac correctionis morum, (*d*) executionem non ſuſpendat.

9. Ut verò odor bonæ famæ Ordinis noſtri conſervetur, multaque ſcandala & damna evitentur, & præcludatur via malignantibus, qui ſæpè remedio, ad innocentiæ præſidium inſtituto, ad iniquitatis defenſionem abutuntur, & ne regularis diſciplina elidatur, hoc perpetuò fixum permaneat: ut ad nullum alium, quàm ad Patres-Abbates, De Appel. C. 26. ſuprà. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de refor.

Num. 1. (*a*) *Sit juſta appellatio.* „ Etſi probus Religioſus, ſine murmuratione, ſa Superioris „ ſui arbitrin lubens ſubjiciat, & de injuriis non conqueratur, qui opprobriis pro ſe ſaturatum ſalvatorem ſuum perpendit, tamen qui gravari ſe exiſtimans ad Patrem-Abbatem, vel „ Viſitatorem appellarit, ejus appellationi deferatur, dummodò appellatio conformis ſit ſtatutis: Hâc enim de causâ poteſtatibus aliis aliæ poteſtates præeminent, ut à minore ad majorem recurſus ſit, dùm quis indebitè premitur. Caveant tamen ne id frivolè faciant Religioſi, ne in ſtatutorum pœnas incidant. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Idem antiquitùs præmonitum in ſequenti decreto conſpice, quo, „ Inhibitum eſt fratribus noſtri Ordinis ne aliquis Ordinis noſtri appellationem faciat, niſi habeat veriſſimam, & juſtiſſimam cauſam, & niſi ſe ſentiat gravari minùs juſtè: quod ſi quis aliter fecerit, puniatur, „ ſecundùm quod deliquerit, plùs minùs-ve. *Cap. Gen. an.* 1280. *Præm. ſub Ægidio Abbate celeb.*

Num. 3. (*b*) *Cauſas appellationis in ſcriptis redigat.* Moris hujus in Ordine noſtro vetuſtatem comprobat antiqua Patrum noſtrorum, ab hodiernâ in nullo diſſimilis, appellandi ratio, his verbis expreſſa. „ Statuimus, ut quicumque de cæterò ad D. Præm. ad Cap. Gen. vel ad Patrem-Abbatem vel Viſitatores annuos appellaverit, cauſas appellationis, & oneris articulos „ in ſcriptis redigat, & ſub ſigilli Abbatis & Conventûs, ad illum, ad quem appellatum „ fuerit, per certum nuntium quàm citiùs tranſmittatur, & quod juſtum fuerit, decernatur. „ Si verò Abbas, & Conventus dictam appellationem ſigillare noluerint, puniantur prout „ deliquerint, ad arbitrium illius ad quem fuerit appellatum. *Cap. Gen. an.* 1291. *Præm. ſub Guill. de Louvignies celeb.*

Num. 6. (*c*) *Monaſterii portas exierit.* Ad quæſtionem de Conventuali Religioſo, qui ſub appellationis, vel quovis alio prætextu, Rmum D. Generalem adire vellet, petitâ à Superiore ſuo Clauſtrali veniâ, & non obtentâ, „ Reſpondit Capitulum Generale, Religioſum Conventualem, ſub quocumque prætextu, etiàm adeundi R D. Generalem, petitâ & non obtentâ licentiâ, non poſſe exire extrà ſepta Monaſterii, ſed debere expectare mandatum „ ejuſdem Reverendiſſimi, & ſi contrà fecerit, habendum tanquàm fugitivum, ſecundùm ſtatuta Diſt. 4. Cap. 29. Num. 6. *Cap. Gen. an.* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Num. 8. (*d*) *Executionem non ſuſpendat.* „ Si à regulati diſciplinâ fuerit appellatum, illi quorum intereſt, in appellantes hujusmodi regularem nihilominùs exerceant diſciplinam. *Antiq. ſtatut. Diſt.* 4. *Cap* 4.

 aut

aut Viſitatores, (*e*) vel ad Dominum Præmonſtratenſem, vel ad Capitulum Generale, appelletur, ad quos ab ipſo Ordinis exordio appellari conſuevit, & coràm eis diſceptetur, ac juſtitia ab ipſis partibus ſincerè adminiſtretur.

ſeſſ. 22 c. 7. de refor. 2. q. 6. c. Ad Rom. Urban. 2. Cùm exinjuncto. Trid ſeſſ. 13. c. 1. de refor. 2. q. 6. c. Omninò puniendus.

10. Si quis his Judicibus prætermiſſis, immediatè ad Sedem Apoſtolicam appellare præſumpſerit, deſeratur quidem appellationi, verùmtamen non omittat propter eam, is à quo eſt appellatum, ſi in aliquo, ſivè antè, ſivè poſt appellationem, appellans exceſſerit, regularem exercere diſciplinam.

14. q. 6. c. Primò.

Innocent. 3. Etſi nemo.

11. Si autem ad Sedem Apoſtolicam quis frivolè, vel calumnioſè appellaſſe, & Eccleſiam, ob talem appellationem, damnum, vel expenſas incurriſſe reperitur, loco refuſionis expenſarum, & reparationis damnorum (cùm Religioſi non habeant undè queant ſatisfacere) per carcerem, vel per pœnam gravioris culpæ, vel alio modo pro qualitate, & quantitate ſcandali, damnorum, & expenſarum, ad arbitrium proprii Abbatis (cujus conſcientia deſuper ſit onerata) debitè puniatur: & careant hujusmodi frivolè appellantes, voce, & obedientiâ nominatâ, toto tempore vitæ ſuæ.

ſ. q. 6. c. Qui calumniam.

12. Canonici, & Converſi (*f*) appellantes de gravaminibus, quæ vel probare non poſſunt, vel à Judice, ad quem fuerit appellatum per ſententiam declarantur non fundata; ad valdè remotas Ordinis noſtri Eccleſias, per decennium emittantur, infrà dictum terminum minimè reverſuri, niſi vel per Dominum Præmonſt. vel per Capitulum Generale, cognitâ causâ, fuerint revocati.

13. Quod ſi Filius-Abbas contrà Patrem-Abbatem dolo malo, ſivè per calumniam appellaſſe, Judicis, ad quem appellavit, ſententiâ decernatur; ſi ne ullâ diſſimulatione, vel diſpenſatione, à Capitulo Generali (*g*) ad ejus depoſitionem procedatur ſalvis Prælatorum defenſionibus, in his ſtatutis iis conceſſis.

Num 9. (*e*). *Ad nullum alium quàm ad Patres-Abbates, aut Viſitatores, vel ad D. Præmonſt. vel ad Capitulum Generale appelletur.* In Capitulo Generali an. 1686. Præpoſitus *Heinsbergenſis*, quæſivit an à ſententiâ Vicarii Generalis, in quâlibet Circariâ conſtituti, appellari poſſet ad R. D. Generalem? Hæc autem erat dubitandi ratio, quòd nempè ſicut in Cathedralibus Eccleſiis à Vicario Epiſcopi nunquàm appellatur ad Epiſcopum, ità à R. D. Generalis Vicario, ad ipſum R. D. Generalem appellare, videretur incongruum. „ Reſpondit Capitulum Generale hanc quæſtionem fuiſſe contradictoriè deciſam, per Breve Innocentii X. Summi Pontificis an. 1652. inter Vicarium Generalem Communitatis Antiqui Rigoris ex unâ parte, & „ R. D. Præmonſtratenſem ex alterâ. Siquidem fuit à dicto Summo Pontifice pronuntiatum, „ appellationes à ſententiâ dicti Vicarii Generalis interjici debere ad dictum Reverendiſſimum, „ vel ad Capitulum Generale. *Cap. Gen. an.* 1686. *Præm. ſub Michaele Colbert celeb.*

Porrò ſicut à Vicariorum ſententiis, ad R. D. Generalem appellare, ità ab ipſius R. D. Generalis judicio ad Generale Capitulum confugere licitum eſt. Quo caſu ſi appellans tempus Capituli Gen. expectare non valeat, aùt cùm vellet, expectari non deberet, quid facto opus ſit ſtatutum eſt in hunc modum „ Si à ſupremo Ordinis Superiore quis appellet ad Capitulum Generale, & Capitulum expectari non poſſit, ipſe Superior ſupremus aſſignet duos, „ vel tres Abbates; aùt Priores, minimè ſuſpectos, qui negotium componant, vel terminent, nomine Capituli Generalis. *Cap. Gen. an.* 1618. *Præm. ſub Petro Goſſetio celeb.*

Hoc decretum inſtaurarunt Patres Capituli Gen. an. 1686. Seſſ. 15. ad requiſitionem Rmi Generalis, Commiſſariosque nominarunt, quibus Capitulum pro decidendis emergentibus negotiis ſuas commiſit vices.

Num. 12. (*f*) *Appellantes de gravaminibus, quæ probare non poſſunt.* „ Ad reprimendam verſutiam, & proterviam modernorum, qui nituntur his diebus, famam noſtri Ordinis denigrare, & Prælatos Ordinis per excogitatam malitiam infamare, & tantam malitiam credunt ſub „ appellationis remedio palliare; de conſilio peritorum volumus remedium procurare. Et quià „ ſecundùm jura, appellationis remedium, ad hoc ab antiquis Patribus eſt introductum, ut „ non ſit gloria perverſorum, ſed potiùs, ut ſit remedium oppreſſorum, idcircò oppreſſis „ ſolùmmodo, vel gravatis, appellationis ſolatium eſt conceſſum. Et quià ſecundum Canonicas ſanctiones, fruſtratoriè appellantes, pœnis variis puniuntur, idcircò pœna fruſtratoriè appellantium, illorum maximè, qui carent ſtallo proprio, propriorum Abbatum pro „ arbitrio recepturi, idcircò de conſilio peritorum duximus ſtatuendum, ut quicumque de „ cetèrò Canonici, vel Converſi appellarint, tali gravamine non prætenſo, vel gravaminibus, „ quæ quidem gravamina, à judice ad quem fuerit appellatum, ſi legitima non reputentur, „ vel etiam modo debito non probentur, ad Eccleſias Ordinis valdè remotas, per decennium emittantur, infrà dictum terminum, ad proprias Eccleſias minimè reverſuri, niſi à D. „ Præmonſt, vel Capitulo Generali fuerint revocati. *Cap. Gen. an.* 1283. *ſub Guidone Abbate celeb.*

Num. 13. (*g*) *Ad ejus depoſitionem procedatur.* „ Quod ſi Filium-Abbatem, contrà Patrem „ Abbatem fruſtratoriè contigerit appellare, ſine diſpenſatione quâlibet, à Generali Capitulo deponatur; ſalvis defenſionibus Prælatorum, prout in ſtatutis Ordinis continetur. Cauſa autem fruſtratoria per judicem apparebit, ad quem fuerit appellatum. *ibid.*

CAPUT XXX.

De venditione, emptione & permutatione bonorum ac de conſenſu Domini Præmonſtratenſis, & Patris-Abbatis in his requirendo, &c.

1. OB graves, & validas rationes, & ut multa incommoda evitentur, ſubſequentia perpetuam habeant firmitatem.

Innoc. 4. Cùm à nobis. Clem. 5. Religioſam vitam eligentes.

2. Nullus Prælatorum Ordinis noſtri, aliqua immobilia bona, primæ fundationis, vel quæ ſunt amortizata, vel quæ ad Eccleſias ſuas longo tempore ſpectaverunt, ſine Domini Præmonſtratenſis, vel Capituli Generalis, vel Patris-Abbatis; cum conſilio duorum vicinorum Abbatum, vel ſi is ſit nimis longè diſſitus, Vicarii, ſivè Viſitatoris, ad hoc ſpecialem poteſtatem habentis, conſenſu in ſcriptis obtento, vendat aliquatenùs, vel alienet.

12.q.2.c.Sine exceptione. &c. Placuit.

3. Nullus quoque Prælatus, ſine prædicto conſenſu, ſuper Monaſterii ſui bonis, vel proventibus, ſeu fructibus, penſiones, præbendas (ſivè quod idem eſt, certas aliquas portiones victus, quotidiè, vel hebdomadatim elargiendas) vel redditus, ſivè vitales, ſivè perpetuos, vendere præſumat.

4. Grangias quoque, ſeu villas, molendina, redditus, aut alia qualiacumque bona, & quocumque nomine cenſeantur, pro præbendis, redditibus, vel pro aliis quibuscumque rebus, indè annuè recipiendis, ſivè ad vitam, ſivè ad plures annos, nullus vendat, obliget, vel oppignoret.

Innoc. 4. Cùm pro toto Ord.

5. Ordinariorum etiam, vel aliorum quotumcumque Eccleſiaſticorum Curiis, vel eorum juriſdictioni, nullus ſe ſubjiciat, vel obligationem in iis ſubeat, eo modo, vi iſtius juriſdictionis, ſub pœnâ excommunicationis, vel ſuſpenſionis à divinis, aliiſque cenſuris, conſtringi, & compelli queat, ut terminis ab ipſis Ordinariis, vel eorum Officialibus, aut Tabellionibus, præfigendis, ſatisfaciat.

10.q.2.c.Si quis. 12.q.2.c.Apoſtolicos.

6. Quicumque autem Prælatorum, ſine debitâ authoritate, & conſenſu, aliquid prædictorum attentare præſumpſerint, authoritate Capituli Generalis, ſint, & maneant, ipſo facto depoſiti, & eorum ſubditi, ab eorum obedientiâ penitùs abſoluti; ac Patres-Abbates, Filialibus ſuis Eccleſiis ſic vacantibus, de idoneis Paſtoribus, Canonicè, & ſecundùm formam Ordinis, curent ſine morâ provideri, & omnia taliter acta, nullius ſint efficaciæ, vel valoris.

12.q.2.c. Monemus & ibidem ſequent.

7. Priores verò, Supriores, Proviſores, & alii omnes, tàm Clauſtrales, quàm Curati, qui hujusmodi allienationibus, venditionibus, aut obligationibus, ſine debitâ authoritate factis conſenſerint; vel in Curiis Ordinariorum, ſeu aliorum Eccleſiaſticorum, ſub pœnis prædictis, ſe obligaverint; vel litteras fieri permiſerint, vel in eas conſenſerint, per quas excommunicari, vel à divinis ſuſpendi, vel impediri poſſint; voce careant, etiam in electionibus, & obedientiâ nominatâ, atque ſint ineligibiles toto tempore vitæ ſuæ.

8. Patres-Abbates, & omnes alii, ſine quorum authoritate, atque conſenſu, prædicta negotia perfici nequeunt; caveant diligenter, ſub pœnâ, à Capitulo Generali, tranſgreſſoribus infligendâ, ne in prædictis venditionibus, alienationibus, vel obligationibus eandem ſuam authoritatem interponant, vel conſenſum ferant, niſi gravis urgeat neceſſitas, vel evidens Eccleſiæ utilitas.

12.q.7.c. Non habenti.

9. Omnis autem pecunia proveniens ex poſſeſſionibus, vel redditibus Eccleſiæ, ſivè in perpetuùm, ſivè duntaxàt ad hominum vitam, ſivè alio quocumque modò, debitâ authoritate venditis, ſinè aliquâ diverſione, ad aliam poſſeſſionem, Eccleſiæ æquè utilem, vel utiliorem, ſivè in aliam Eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem, cum conſenſu Patris-Abbatis, & ſanioris partis Conventûs, à Prælato vendente applicetur.

12.q.2.c.Sine exceptione.

10. Transgreſſores, tàm Patres, quàm Filii Abbates, in proximo Capitulo Generali, à ſuis adminiſtrationibus removeantur, niſi pro eorum ſimplicitate, vel ex aliâ juſtâ causâ, judicetur cum eis miſericorditer diſpenſandum.

11. Seniores verò de domo, qui in dictam diverſionem conſenſum ſuum tulerint, pro illati damni magnitudine, pœnâ gravioris culpæ, diſtrictè caſtigentur.

12. Eaſdem quoque pœnas incurrat Prælatus, qui Monaſterii ſui fructus, vel proventus, ſivè ſint granorum, ſivè lini, vel lanarum, vel aliarum quarumcumque ſpecierum, anticipatâ ſolutione, ad plures annos elocat, vel vendit, ſed ipſa ſolutio ab anno in annum fieri debeat, & aliter facta elocatio, vel venditio, ſit nullius effectûs.

13. Attamen pro gravi, & evidenti neceſſitate, poterit Dominus Præmonſtratenſis, vel Capitulum Generale, hâc in re diſpenſare.

14. Re-

Extra. de rer. perm. c. 6. Ad quæſt.

14. Reddituum autem, vel poſſeſſionum permutatio, vel earum ad vitam hominis conceſſio, non fiat, niſi de conſenſu Patris-Abbatis, & ſanioris partis Conventûs, alioqui nullius ſit efficaciæ.

15. Si verò, vel Patres, vel filii Abbates, aliqoas venditiones, vel permutationes, Eccleſiis ſuis evidenter, & manifeſtè damnoſas, ſcienter fecerint, vel factas approbaverint, ad arbitrium Domini Præmonſtr. & Capituli Generalis, vel Viſitatorum, acriter puniantur, ſitque venditio, & permutatio nulla.

16. (*a*) Quicùmque ex Fratribus, faciendæ ex neceſſitate, vel pro evidenti utilitate, venditiooi, vel permutationi, vel ad vitam conceſſioni, irrationabiliter, & ſine juſtâ, & fundatâ causâ (quàm ſcripto tradere debeant) ſe oppoſueriot, ſecundùm delicti, & illati damni quantitatem, in domibus propriis, pœnæ gravioris culpæ ſubjiciantur.

17. Si Eccleſia Præmonſtratenſis aliquam rerum immobilium permutationem, vel venditionem, quæ mille libras monetæ Pariſienſis excedat, facere voluerit, loco Patris-Abbatis, Laudunenſis, Floreffienſis, & Cuiſſiacenſis Abbatum, conſenſum obtinere teneatur.

18. Emptiones autem poſſeſſionum majoris momenti, ſi de proprio fieri nequeaot, ſine conſenſu Patris Abbatis, vel Vicarii, aut Viſitatoris, nequaquàm fiant.

19. (*b*) Qoandocùmqoe ſumptuoſa aliqua ædificia, otporè Eccleſiam, Dormitorium, Refectorium, clauſtrum, ſimiliaque Filios-Abbas conſtruere voluerit, non aggrediatur opus, absque conſilio atque conſenſu Patris-Abbatis, vel ſi is nimis longè ſit diſſitus, (*c*) conſilio, & conſenſu Vicarii.

20. Qood ſi ædificium videatur futurum nimis ſumptuoſum, quod Eccleſiæ facultates excedat, Pater-Abbas, vel eo non viſitante, vel negligente, ipſi Viſitatores authoritate ſuâ præcipiant, ne in opere procedatur, quòusque per proximum Capitulum Generale, vel Provinciale, fuerit decretum, quid ſit agendum.

21. Nullus Abbas alicui ex Fratribus ſuis aliquam Eccleſiæ ſuæ domum ſub annuo cenſu concedat, & ſi conceſſerit, à Viſitatore (ùt omne periculum proprietatis evitetur) ſtatim auferatur.

Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de Reg. Clem. 8. Nullus omninò. Innoc. 4. Sedis Apoſt.

22. Interdicitur etiàm diſtrictè omnibus Prælatis, ne in Eccleſiæ ſuæ gravamen, vel dammum, aliquibus conſanguineis ſuis, ſivè egenis, ſivè non egenis, aliqua mobilia, ſivè immobilia bona, concedere præſumant, & ſi contrarium fecerint, per Patrem-Abbatem, vel per Capitulum Generale, vel Provinciale, ſeverè puniantur.

Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de reform.

Num. 16. (*a*) *Quicumque facienda venditioni irrationabiliter ſe oppoſuerit.* Ad clariorem hujus Statuti explanationem, & ſeveriorem obſervantiam, „ Capitulum ſtatuit, & decernit, ùt „ cùm de majorum domûs judicio, & conſenſu, ſecundùm Statuta, vel ordinationem Vicarii, aut Patris-Abbatis, aliqua fuerint prævio diligenti examine reſoluta, & neceſſè eſt „ ad uſum, & praxim fori Gallici, Conventuales omnes cootractui v. g. procurationi ad lites, permutationi, aut alteri cuicumque conventioni, vel actui ſubſignare, hujuſmodi reſolutionibus teneantur ſe conformare, ac ſine contradictione ſubſignent, ſub pœnâ inobedientiæ, & gravioris culpæ, proùt in ſimilibus ordinatur in ſtatutis. *Cap. Gen. an.* 1670. *Seſſ. 6. Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

Num. 19. (*b*) *Quandocumque ſumptuoſa &c.* „ Capitulum omninò decernit ſervaodum eſſe Statutum, *Diſt.* 4. *Cap.* 30. quod incipit. *Quandocumque &c.* qui contra fecerit, arbitrio „ Capituli Generalis, aut Provincialis puniatur. *Cap. Gen. an.* 1657. *Præm. ſub Aug. le Scellier celeb.*

(*c*) *Conſilio & conſenſu Vicarii.* In Capitulo Communitatis noſtræ Antiqui Rigoris, an. 1625. in celebri Monaſterio S. Mariæ Majoris Muſſipontanæ celebrato, ſtatutum eſt, quòd, „ Si „ nova conſtrueoda ſint ædificia, vel proceſſus juridiciales, magni quidem momenti, movendi, aut propugnandi ſint, monendus erit eâ de re R. P. Vicarius, qui quid hâc in parte „ agendum, aut omittendum erit, mandabit.

Huic decreto non-nihil derogatorium appinxere Patres ejuſdem Communitatis, Capitulariter in Monaſterio S. Pauli Virdonenſis adunati an. 1635. Quorum ſanctionem, ſicut & alias Capitulorum noſtrorum benè multas, proprio marte contaminavit Author opuſculi, cui titulus eſt *Inſtitutio Reformationis in Ordine Præmonſtratenſi* Pariſiis an. 1697. typis mandati. Nihil etenim eorum quæ *Pag.* 222. ex prædicto Capitulo an. 1635. deprompta canit, in ejuſdem Capituli copiis authenticis reperimus, niſi fortè ſequentia. „ Nulla nova ædificia in poſterùm „ fiant, præſertim quæ alicujus ſunt momenti, ſine annui Capituli conſenſu, vel ſaltem R. P. „ Vicarii, ejuſdemque Conſiliariorum domeſticorum, aot Definitoris in viſitatiooe pro comite deputati: idque diligenti præviâ informatione. Huic decreto non obſtet, quod alias an. „ 1625. in noſtræ Communitatis Capitulo, de ſolius Vicarii conſenſu, pro novis conſtruendis ædificiis, habendo ſtatutum fuit. Illi enim ſtatuto, hâc in parte præſens Capitulum „ vult derogatum, & pro ſuâ parte ipſo facto derogat. *Capit. Communit. Antiq. Rig. an.* 1635.

23. Si

23. Si Priores, vel alii Officiales, in eo deliquerint, pro culpæ quantitate, à propriis Abbatibus, diſtrictiùs caſtigentur.

24. Quià verò noxius Conſanguineorum amor, eòsque non-nunquàm quosdam Prælatos inflexit, ut ſuos ad Eccleſiarum ſuarum domos, vel colonias, ſivè curtes, vel ad alia ſervitia, ſine contractu, & ſine obligatione ad computum promoverint, (undè non parvæ ſæpè difficultates ſunt exortæ) ideò ſtrictâ lege ſit perpetuò fixum, ut niſi de contractu cum Abbate debitè inito conſtet, & niſi debitum, quod prætenditur, legitimè doceri queat, Monaſterium nullatenùs ſit Conſanguineis in aliquo obligatum; & multò minùs, ſi hæc ab aliquo Officiali fuerint præſumpta.

Caput XXXI.

De Fide-juſſione, de mutuo non contrahendo, & de depoſito.

Can. Apoſt. 19. vel 20. Clericus qui. 1. Nullus Abbas, nullaque Eccleſia, pro aliquo, qui non ſit Ordinis noſtri, fidejubeat, nec litteras ſuas, vel Eccleſiæ ſuæ, ad mutuom contrahendum, ulli concedat.

2. Pro Eccleſiis verò Ordinis noſtri, liceat cuilibet Prælato ſpondere, pro ſummâ, 300. florenos, ſivè ſrancos, non excedente.

12. q. 2. c. Abbatibus. Innocent. 4. Sedis Apoſt. De fidejuſſ. C. 4. Quod quibuſdam. 3. Sine ſcitu autem, atque conſenſu Prioris, Supprioris, & aliquorum Seniorum domûs, ac etiàm Patrum-Abbatum, vel Viſitatorum, nullus Prælatus notabile mutuum contrahat: & ſi quiſpiam hoc attentaverit, ac ſine reſtitutione eum mori contigerit, Eccleſia in nullo obligetur, nec quicquam reſtituere teneatur; cùm tale mutuum tanquàm à non habente poteſtatem contractum cenſeri debeat, niſi in Eccleſiæ utilitatem converſum, à Creditore monſtretur.

Extra. de depoſito. 4. Depoſitum quoque, nullus Prælatus, à quoquam recipiat, niſi ſub duorum, vel trium Seniorum domûs ſuæ, teſtimonio.

C. Gravis illa & Extra. de Fidejuſſ. Novell. 120. c. 6. 5. Inſpiciatur verò numerus, & ſpecies, & præſente, ac ſubſignante eo qui deponit, exactè deſcribatur: quod etiàm faciant ſubditi, quandò cum Prælati ſui liceotiâ, depoſitum in ſuam cuſtodiam ſuſcipiunt.

Clem. 5. Religioſam vitam eligentes. De depoſ. C. 1. Gravis. Innoc. 4. ubi ſup. 6. Si aliquis Proviſorum, vel aliorum Officialium temporalium bonorum adminiſtrationem habentium, pecuniam mutuò det, vel accipiat, vel etiàm debita contrahat, absque expreſsâ Abbatis licentiâ, in ſcriptis obtentâ, furti judicio condemnetur, & Monaſteria (niſi in eorum utilitatem converſa probentur) nec ad illa debita ſolvenda, nec ad depoſitum, ſi perierit, reſtituendum ſint ullatenùs obligata.

Caput XXXII.

De negotiatione vitandâ, & partionariis non habendis.

1. Deteſtandæ negotiationis abuſum, omnes Ordinis noſtri Religioſi ſivè Canonici ſint, ſivè Converſi, ſollicitè, & diligenter evitent: & nulli qualiacumque animalia ad ſocietatem, communionemque lucri & damni, alicui Partionario tradere, vel ad tempus locare: aut vinum, frumentum, ſiliginem, avenam, ſeu alia grana, & qualiacumque bona mobilia, ad exercendam negotiationem, & faciendum indè quæſtum (ut ſcilicet ea poſtmodùm cariùs vendant) emere vel vendere præſumant. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor. Extrà de vitâ & hon. Cler. in 6. Diſt. 78. Decret. c. 8. 9. Diſt. 23. c. His igitur. Diſt. 22. c. 4. Ex Cypriano Ne Cler. vel Mon. C. 1. & 6.

2. Quod ſi adversùs ea à quopiam quid factum ſit, proprietarius habeatur, & ſecundùm delicti quantitatem, proprietariorum pœnâ ſeverè plectatur.

3. Similiter quoque, & illi puniantur, qui aliena animalia, vel alienam ſupellectilem in ſuum periculum receperint, vel ſua alteri, ſub dicto periculo, tradiderint.

Caput XXXIII.

De habentibus diſpenſandi poteſtatem, ac ut non temerè diſpenſetur.

1. Quàmvis omnia, quæ ſuperiùs decreta ſunt, ſtrictiſſimè ſint obſervanda, nec facilè aliquid ſit relaxandum; quia tamen humanarum legum non poteſt eſſe ea firmitas, atque ſtabilitas, quin ob occurrentes neceſſitates, & caſus, eas non-nunquàm variari, vel relaxari expediat, ne quæ pro ſolâ charitate ſtatuta ſunt, contra charitatem militare contingat; ideò ut in eo debitè provideatur, Abbates, & omnes Prælati, in quorum diſpoſitione omnia eſſe cenſentur, quæ non ſunt his Ordinis Statutis contraria, ex juſtâ & fundatâ causâ, in levibus omnibusque iis diſpenſare queant, quæ per Privilegia, vel per hæc Ordinis Statuta, Domino Præmonſtratenſi ſpecialiter non ſunt reſervata. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de refor. S. Bern. de præcep. & diſpenſ. 25. q. 1. Eccleſiaſticæ.

2. Ob ſalutem autem animarum ſubditorum Ordinis, ac ad multiplices tranſgreſſiones evitandas, Ipſe Dominus Præmonſt. circà omnia, his Statutis contenta (habito tamen reſpectu ad Bullam *Julii II.* his Statutis præfixam) toties quoties neceſsè, vel expedire judicaverit,

tit, liberam, & abſolutam habeat diſpenſandi poteſtatem.

S.Bern.ſup. 3. At verò, quia ſanctæ illæ Conſtitutiones, & Obſervantiæ, Prælatorum prudentiæ, & fidei creditæ ſunt, (23 q. 4. c. Eſt injuſta.) non ſubditæ voluntati; & legum rigor diſſolvitur, ſi temerariâ diſpenſatione & levi ex causâ laxentur; ideò in omni diſpenſatione hæc conſiderentur, & ſtrictè obſerventur ab omnibus qui diſpenſandi habent poteſtatem, quæ in relaxandis Canonibus, Concilium Trid. (ſeſſ. 25. c. 18. de refor.) ſervanda præfixit his verbis: *Sicut publicè expedit legis vinculum quandòque relaxare, ut pleniùs evenientibus caſibus, & neceſſitatibus, pro communi utilitate ſatisfiat, ſic frequentiùs legem ſolvere, exemploque potiùs, quàm certo perſonarum rerumque delectu, petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quàm unicuique ad leges tranſgrediendas, aditum aperire. Quàpropter ſciant univerſi, ſacratiſſimos Canones, exactè ab omnibus, & quòad ejus fieri poterit, indiſtinctè obſervandos. Quod ſi urgens juſtaque ratio, & major quandòque utilitas poſtulaverit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id causâ cognitâ, ac ſummâ maturitate, atque gratis, à quibuscumque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum, aliterque facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.*

(C Si Romanor. 19. Diſt. C Si quis omnem 1. q 7. c. 1. de Conſtit. c. 1. de voto.)

4. Prælati itâque, ad quos ſolos diſpenſandi poteſtas ſpectat, hanc diſpenſandi formam exactiſſimè obſervent, & omnia ſua ſic moderentur, ùt & neceſſitati, infirmitati, & utilitati ſubditorum conſulatur: & tamen Statutorum Ordinis rigor non nimiùm diſſolvatur, ut quisque villicationis ſuæ rationem redditurus, hanc optatiſſimam à Summo Paſtore vocem audire queat: *Euge ſerve bone & fidelis quià ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuprà multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Amen. Math. 25.

Ad Majorem Dei, Virginis Matris, ac SS. Auguſtini, & Norberti Gloriam.

REGULA
S. P. N. AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI.

Per Ven. Adamum Præmonſtratenſem in 12. Capitula diſtincta.

CAPUT I.

De dilectione Dei & Proximi.

ANte omnia, Fratres Chariſſimi, diligatur DEus, deindè proximus; quià iſta præcepta ſunt principaliter nobis data.

CAPUT II.

De unitate concordiæ, & communione corporalis ſuſtentationis.

HÆc igitur ſunt, quæ ut obſervetis præcipimus in Monaſterio conſtituti. Primùm propter quod in unum eſtis congregati, ut unanimes habitetis in domo Domini, & ſit vobis anima una, & cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia. Et diſtribuatur unicuique veſtrûm, à Præpoſito veſtro, victus & tegumentum, non æqualiter omnibus, quià non æqualiter valetis omnes, ſed potiùs unicuique ſicut cuique opus fuerit; ſic enim legitis in actibus Apoſtolorum: quià erant illis omnia communia, & diſtribuebatur unicuique, ſicut cuique opus erat. Qui verò aliquid habebant in ſeculo, quandò ingreſſi ſunt Monaſterium, libenter velint illud eſſe commune: qui autem non habebant, non ea quærant in Monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt; ſed tamen eorum infirmitati quod opus eſt tribuatur, etiamſi paupertas eorum quandò foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat invenire. Non tamen ideò putent ſe eſſe fœlices, quia invenerunt victum, & tegumentum, quale foris invenire non poterant, nec erigant cervicem, quià ſociantur eis ad quos foris accedere non audebant; ſed furſùm cor habeant, & terrena ac vana non quærant, ne incipiant Monaſteria divitibus eſſe utilia, non pauperibus, ſi divites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

CA-

Caput III.

De virtute Humilitatis.

RUrsùs etiam illi qui aliquid videbantur eſſe in ſeculo, non habeant faſtidio Fratres ſuos, qui ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt; magis antem ſtudeant, non de parentum divitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate, gloriari: Nec extollantur ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint, nec de ſuis divitiis magis ſuperbiant, quià eas Monaſterio partiuntur, quàm ſi eis in ſæculo fruerentur: alia quippè quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant; ſupérbia verò etiàm bonis operibus inſidiatur, ut pereant: & quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cùm anima miſera ſuperbior efficitur, divitias contemnendo, quam ſuerat poſſidendo? Omnes ergò unanimiter & concorditer vivite, & honorate in vobis Deum, invicem, cujus templa facti eſtis.

Caput IV.

De puritate Orationis.

ORationibus Inſtâte, horis & temporibus conſtitutis. In oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, undè & nomen accepit, ut ſi fortè aliqui, etiàm præter horas conſtitutas, ſi eis vacat, orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint. Pſalmis, & Hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore: & nolite cantare niſi quod legitis eſſe cantandum; quod autem non Ità ſcriptum eſt ut cantetur, non cantetur.

Caput V.

De abſtinentia diſcreta.

CArnem veſtram domate jejuniis, & abſtinentiâ eſcæ & potûs, quantùm valetudo permittit: quandò autem aliquis non poteſt jejunare, non tamen extrà horam prandii aliquid alimentorum ſumat, niſi cùm ægrotat: Cùm acceditis ad menſam, donec indè ſurgatis, quod vobis ſecundùm conſuetudinem legitur, ſine tumultu, & contentionibus audite, nec ſolæ vobis fances ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum. Qui infirmi ſunt ex priſtinâ conſuetudine, ſi aliter tractentur in victu, non debet aliis moleſtum eſſe, nec injuſtum videri eis, quos fecit aliqua conſuetudo fortiores: Nec illos fœliciores putent, quià ſumunt quod non ſumunt ipſi; ſed ſibi potiùs gratulentur, quia valent quod non valent illi: Et ſi eis qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monaſterium, aliquid alimentorum, veſtimentorum, operimentorum-ve datur, quod aliis fortioribus & ideò fœlicioribus non datur; cogitare debent quibus non datur, quantùm de ſuâ ſeculari vitâ illi ad iſtam deſcenderint, quàmvis usque ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem pervenire non potuerint: Nec debent velle omnes, quod paucos vident ampliùs, non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere, ne contingat deteſtanda perverſitas, ut in Monaſterio, ubi, quantùm poſſunt, fiunt divites laborioſi, fiant pauperes delicati: Sane quemadmodùm ægrotantes neceſſè habent minùs accipere ne graventur, ità & poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, ut citiùs recreentur, etiàmſi de humillimâ ſeculi paupertate venerint, tanquàm hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod divitibus anterior conſuetudo: ſed cùm vires priſtinas reparaverint, redeant ad fœliciorem conſuetudinem ſuam, quæ famulos Dei tantò ampliùs decet, quantò minùs indigent. Nec cibi eos teneat voluptas jam vegetatos, quos neceſſitas levarat infirmos: Illos exiſtiment ditiores, qui in ſuſtinendâ parcitare fuerint fortiores; meliùs eſt enim minùs egere, quàm plùs habere.

Caput VI.

De venuſtate honeſtatis, & caſtitate corporis.

NOn ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus. Quandò proceditis, ſimul ambulate, cum veneritis quò itis, ſimul ſtate. In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris, nihil fiat quod cujúsquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Oculi veſtri etſi jaciantur in aliquam fœminarum, in nullam figantur: neque enim quandò proceditis, fœminas videre prohibemini, ſed appetere, vel ab ipſis apperi velle, criminoſum eſt: Nec ſolo tacito affectu, ſed aſpectu quoque appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos; quià impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius: Et cùm ſe invicem ſibimet, etiàm tacente linguâ, conſpectu mutuo corda nuntiant impudica, & ſecundùm concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam

etiàm intactis ab immundâ violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus: Nec putare debet qui in fœminam figit oculum, & illius in ſeipſum diligit fixum, ab aliis ſe non videri; cum hoc fecerit; videtur omninò, & à quibus ſe videri non arbitratur: ſed etſi lateat, & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo deſuper inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt, non videre, quia tantò videt ſapientiùs, quantò patientiùs? Illi ergò vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœminæ malè placere: Illum cogitet omnia videre, nec velit fœminam malè videre: Illius nàmque & in hâc causâ commendatus eſt timor, ubi ſcriptum eſt: abominatio eſt Domino defigens oculum. Quandò ergò ſimul eſtis in Eccleſiâ, & ubicumque fœminæ ſunt, invicem veſtram pudicitiam cuſtodite: Deus enim, qui habitat in vobis, etiàm iſto modo cuſtodiet vos ex vobis: Et ſi hanc, de quâ loquor, oculi petulantiam, in aliquo veſtrûm adverteritis, ſtatim admonete, ne malè cœpta progrediatur, ſed de proximo corrigatur: Si autem & poſt admonitionem, iterum, vel alio quocumque die, idipſum eum facere videritis; jàm velùt vulneratum ſanandum prodat quicumque hoc potuerit invenire: priùs tamen eſt alteri, vel tertio demonſtrandum, ut duorum vel trium poſſit ore convinci, & competenti ſeveritate coërceri: Nec vos judicetis eſſe malevolos, quandò hoc indicatis; magis quippè innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis: Si enim Frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, cum timeret ſecari, nonnè crudeliter à te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? quantò ergò potiùs eum debes manifeſtare, ne deteriùs putreſcat in corde? Sed antequam aliis demonſtretur, per quos convincendus eſt, ſi negaverit, priùs Præpoſito debet oſtendi, ſi admonitus neglexerit corrigi, ne fortè poſſit ſecretius correptus non innoteſcere ceteris: Si autem negaverit, tunc neganti adhibendi ſunt alii, ut jam coràm omnibus poſſit non ab uno teſte argui, ſed duobus vel tribus convinci; convictus verò ſecundum Præpoſiti, vel etiàm Presbyteri (ad cujus diſpenſationem pertinet) arbitrium, debet emendatoriam ſubire vindictam; quam ſi ferre recuſaverit, etiàmſi ipſe non abſceſſerit, de veſtrâ ſocietate projiciatur: Non enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtiferâ plurimos perdat: & hoc quod dixi de oculo non figendo, etiàm in ceteris inveniendis, prohibendis, indicandis, convincendis, vindicandiſque peccatis, diligenter & fideliter obſervetur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

Caput VII.

De ſpontaneâ Confeſſione.

Quicumque autem in tantum progreſſus fuerit malum, ut occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit; ſi hoc ultrò confiteatur, parcatur illi, & oretur pro eo: Si autem deprehenditur, atque convicitur, ſecundùm arbitrium Presbyteri, vel Præpoſiti graviùs emendetur.

Caput VIII.

De communibus cuſtodibus veſtium.

Veſtes veſtras in unum habeatis, ſub uno Cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tineâ lædantur: Et ſicut paſcimini ex uno Cellario, ſic induamini ex uno Veſtiario, & ſi fieri poteſt, non ad vos pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentiâ proferatur, utrum hoc recipiat unuſquiſque quod depoſuerat, an aliud quod alter habuerat, dùm tamen unicuique, prout cuique opus eſt, non negetur: ſi autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriuntur, cùm conqueritur aliquis deteriùs ſe accepiſſe, quàm priùs habuerat, & indignum ſe eſſe quod non ità veſtiatur, ſicut alius Frater veſtitur; hinc vos probate, quantùm vobis deſit in illo interiore ſancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis: tamen, ſi ſic veſtra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis quod depoſuetatis, in uno tamen loco, ſub communibus Cuſtodibus, habete quod ponitis: ità ſanè, ut nullus ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera veſtra in unum fiant, majori ſtudio, & frequentiori alacritate, quàm ſi vobis ſingulis faceretis propria; Charitas enim de quâ ſcriptum eſt, quòd non quærat quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus anteponit: Et ideò, quanto plus rem communem, quàm propriam curaveritis, tantò vos ampliùs profeciſſe noveritis, ut in omnibus, quibus utitur tranſitoria neceſſitas, ſuperemineat quæ permanet charitas. Conſequens ergò eſt, ut etiam cum quis ſuis filiis, aut aliquâ neceſſitudine ad ſe pertinentibus, in Monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſivè quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occultè accipiatur, ſed ſit in poteſtate Præpoſiti, ut in rem communem redactum, cui neceſſè fuerit præbeatur: quod ſi aliquis rem ſibi collatam celaverit, furti judicio condemnetur.

CA-

Caput IX.

De ablutione Veſtium, & Curâ infirmorum, atque de libris quotidiè petendis.

INdumenta veſtra, ſecundùm arbitrium Præpoſiti laventur, ſivè à vobis, ſivè à fullonibus, ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus. Lavacrum etiam corporis, cum infirmitatis neceſſitas cogit, minime denegetur: fiat tamen ſine murmure, de conſilio medici, ità ut, etiam ſi nolit, jubente Præpoſito, faciat quod faciendum eſt pro ſalute: ſi autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur; aliquando enim, etiamſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat: denique ſi latens eſt dolor in corpore, famulo Dei, dicenti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur; ſed tamen utrùm ſanando illi dolori, quod delectat, expediat, ſi non eſt certum, medicus conſulatur. Nec eant ad balnea, ſivè quocumque ire neceſſe fuerit, minùs quam duo, vel tres; & ille qui habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus juſſerit, ire debebit. Ægrotantium cura, ſivè poſt ægritudinem reficiendorum, ſivè aliquâ imbecillitate, etiam ſine febribus, laborantium, uni alicui debet injungi, ut ipſe de Cellario petat, quod cuique opus eſſe proſpexerit; ſivè autem qui Cellario, ſivè qui Veſtibus, ſivè qui Codicibus præponuntur, ſine murmure ſerviant Fratribus ſuis: Codices certa horâ ſingulis diebus petantur, extrà horam qui petierit, non accipiat: veſtimenta verò, & calceamenta, quandò fuerint indigentibus neceſſaria, dare non differant, ſub quorum cuſtodiâ ſunt quæ poſcuntur.

Caput X.

De cavendo litigio.

LItes aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtucâ, & animam faciat homicidam; ſic enim legitis: qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Quicumque autem convitio, vel maledicto, vel etiam criminis objectu, aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quàm citiùs curare quod fecit, & ille qui læſus eſt, ſine diſceptatione dimittere: Si autem invicem ſe læſerint, invicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes veſtras quas utique quantò crebriores habetis, tantò ſanctiores habere debetis: melior eſt autem, qui quàmvis irâ ſæpè tentetur, tamen impetrare feſtinat, ut ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit injuriam, quàm qui tardiùs iraſcitur, & ad veniam petendam tardiùs inclinatur: qui autem nunquàm vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine causâ eſt in Monaſterio, etiàmſi indè non projiciatur. Proindè vobis à verbis durioribus parcite, quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, undè facta ſunt vulnera: quandò autem neceſſitas diſciplinæ, in moribus coërcendis, dicere vos dura verba compellit, etiàmſi ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, ut à vobis ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos quos oportet eſſe ſubjectos, dùm nimiùm ſervatur humilitas, regendi frangatur authoritas; ſed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui novit eos quos plùs juſto fortè corripitis, quantâ benevolentiâ diligatis: non autem carnalis, ſed ſpiritualis, debet eſſe inter vos dilectio.

Caput XI.

De reverentiâ exhibendâ Prælatis, & de eorum officio.

PRæpoſito tanquàm Patri obediatur; multò magis Presbytero, qui omnium veſtrûm curam gerit: ut ergò cuncta iſta ſerventur, & ſi quid minùs ſervatum fuerit, non negligenter prætereatur, ſed ut emendandum, corrigendumque curetur, ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, ut ad Presbyterum, cujus eſt apud vos major authoritas, referat quod modum, vel vires ejus excedit; ipſe verò qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſerviente fœlicem. Honore corâm vobis Prælatus ſit vobis, timore corâ Deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris: Circà omnes ſeipſum bonorum operum præbeat exemplum; corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes; Diſciplinam libens habeat, metuendus imponat; & quàmvis utrumque ſit neceſſarium, tamen plùs à vobis amari appetat, quàm timeri; ſemper cogitans, Deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem: undè vos magis obediendo non ſolùm veſtri, ſed etiàm ipſius miſeremini; qui inter vos quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo majori verſatur. Donet Dominus ut obſervetis hæc omnia, tanquàm ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono Chriſti odore, de bonâ converſatione fragrantes, non ſicùt ſervi ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratiâ conſtituti.

Caput XII.

De ſollicitudine obſervantiæ hujus Regulæ.

UT autem vos in hoc libello, tanquàm in ſpeculo, poſſitis inſpicere; ne per oblivionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimanâ vobis legatur, & ubi vos inveneritis ea quæ ſcripta ſunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori: ubi autem ſibi, quicumque veſtrûm viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caveat de futuro, orans ut ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

ARTICULI REFORMATIONIS

MONASTERII
SANCTÆ MARIÆ MAJORIS
MUSSIPONTANÆ,

Ad quos per Profeſſionem Fratres Monaſteriorum noſtræ Congregationis & Reformationis intendunt ſe obligare ſub pœnâ, & non ſub peccato, niſi quoties aliquis eò devenerit, ut in illis Superiori totâ ſuâ vi præcipienti, obedire nolit, vel quoties voluntatem omnem obſervandi unum Articulorum illorum abjecerit; in illis enim duobus caſibus intendunt obligarè ſe ad mortale; ad veniale autem non aliter, quàm Regula, vel Statuta, ex quibus Articuli illi penè omnes deſumpti ſunt.

I. *Communitas, victûs, & veſtitûs.*
II. *Statutorum Ordinis Præmonſtratenſis obſervatio.*
III. *Abſtinentia à carnibus, & Jejunium ab Exaltatione Sanctæ Crucis uſque-ad Paſcha.*
IV. *Silentium regulare.*
V. *Laneorum uſus, cum ſolâ culcitrâ ſtramineâ.*
VI. *Dormitio in Dormitorio.*
VII. *Comeſtio in Refectorio.*
VIII. *Lectio perpetua in menſâ.*
IX. *Quotidianum Horarum Canonicarum, & Beatæ Virginis penſum.*
X. *Matutinarum Officium mediâ nocte.*
XI. *Habitus totaliter candidus, tàm quoad tunicam, quàm ſcapulare, caputium, & cappam, cum eâ formâ quam habent in Ordine noſtro.*
XII. *Proclamatio culparum in Capitulo quotidiano.*
XIII. *Correctio earundem in eodem loco imponenda à Præſide ejuſdem Capituli, juxtà dictamen Statutorum, pro exceſſibus, vel defectibus majoris momenti, vel ex contemptu.*
XIV. *Novitiatus ſecundus.*
XV. *Confeſſio hebdomadaria.*
XVI. *Acceſſus Sacerdotum ad Altare, penè quotidianus, & non Sacerdotum ad ſacram Sinaxim, hebdomadarius.*
XVII. *Recta bonorum temporalium Monaſterii, per Officiales adminiſtratio.*
XVIII. *Conſervatio titulorum, ſivè documentorum, ſigilli, & pecuniæ, ſub triplici clave.*
XIX. *Acceptorum & expenſorum rationes exhibendæ ſingulis menſibus.*
XX. *Procuratio Reformationis hic & ubiquè.*
XXI. *Auditio gravaminum, quæ Religioſis accidere ſolent.*
XXII. *Fructuoſa temporis diurni diſtributio.*

His additur *Serotinum examen conſcientiæ, meditatio quotidiana, recollectio annua, cum Confeſſione generali totius anni, & renovatio Profeſſionis cum juramento de acceptandâ viſitatione annuâ, & de nullâ acceptandâ, vel procurandâ diſpenſatione ſuper prædictis, præterquàm à Sanctâ Sede; & de eligendis Abbate Prioreque optimis, quandò opus erit; & de beneficio, vel dignitate, vel Prælaturâ, vel Prioris officio hujus, vel illius Monaſterii in quo commorabimur, directè vel indirectè non procurandis.*

An-

Annotationes ad Articulos ſupraſcriptos.

ARTICULUS I.

Communitas victûs, & veſtitûs.

HIc Articulus nullum admitit peculium particulare, nec ullam pecuniæ ſummam pro veſtiario annuatim diſtribui permittit; & non minùs Abbatem obligat, quàm Religioſos, niſi fortè ſeparatio menſæ, legitimâ authoritate ſtabilita, dividat Abbatem à Religioſis; tùnc enim Religioſi teneren-tur communitatem illam victus & veſtitûs inter ſe exactè ſervare; Abbas vero quosvis proprietatis actus evitare, relictamque ſibi bonorum Monaſterii partem in uſus ſuos, paupertati Monaſticæ conformes, deindè in uſus pios expendere.

Subſiſtente autem communitate victûs & veſtitûs inter Abbatem, & Religioſos, Abbas non poterit, niſi in re levi, vel ad inſtàr Superiorum qui ſecundùm conſtitutiones ſuas regulares vivunt, bona Monaſterii in alios uſus diſtribuere quàm Fratrum, & pauperum ſine conſenſu trium Seniorum Conventûs: ut autem nihil omninò proprium habeat, ea quæ ſibi neceſſaria erunt, quoad victum & veſtitum ac alia accipiet ab Officialibus conſtitutis, nec poterit in modum ſecularium inſtituere, vel frequentare convivia, ſed in modum eorum, qui ſecundùm conſtitutiones ſuas regulares vivunt.

ARTICULUS II.

Statutorum Ordinis Præmonſtratenſis obſervatio, in quantùm Statuta illa continent ea qua dicuntur ſubſtantialia ejuſdem Ordinis, id eſt, ea ſinè quibus vita regularis in eodem Ordine vix ſtare poteſt.

PEr Subſtantialia Ordinis noſtri non intelligimus tria vota, nàm Subſtantialia ab eſſentialibus ſic diſtinguimus, ut per eſſentialia intelligamus ſola tria vota, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, ex quibus omnis Religio Monaſtica, tanquàm ſuis partibus eſſentialibus, conſtat. Per ſubſtantialia verò intelligimus ea, ſine quibus vita regularis, & vota ipſa, in tali Ordine vix ſtare pôſſunt, qualia ſunt ea penè omnia quæ his articulis continentur, & quæ in Profeſſione noſtrâ (exceptis tribus votis) habentur, ut correctio morum, emendatio vitæ, ſtabilitas in loco, inſtitutio vitæ ſecundùm Regulam D. Auguſtini. Sunt autem alia quædam ſubſtantialia in Statutis memoratis, ut diſcreta Novitiorum receptio, eorundem recta inſtitutio, Ordinandorum exacta diſcuſſio, bonorum tàm temporalium, quàm ſpiritualium Communitatis, per Officiales Religioſos adminiſtratio, Miſſarum Ordinis, & dotatarum celebratio, Divini Officii debita diſtributio: infirmorum debita ſollicitudo, diligens ac ſedula portæ Monaſterii cuſtodia, permutationum, & alienationum prohibitio, viſitationis annuæ acceptio, ejus in Abbatem electio qui vitâ, ſcientiâ, & ætate dignus, & idoneus exiſtimabitur ad Officium Abbatiale. Deniquè quod maximè ſubſtantiale eſt in eiſdem Statutis, eſt Communitas victûs & veſtitûs, & ea Ordinis peculiaria vota & præcepta, quæ ad confirmandam votorum eſſentiam, & communem vitam, victum & veſtitum reſpectivè pertinent. Supradicta omnia appellamus ſubſtantialia Ordinis noſtri, quià ſubſtantia vitæ regularis, & votorum, ſine illis in Ordine noſtro vix ſtare poteſt, & quia Ordo noſter ab aliis per illa ſimùl ſumpta fermè diſtinguitur. Quid autem ſit ſtabilitas illa in loco, à nobis in Profeſſione emiſſa, declarabitur in praxi Statutorum noſtrorum Cap. 12. Diſt. 1.

ARTICULUS III.

Abſtinentia perpetua à carnibus, & jejunium ab Exaltatione Sta. Crucis uſque ad Paſcha, quandiù illa non impedient erectionem Congregationis Reformatorum.

HIc renuntiamus diſpenſationi Pontificiæ, quâ in principio Statutorum noſtrorum abſtinentia illa perpetua commutatur in jejunium Adventûs, & dierum Veneris, & in abſtinentiam Septuageſimæ, & dierum Mercurii, idque ad majoris pœnitentiæ (in quâ conſiſtit Religionis Monaſticæ ſtatus) exercitium, & ad vitam noſtram ſanctæ Patrum noſtrorum vitæ conformandam, caſtitatemque noſtram iiſdem armis, quibus illi, tutandam.

Sicut autem per hunc articulum diſpenſationi illi renuntiamus, ità quoque alteri, quâ licet nobis itinerantibus ob negotia. Monaſterii comedere carnes, idque ne evagationes, & peregrinationes fruſtrà multiplicentur ad veſcendum carnibus, niſi fortè occurrant caſus, in quibus Superior judicet, cum duabus tertiis partibus ſuffragiorum, utendum eſſe iliâ diſpenſatione; privilegio autem illo utemur in Congregationibus Ordinis noſtri, & in curſu viſitationis aliorum Monaſteriorum, ne vi-

viſitati nimiùm moleſtentur in perquiſitione piſcium, fingantque ſibi viſitationem propterea odioſam eſſe.

Circà hunc articulum aliquot alia notanda ſunt: inprimis quòd etſi per illum renuntiemus prædictæ diſpenſationi, non intendimus tamen nos ſic ad illam abſtinentiam perpetuam obligare, ut ſuprâſcriptâ diſpenſatione uti non poſſimus, in caſu quo hæc abſtinentia perpetua, à nobis reſumpta, impediret Congregationis benè ſtabilitæ erectionem, & adjunctionem aliorum Monaſteriorum ad noſtram Reformationem, ſub alicujus Congregationis bono regimine, idque ne videamur aliorum ſaluti deeſſe.

Deindè notandum eſt, quòd etſi tàm intrà, quàm extrà Monaſterium, privamus nos carnium eſu, juxtà primævum Ordinis morem, non tamen poſtulante aliter morbo, cujus judicium Prælato relinquitur per Urbanum Pontificem, prout reperitur inter Ordinis noſtri Privilegia, neque urgente charitate, ut ſi ad cooperandum alicujus Monaſterii ſaluti eſſet aliquis noſtrûm præficiendus in Priorem, vel aliter concedendus, tùnc enim licebit ei cum comedentibus carnes etiàm comedere.

Tertiò notandum eſt, quòd ut jejunium illud ab Ordinis noſtri fundatione, & inſtitutione ad annum circiter 1500. ſanctè, religioſèque per majores noſtros obſervatum, & à nobis reſumptum, faciliùs obſervetur, & ejus obſervatio perduret, in quâlibet collatione miniſtrabitur menſura vini, quæ vulgari idiomate *chopine* vocatur: extrà Adventum autem, & jejunia Eccleſiaſtica, ſemper aliquid radicum, ſivè *ſalade*, vel fructuum, vel caſei, cum quinque, vel ſex unciis panis cuique porrigetur; In jejuniis verò Eccleſiaſticis ſufficient quatuor unciæ. Deindè Superior ſingulis hebdomadibus aſſignabit, extrà Adventum, & jejunia Eccleſiaſtica, diem in quo collatio erit major, quàm aliis diebus, videlicet cum radicibus, pomis, prunis & ſimilibus: Eadem etiàm collatio locum habebit in ſingulis Feſtis triplicibus, & duplicibus, extrà Adventum & jejunia Eccleſiaſtica: & quià ab hoc jejunio in Statutis noſtris excipitur dies Natalis Domini, ob reverentiam tanti Feſti, exceptione illâ utemur: Iter autem ſuſcepturi, accipient antè receſſum ſuum à Superiore poteſtatem cœnandi, ſi opus fuerit. Cum Converſis etiàm diſpenſabitur, ſi opera eorum fuerint adeò gravia, ut jejunare eos non patiantur. Illis etiàm extrà jejunia Eccleſiaſtica, & Adventum, porrigetur media panis libra in collatione. Quod verò attinet ad munitiones hyemales, fient cum ſupràdictis collationibus majoribus, & prima quæ eſt Septembris, fiet antè Exaltationem Stæ. Crucis, ſicque anticipabitur in æſtate ad cœnandum, ſecunda fiet immediatè antè Adventum; tertia immediàtè antè Quiquageſimam. Huic jejunio hyemali addiderunt Fratres quædam æſtivalia, ut Rogationum, dierum Veneris, quandò non occurret aliud jejunium eadem hebdomadâ, Vigiliarum Venerabilis Sacramenti, Stæ. Mariæ ad nives, Viſitationis, Nativitatis, & SS. Norberti & Auguſtini, & ad illa ſeſe etiàm per hunc articulum aſtrinxerunt.

Articulus IV.

Silentium Regularè.

Silentium regulare appellamus illud, quod eſt ſecundùm Regulas, & Statuta Ordinis noſtri. Porrò inter quatuor loca, videlicet Clauſtrum, Refectorium, Templum, & Dormitorium, & alia Monaſterii loca, hæc eſt diſtinctio, quod ſilentium in illis quatuor locis nunquàm, niſi ſubmiſsâ voce, & veluti in aurem, idque breviſſimè, & quandò neceſſitas cogit, ſolvi debeat, nec licentia ſolvendi illud in illis locis petatur; in aliis verò locis tempore colloquii, & recreationum quotidiè loqui permittatur, ſicùt etiàm quando cum ſecularibus, vel regularibus miſcenda ſunt, etiàm extrà recreationes, colloquia; Si tamen cùm bonâ venia per quatuor illa loca ducendi ſunt regulares externi, vel ſeculares, licebit quidem loqui in illis, non tamen protrahendo colloquia, (ad id enim ſunt loca expreſsè deſtinata, ut porticus plurimæ, ſivè auditoria, quæ *Parloirs* vulgariter nuncupamus) ſed breviter illis reſpondendo, vel ad quid quiſque locus regularis inſtitutus ſit, declarando.

Articulus V.

Laneorum uſus, cum ſolâ culcitrâ ſtramineâ.

Hic articulus obligat nos ad induſia lanea, & ad linteamina (ſi quibus utimur) lanea, ſuper culcitram ſtramineam, & privat nos lectis plumeis, & culcitris laneis: Nolumus autem nos ad dormitionem nocturnam, cum omni veſtitu diurno, obligare, ſed tantùm cum eo veſtitu, qui nuditatem cooperiat, qualia ſunt induſia lanea, & femoralia, & alia quibus induimur interdiù ſub tunicâ, detractis calceis, & tibialibus, potiſſimùm

in

æſtate, niſi aliter alicujus ſanitas, Superiori declarata, poſtulet. Additum eſt, (ſi quibus utimur) quià etſi Abbas teneatur ſuppeditare linteamina illa, quandò fratres requirunt, tamen non habemus hic uſum, niſi unius inferioris, ad regendam culcitram ſtramineam, & compenſandum exiguum calorem, quem fovet culcitra illa ſtraminea.

ARTICULUS VI.

Dormitio in Dormitorio.

HOc articulo non minùs Abbas ligatur, quam Religioſi, idque ut ſuis exemplo ſit, & excubias cum eis agat, diſciplinamque Dormitorii non minùs quàm alii, antè, & poſt Matutinas, Primam, & Completorium tenere poſſit: ſi tamen adeò infirmus, vel ſenex fuerit, ut Dormitorium difficulter poſſit conſcendere, & deſcendere, totiès quotiès adminiſtratio quam habet requirit, poterit lecticam ſuam, in altero cubiculorum ſub Dormitorio exiſtentium, habere, niſi fortè per ſeparationem menſæ authoritate Pontificiâ factam, illi aliæ ædes præſcriberentur; tunc enim Conventus non teneretur illi ullum ex illis cubiculis, vel aliis in ambitu Religioſorum contentis concedere: Imò verò non expediret ſi Abbas eſſet Commendatarius, vel Regularis quidem, ſed non ſecundùm Reformationem vivens, tunc enim expedit eum in ædibus ſuis aſſignatis habitare & dormire, ne ſuorum famulorum & hoſpitum multitudine, frequentiâ & ſtrepitu diſciplinæ regularis exercitium perturbet.

Religioſi autem nunquàm debent extrà Dormitorium jacere, niſi charitas, vel neceſſitas, vel bonorum Monaſterii adminiſtratio cogat, idque cum bonâ Superioris veniâ, qui nunquàm id permittere debet, ſi peccati periculum immineat.

ARTICULUS VII.

Comeſtio in Refectorio.

ABbatis eſt etiàm comedere in Refectorio, ad temperantiæ, & ſobrietatis exercitium, niſi fortè ætas vel infirmitas, vel ſupervenientes hoſpites impediverint, vel negotium aliquod ſuæ adminiſtrationis occurrerit, vel inter Abbatem, & Fratres exiſtat menſæ ſeparatio, tunc enim non teneretur vi hujus articuli, ad comeſtionem in Refectorio; ab hâc comeſtione in Refectorio poſſunt alternatim excuſari Officiales, videlicet, Cellarius & Proviſor, ſi Superior judicaverit expedire, quod tamen raró, & non niſi urgente charitate, & neceſſitate, debet permittere.

ARTICULUS VIII.

Lectio perpetua in menſâ.

HÆc lectio ligat tantùmmodò in Refectorio; quotieſcunque abeſt à Refectorio, lectionem fieri, tamen quià id plerumque hoſpitibus moleſtum eſſet, hic articulus non inducit obligationem, quàmvis Abbas eſſet ad aliquantulam lectionem exhortandus, ex Statutorum * noſtrorum dictamine Cap. I Diſt. 2. quotieſcunque hoſpites id patiuntur. *Antiquorum.

ARTICULUS IX.

Quotidianum Horarum Canonicarum, & Beatæ Virginis penſum.

HOc articulo obligatur quilibet Profeſſus hujus Monaſterii, Choro addictus, ad recitationem Horarum Canonicarum, & Beatæ Virginis. Nota tamen ſufficere penſum Horarum Canonicarum in Feſtis B. Virginis, nec obligationis, tùnc eſſe recitare parvum Officium, ſed tantùm devotionis, ut legitur in articulis Capituli cujuſdam Generalis Ordinis noſtri.

ARTICULUS X.

Matutinarum Officium mediâ nocte.

HIc articulus nullâ eget explicatione, quandoquidem manifeſtè explicatur Cap. 1. Diſt. 1. Statutorum noſtrorum, ad hoc tamen nullus extrà Monaſterium tenebitur; Converſi autem ad id tenebuntur juxtà diſcretionem Superioris, qui attentis eorum operibus, & obedientiis, eos ad hoc coget, vel abſolvet. Nota quòd hic articulus non obligat nos ad cantum Matutinarum; etſi enim ad id teneamur, non tamen vi hujus articuli.

ARTICULUS XI.

Habitus totaliter candidus, tàm quòad tunicam, quàm ſcapulare, caputium, & cappam, cum eâ formâ quam habent in Ordine noſtro.

HIc articulus etiàm eſt manifeſtus, nunquàmque diſpenſandum eſt, niſi ob cauſas aſſignatas in noſtrâ Opticâ Regularium Spec. 66. Pilei autem & ga-

galeri debent eſſe albi, exceptis pileis Doctorum, qui, ex privilegio, ſunt cerulei.

Ad Doctoratum autem, & alios Theologiæ gradus, non admittatur ullus, qui pridiè promotionis ſuæ non renuntiaverit prætenſis omnibus in Ordine noſtro Privilegiis, ſeſeque juramento ad obſervationes, & correctiones regulares, & ad exactam Reformationis obſervationem, & ejuſdem procurationem in aliis Fratribus, tàm hujus Monaſterii, quàm aliorum, non aſtrinxerit, & ad abſtinendum à pileo ceruleo, quotieſcunque Abbas regularis, Reformationis in ſe, & in aliis tenax, hic & nunc ad duas, & tertias partes ſuffragiorum ordinaverit t non poterit tamen Abbas hoc privilegium abſolutè tollere, & prohibere alicui ne unquàm utatur, niſi fortè in pœnam criminis, vel ſcandali perpetrati, vel neglectûs Reformationis, idque non-niſi cum conſilio Prioris, & Supprioris.

ARTICULUS XII.

Proclamatio culparum in Capitulo quotidiano.

HIc articulus eſt ſatis perſpicuus ex Cap. 5, Diſt. 1. Statutorum, & ex tribus Capitibus Diſt. 3. ubi proclamatio duplex inſinuatur eſſe, prima ſui ipſius, altera alterius.

ARTICULUS XIII.

Correctio earundem in eodem loco imponenda à Præſide ejuſdem Capituli, juxtà dictamen Statutorum, pro exceſſibus, vel defectibus majoris momenti, vel ex contemptu.

IN tertiâ Diſtinctione Statutorum noſtrorum imponuntur plurimæ pœnæ, eæque graves, pro levibus admodùm culpis, ut potè correctiones diſciplinæ, ad quas non intendimus nos obligare per hunc articulum, ſi per correctiones diſciplinæ intelligantur verberationes, ſivè vapulationes, ſed tantum in caſu quo culpæ illæ committerentur ex contemptu, vero, vel interpretativo. Sicque illas pœnas planè interpretandas putamus. Ex contemptu autem interpretativo aliquid fieri intelligimus, quando quis in eandem culpam frequenter relabitur, nec ullum edit diligentiæ ad illam evitandam, vel triſtitiæ in illo frequenti lapſu, ſignum, vel certè valdè exiguum. Culpæ autem nimis leves reſpectu tàm ignominioſarum pœnarum ex dictamine Statutorum, ſecundùm quorundam interpretationem, injungendarum, videntur nobis omnes illæ quæ in Cap. 1. Diſt. 3. Statutorum continentur, ac propterea unius tantùm aut alterius pſalmi recitationem, vel quid ſimile, adjuncto non-nunquàm aliquo humiliationis, vel mortificationis actu publico, in Refectorio, vel alibi, vel ſubtractâ aliquâ cibi, vel potiùs portiunculâ, imponimus: Culpæ verò in 2. & 3. Cap. contentæ, ſunt quidem graviores præcedentibus, non videntur tamen tales, ut correctiones diſciplinæ (ut quidam interpretantur) corporalis mereantur, niſi fiant ex contemptu, vero, vel interpretativo, aut certè eorum malitia tanta ſit, ut eſſe peccatum mortale videatur; quare illas, ſicut præcedentes, juxtà earum qualitatem punire ſolemus, adjunctis non nunquàm jejuniis, quæ in præfatis Cap. 2. & 3. præſcribuntur. In 4. autem Cap. continentur duplices culpæ, priores ſunt veniales tantùm, ac propterea illis pœnas gravioris culpæ non infligimus, ſed ſicut de Superioribus diſponimus; poſteriores verò quæ incipiunt ab his verbis; (*ſi quis verò per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem*) quià ſunt mortales, pœnas gravioris culpæ merentur, ac propterea eas, prout in eodem Capite præſcribitur, punimus, niſi pœnitentis utilitas ſpiritualis aliud requirat, ſicut etiàm cæteras omnes culpas, quæ in ſequentibus ejuſdem Diſtinctionis Capitibus commemorantur, tales enim culpas manifeſtum eſt eſſe exceſſus, vel defectus majoris momenti.

ARTICULUS XIV.

Novitiatus ſecundus.

HIc Novitiatus pendebit ab Abbate, inſtituetur que ad nutum ejus, adhibito ad hoc Prioris, & Magiſtri Novitiorum conſilio, ac durabit toto anno, vel minùs, prout ſupradictis videbitur expedire.

ARTICULUS XV.

Confeſſio hebdomadaria.

PEr hunc articulum quilibet Profeſſus, tenetur ad Confeſſionem ſemel in hebdomadâ, hìc, vel alibi, faciendam.

AR-

ARTICULUS XVI.

Acceſſus Sacerdotum ad Altare penè quotidianus, & non Sacerdotum ad ſacram Synaxim, hebdomadarius.

PEr hunc articulum ſicùt obligantur Sacerdotes facere penè quotidiè Sacrum, niſi legitimum impedimentum occurrat, ità etiàm non Sacerdotes ſingulis hebdomadibus communicare.

Nota autem neminem debere abſtinere ab acceſſu memorato, niſi priùs ſe non poſſe accedere Superiori ſignificaverit, etſi ad id per hunc articulum non aſtringatur.

ARTICULUS XVII.

Recta bonorum temporalium Monaſterii, per Officiales, adminiſtratio.

HIc articulus non ſolùm ligat conſcientiam Abbatis, qui eſt ſupremus adminiſtrator, ſed etiàm Officialium, ut potè qui ſunt ſubordinati adminiſtratores, & reddere tenentur coràm Deo rationem villicationis ſuæ, usque-ad noviſſimum quadrantem. Eſt igitur quod Abbas, & cæteri Officiales cum timore adminiſtrationi ſuæ incumbant, & fideliter illam exequantur, ne bonorum Crucifixi dilapidatores, & paupertatis promiſſæ violatores, in die furoris inveniantur.

Porrò ſtante menſâ communi inter Abbatem, & Religioſos, non poterit Abbas per ſe, ſed mediantibus Officialibus Religioſis, curam rei familiaris gerere, nec immediatè, ſed mediantibus iisdem Officialibus, neceſſaria Fratribus miniſtrare; ità tamen ut Officiales, ad nutum Abbatis, neceſſaria illis miniſtrare teneantur: Pecunias autem, quandò opus erit, accipiet Abbas à Proviſore, qui illarum rationes aget coràm deputatis à Conventu, qui ad Capitulum annuum referent ſi hâc in parte peccatum ſit. Si autem menſa fuerit anthoritate legitimâ, inter Abbatem, & Religioſos, ſeparata, Abbas menſæ ſuæ bona poterit adminiſtrare, & Prior curam ſupremam habebit bonorum menſæ Conventualis, quæ bona mediantibus Officialibus, à Conventu deputatis, adminiſtrabuntur, tenebiturque Abbas regularis, in Reformatione vivens, ſatagere ne bona malè, & prodigaliter adminiſtrentur; coràm deformato autem non tenebuntur Religioſi rationes bonorum Conventualium agere.

ARTICULUS XVIII.

Conſervatio titulorum, ſivè documentorum, ſigilli, & pecuniæ, ſub triplici clave.

ABbas, ſtante menſâ communi, alteram clavium illarum habebit, & duo alii, alias; poterit tamen Abbas hanc ſuam clavem alii committere cuſtodiendam: Factâ autem ſeparatione menſæ, Prioris erit illam habere, & cuſtodire. Porrò non obſtante illâ ſeparatione, tituli, ſivè documenta bonorum Monaſterii ſemper manebunt ſub triplici clave; Si autem Abbas opus habuerit, ad tuenda ſua bona, ſuppeditabuntur illi copiæ authenticæ ejus expenſis, vel originalia, cum cantione de illis reſtituendis.

ARTICULUS XIX.

Acceptorum & expenſorum rationes, exhibendæ ſingulis menſibus.

HIc articulus ligat Officiales, non Abbatem, cùm non debeat niſi per Officiales Religioſos adminiſtrare, tenetur tamen ipſe cogere Officiales ad has rationes coràm ſe, ſi licet per otium, & coràm deputatis à Conventu; expedit enim ut Conventus deputet rationum auditores, & Abbas conſtituat Officiales: Stante menſâ communi, & Abbate ſecundùm Reformationem vivente, oportebit ſequi Bullæ Pontificiæ directionem, ſicùt etiàm Congregationis, ſi erecta fuerit: articulorum enim omnium interpretatio, & moderatio ab illâ Bullâ diviſionis bonorum, & Congregationis (ſi quam Deus ſuſcitaverit) pendebit.

ARTICULUS XX.

Procuratio Reformationis hic & ubiquè.

PEr hunc articulum tenetur quisque omnem ſuam operam impendere, pro Reformatione hic conſervandâ, & alibi introducendâ.

ARTICULUS XXI.

Auditio gravaminum, quæ Religioſis occurrere ſolent.

DEputatus ab Abbate, audiet ſemèl in anno gravamina cujusque, tenebiturque in conſcientiâ referre, tacitis gravatorum nominibus, Abbati illa gravamina, ſi fuerint alicujus momenti, & Ab-

& Abbas tenebitur etiàm in conſcientiâ illis mederi, ſi cognoverit eſſe alicujus momenti, & perturbare pacem Conventûs; Sicùt etiàm audire monitorem ſibi à Conventu in annuo Capitulo deputatum, quotieſcunque accedet, cujus officium erit monere eum ſecretè, & cum debitâ reverentiâ, & eadem referre, quæ ab aliis audierit, taciris eorum nominibus, ſi alicujus momenti eſſe videantur.

Articulus XXII.

Fructuoſa temporis diurni, & nocturni diſtributio.

Hic articulus non obligat ad eandem ſemper diſtributionem temporis, ſed ad diſtributionem fructuoſam, quæ pro varietate temporum, vel lectionum, variari poreſt, & variata debet à Communitate obſervari.

Articulus XXIII.

His additur *Examen conſcientiæ, meditatio quotidiana, Recollectio annua cum Confeſſione generali totius anni, & renovatio annua Profeſſionis, cum Juramento de acceptandâ viſitatione, & de nullâ acceptandâ, vel procurandâ diſpenſatione ſuper prædictis, præterquàm à Sanctâ Sede, & de eligendis Abbate & Priore optimis quandò opus erit, & de beneficio vel dignitate, vel Prælaturâ, vel Prioris officio hujus Monaſterii, directè, vel indirectè non procurandis.*

Hic non limitantur locus & tempus examinis conſcientiæ, meditationis, Confeſſionis generalis, recollectionis annuæ, renovationis Profeſſionis, & Juramenti de acceptandâ viſitatione annuâ; ſed illud directioni Abbatis relinquitur, qui tamen non debet loca & tempora, quæ erunt ſupradicto articulo ordinata, paſſim immutare, ſine ſanioris partis Conventûs conſilio.

Per viſitationem annuam, intelligimus eam, quæ, in caſu quo nulla Congregatio Reformatorum noſtri Ordinis fieret, inſtituenda eſt ab Abbate hujus Monaſterii, ſecundum Reformationem viveote, aſſumpto ſecum Secretario, ſi expedit, & adhibitis anrequàm conſtituriones faciat, ad conſilium ſuum, Priore, & Magiſtro Novitiorum recenter conſtitutis, quorum officium erit ſuggerere Abbari quæ videbùntur præcipienda, & prohibenda, pro conſervatione Reformationis; & ſicùr illi tenebuntur in conſcientiâ ſuggerere illi, ſic Abbas tenebitur in conſcientiâ conſilium illorum ſequi, ſi rectum eſſe deprehenderit.

Abbas igitur, feriâ quintâ Septuageſimæ, vel alio tempore commodo, habitâ ad Fratres Capitulariter exhortatione per ſe, vel per alium, cujus verbum, & opus, ſint efficacia, omnes Officiales ab Officiis abſolutos, exceptis Cellario, & Veſtiario, Proviſore, & pecuniarum cuſtodibus, à Conventu eodem tempore deputandis, (ſi menſa ſit ſeparata) declarabit, & alios conſtituet, vel eoſdem omnes, vel partem illorum ad hujuſmodi officia reaſſumet, antè octo dies elapſos. In caſu quo Abbas eſſer Commendatarius, vel Regularis quidem, ſed non viveret ſecundùm Reformationem, Prior in illâ viſitatione fungetur vice Abbatis, abſolvetque & inſtituet Officiales; ipſe verò eligetur à Conventu, ſi duæ tertiæ partes conſenſerint.

Electus, vel conſtitutus juramentum præſtabit, ſicut ceteri Officiales, de conſervandâ Reformatione, & bonis benè, & fideliter adminiſtrandis, eligeturque occultis ſuffragiis, præviis Confeſſione, Communione, & Juramento, ſicùt infrà declarabitur Abbatem eſſe eligendum. Infrà triennium autem deponetur à Conventu, præviâ monitione Capitulari, ſi ſcandalum commiſerit, vel grave aliquod peccatum exteriùs perpetrarit, vel exactus Reformationis obſervator non fuerit, vel per ejus negligentiam dignoſcatur Reformatio peſſum ire.

Circà Juramentum de eligendo Abbate optimo, Nota, quòd ut rectè fiat electio, tenebuntur omnes Fratres ſeſe ad hujuſmodi electionem præparare, per Confeſſionem auricularem, celebrationem Miſſæ, vel Communionem, & auditionem exhortationis de electione ſecundùm conſcientiam habendâ; & hâc præparatione factâ tenebuntur ſupradictum juramentum præſtare, ſuper Summum Altare, videlicet, quòd eum quem advertent maximè probum, mortificationis cupidum, Reformationis tenacem, & ad rectam adminiſtrationem idoneum, eligent in Abbatem.

Omnes autem eligibiles illi juramento aliud addent, videlicet, quòd non reſignabunt, niſi ad duas tertias partes ſuffragiorum, & quòd ſecundùm Reformationem ſupraſcriptorum Articulorum vivent, & alios, quantùm in ſe erit, ad eandem vitam cogent, & ſtante menſâ communi, viginti Canonicos, ad minùs, habebunt Choro huic Sanctæ Mariæ Majoris addictos, non computato eo, qui celebrabit Miſſam in Monaſterio Sanctæ Mariæ ad nemus, & eo qui præerit Seminario, quos honeſtè nutrient & ve-

ſtieor,

ſtient, cum tribus, aut quatuor Converſis, eorundem Canonicorum obſequio in culinâ, portâ, & alibi deputatis: & quòd in caſu quo ſupradictam Reformationem non obſervabunt, Priorem, & Suppriorem, & ceteros Officiales à Conventu eligi permittent, & electis confirmationem non negabunt; Imò verò quòd acquieſcent depoſitioni ab officiis, & dignitate Abbatiali, à Conventu poſt trinam monitionem faciendæ, & electioni novæ, in caſu quo ſupradictam Reformationem non ſervabunt, vel alios ſervare non cogent, vel grave aliquod peccatum, quod in actum externum prodierit, commiſerint, ſi de eo convincantur, & apertè conſtet; Tunc enim teneatur Capitulum annuum, præſidentibus duobus electis, vel ad tempus, vel in perpetuum, pro gravitate Criminis Abbatem deponere, præcipuè verò ſi in copulam carnalem inciderit, ſi aliquem occiderit, ſi bona Monaſterii diſſipaverit donationibus, vel alienationibus, vel ſuperfluitatibus equorum, vel conviviorum, vel curſitationum inutilium, vel in errorem contrà fidem lapſus fuerit, & eo ipſo quo ab electis, ad id deputatis, præviâ trinâ monitione Capitulari, depoſitio fuerit pronuntiata in Capitulo, ſit de facto depoſitus, & nullus audeat ipſi obedire, ſub pœnâ excommunicationis, ipſo facto incurrendæ, eligaturque ſtatim alius, cui omnes ſub eâdem pœnâ obediant, & Officiales omnes adhæreant.

Atque hæc fermè ſunt circà quæ verſatur noſtra Reformatio, & quæ videntur ſic eſſe ſubſtantialia noſtræ Religionis, ut Religionis eſſentia, ſivè ſubſtantia, quæ conſiſtit in votis, ſine illis vix poſſit ſtare, & conſervari, ſivè perdurare. Quare ſi ſumus votorum emiſſorum cupidi obſervatores, ſupradicta omnia ambabus ulnis amplecti, & in praxim redigere maximè debemus; monente D. Bernardo, *Solliciti eſtote circà diſciplinam Ordinis, ut Ordo vos cuſtodiat.*

Porrò circà omnia prædicta primò Notandum eſt, quòd Abbas poterit hìc & nùnc juſtâ de cauſâ, cum hoc, vel illo, diſpenſare in illis Articulis, ſicùt poterat antè; ſed diſpenſare abſolutè cum omnibus de aliquo Articulorum præcedentium, hoc eſt, eximere abſolutè ab obſervatione alicujus articuli, non licebit.

Notandum eſt ſecundò, quod Inter articulos memoratos, multi ſunt qui non obligant ſingulos Fratres, ſed Communitatem, vel aliquos ex Communitate, non enim quisque ſervare tenetur titulos, vel corrigere proclamatos, ſed proùt fert cujusque conditio: Hinc eſt quòd Converſus, vi horum articulorum, non teneatur ad officium Horarum Canonicarum, vel B. Virginis, vel ad Matutinas mediâ nocte; ſed tantùmmodò tenetur procurare, quantùm poteſt, ut Communitas illa perficiat.

Notandum eſt tertiò, quòd communibus ſuffragiis decretum fuit, quòd beneficium nemini conferetur, qui non juraverit ſe rediturum, & beneficio renuntiaturum, quotiès Superior Monaſterii judicaverit expedire. Nota etiàm decretum eſſe Capitulariter ab Abbate, Coadjutore, Priore, Suppriore, Magiſtro Novitiorum, & ceteris Fratribus, quòd Conventus non tenebitur acceptare Priorem, Suppriorem, Magiſtrum Novitiorum, ab Abbate, etiàm reformato, vel Priore electo, niſi fuerint Reformationis tenaces in ſe, & in aliis, & quòd propter eaſdem cauſas erit privandus poteſtate ſtabiliendi Priorem, & ceteros Officiales, propter quas venit privandus ſuâ dignitate.

Denìquè notandum, quòd etiàm decretum eſt Capitulariter, quòd occurrente aliquo dubio circà ſupraſcriptos articulos, vel eorum annotationes, poterit Capitulum ad pluralitatem ſuffragiorum, Abbate duplex ſuffragium habente, & in æqualitate ſuffragiorum præeminentiam, ſolvere dubium, & illi ſolutioni poterit quilibet ſine ſcrupulo credere, & ſecundùm illam ſe gerere.

Acta, & Decreta Capitulariter ab Abbate, Coadjutore, Priore, Suppriore, Magiſtro Novitiorum, & ceteris Fratribus, unanimiter recepta in Monaſterio novo Sanctæ Mariæ Majoris. In quorum fidem, & robur præfati, cum Secretario, ſubſcripſere in prædicti Monaſterii Capitulo, die vigeſimâ quartâ Februarii, anni 1613.

ADDITAMENTUM XLI.

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM VULGO CAJETANORUM.

OBSERVATIO CRITICA.

Q Uemadmodum Sæculo X. & tribus ſequentibus ſurrexerunt variæ Monaſtici Ordinis Congregationes collapſam diſciplinam ad priſtinum fervorem reſtaurare conantes ; ſic etiam ineunte Sæculo XV. & ſequenti excitavit Deus in Eccleſia ſua viros Piiſſimos, qui Zelo primitivorum Chriſtianorum præditi, ſtatum Clericalem reformare, & ad antiquos pietatis & doctrinæ mores reducere contenderunt. Hinc exortæ plurimæ Clericorum Regularium *Congregationes, qui ſuos Alumnos tribus votis Religioſis aſtringentes, in omnibus obedientia, caſtitatis & paupertatis operibus exercere voluerunt.* Cum enim, *ut ſcribit Tamburinus, de jure Abbatum Tom. 2. diſput. 24. quæſt. 4. pag. 337.* Sæcularis Clerus potius ſcandala quàm exempla Chriſtiano populo tunc temporis præbere inclinatus ſatis videretur ; ſic particulari Dei pietate & providentia inſpirati quidam pii ac Religioſi homines ad reſtaurandam & inducendam in Clerum antiquam illam Regularem obſervantiam ſe contulerunt.

Ex hac igitur diſciplina Clericalis reformatione exorta eſt imprimis præſens hæc Congregatio, cujus primi Alumni, merito nominabantur Clerici Regulares, ſine aliquo alio additamento, licet poſtea ad diſtinctionem aliarum Congregationum, nuncupantur Clerici Regulares Theatini, *& aliquando* Cajetani. *Poſt enim aliquod temporis ſpatium ſurrexerunt & alii Clerici Regulares, quales ſunt* Jeſuitæ, Barnabitæ, Somaſchani, Philipini, Minores, *qui omnes & plures alii, ſub diſtinctis ſuis Conſtitutionibus in Eccleſia florentes, varias Clericorum Regularium Congregationes conficiunt. Celeberrimæ autem hujus Congregationis primi fundatores, erant duo viri ſanctiſſimi, nimirum,* Petrus de Caraffa Epiſcopus Theatinus, *à quo & hi Clerici Regulares appellantur Theatini, qui poſtea ſummum Pontificatum adeptus eſt, &* Paulus IV. *nominatus, ſanctiſſime per quadriennium, duos menſes & viginti quatuor dies Eccleſiam gubernavit. Alter erat* S. Gaëtanus Thianenſis *ex nobili gente Thianæa Vincentiæ oriundus & inter Prælatos Pontificios* à Julio II. Papa *aſſumptus, aulam & mundanam pompam contemnens, ſacerdotio initiatus totum ſe Deo mancipare voluit, ampliſſimo patrimonio inter pauperes deſtributo, Noſocomiis, & peſtilenti morbo oppreſſis inſervire voluit, verus animarum venator, appellatus, à quo ſanctiſſimo Viro, jam* ab Innocentio X. Papa *Sanctorum faſtis aſcripto, & hujus Congregationis Alumni ſæpius nominantur* Cajetani.

Hi ergo Piiſſimi Viri, cum duobus aliis nobiliſſimis ſimul ac piiſſimis Sociis D. Bonifacio Alexandrino, & D. Paulo Conſiliario Romano *accedent Romam anno MDXXIV. ad manus ſummi Pontificis Clementis VII. vota ſua Religioſa emiſerunt & exordium primæ Congregationis Clericorum Regularium poſuerunt. Verum ante ſolennium votorum emiſſionem, omnia ſua Beneficia Eccleſiaſtica relinquere, illisque valedicere voluerunt, Apoſtolicam paupertatem, deinceps amplexuri, ut nudi nudum Chriſtum ſequerentur. In hunc ergo finem, omnes ſimul, pinguibus ſuis beneficiis renunciabant, & opima patrimonia pauperibus deſtribuebant,*

quam-

quamvis ſummus Pontifex haud ſine magna reluctantia talem renunciationem acceptare voluerit. Piiſſimus enim Petrus Caraffa, præter Epiſcopatum Theatinum poſſidebat Archiepiſcopatum Brunduſinum, Præſul, ob morum integritatem & doctrinæ laudem omnibus ſuis Diæceſanis tam Eccleſiaſticis quam Laicis gratiſſimus.

Deinde in Conſiſtorio Pontificio multi Cardinales, aliique Docti & Pii Prælati contra talem paupertatem voluntariam inſurrexerunt, quia illi novi Religioſi, non ſolum ſuos alumnos aſtringere voluerunt ad deinceps communem vitam ſubeundam, ſed etiam ut illi nullam rerum proprietatem vel in communi vel in particulari habere deberent, neque mendicare, aut alimenta neceſſaria ab aliis petere auderent, ex ſola divina providentia dependentes, & ſponte oblatis eleemoſynis contenti viverent. Attamen non obſtantibus talibus diſceptationibus optimus ſummus Pontifex, perſpectam habens horum fundatorum ſingularem pietatem, ab ipſis erectum Inſtitutum approbare & confirmare voluit, prædicto anno & die 24. Junii per ſequentem ſolennem Bullam.

Bulla Clementis VII. Papæ, qua approbat Congregationem Clericorum Regularium Theatinorum cum elargitione omnium gratiarum & privilegiorum Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium.

CLemens Papa VII. Venerabili Fratri Joanni Petro Epiſcopo Theatino, & dilecto Filio Gaëtano Presbytero Vicentino, ac eorum ſociis & ſucceſſoribus ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod vos & nonnulli alii ejuſdem propoſiti, ſocii veſtra divina, ut creditur, inſpiratione ducti, cupientes cum majori animi quiete, Deo ſervire, & illi magis pio deſiderio adhærere poſſe tria ſubſtantialia Religioſæ vitæ, Paupertatis ſcilicet, Caſtitatis, & Obedientiæ vota emittere, & ſub ſolito ac communi clericali habitu, in unum habitantes, & in communi viventes, ac Deo humiliter, & devote, quantum ipſe dederit, ſervientes, ſub noſtra & Apoſtolicæ Sedis humili, & immediata ſubjectione, & ſpeciali protectione, clericalem vitam ducere decreviſtis, ſupplicarique nobis feciſtis, ut de Noſtræ, atque hujus Sedis Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ſolitaque clementia in præmiſſis benigne annuentes, de eis, quæ ad hujus vitæ propoſitum conducere, aut quomodolibet expedire videntur, vobis, ſociis, ſucceſſoribusque veſtris providere dignaremur. Nos qui omnium Chriſti fidelium piis, & honeſtis deſideriis libenter annuimus, veſtrum in hac parte laudabile deſiderium plurimum in Domino commendantes, veſtriſque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis & cuilibet veſtrum, ut quandocunque viſum fuerit, poſſitis tria ſubſtantialia Religioſæ vitæ, ut petitis, Paupertatis, Caſtitatis & Obedientiæ vota publice emittere, & in manibus cujuſcunque Presbyteri ſecularis, vel cujusvis Ordinis Regularis ſolemniter profiteri, ac ſub ſolito, & communi habitu clericali, ſubque nomine, & nuncupatione Clericorum Regularium, in communi ac de communi viventes, in locis Religioſis, ac ſecularibus, prout vobis ab illis, quorum loca ipſa fuerint, conceſſum fuerit, ſeu expedire videbitur, ſub Noſtra, & ſanctæ hujus Sedis Apoſtolicæ immediata ſubjectione, & ſpeciali protectione in unum habitare. Atque ex vobis inter vos ſingulis annis Superiorem eligere, Præpoſitum nuncupandum, qui usque ad triennium, & non ultra confirmari poſſit. Alioſque quoſcunque ſeculares Clericos quavis dignitate fulgentes, ſui Laicos, qui Deo inſpirante ad hujuſmodi vitæ propoſitum, & communem vivendi modum ſe ſe conferre voluerint, recipere, & poſt annuam probationem ad talem trium votorum profeſſionem in manibus Superioris ſeu Præpoſiti emittendam, ad hujuſmodi communem vivendi modum admittere. Nec non ſtatuta quæcunque, Ordinationes & Conſtitutiones de omnibus, & ſingulis, quæ ad hujuſmodi vitæ propoſitum conducere, moreſque, & Inſtitutum honeſte, & devote clericaliter vivendi concernere videbuntur, de Miſſis præcipue & aliis divinis officiis, ſeu Horis Canonicis, prout vobis melius videbitur celebrandis, & recitandis, licita tamen & honeſta, rationabilia, & bonis moribus, & ſacris Canonibus non contraria facere, edere, & pro tempore facta, edita corrigere, reformare, vel in parte, vel in totum immutare, ac de novo alia, prout vobis expedire videbitur, reſtituere & ordinate ac juxta illa vivere. Quæ poſtquàm à vobis condita, edita, reformata, inſtituta, aut immutata & ordinata, ac Nobis ſeu Succeſſoribus noſtris exhibita fuerint, Apoſtolica Auctoritate approbata & confirmata ſint, & eſſe cenſeantur. Et ut omnibus & ſingulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indul-

dulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, indultis, favoribus, conceſſionibus & gratiis, ſpiritualibus & temporalibus, quibus potiuntur, & gaudent, aut in futurum potientur & gaudebunt Canonici Regulares Lateranenſis Congregationis, perſonæ, & loca eorum, vos perſonæ, & loca veſtra, uti, potiri, & gaudere poſſitis. Quorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, ita ut litteræ Apoſtolicæ ſuper eiſdem privilegiis, exemptionibus, immutationibus, conceſſionibus, & gratiis eiſdem conceſſis, vel pro tempore concedendis, mutatis duntaxat nominibus, cognominibus, & invocationibus, & diebus ad libitum veſtrum expediri poſſint, perinde ac ſi illa omnia, & ſingula non ſolum per clauſulas generales, ſed per eorum tenorum de verbo ad verbum expreſſionem, & inſertionem fuiſſent vobis per has noſtras litteras ſub hac ipſa die expreſſe & ſpecialiter conceſſa, tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia & ex Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis vobis, ac ſociis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum concedimus pariter, & indulgemus, & ad præmiſſa omnia, & ſingula quibuſcunque impedimentis, & contradictionibus amotis liberam, plenamque auctoritatem & facultatem elargimur. Non obſtantibus nomine, dignitate, & officio Epiſcopali, quæ Joanni Petro ſupra dicto per alias noſtras reſervavimus, Apoſtolicisque aut aliis generalibus, aut ſpecialibus Conſtitutionibus, Ordinationibus, etiam juramento, aut alia quavis firmitate roboratis, etiamſi quæ ſpecialiter, ſeu de verbo ad verbum exprimenda eſſent, quæ pro expreſſis haberi, & quibus quoad effectum præſentium duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aliisque contrariis non obſtantibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 24. Junii 1524. Pontificatus noſtri anno primo.

Accepta igitur ſummi Pontificis approbatione, & emiſſis ad manus ipſius tribus votis Religioſis, hi duo Viri ſancti cum duobus ſuis ſociis piiſſimis ad domum quandam in Campo Martio *ſitam ſeceſſerunt, ubi piiſſimam vitam duxerunt, Apoſtolos & primos Chriſti Diſcipulos, præ oculis habentes, quorum paupertatem ad amuſſim imitati ſunt, nec aurum, vel argentum, nec terras aut annuos redditus in ſua poſſeſſione retinentes, ſed ex ſponte ablatis eleemoſynis viventes. Qui proin jam Clerici Regulares ab Eccleſia declarati juxta præſcriptas ſacri Inſtituti leges, rudem populum concionando, ſacramenta Eccleſiæ adminiſtrando inſtruere cœperunt, ægrotos & Noſocomia frequenter viſitabant, cunctisque miſeris ſolamen ſpirituale præbere ſolebant. Hinc tantis Chriſtianæ charitatis exemplis plures Viri Eccleſiaſtici excitati; ſicque nova hæc Congregatio indies extendi & dilatari cœpit, adeo, ut domus illa in* Campo Martio *ſita, & olim ad* D. Bonifacium Alexandrinum *pertinens, ad numerum alumnorum continendum haud ſufficeret, & ideo ampliorem habitationem quærere debuerunt, quam & apud* montem Pincium *invenerunt, ubi, erecto eximio Collegio anno MDXXVI. Capitulum totius novæ Congregationis celebratum eſt, & ſalutares Conſtitutiones à piiſſimo Epiſcopo Theatino jam* Præpoſito Generali *ſunt ſancitæ.*

Verùm haud longo tempore ibidem pacifice permanere permiſſi ſunt optimi illi Viri Apoſtolici, coacti non ſolum novum Collegium ſed & ipſam Civitatem relinquere. Nam ſequenti anno Roma direpta à militibus Caroli V. Imperatoris *miſere milites plerumque hæretici, in omnes Eccleſiaſticos ſæviebant, theſauris Eccleſiæ inhiantes, inſtigante præcipue ſupremo Belliduce* Borbonio, *qui olim apud Gallo* Comes ſtabuli *ad partes Cæſaris defecerat.*

Igitur in tam crudeli urbis direptione, Piiſſimi illi Clerici Regulares varios heroicos actus Chriſtianæ charitatis ediderunt, dum precibus & Chriſtianis admonitionibus ſævos milites mitigare, miſeris & ſauciatis civibus aſſiſtere, moribundis ſacramenta adminiſtrare diligenter ſtuderent, diras plagas & acerba vulnera paſſi ſunt, ac tandem in ſqualidum carcerem conjecti, ægre intentata ſupplicia evaſerunt.

Exiſtimabant enim milites furioſa opum cupidine ducti Epiſcopum Theatinum, & ſanctum Cajetanum *olim divitiis & honoribus florentes adhuc theſauros abſconditos poſſidere, quos ab illis extorquere cogitabant, etiam diris adhibitis eruciatibus. Cum igitur optimi illi Clerici Regulares, jam omnes ſuas divitias pauperibus diſtribuiſſent, & ſecundum vota Religioſa ſolenniter emiſſa, vitam vere Apoſtolicam & pauperem amplexi, haud tamen piis precibus & divinis admonitionibus furorem militum mitigare valerent, eorum crudeles cruciatus evadere decreverunt.*

In quem finem mirabiliter à carcere liberati, cum baculo in manibus rudi tunica induti, & ſolummodo Breviaria ad divinum officium rite peragendum ſecum por-

portantes, Romam *reliquerunt*, & *apud* portum Oſtienſem *aſcenſa navi*, *feliciter Venetias pervenerunt*, *ubi eorum noviter inſtituta congregatio iterum renaſci cæpit. Reſpublica enim Veneta*, *liberaliter illos ſuſcepit*, & *locum ad inhabitandum conceſſit apud* S. Georgium *quos tamen immediate ad* S. Nicolaum Tolentinum *tranſtulit*, *ubi*, *etiamnum hodie magnificum Collegium poſſident. Appropinquante autem tempore*, *quo Capitulum Generale celebrare ſolerent*, & *triennio Generalatus elapſo*, *anno MDXXVII.* & *die XIV. Septembris in feſto Exaltationis S. Crucis*, *in Præpoſitum Generalem elegerunt* Sanctum Cajetanum, *qui ſecundus Congregationis Præpoſitus Generalis extitit*, *Epiſcopo Theatino hoc officium ſponte renunciante.*

Sub hoc ſanctiſſimo Præpoſito Generali, *mirum in modum extendi cæpit nova hæc Congregatio*, *cujus proin Alumni in primarias Italiæ civitates introducti ſunt. Pacificata enim quodammodo Italia*, Illuſtriſſimus D. Joannes Caracciolus Comes de Opido *magnificam domum in Civitate Neapolitana his Clericis Regularibus conceſſit*, *ad quam occupandam*, *miſſus eſt S. Cajetanus jam ab officio Præpoſiti Generalis liber*, *qui cum ſex ſociis ſanctiſſime ibidem vixit*, *generoſo animo opima bona oblata rejiciens. Optimus quippe Comes tantæ paupertatis Apoſtolicæ miſertus*, *horum Clericorum Regularium Collegium ampliſſimis terris ditare voluit*, & *cum acriter inſiſteret*, *piiſſimi illi viri ſtatuerunt*, *potius* Neapolim *deſerere*, *quam promiſſam paupertatem infringere*, & *jam iter Venetias ingreſſi*, *ad Generalem Ordinis* Bonifacium Alexandrinum *properabant. Sed ab aliis piis hominibus revocati*, *iterum Civitatem ingreſſi ſunt*, & *juxta conſuetas paupertatis leges vivere permiſſi liberalitate Archiepiſcopi Neapolitani obtinuerunt Eccleſiam* S. Pauli, *cum magnifico Collegio ubi anno MDLVII.* S. Cajetanus *piiſſimam vitam finivit*, & *ibidem ſepultus*, *ob plurima miracula ad ſacram tumbam patrata*, *Sanctorum faſtis aſcriptus*, & *inter divos tutilares Civitatis aſſumptus eſt.*

Interim, *Piiſſimus D. Joannes Petrus Caraffa*; *olim Epiſcopus Theatinus primarius horum Clericorum Regularium fundator*, *à ſummo Pontifice Paulo III. inter Purpuratos Patres aſſumptus*, *circa annum MDXXXVI. ſacrum ordinem apud Romanos propagare ſtuduit*, & *eximium Collegium pro ipſis erexit*, *in quo Capitula Generalia deinceps celebrarentur*, & *Præpoſitus Generalis fixum domicilium poneret. Verum poſtea Regimen Ordinis quodammodo eſt immutatum*, & *omnis auctoritas ad Patres conſcriptos devolvitur. Adeoque conſentiente ipſo Pontifice*, *auctoritas Præpoſiti Generalis omnino eſt ſuppreſſa apud hos Clericos Regulares*, *quam Regiminis formam ipſemet* Cardinalis Caraffa *anno MDLV. ad ſummum Pontificatum evectus confirmavit*, *ſuumque ſacrum ordinem variis privilegiis* & *immunitatibus locupletavit. Nam adhuc Epiſcopus Theatinus* & *Cardinalis Caraffa anno MDXL. approbatam* Congregationem Clericorum Regularium S. Majoli Papiæ, vulgo Somaſchi *ad hanc ſuam Congregationem aggregare voluit mandante ipſo ſummo Pontifice* Paulo III, *quæ tamen unio haud diu integre manſit*, *prout in obſervatione prævia ad illorum Clericorum Regularium Conſtitutiones*, *Tom.* 3. *pag.* 198. *exhibita diximus.*

Nec deſunt Auctores, *qui talem unionem cum S. Ignatio Lojola initam aſſerunt*, *per quam* Patres Societatis JEſu *cum his Clericis Regularibus Theatinis in unam Congregationem coaleſcerent cum utriusque Congregationis Alumni ad eundem finem*, *nimirum ad reformandum Clerum* & *inſtruendum rudem populum ordinati fuerint*, *atque eundem habitum referrent. Utut ſit*, *id unum certum eſt*, *inter utriusque Congregationis Piiſſimos fundatores magnam conſuetudinem in Civitate Veneta olim frequentatam fuiſſe*, *nec non de tali ineunda unione ſæpius mentionem factam fuiſſe refertur*, *quæ tamen nunquam ad perfectum ſtatum pervenit*, *nam utraque Congregatio diverſis ſtatutis* & *legibus gubernatur*, *licet amborum Alumni* Clerici Regulares *appellari*, & *eodem habitu incedere ſoleant. Nolo ego hic affirmare*, *Epiſcopum Theatinum cum S. Ignatio aliquid diſſidii ingeſſiſſe*, *ob denegatam talem unionem*, *nec illud depoſuiſſe poſt adeptum ſummum Pontificatum. Saltem id idem inſinuare vult Auctor haud incelebris Guilelmus Burius in ſua notitia Romanorum Pontificum*, *pag.* 247. *de Paulo V. Papa ſic loquens*:

Exiſtens ante Pontificatum Epiſcopus Clericorum Theatinorum præcipuus Auctor & alumnus fuit. Cum ipſo S. Ignatius ſocietatis JEſu fundator familiariter Venetiis egiſſe, & ſacro, quem uterque inſtituerat, ordine interdum contuliſſe refertur. Nec familiarum modo uſum, ſed & aliquid diſſidii interceſſiſſe; eo quod Theatinus hic Epiſcopus ſemper optaverit, ex gemina hac Congregatione, quæ

ita invicem habitum referrent unum confici: Unde adhuc in Hiſpania & alibi Jeſuitæ paſſim Theatini dicuntur. Quo poſtmodum ad ſummum Pontificatum eveсto, S. Ignatius cæptis ſuis moram injiciendam vehementer timuit, nec ſine cauſa: Nam quod ante Pontificatum fieri optaverat, ut ex utroque ordine unus conflaretur, factus Pontifex ab ea mente deductus non erat, ſed cauſæ cognitionem Cardinali Alexandrino (qui poſtea Pius V. fuit) demandavit. Atque interea uſus ſuprema in omnes ordines auctoritate, Clericis ſocietatis JEſu pſallendi in choro conſuetudinem graviter ſeverèque injunxit, & parendum reverenter ab ipſis in præſens fuit ſummæ in Terris poteſtati &c.

Verum, anno MDLX. mortuo ſummo Pontifice, Patres Societatis JEſu ſecundum ſuas præſcriptas Conſtitutiones vivere permiſſi ſunt, quas quidem laudabiliter inſtitutas jam ſuperius in Additamento XXIX. tom. 3. pag. 121. adduximus. Atque Clerici Regulares Theatinæ novam ſuam Congregationem mirifice propagarunt, ut jam per Hiſpanias, Germaniam, & Poloniam, eximia poſſideant Monaſteria, Apoſtolicam paupertatem & arctam diſciplinam Eccleſiaſticam ubique obſervantes, prout ſequentes piæ inſtitutiones teſtantur, quæ quidem diverſis temporibus in Capitulis Generalibus ſunt ſancita, ſecundum varias temporum & locorum circumſtantias.

Etiamſi enim Piiſſimus fundator Epiſcopus Theatinus jam ab exordio inſtitutæ Congregationis pro horum Clericorum Regularium meliori directione, ſanciverit ſalutaria ſtatuta, attamen ſummus Pontifex creatus regimen hujus novæ Congregationis immutavit, prout ſupra dictum eſt. Adeoque ſequentes Conſtitutiones primum promulgatæ ſunt ex mandato ſummi Pontificis Clementis VIII. Poſtquam Clerici illi Regulares in priſtinum ſtatum ſunt redacti. Nam anno MDLXXXVIII. Sixtus V. Papa *mandavit, ut deinceps ſub poteſtate Præpoſiti Generalis viverent, quemadmodum alii noviter erecti ſacri Ordines; atque jam anno MDLX. immediate poſt mortem Piiſſimi Fundatoris* Pauli IV. Papæ *in Capitulo Generali Venetiis celebrato, ſancitum eſt, ut ſingulis annis Capitula Generalia celebrarentur, quæ antea ſolummodo trecennalia erant. Sed ad ipſas Conſtitutiones tractandas properemus, quæ in tres partes diviſæ, prodierunt Romæ anno MDCCL. mandato Præpoſiti Generalis* D. Joſephi Mariæ *Arigonii, prout præmiſſa præfatio teſtatur, & quidem prima pars continet omnia ſtatuta ad divinum cultum pertinentia decem capitibus comprehenſa; ſecunda pars amplectitur itidem decem capitibus obſervantias in ſtatu Religioſo & Clericali per totam congregationem ſtrictè retinendas, quemadmodum & tertia pars agit de recta totius Congregationis adminiſtratione, decem capitibus tradens præcepta ab omnibus Religioſis officialibus obſervanda. His etiam conſtitutionibus adjuncta ſunt decreta in capitulis generalibus ſancita, ab exordio horum Clericorum Regularium uſque ad annum MDCCL. juxta prædictum ordinem in tres partes diviſa. Sunt etiam alii tractatus hic ſuperadditi, nimirum: De Ordine celebrandi Capituli Generalis; & :* Decreta ſacræ Congregationis ſuper ſtatu Clericorum Regularium, *quos breves tractatus ad notitiam ſacri Ordinis maxime conducentes ſubjunximus.*

Sub his igitur piis Conſtitutionibus, Clerici Regulares Theatinæ arctiſſimam diſciplinam Clericalem & Religioſam obſervant, & ideo ſæpius ad primarias dignitates Eccleſiaſticas advocari ſolent, utpote eximia pietate & eruditione præditi. Hinc præter ſummum Pontificem Paulum IV. ex illis prodierunt plures Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Viri vere Apoſtolici, qui, non ſolum Eccleſias ſibi commiſſas piiſſime rexerunt, ſed Apoſtolico fervore præditi varias Miſſiones apud Infideles & Tartaros inſtituerunt, ubi etiam quædam Collegia pro ipſis erecta ſunt, præſertim in Mingrelia *ac* Circaſſia. *Referunt quidem Auguſtinus Barboſa, de jure Eccleſ. lib. 1. cap. 14. & Pennotus lib. 2. Hiſt. tripart., hos Clericos Regulares obſervare Regulam S. Auguſtini, qui proin gaudent omnibus privilegiis, quæ Lateranenſibus Canonicis fuerunt conceſſa, prout ex ſupra poſita Conſtitutione Clementis VII. Papæ omnino conſtat. Denique fruuntur iiſdem privilegiis cum omnibus aliorum Clericorum Regularium Congregationibus, præſertim, cum Clericis Somaſchæ & Presbyteris Societatis JEſu, neque ad publicas proceſſiones accedere coguntur.*

Nec ſane deſunt Auctores, qui aſſerunt, quaſdam ſanctimonialium fæminarum Congregationes per Italiam diſperſas juxta arctiſſimam horum Conſtitutionum obſervantiam vivere, & piiſſimam vitam ducere, de quibus ſuſius agit ſæpe laudatus D. Hyppolitus Helyot *in ſua Ordinum Religioſorum Hiſtoria Tom. 4., ubi duas tales Congregationes à* B. Urſula Benincaſa *erectas adducit, quæ tamen*

diſtincto habitu , & diverſa obſervatione in ſuis Clauſtris vivunt , ſub invocatione & patrocinio Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis. Nam, prima harum ſacrarum Virginum Congregatio eundem habitum cum Clericis Theatinis geſtant, nimirum tunicam nigram ante reſeratam , & ſolum ſupra caput velum album habent, ſicut aliæ ſanctimoniales fæminæ, & vitam activam cum contemplativa excolunt , ægrotis & miſeris fæminei ſexus perſonis diligenter inſervientes. Altera Congregatio eſt vere Eremitica & contemplativa , cujus Alumnæ tunica alba cum mantello cæruleo indutæ incedere ſolent , nec extra Clauſtrum ire poſſunt veram vitam Eremiticam & contemplativam ducentes , quæ quidem ſecundum hanc formulam, ſuam ſolennem Profeſſionem emittere ſolent. Ego N. facio Profeſſionem, & promitto Deo, Beatæ Virgini Mariæ, Sancto Joanni Baptiſtæ, Sancto Petro Apoſtolo, Patri noſtro Sancto Cajetano, venerabili Congregationi Clericorum Regularium, Reverendiſſimo Patri Ordinario, & eorum ſucceſſoribus, & tibi Reverendæ Matri Superiori hujus Eremitagi de Immaculata Conceptione, & omnibus aliis Superioribus Canonice electis, obedientiam & reverentiam debitam ſecundum tria vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, & ſecundum quartum votum perpetuæ Clauſuræ, ſperans per ſpecialem Dei gratiam ſoli Deo vivere, ſemper mundo mortua, & divino meo ſponſo JEſu Chriſto unione ſpirituali firmiter adhærere, & in quantum poſſibile eſt; imitari Cœleſtes virtutes Beatiſſimæ Virginis Mariæ, obſervans regulam præſcriptam à Venerabili Matre Urſula, & approbatam à ſummis Pontificibus Gregorio XV. & Clemente IX.

D. JOSEPH MARIA ARIGONIUS

Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

Patribus Dilectiſſimis qui Capitulo Generali interſunt Salutem à Domino

UT ſatis experimento didicimus, cujuſque noſtrum quantum interſit, Conſtitutiones, ac Regulas, quibus vivimus, minime ignorare, ut qui præſint, recta decernant, ac promptius exequantur ii, qui pareant; nequaquàm porrò arbitrati ſumus, male conſultum iri, ſi eas, vel abdicatione noſtri muneris imminente, noviſſime luci daremus: Novimus quippe ipſas, ac piæ manibus ſæpe ſunt, nedùm Auctoritate Apoſtolica communitas, non ſemel à Prædeceſſoribus noſtris excuſas Religionis bono; verum etiam Notis auctas, & Commentariis illuſtratas hactenus eſſe; Tametſi ea, quæ dicimus nos Decreta, pro moribus temporum ac vitiorum, quibus medendum eſt, fervoribus lata, ab Anno 1674. deſiderabantur hucuſque ſancita, ſeorſim diſtracta in varias ſchedas. Quæ quidem, utpote emanata ex noſtris Comitiis Generalibus, quibus poteſtas eſt, leges novas condendi, ac veteres abrogandi, mirum nemini debet videri, tanti apud nos eſſe, cum eamdem omnino, atque ipſæ Conſtitutiones, vim afferant, ad id nempe edita, ut rebus minus recte adrepentibus, aut nequaquam prævíſis, ex tempore occurri poſſit. Uſu enim probatum eſt, leges egregias, & exempla honeſta apud bonos, ex delictis aliorum gigni; ac ſi per Hiſtorias veterum libeat divagari, ſic Oratorum licentia Cinciam Rogationem, Candidatorum ambitus Julias leges, & magiſtratuum avaritia Calfurnia Plebiſcita pepererunt. Quocirca viſum eſt, ea omnia colligere, atque in unum collecta, in ſuo quæque loco, & ordine diſpoſita, ita adnectere, ut inſertis quoque Conſtitutionibus Apoſtolicis, ad noſtrum regimen conducentibus, cuique uſui eſſe poſſint. Quamobrem Dilectiſſimi in Domino Patres, quidquid pro modulo noſtro, ac veſtra utilitate, ſive agendo, ſive meditando peregimus, etiam, atque etiam rogo, ut æqui, bonique conſulatis; cæterum quæ ſuperſunt, vos, qui præſidetis jam, rectius judicabitis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD Perpetuam rei memoriam. Etſi ex debito Paſtoralis Officii ſingulos Religioſos, qui ſpretis hujus mundi vanitatibus, jugum Religionis, ut Altiſſimo liberius inſervirent, ſunt amplexi, paterna dilectione proſequimur, tamen dilectorum filiorum Congregationis Clericorum Regularium præcipuus in Dei Servitio fervor, regularis diſciplinæ obſervantia, & uberes in Eccleſia Dei fructus,

quos aſſidua verbi Dei prædicatione, frequenti Sacramentorum adminiſtratione, probatæ vitæ exemplo, & bonæ famæ odore aſſidue producunt, a nobis exigunt, ut laudabile eorum Inſtitutum, ſpecialibus favoribus, & gratiis, atque Apoſtolica protectione faveamus. Sane cum Conſtitutiones, & Statuta prædictæ Congregationis Clericorum Regularium, a Dilecto filio noſtro Pompejo Arrigonio Tit. Sanctæ Balbinæ, S. R. E. Cardinali, de ordine noſtro diligenter viſa, recognita & examinata, typis cudere, & ad communem dictæ Congregationis utilitatem, & commoditatem in lucem emittere expediat: Nobis propterea ex parte dictorum Clericorum fuit humiliter ſupplicatum, ut Conſtitutiones, & Statuta hujuſmodi Apoſtolicæ auctoritatis robore communire, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Congregationem prædictam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac ſingulos dictæ Congregationis Clericos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hujuſmodi laudabile prædictæ Congregationis inſtitutum, & prædictas omnes, & ſingulas Conſtitutiones, Ordinationes, & Statuta quæcumque, a prædicto Pompejo Cardinale, ut præfertur, viſa, & examinata, quarum, & quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus: illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus: illaſque, & illa perpetuo valida, firma, & efficacia fore, & eſſe: ac per Clericos prædictos, & alios, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit perpetuo inviolabiliter obſervari debere, ac in lucem edi, & typis mandari poſſe, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis: Statutis, & Conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, Die 28. Julii 1604. Pontificatus Noſtri Anno XIII.

M. Veſtrius Barbianus.

PROOEMIUM.

QUAM nos religioſe vivendi rationem, ex Apoſtolorum actis excerptam, Clementis VII. aliorumque Summorum Pontificum auctoritate firmatam Patrum noſtrorum uſu, & conſuetudine tot annos receptam, in Generalibus Capitulis ſæpius roboratam, Congregatione Deo favente, in dies aucta, Conſtitutionum mora ſcriptam hactenus ſervavimus; eam nunc accurate recognitam, typis mandare viſum eſt; ut quæ vitanda, aut ſequenda ſunt, præ oculis quiſque habeat. In his ſcribendis, edendiſve, ea mens noſtra eſt, tum, ut quæ naturali, Evangelica, ſacrorum Canonum lege ſanciuntur, probe ſervemus; tum verò; ut trium ſacrorum Votorum nexu, hiſque religioſis Conſtitutionibus communiti, aditum nobis ad perfectæ Charitatis adeptionem, Deo juvante, faciamus. Cæterum, ut animorum conſulamus tranquillitati, declaramus, nullas Conſtitutiones, aut Regulas noſtras obligare nos ad culpam, ſed ad pœnam tantum: niſi propter præceptum, aut contemptum: præceptum autem apud nos nullum aliud haberi, quam quod, aut Naturali, aut Divina, aut Eccleſiaſtica lege, aut trium votorum ratione continetur. Quamvis autem ad culpam obligandi, etiam peccati mortalis, Superioribus noſtræ Congregationis non deſit auctoritas, maxime in rebus gravibus, & ſi præceptum, his verbis exprimatur. *Præcipimus in virtute S. Obedientiæ*, aut horum ſimilibus; caveant tamen, ne quid unquam præcipiant temere, & a multitudine præceptorum abſtineant, ne laqueum ſubditorum animis injiciant. Excommunicandi etiam, quamvis habeant facultatem, ſobrie tamen, & cum conſilio utantur hoc gladio. Nemo autem, excepto Generali Capitulo, (penes quod per Summorum Pontificum Privilegia, eſt auctoritas, novas condendi leges, & veteres abrogandi) audeat his noſtris Conſtitutionibus, aliquid mutare, addere, vel minuere. Hæ in tres præcipuas partes ſunt diſtributæ. In quarum prima agitur, De iis quæ ad Divinum cultum pertinent. In II. De Obſervantiis quibuſdam noſtræ Congregationis. In III. De univerſi Ordinis adminiſtratione.

IN-

INDEX
CAPITUM TEXTUS CONSTITUTIONUM.

Partis Primæ.

I. *DE Horis Canonicis.*
II. *De Ritibus, & Ceremoniis.*
III. *De Munditia, & nitore in Eccleſiis.*
IV. *De Miniſtris Altaris, eorumque Ordinibus.*
V. *De Adminiſtrandis Sacramentis.*
VI. *De regendis Monialibus.*
VII. *De Concionatoribus.*
VIII. *De Oratione mentali.*
IX. *De ſuſcipendis Sacramentis.*
X. *De Orationibus pro Defunctis.*

Partis Secundæ.

I. *DE Tribus Religionis Votis.*
II. *De Veſtibus.*
III. *De Menſa, atque jejuniis.*
IV. *De curandis infirmis.*
V. *De recipiendis, & inſtituendis Novitiis.*
VI. *De Studiis, & Scholaſticis.*
VII. *De ſervando ſilentio.*
VIII. *De recipiendis Hoſpitio.*
IX. *De Domo egredientibus.*
X. *De honeſta remiſſione animi.*

Partis Tertiæ.

I. *QUinam ex Patribus Capitulo Generali debeant intereſſe.*
II. *De modo, loco, & tempore celebrandi Capitulum Generale.*
III. *De Sacerdotibus in Vocalium numerum adſcribendis.*
IV. *De Definitoribus.*
V. *De electione, & auctoritate Fratrum Conſultorum.*
VI. *De Cognitoribus Cauſſarum.*
VII. *De P. Præpoſito Generali.*
VIII. *De Viſitatoribus.*
IX. *De Præpoſito, & Vocalibus cujuſque Domus.*
X. *De Loco, & ordine cujuſque inter ſe.*

De lectione Conſtitutionum, & Decretorum, ex actis Capitulorum Generalium 1607. & 1653. hæc habentur.

Conſtitutiones, & Decreta quater ſaltem in anno in refectoriis noſtris recitentur; ut dum ſæpius ad memoriam revocantur, ad ſedulam accuratamque eorum obſervantiam extimulentur noſtri. Curentque Præpoſiti, ut Decretum hoc omnino obſervetur, & quatuor anni tempora ad hujuſmodi lectionem cenſeantur determinata.

PARS PRIMA.

De his, quæ ad Divinum Cultum pertinent.

CAPUT I.

De Horis Canonicis.

DIvini preces Officii, nocturnas quidem horis matutinis, diurnas vero interdiu, ſtatis horis, tum Sacerdotes, tum Clerici omnes, ex præſcripto, rituque Romani Breviarii, in Choro devote alacriterque perſolvant. Integrum tamen nobis erit, pro conſuetudine locorum, Patroni tantum, vel præcipui alicujus Sancti illius Civitatis, diem Feſtum, Officiumque celebrare.

Miſſa ſolemnis Diebus Feſtis celebretur: quibus mane, Prima: proxime ante Miſſam, Tertia: ea peracta, ſtatim Sexta recitetur. Cæteris diebus Prima, Tertia, Sexta ſimul dicantur. (a) No-

---

(a) Vid. Decr. 1. par. cap. 1. num. 4.

na, ſiquidem jejunandum ſit, ante cœnam: ſin minus, ſtatim a prandio. Veſpertinæ preces, ſive feſtus dies, ſive profeſtus ſit, hora congruente, una cum Completorio. In jejuniis Quadrageſimæ, Veſperæ ante cœnam, Completorium, vigeſima ſecunda hora: niſi ob ſacras conciones aliter quandoque fieri neceſſitas, aut populi commoditas poſtulaverit.

Officium parvum B. Virginis. Officium Mortuorum, Septem Pſalmi Pœnitentiales, & Quindecim Graduales, quibus diebus in Breviarii rubricis præſcribitur, iis in Choro recitentur. Liberum tamen Præpoſitis erit, ex rationabili cauſſa permittere quandoque, ut Matutinum B. Virginis in Choro omittatur. Quo autem tempore, ſive ex Breviarii rubricis, ſive ex Superioris facultate omittitur Officium B. Virginis in Choro, faciet quiſque, ut apud ſe privatim dicat: id enim poſtulat, quæ præcipua noſtra debet eſſe in tantam Virginem pietas.

Pſalmos Pœnitentiales, genibus flexis, Graduales, & pro Defunctis, ſedentes; reliquos, ſtantes in Choro recitent. Dum quis in Choro medio ſtans, de more, ad Matutinas preces, Lectiones, vel ad Primam Martyrologium legit, cæteri ſedentes audiant, & Reſponſoria ad ſingulas Lectiones reſpondeant. In Miſſis ſolemnibus Sacerdos, & Miniſtri ne ſedeant.

Nulla nos muſica, vel cantus modolatione, nec in Miſſis quantumvis ſolemnibus celebrandis, nec in quibuſvis Horis Canonicis recitandis, in Eccleſiis noſtris utimur, (*b*) Secularibus tamen ſeorſim, cum indicitur oratio publica, id bis in anno concedi poterit: *Canamur autem* (ut inquit S. Bernardus) *pure ſemper, ac ſtrenue divinis intereſſe laudibus; non pigri, non ſomnolenti, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis, nec remiſſis vocibus, muliebre quidam balba de nare ſonantes; ſed virili: ut dignum eſt, ſonitu, & affectu, voces Spiritus Sancti depromentes.* Hæc ille. Simul incipiamus, ſimul deſiſtamus: commodam in verſibus mediis pauſam faciamus: in penultima, ut ante penultima pro ſyllabarum quantitate immoremur: in ultima motam ſemper cavebimus.

Præpoſiti, quam maxime poterunt, domeſtica negotia in aliud tempus differant, quo ſingulis Horis Canonicis, cum aliis in Choro recitandis, interſint. Idem ſervent Vocales, Sacerdotes, & Clerici. Neve ſibi quis remiſſionem quampiam à Divinis Officiis aſſumere audeat, niſi cui, ut ſtudiis, aut lectioni, aut prædicationi operam det, ſit aliqua conceſſa poteſtas. Qui tamen ſi actu ipſi non amplius legat, aut prædicet, au lectionibus non interſit; una cum cæteris convenire in Chorum teneatur: Clerici, quibus à matutinis horis ſtudiorum cauſſa datur aliqua immunitas, ad Eccleſiam prius veniant: ante Altare Sanctiſſimi Sacramenti orationes fundant, benedictionem in Choro à Superiore petant: tum in ſuis quiſque cellulis ſedulo ſtudiis vacent.

Laici ad matutinas preces una cum aliis ſurgant, benedictionem in Choro poſt Invitatorium ſimul petant, preces in Eccleſia fundant, tum ad ſua ſe opera recipiant. De precibus, quas laici debent perſolvere, dicetur infra.

Si quis ad Horas Canonicas, poſtquam fuerint inceptæ, venerit; ad ſuum locum ne accedat, niſi prius genu flexo à ſuo Superiore benedictionem acceperit. Quod ſi jam Invitatorium, & Hymnus in Matutinis precibus; primus Pſalmus in Veſperis; Hymnus, & Antiphona in ſingulis Horis ſint recitati; genuflexus in Choro medio permaneat, donec Superior ſurgendi fecerit ſignum, & benedictione accepta, ad ſuum locum ſe conferat. Poſt Officium, negligentiæ ſuæ culpam in medio fateatur. Qui juſta de cauſſa detentus, ad Officium tandem venerit, Superiorem in Choro adeat; cauſſam aperiat; benedictionem petat. Quæ item, vel in Divinis Laudibus recitandis, vel in celebrandis Miſſis, vel in præſtandis Eccleſiaſticis functionibus, vel omnino in his, quæ ad Divinum cultum pertinent, errata commiſſa fuerint; ſtatim, ac Divinum Officium in Choro fuerit abſolutum, ſponte proferantur. Pœnas Præpoſitus, aut qui Præpoſiti eo loco vices gerit, unicuique debitas imponat.

CAPUT II.

De Ritibus, & Ceremoniis,

Ritus, & Ceremoniæ apte, compoſite, & decore exerceantur: Hoc enim Clericorum eſt munus, & maxime conſpicuum. Itaque Præpoſiti per ſe, aut ſi occupati fuerint, per idoneum Sacerdotem curent diligentiſſimè; ut Miſſalis, & Breviarii Romani rubricæ accurate obſerventur. Quandoque Clericos, & Sacerdotes convocent, ne in ſolemnibus,

(b) Capit. Gener. Anni 1614.

pri-

privatisve Miſſis, aut Officiis, Proceſſionibus, ſacriſque functionibus, quæ Majore hebdomada, præcipuiſque ſolemnitatibus per annum ſolent celebrari, error aliquis, aut varietas Sacerdotibus, vel Clericis noſtris obrepat. Nihil denique in ejuſmodi Eccleſiaſticis rebus ſervandis prætermittatur; ſed omnia ſtudioſe, exquiſite, mature, cum ſilentio, modeſtia, dignitate, & decore fiant. Si quid tamen eſt, cujus formula ex rubricis peti non poſſit, a peculiari noſtro de Cæremoniis libello petatur: vel ſi ex eo plane ſumi non poſſit, priſtino Congregationis noſtræ more ſtetur. (*a*)

Caput III.

De munditia, & nitore in Eccleſiis, ac ſacra ſupellectili.

Eccleſiæ mundæ ſint, & omni religionis cultu ornatæ. Sacerdotum veſtes, Altarium ornatus, ſacra vaſa, & cætera, quæ ad divinum cultum pertinent, ſplendida, munda, nitida, & ſuo quæque loco, ut par eſt, collata, & diſtributa aſſerventur. Fit enim, ut diligentia, & cura, quæ his rebus adhibetur, Religioſorum ſpectentur animi. Ne quid, quod ad ſacram ſupellectilem pertineat, alienis facile detur utendum: nam ita ſordes, & maculas ſæpe contrahunt.

Ne permittatur, ut in ſacris indumentis, familiarum ponantur inſignia. In Eccleſiis noſtris, in quibus nulla habentur familiarum inſignia, ne ſine P. Generalis auctoritate fiant: at ubi adſunt, rurſus alia, ut apponantur, ne facile concedatur. Sacella ſecularibus ædificanda, vel exornanda concedi poterunt, etiamſi familiarum inſignia, & inſcriptiones, modeſtas tamen, & à nobis ante probatas, velint apponere: ea tamen lege, & conditione, ut ne qua lex, aut conditio oneroſa, & à noſtro inſtituto aliena nobis una imponatur: ut ſunt (*a*) Miſſæ, & Officia in perpetuum dicenda, quæ nulla unquam ratione in Congregationem admittantur.

Caput IV.

De Miniſtris Altaris, & Ordinibus conferendis.

Sacerdotes, & Clerici noſtri, tum ubique, tum maxime in Eccleſiis, ubi omnium in ſe ſciunt oculos conjici, ita mores habeant, vultu, geſtu, inceſſu, ſermone compoſitos, ut nihil, niſi grave; moderatum religionis plenum præſeferant. Novitios in Clericorum ordinem admiſſos prima tantum tonſura initiari licebit, ut Divinum Officium in Choro dicere, Sacerdoti ad Miſſæ ſacrificium adminiſtrare, cæteriſque Eccleſiaſticis functionibus deſervire poſſint. Cum profeſſionem emiſerint, eis quatuor minores Ordines conferri poterunt, ſi Præpoſito, majorique parti Vocalium loci ita viſum fuerit. Pro ſacris Ordinibus, P. Generalis licentia erit impetranda. In his conferendis cunctanter agatur. Ad Subdiaconatum nemo, niſi tribus minimum annis; ad Diaconatum, niſi quatuor; ad Sacerdotium, niſi quinque, (*a*) poſt emiſſam profeſſionem, admittatur. Non quod tum demum plane debeant admitti, ac non poſſint in tempus quamvis longinquum à Superioribus rejici: ſed nequo pacto admittantur ante, niſi aut neceſſitas, aut magna perſonæ alicujus ratio poſtulare videatur.

Caput V.

De adminiſtrandis Sacramentis.

Qui ad Eccleſias noſtras adierint ad ſuſcipienda Sacramenta, iis Sacerdotes Confeſſarii præcipuam exhibeant charitatem: rem ſuam privatam, aut commodum ne ſpectent, animarum ſaluti magnopere ſtudeant.

Qui in lectis graviter ægrotant, domi viſitari de Superioris licentia poterunt, & Sacramentum eis Pœnitentiæ miniſtrari, piiſque monitis inſtrui, ac demum ad bene moriendum, ut ſe diſponant, hortari. Caveant autem, ne ad res temporales, ad facienda teſtamenta, ad eleemoſynas erogandas, maxime ſi Religioni noſtræ velint relinquere, ſe admiſceant, ut avaritiæ non culpa tantum, ſed omni prorſus ſuſpicione careant.

Sacerdotum, qui confeſſionibus ſecularium audiendis exponuntur, delectus habeatur: & quamvis peritus fuerit, & ad juſtam ætatem pervenerit, mature ſatis agatur, ne ad id munus admittantur, niſi qui idonei ſint reperti, nec niſi de licentia P. Generalis: qui, ſi jam annus poſt Sacerdotium fuerit expletus, licentiam, ſi ei videbitur, poterit concedere: antea concedat nulli, niſi aut Sacerdotis alicujus præcipua

(*a*) Dec. 1. par. cap. 1. num. 1. 2. 3. & 4.
(*a*) Dec. 1. par. cap. 7. a. n. 4. uſque ad 8. incluſive.
(*a*) Dec. 1. par. cap. 6. num. 3.

vir-

virtus, & doctrina; aut loci neceſſitas requirat. Antequam mittatur quis pro licentia obtinenda à locorum Ordinaris, ſive ad recipiendos Ordines, ſive ad Confeſſiones audiendas, domi prius à Præpoſito, & Patribus, ad id electis, diligentiſſime examinetur. Qui ita ad Confeſſiones audiendas admiſſi fuerint, ne prius accedant, quam poteſtas à ſuo Præpoſito facta illis fuerit. Curent Præpoſiti, ut admittendis ad Confeſſionem Secularibus definiatur modus; ne Confeſſarii nimis occupati, ſibi ipſis vacandi tempus non habeant.

Ad mulierum confeſſiones audiendas, ne facile Sacerdotes juniores exponantur: (*a*) ſed qui ætate, & moribus ſunt maturi. Domus mulierum Noſtri, ne ſine rationabili cauſſa adeant. Qui earum confeſſionibus audiendis nondum ſunt expoſiti, ab earum viſitatione abſtineant. Permitti tamen à Superiore poſſit, ut æqua de cauſſa, quandoque, ſed raro, viſitentur. Qui earum Confeſſiones audire ſolent, poſſint quidem de Superioris licentia illas quandoque viſitare, ſed id raro admodum, & conſiderate fiat. Confeſſiones earum, niſi in Eccleſiis, ne audiantur; dum ne vel gravis ægrotatio, vel calamitas aliqua, vel alia quævis cauſſa vehemens poſtulaverit. Quæ ſi acciderit; ne ſolus cum ſola ſit, caveat, ſed comes ibi maneat, ubi poſſit conſpici. Sed lia pro mulierum confeſſionibus audiendis, ita in Eccleſiis ſint collocata, ut & mulier, & Sacerdos facile videri poſſint. Dum earum confeſſiones audiunt, ne longius æquo ſermones producant, neve de iis rebus agant, quæ ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinere minime videantur. Virorum confeſſiones, aut in Eccleſiis, aut in locis, ad id aſſignatis, audiantur. (*b*)

CAPUT VI.

De regendis Monialibus.

AD Monialium, aliarumque mulierum in Congregatione viventium, confeſſiones audiendas, ne quis noſtrum mittatur. Liberum tamen ſit Præpoſitis id bis in anno, aut ter, ut præſcribit Concilium Tridentinum pro confeſſionibus extra ordinariis concedere.

Moniales Monaſterii Sanctæ Mariæ de Sapientia, Neapoli; quod à ſorore Pauli IV. Congregationis noſtræ Inſtitutoris extructum ſit, ſolas ſub noſtro regimine retinemus. Pater Generalis, de Conſultorum conſilio, Sacerdotem Confeſſarium pro illis audiendis eligat: aliumque ex Patribus aliquem loco Ordinarii, qui eas regat, & moderetur, ac cæteris de rebus curam habeat: tamen, ut is, eo tempore, ne ſit Præpoſitus. Ordinarius, & Confeſſarius quotannis, ſi videbitur, iidem in eodem munere reficiantur; verum ultra triennium prorogari, aut ſibi inter ſe alter alteri ſuccedere non poſſint. (*a*)

Viſitatores pro Romana, & Neapolitana Provincia, cum domos noſtras quotannis viſitabunt, Sanctimoniales hujuſmodi, eodem quo fratres noſtros modo, & ordine viſitent. Privata munuſcula, neque à quibuſvis aliis Monialibus recipiantur. Nulli Noſtrum tegere Seminaria, aut curam illorum habere permittatur.

CAPUT VII.

De Concionatoribus.

AD munus concionandi deputentur, qui bonæ indolis ſint, virtutiſque ſpecimen dederint. Ii primum Superioris conceſſu, privatis declamationibus inter communem refectionem ſe exerceant, deinde palam prædicent: facultatem ſolus Præpoſitus Generalis tribuat, & non niſi iis qui Philoſophiæ prius operam dederint, & Sacræ Theologiæ ſtudium abſolverint, vel ejus lectiones, ſaltem per triennium, audierint (*a*), & concluſiones Philoſophiæ, & Theologiæ defenderint; & præter virtutis, & morum teſtimonium, à duobus, aut tribus Patribus, ad id à Patre Generali deputatis, accurate prius de Philoſophiæ, Theologiæ, & Conſcientiæ caſibus examinati, & approbati fuerint. Illis, qui id nimis avide, & non ex proximi charitate, appetere videbuntur, ne facile concedatur. Qui prædicare non valebunt, quin cibis, quadrageſimali jejunio vetitis, utantur, ne cenſeantur idonei ad concionandum, niſi forte morbus caſu acciderit. (*b*)

In concionando, ei rei potiſſimum opera detur, ut auditorum mores probe inſormentur, & ad Dei amorem excitentur animi, atque inflammentur. Ab in-

(a) Dec. 1. par. cap. 3. num. 2. & 8. item Dec. 3. par. cap. 7. num. 30. & 31.
(b) Dec. 1. par. cap. 3. num. 1.
(a) Dec. 1. par. cap. 4. per tot.
(a) Dec. part. 2. cap. 5. num. 6.
(b) Dec. par. 3. cap. 5. num. 10.

inutilibus rerum, & verborum lenociniis abſtineatur. Qui contra fecerint, eis prædicandi facultas ne detur. Quod ſi eam habeant, & a Superioribus ſæpe moniti, non ſe correxerint, a Generali Præpoſito prædicandi facultate priventur.

In Civitatibus, ubi nos habitare contigerit, in Eccleſiis noſtris, quoad ejus fieri poteſt, ſtudeant noſtri prædicare. Quod ſi juſta cauſa nata fuerit; de Præpoſiti Generalis licentia, alio ad prædicandum mitti poterunt: ſocium tamen quisque habeat virum probum, & modeſtum a ſuo Præpoſito datum, qui in itinere, & dum prædicat, Concionatorem comitetur, quique ei tanquam ſuo Præpoſito in rebus omnibus obediat. A domibus aſſignatis prope tempus prædicandi recta proficiſcantur, nec deflectant via. Viaticum a Patribus loci, ubi prædicaverint, perſolvetur.

Nemo Noſtrum eleemoſynas quaſi ſuæ prædicationis ſtipendium petat, aut etiam eo nomine oblatas accipiat; ſed eas tantum quæ a fidelibus ſponte datæ fuerint. Quæ omnes, exceptis ſui itineris impenſis, illius domus eſſe cenſeantur, in cujus Eccleſia, ſive Civitate prædicaverit, niſi forte a ſecularibus nominatim alicui domui fuerint deſtinatæ. (*a*)

Qui quotidie concionem habuerint, Chori omnino ſint immunes, qui ſolis Dominicis, & Feſtis; ii ſemel ſaltem in diebus ſinguiis a Choro exemptionem habeant; niſi Præpoſito, æqua de cauſa, videatur crebrior exemptio concedenda. Qui ad Moniales, vel in Oratoriis ſermones habent, Superioris arbitratu, exemptionem aliquam obtineant.

Caput VIII.

De Oratione Mentali.

Semper quidem, ut ipſa veritas pronunciat, oporter orare: præcipue tamen bis in ſingulos dies, ſigno dato, ad communem orationem, magno tam animi, quam corporis ſilentio, & quiete per horæ dimidiæ ſpatium nixi genibus oremus; idque fiat, primum quidem ſtatim poſt perſolutas preces matutinas, deinde vero, ſi ſit hyems, prima nocte: ſin æſtas, ſtatim poſt meridianam quietem. Oremus autem ſimul in Choro, vel in Eccleſia, quoad ejus fieri poterit. Bis etiam in die, ſemel ante prandium, iterum antequam eatur cubitum, rationem dicti, facti, cogitati nobiſcum putemus. Quotidie poſt cœnam, & gratias de more actas, lotis cum ſilentio manibus, omnes abeant in Eccleſiam, Deum pro benefactoribus, præſertim quos in menſa recitatos audiverint, oraturi. (*a*)

Caput IX.

De ſuſcipiendis Sacramentis.

Una cum orationis aſſiduitate conjungendus etiam nobis eſt frequens Sacramentorum uſus. Quare Clerici, & Laici, etſi mortiferi peccati ſibi conſcii non ſint, tamen ad Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, ne ante accedant, quam ſe per Confeſſionem, quo æquum eſt, pii animi ſtudio, reddiderint puriores. Sacerdotes, qui quotidie celebrant, ſi non ſingulis diebus, ſaltem id ſæpius in hebdomada faciant. Confitebitur autem quisque noſtrum ſuo Præpoſito, aut cui volet ex Confeſſariis, quos Præpoſitus deputaverit. Sacerdotes quotidie Miſſam celebrent; ſi impediti fuerint, re Superiori ſignificata, ab eo licentiam impetrent. Clerici, & Laici diebus Dominicis, & præcipuis feſtis, videlicet, Chriſti Domini, Beatæ Mariæ Virginis, & SS. Apoſtolorum in hebdomada incidentibus, ſimul communicent. Miſſam audiant Clerici, & Laici quotidie: Sacerdotes, quibus diebus Sacrum non fecerint.

Qui in lectulis diuturno morbo detinentur, ad eos ſemel in menſe Sacratiſſimum Domini Corpus deferatur. Ubi morbus ingraveſcet, curabit Præpoſitus, ut non modo Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Unctionis extremæ opportune miniſtrentur; verum etiam, ut aliqui præſto ſint, qui eos moneant, conſolentur, & ad cæleſtem patriam diſponant, & inſtruant. Cum vicinam mortem intelligunt, ſigno dato, omnes una fratres in decumbentis cellulam conveniant, egredientemque animam Pſalmis, atque orationibus comitentur. (*a*)

(*a*) Dec. 1. par. cap. 3. num. 6.
(*a*) Dec. 1. par. cap. 5. num. 1. & 2.
(*a*) Dec. 1. par. cap. 6. num. 1. & 2.

Caput X.

De Orationibus pro Defunctis.

CUm jam quis defunctus fuerit, ſive is profeſſus, ſive novitius, ſive hoſpes fuerit, deducentibus omnibus, corpus in Eccleſiam deferatur. Deinde opportuno rempore, totum Officium Defunctorum in Choro dicatur. Fiat Officium ſepulturæ, & celebretur Miſſa ſolemnis: atque ſi profeſſus fuerit, Sacerdotes per triginta dies pro ejus anima ſacrificent. (*b*) Clerici diebus totidem dicant Veſperas Defunctorum. Laici tricies B. Virginis Coronam. Cæteris domibus res ſignificetur quam primum: (*a*) ubi pariter in Choro dicatur Officium Defunctorum, & celebretur Miſſa ſolemnis, a Sacerdotibus dicatur Miſſa privata, a Clericis ſemel Veſpere, a Laicis Corona Beatæ Virginis. Quod ſi quis a domo ſua ad aliam profectus, prædicandi, aut alia Congregationis negotia pertractandi gratia, diem ſuum obierit, utraque domus par ei perſolvat Officium, ac ſi utrique fuiſſet aſſignatus. In obitu P. Generalis idem fiat in omnibus domibus. In obitu Summi Pontificis totum Officium Defunctorum, & Miſſa ſolemnis cum reſponſoriis ad tumulum ubique dicatur. Idem in obitu Epiſcopi, ex nobis aſſumpti. Epiſcopo Civitatis defuncto, dicatur ibi Miſſa ſolemnis, & ad tumulum reſponſoria. Die poſt fidelium Defunctorum commemorationem, dicatur Miſſa ſolemnis, & reſponſoria ad tumulum pro Defunctis Fratribus noſtræ Congregationis.

PARS SECUNDA

De obſervantiis quibuſdam noſtræ Congregationis.

Caput I.

De tribus Religionis Votis.

TRia Religionis Vota, quæ Summo Deo polliciti ſumus, & ſancte reddere, & firma rueri fide debemus. Proinde illorum conſuetudinem valde probamus, qui Patrem noſtrum exempla ſecuti, antequam cubitum ſe reciperent, flexis coram Deo genibus, profeſſionem irerare conſueverunt.

Obedientiam accurate ſervare, & in ea magnopere excellere quiſque ſtudeat. In his quæ Superiores juſſerint, ne externe tantum eis obediant, verum etiam magno eos amore, & intima reverentia proſequantur. Noſtrarum actionum regula ſit Superioris voluntas, quam dabimus operam, ut perſpectam habeamus, ſequamur, exequamur. Quem cuivis rei Superior præfecerit, ei perinde ac Superiori ſine querimonia obtemperetur.

Ad Caſtitatem ſervandam adhortari, minime opus eſſe arbitramur. Religioſis enim viris, non tam præclarum eſt eam virturem colere, quam turpe non colere. Itaque nihil hoc loco adjiciendum, niſi ut aſpectu, inceſſu, ſermone, & totius corporis forma Angelicam quodammodo in terris puritatem imitemur.

Paupertas expedita ad Deum via, & Religioſæ Chriſti familiæ magnum certumque vectigal, publice, privatimque exercenda eſt. Nemo igitur omnino aliquid poſſideat proprium, ſed omnes in communi, & de communi vivant. Eleemoſynæ, ac bona omnia, ſive Confeſſariis, ſive Prædicatoribus, ſive quibusvis aliis, a quibuscumque, ſive conſanguineis, ſive extraneis quocunque nomine datæ ſint, ad Superiorem delatæ, in communi reponantur: dividantur autem à Superiore, prout cuique opus fuerit. Ne quis veſtem, librum, aut quodvis aliud munuſculum abſque ſui Superioris licentia, & benedictione urendum accipiat. Apud externos ne quis horum aliquod depoſitum, quod Præpoſitus non probet, retineat: id enim proprietatis habet ſpeciem. Quæ cuivis a Superiore conceſſa ſunt, ea ne dentur aliis ex fratribus, aut ſecularibus, abſque Superioris licentia.

Etſi neque per profeſſionem, neque per ſacros Canones prohibeamur annuos redditus in communi poſſidere: per Concilium autem Tridentinum id nobis ſit conceſſum: nihilominus (volunta-

rie

(b) Dec. 1. par. cap. 7. num. 1.
(a) Dec. 1. par. cap. 7. num. 1. 2. & 3.

rie tamen, ut nullo unqnam vinculo adſtringamur) ab illis abſtinemus, qno a ſecularibus negotiis liberiores, paupertatem Chriſti Domlnl, Apoſtolorum, & multitudinis illorum, quibus cor unum, & anima una fuiſſe legitur, imitemur: (*a*) illud habeutes in memoria: *Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis, aut quid bibatis, ſcit enim Pater veſter quia bis omnibus indigetis.* Novitiis noſtris, dum bonis ſuis ante profeſſionem renunciant, annuos redditus quoad ipſi vixerint, noſtræ Congregationi, ut relinquant, ne permittatur. (*b*) Ne procuret item aliquis ex noſtris, ſive profeſſus ſit, ſive Novltius, ut ſibi, quoad vixerit, annui redditus a parentibus, conſanguineis, aliisve relinquantur. Ne procuret, aut permittat aliquis, ut pecuniarum quidquam, ſecreto ab eis erogandum, relinquatur: ſed quamprimum Superiorl ſuo rem omnem aperiat.

De altari, & Evangelio vivere nos Clericos oportet: & ex iis quæ ſponte a fidelibus offeruntur. Itaque neque per nos ipſos, neque per alios petantur a Secularibus eleemoſynæ, ſed tota ſpes noſtra ln Chriſti Domini verbis poſita ſit, qui ait: *Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Secularibus ne permittatur, uc tanquam quæſtores petant pro nobis eleemoſynas. Quod ſi, nobis inſciis, ld facere ſint aggreſſi; cum primum ad nos perlata res fuerit, prohibeantur. Nec item alicui ex noſtris, ant pro ſuis propinquis, aut pro extraneis liceat eleemoſynas petere. Si forte pecuniarum aliquid ſponte traditum fuerit, ut pauperibus erogetur, id neque apud ſe habere, neque alicul erogare quis audeat, ſine Superioris licentia. Eleemoſynæ, quæ alicul, de domo in domum emigraturo datæ fuerint, ejus domus cenſeantur, in qna ad eam diem habitaverit: niſi quæ Superioribus viſæ fuerint, ad ltineris ratlonem pertinere. Idem omnino cenſendum eſt de Concionaroribus, alio proficiſcentibus ad concionandum.

Paupertas item privatim enlteat in cellnlis, veſtibus, ac rellqua ſupellectili ſingulorum. Nemo apud ſe habeat horologia, cujusvis metalli ſpecie fabrefacta, nec aureas, vel argenteas rellquiarum, ſacrarumque rerum capſulas, aut libros, auro, vel ſericis coopertos, aut magno pretio ſculptas, vel pictas Sanctorum Imagines. Neque item armariis ira ornatis, ut ſcriptoria (quæ vulgo vocant) videri poſſint, aut tabulis, vel oratoriis nuceis utantur. Nemo Noſtrum armaria, vel arcas clavibus obſeratas, absque Superioris expreſſa licentia, habeat, exceptis iis, qui res communes aſſervant. Viſitentur quandoque a Præpoſito cubicula ſingulorum, ne in iis curioſa, pretioſa, & noſtræ Congregationl, minime convenientia, vel plura quam conceſſa ſint, penes ſe retineant, & in proprietatis (quod abſit) vitium quis incidat; neve quid ſordidum, incompoſitum, aut ineptius ornatum apud ſe quisquam habeat.

CAPUT II.

De Veſtibus.

VEſtitus noſter niger ſit, & ſimplex; videlicet, qul honeſtos deceat Clericos, ſacris Canonibus non repugnet, & in quo munditia cum paupertate ſit conjuncta. Veſtis lnterior, ne ſit aperta, ſed concluſa undique: Clericorum talaris: Laicorum, panlo infra ſuram pertineat; honeſta tamen, & religioſis viris congruens. Biretis ntantur Clerici in Crucem formatis; Laici rotundis, qul cum domo egrediuntur, pileo uti poterunr. Clericis, tam domi, quam foris, ejusdem qualitatis, pretii, & modi inter ſe erit veſtitns, itidem inter ſe Laicis. Lectuli ſint lati palmos non amplius quatuor, ſine conopeo, aut ulla re conſimili, ſine ornatu, una culcitra, uno, vel ad ſummum, duobus pulvinaribus. Ne quid unquam reperiatur ſericum ln noſtris lectis, aut lndumentis, vel a noſtra profeſſione alienum, aut lndecorum. Veſtes omnes, tam laneæ, quam llneæ in communi veſtiario reponantur, exceptis iis, quæ cuique Superioris arbitratu utendæ diſtribuuntur. Ne quis rem ſuam propriam uominare, vel habere audeat. Capillum, & barbam omnes tondeant, ne nutriant, neve radant. (*a*)

CAPUT III.

De Menſa, atque Jejuniis.

CIborum parſimoniam, & ſobrietatem (quod paupertatis proprium eſt) magnopere ſervemus. Jejunia, ab Eccleſia lndicta, accurate cuſtodiamus.

(a) Dec. 2. par. cap. 1. num. 1. & 2.
(b) Dec. 2. par. cap. 4. num. 5.
(a) Dec. 2. par. c. 2. per tot.

Addimus jejunium Adventus Domini, & ob præcipuam reverentiam erga Salvatoris noſtri ſacratiſſimam Paſſionem, jejunium ſextæ cujuſque feriæ; niſi Feſtum Titularis Eccleſiæ, Sancti Stephani, Sancti Joannis Evangeliſtæ, & Circumciſionis Domini, in eam incidat. Jejunamus præterea in vigilia Epiphaniæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti. In vigilia exaltationis Sanctæ Crucis, quod ea die noſtra Congregatio ſumpſerit initium. In vigilia Nativitatis, & Purificationis Sanctiſſimæ Virginis. In ſecunda, & tertia feria ante Cineres. (*b*) Quarta quaque feria, quia tum Dominus a Juda proditus eſſe perhibetur, a carnibus abſtinebimus, niſi feſtum fuerit primæ Claſſis.

Primæ communi Menſæ omnes ſtudeant intereſſe: nec ſine rationabili cauſa, aut ſine Superioris licentia ad eam venire quis prætermittat. Qui ad primam venire non poterunt, ad alteram ſtatim veniant, ne tertiam cogamur ſtruere. Commonia omnium menſa, communis cibus, idem omnibus ferculorum numerus, eadem qualitas. Primæ, & ſecundæ menſæ nullum ſit diſcrimen nullum perſonarum.

Communi menſæ nunquam deſit ſacra lectio, vel ex ſacra Scriptura, vel ex SS. Patribus, vel ex auctoribus aliis, valde probatis, ut anima æque cæleſti, ac terreno corpus cibo nutriatur. Lectionem omnes auſcultent ſilentio; ejus errata corrigere, aut de ea verba facere, præter Superiorem, audeat nemo.

Culpæ, quæ in aliis domeſticis operibus, vel quibusvis aliis rebus non Eccleſiaſticis, commiſſæ fuerint, eæ in principio menſæ, flexis in refectorio genibus dicantur. Pœnas Præpoſitus, aut qui Præpoſiti vices in eo loco geſſerit, cuique debitas imponat.

Poſt prandium, & gratias de more actas, cum ſilentio lotis manibus in Chorum abeant, & Nonam dicant. Poſt cœnam pari ratione abeant in Eccleſiam, Deum pro benefactoribus, præſertim quos in menſa recitatos audierint, oraturi.

Jejuniorum tempore ad ſerotinam cœnulam ſimul accedant: cibum ſedentes ſumant; ſpiritualis lectionis cibo reficiantur. Quibus ad primam non eſt viſum venire, ii non niſi ad ſecundam, poſt horæ dimidium a primo ſigno dato, conveniant. Deinde refectorii fores claudantur. Cibus, qui in communi menſa apponuntur, quisque contentus ſit, nec aliquid amplius requirere, aut extra menſam ſumere, ſine ſpeciali Superioris facultate, liceat. (*a*)

Caput IV.

De curandis Infirmis.

MAgnopere curandum eſt, ut cum in morbum quis noſtrum incidet, ei neceſſaria miniſtrentur accurate, ne conſanguineorum benevolentiam, aut domus ſuæ commoda deſiderare poſſe videatur. Qui febri, vel gravi alio quovis morbo laborant, eis in cellam deferatur cibus. Lecti laxiores cum duabus culcitris, & tribus pulvinaribus concedi poterunt. Præpoſitus virum ſedulum, & cum cæteris virtutibus, tum charitate, & patientia præditum, ægrotis curandis præficiat. Is det operam, ut medicorum mandata, & omnia, quæ fuerint actu neceſſaria, conficiantur tempore. Præpoſitus, & cæteri, ſi modo fieri poterit, quotidie, aut ſaltem alternis diebus, ægrotos viſitent, eosque ad patientiam, Divinarumque rerum deſiderium cohortentur. Multi autem ne commorentur ſimul in eorum celiulis: res frivolas ne tractent, ſubmiſſa voce loquantur, nec ſermonem æquo longius producant.

Senum, & qui imbecilla ſunt corporis habitudine, ratio habeatur. Si Præpoſito viſum fuerit, jejunandi eos lege ſolvat: iiſque, ſi neceſſitas poſtulare videatur, Fratrem laicum miniſtrare jubeat. Si pro ſua quis tuenda valetudine, loci, aut cæli mutatione indigere arbitretur, ad orationem primum confugiat, tum deinde totam P. Generali notam faciat. Demum quæ ille decreverit, tamquam omnium optimam, ſumma animi quiete, & tranquillitate recipiat, neque amplius urgeat, aut requirat.

Communis medicus pro infirmis omnibus curandis a ſuperiore deligatur; neque alius a quoquam, ſine ejus licentia, adhibeatur.

Caput V.

De recipiendis, & inſtituendis Novitiis.

AD divinum cultum, & totius Religionis progreſſum plurimum inter-

(b) Dec. 2. par. c. 3. n. 5.
(a) Dec. 2. par. cap. 3. per tot.

eſt,

eſt, ut iis tantum, qui a Spiritu Sancto ducuntur, & ſpectatæ vitæ ſunt, quique uſui Religioni eſſe poſſunt, pateat aditus. Quare priusquam quis recipiatur, precationi ſe totum tradere Patres jubeant. Probetur deinde ejus ſpiritus, & accurate, ac diligenter examinetur de Fide Catholica, de vita, de moribus, de fama, de eruditione, de valetudine, de ætate: ſitne ex legitimo matrimonio natus, & utrum in aliam Congregationem, vel etiam an alibi in noſtram dederit operam, ut adſciſceretur, aut ſit aliquando adſcitus: habeatne ſorores collocandas, an parentes egentes, aut infirmos: ne ære alieno gravatus, & ſi qua horum ſunt ſimilia. Quod ſi diligentiſſime, & per plures hebdomadas examinatus, nihil impedimento fuerit, quo minus idoneus videatur, qui admittatur, de conſenſu majoris partis Vocalium loci, modo ne Præpoſitus diſſentiat, recipi poterit. (*a*) Quod ſi forte in aliqua domo non adſit, niſi Præpoſitus, atque alter tantum Vocalis; ſi in recipiendis Novitiis, aut habitu induendis, aut ad profeſſionem admittendis, Vocalis ille cum Præpoſito non conſentiat, res tota deferatur ad P. Generalem.

Qui de hæreſi unquam ſuſpectus, aut delatus fuerit; (*b*) qui in alia Religione profeſſionem fecerit, nullo pacto recipiatur. Qui alius ordinis habitu tantum fuerit indutus, ſi P. Generali cum Conſultoribus videbitur, poterit recipi. Qui in noſtram ſemel admiſſus, poſtea receſſerit; qui à Patribus cujuspiam domus repulſam paſſus, ad aliam ſe contulerit; qui ex legitimo matrimonio natus non ſit, nulla ratione, niſi ex conſenſu P. Generalis recipiatur. Quod ſi quis ejusmodi ex rei ignorantia receptus ſit, is ne induatur habitu, neve ad profeſſionem admittatur, niſi Præpoſiti Generalis facultate impetrata. Si quis in aliquam ex noſtris Domibus, ut admittatur, poſtulaverit, ne recipiatur absque illius Domus Patrum licentia, in quam prius, ut ingrederetur, petierat: niſi forte in eam Civitatem ita ſe contulerit, ibique fuerit commoratus, ut domicilium mutaſſe cenſeatur.

Ubi primum quis receptus fuerit, tradatur a Præpoſito inſtituendus Novitiorum Magiſtro; cujus electio a Præpoſito, majoreque parte Vocalium (modo ne Præpoſitus diſſentiat) ſingulis fiat annis, idemque per pluris, ſi videbitur, annos refici poterit. Deligatur autem ex Sacerdotibus, qui præcipue vitæ integritate, morumque gravitate ſit præditus, qui prudentia, & diſcretione polleat, qui manſuetudine, & ſeveritate, pro rerum, & perſonarum qualitate, uti optime noverit, qui noſtræ Congregationis communes labores libenter, & aſſidue cum aliis ſubeat, qui rebus Divinis, & Eccleſiaſticis non mediocriter ſit eruditus, qui mandata Dei, atque conſilia, perfectionisque viam, verbo, & exemplo alios edocere valeat. Is pro facultate ſibi a Præpoſito conceſſa, diligenter, & ſollicite informet Novitios ſibi commiſſos, Deum ex animo amare, mundi hujus voluptates & illecebras contemnere, paupertatem, & humilitatem in rebus omnibus colere, obedientiam prompto, & alacri animo amplecti, puritati, & vitæ innocentiæ magnopere ſtudere; bis ſaltem in die conſcientiam examinare; ter in hebdomada confiteri; diebus Dominicis una convenire, ac coram Magiſtro culpas ſuas dicere. Hortetur etiam eos, tentationes, atque adeo cogitationes ſingulas magiſtro ſuo quam citiſſime, & ſua ſponte detegere; tempus in rebus inutilibus non conterere: vanas ſeculi occupationes devitare: ſilentium opportunis locis, ac temporibus ſervare: orationis fervorem, & aſſiduitatem diligere: rebus Divinis magnopere delectari, atque cætera Religionis noſtræ inſtituta diligentiſſime tueri.

Poſtquam in noſtram Congregationem quis admiſſus fuerit, per aliquot dies, ſuo habitu ſeculari vitæ noſtræ rationem contempletur. Tum, ſi perſeverandi ſpem exhibuerit, clericali habitu indutus, pro hoſpite habeatur. Si pro Clerico eſt admiſſus, per menſes quatuor: Si pro Laico, per annum pro hoſpite reputetur: (*a*) Ejusque veſtes, donec profeſſionem emittat, in communi veſtiario reponantur. Hoſpites, ſi in ſacris ſint, ante ſuſceptum ha-

(a) Dec. 2. par. cap. 4. num 9.
(b) Dec. 2. par. cap. 4 num. 10. & 11.
(a) Dec. par. cap. 4. num. 17. & 18.

bitum ne miniſtrent in ſuo Ordine : Si ſint Sacerdotes, perraro, & non niſi diebus ſeſtis, de Præpoſiti licentia, Sacrum faciant. Si ſæpius fieri, neceſſitas loci, aut alia ratio poſtulare videatur, Præpoſiti Generalis facultas erit impetranda. Novitii ad nullum Ordinem promoveantur, ſed ſola Clericali Tonſura, ſi eam non habeant, initiandi ſunt. Si quis Novitius ſit Sacerdos, nulla ratione Confeſſionibus audiendis exponatur. Ante profeſſionem, niſi aliter P. Generali, certa de cauſa, videatur, nemini, nec Philoſophiæ, nec Theologiæ lectionibus intereſſe facultas fiat, ſed Divino cultui, Eccleſiaſticis cæremoniis, ſui ipſius abnegationi, atque devotis, & ad pietate accommodatis legendis libris, vacent.

Profeſſi cum Novitiis ne verſentur, neque ullo pacto colloquantur, ne illi quidem, qui, ut ingrederentur, operam dederunt, aut eorum confeſſiones audierunt.

Qui ad functiones Eccleſiaſticas inhabilis, aut Religioni oneri futurus eſſe exiſtimatur, is nulla charitatis, aut miſericordiæ ſpecie ad profeſſionem admittatur.

Laici ſcribere, aut legere ne diſcant, ſed cum ſimplicitate domeſticis operibus vacent ; quæ ita temporibus diſtribuant, ut ad communem orationem cum aliis veniant. Miſſæ interſint quotidie. Pro Matutino Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quindecies : pro quaque Hora ter dicant.

Caput VI.

De Studiis, & Scholaſticis.

NEceſſe eſt Clericos, utpote verbi Dei, Sacramentorumque miniſtros, omni quidem bonarum literarum genere, præcipue vero Theologiæ eruditione, eſſe conſpicuos, ne Divina myſteria per imperitos, cum Ordinis dedecore, exerceantur. Præpoſitus igitur Generalis, & Præpoſiti Domorum præcipue curare debent, ut quos ſtudiis viderint eſſe aptos, hi Logica, Philoſophia, Theologia, & ſacris Canonibus per Magiſtros, atque Lectores idoneos erudiantur.

Clerici, dum ſunt Novitii, poſt ſpiritualium rerum occupationes, humanioribus literis, ſi neceſſe habeant, diligenter ſtudeant. (*a*) Ante profeſſionem ſcientiis ne vacent, niſi a P. Generali obtenta licentia.

Nemo ad Logicam, vel Philoſophiam audiendam admittatur, niſi qui latinam linguam calleat. A Logica ad Philoſophiam, a Philoſophia ad Theologiam, ne tranſeant, niſi qui a Præpoſito, & Vocalibus, ſuoque Magiſtro inventi ſint idonei. Ut ſchola ſit frequentior, deſignentur certæ Domus, ad quas ex aliis ſtudiorum cauſa, demigretur. Tres deputentur anni, quibus Logicæ, & Philoſophiæ operam dare poſſint. Theologiæ non plus quinque, non pauciores quatuor. (*a*) Per id totum tempus lectiones a Magiſtro aſſidue audiant, illaſque poſtea repetant, ac dubitationes de ea in orbem quotidie proponant. Singulis hebdomadis habeantur diſputationes, in quibus unus concluſiones propoſitas defendat, unus, & alter argumenta contraria objiciat. Diſputationibus, & repetitionibus hujuſmodi interſint quandoque Præpoſitus, & Vocales, quo animum Scholaſticis poſſint addere. Ne legendis aliarum ſcientiarum libris diſtrahantur, dentur ſingulis a Præpoſito, & Magiſtro libri, quos ſolos poſſint legere. Diebus non feſtivis detur Scholaſticis profeſſis, ſi videbitur, alternis vicibus remiſſio, ne cum aliis in Choro, pro Divino Officio recitando, conveniant. Si qua de cauſa Magiſtrum diutius abeſſe contigerit, mutuis, quas ille præfinierit, lectionibus ſe exerceant, ac ſolitam vacationem habeant. Advertant Præpoſiti, ne conceſſum Scholaſticis ſtudendi tempus, rebus inutilibus, aut otio abſumant : neve cum aliis ad Matutinas preces perſolvendas ſurrexerint, illi in cellulis dormiant : ſed primum omnium eſt curandum, ne qui ſtudiis fuerint deſtinati, orationis aſſiduitatem, & animi modeſtiam negligant. Verum ita eruditionem cum pietatis ardore conjungant, ut alterum alteri emolumento eſſe poſſit. Expleto ſtatim ſtudiorum curriculo actu, aut ſi magiſtri amplius non legant, teneantur rurſus Horis omnibus Canonicis, una cum aliis, intereſſe.

Caput VII.

De ſervando ſilentio.

SIlentii, quod eſt cuſtos Religionis, ſemper habenda eſt ratio. Servabitur vero præcipue a prima nocte, Sa-

(a) Dec. 2. par. cap. 4. num. 8.
(a) Dec. 2, par. cap. 5. num. 17.

luta-

lutationis Angelicæ ſigno dato, usque ad ſolis ortum; quo quidem tempore, aut in cellulis, aut in Eccleſia, orationi, vel ſtudiis quiete, & placide vacandum eſt. In æſtate a prandio, ſigno dato, in cellulam ſe quisque recipiat: atque, donec meridiana meditatio abſoluta fuerit, ſilentium, & quietem ſervent. Hoc toto ſilentii tempore, confabulationes, atque adeo colloquia, & congreſſus omnes devitent.

In Choro, in Eccleſia, in Sacrario, in communi menſa, in locis communibus, dum ad focum noctu, aut ſilentii tempore adſident, dum ad communes labores conveniunt, aut nihil omnino, aut ſola verba neceſſaria, ſubmiſſa voce, loquantur, aut interim lectionem ſpiritualem audiant.

In cellam alterius nemo intret, ne Lectoris quidem, neque Concionatoris, ſine ſpeciali Superioris licentia. Cum Secularibus nemo, præter Confeſſarios, Superioris injuſſu loquatur. Si quid inter viam quis fuerit rogatus, aut res ita nata fuerit, ut Superior adiri non poſſit, quam pauciſſimis ſe expediat: deinde rem omnem Præpoſito renuntiet. Cum mulieribus, ne Confeſſarii quidem, qui mulierum Confeſſionibus non ſunt aſſignati, loquantur ſine licentia; neve quis ſine ipſa externum quempiam in cellam ducat. Veſpere fores obſerentur; claves ad Præpoſitum deferantur, & apud eum maneant totam noctem.

Caput VIII.

De recipiendis Hoſpitio.

Cum Noſtrum aliquis de alia regione, aut civitate ad noſtram peregre advenerit, omnem in eum humanitatis, & benevolentiæ ſignificationem conemur oſtendere. Ante Altare Sacratiſſimi Sacramenti primum ducatur. Cum ibi pauliſper oratum fuerit, omnes in ejus amplexum, & pacis oſculum ex animo accedant: ad cellam deinde ducant: itineris veſtes detrahant; quæ ei neceſſaria ſunt, tradant, pedes lavent, lautiore cibo recreent: tum per biduum ad cibos communes alios adjungant. Caveant tamen, ne charitatis ſpecie, deſtruant Religionis obſervantias; ne ſilentium horis, locisque congruentibus violent; ne de abſentibus detrahant; ne poſt primum diem in cellam ipſius ingrediantur. Is vero poſt biduum cibis communibus ſit contentus, in Chorum cum aliis conveniat, & ſervet Religionis obſervantias reliquas.

Itidem ſi quis ierit peregre, poſt recitatum ante Altare majus Clericorum Itinerarium, deducatur ad januam Domus, & pacis oſculo dato, cum benevolentia dimittatur.

Seculares Domum ne facile, nec ſine vehementi cauſa, & per paucos dies hoſpitio recipiantur, nam ex eo Religionis diſciplina detrimentum capere ſolet: at recipi poterunt Eccleſiaſtici, & Religioſi viri, præſertim ſi reſtricto vivant inſtituto. Præpoſitus, Sacerdotem, modeſtia, & gravitate præditum, deligat, qui eos comitetur, & neceſſaria eis per miniſtrum idoneum ſuppeditanda curet: cæteros cum illis verſari, ne ſine cauſa permittat.

Caput IX.

De Domo egredientibus.

Cum erit egrediendum Domo, impetrata licentia cum aſſignato ſibi comite, petita, flexo in terram genu, benedictione, brevi oratione facta, & monito Oſtiario, quisque egrediatur. Ambo modeſtiam, & morum gravitatem præſeferentes, una ſemper incedant. Cum Domum redierint, rurſus orent, & benedictionem pari modo petant. Quod ſi quis ex Laicis ad negotia familiaria obeunda miſſus fuerit, cætera, ut Clerici, ſervet: ſolus tamen (ſi ita Præpoſito viſum fuerit) egredi poterit (a)

Ad quæcunque negotia gerenda quis exeat, ea prius ſuo Superiori nota faciat; quod ſi quid in via novi inciderit, cum primum Domum redierit, rem omnem ſuo Superiori aperiat. Abſente Præpoſito, nemini Domo egrediendi facultas fiat, niſi prius licentiam a Præpoſito obtinuerit. Quod ſi neceſſitas aliqua nata fuerit, egrediatur quidem, de licentia ejus, qui Præpoſiti locum tenet, res tamen tota Præpoſito, Domum redeunti, nota fiat. Nulli ex noſtris liceat in aliam civitatem, regionemque proficiſci, absque Præpoſiti Generalis facultate. Si neceſſitas urgeat, de Præpoſiti

(a) Dec. 2. par. cap. 7.

poſiti, & Vocalium, & (ſi Viſitationis ſit tempus) de Viſitatorum licentia, ire poterit. Tum res ad P. Generalem deferatur. Licentiam, Superioris manu ſubſcriptam, & obſignatam ſecum deferat, & ad Superiorem ejus Domus, in quam devenerit, ſtatim legendam tradat. Quod ſi quis absque ſui Præpoſiti commendatitiis literis venerit, pro admiſſa culpa, puniatur graviter. Cum quis ab alia Civitate ad aliam mittitur, ne permittatur ut ſolus ſit in itinere, ſed comes aliquis ex Noſtris ei adjungatur, aut ſaltem viro aliquo Seculari, probatæ vitæ, bene comitatus, recta iter faciat, nec deflectat de via.

Caput X.

De honeſta remiſſione animi.

SAnctorum Patrum auctoritatem, & exemplis, ac quotidiana experientia docemur ad regularem diſciplinam tuendam, non obeſſe, ſed prodeſſe plurimum, ſi permittatur quandoque Noſtris, ut ab aſſiduis literarum ſtudiis, ab arctis Religionis Obſervantiis, jucundis interdum, honeſtis tamen, & cum virtute conjunctis remiſſionibus animum recreent. Præpoſiti igitur Domorum permittant hyeme, ut a prandio per horam adloquantur. Tum, ſigno dato, ad ſua ſe quisque opera recipiat. In æſtate poſt cœnam colloquendi licentiam permittant, Salutationis Angelicæ, ſigno facto, ſilentium ſervetur. Semel in hebdomada concedant Scholaſticis, ut æſtatis tempore ſummo mane extra civitatem, animi cauſa, deambulent, & ad prandium ſe Domum recipiant. Hyeme paulo poſt prandium exeant: ante ſolis occaſum Domi ſint: cæteris Fratribus hoc idem alternis hebdomadis concedatur. Cum plures juniores, animi cauſa, foras mittuntur, eos Sacerdos aliquis, morum gravitate præditus, comitetur.

Semel in menſes ſingulos; bis, menſibus proximis ante Adventus, & Quadrageſimæ jejunium, facultas fiat, ut ab hora prandii, usque ad principium noctis in æſtate, vel usque ad peractam cœnam in hyeme, Domi animum recreent. Quod, ſi viſum fuerit, poſt meridianam orationem in æſtate, hyeme vero póſt preces Veſpertinas incipere, bis in menſes ſingulos id concedi poterit. Hoc tempus, præter id, quod inſumendum eſt pro divino officio, horis conſuetis in Choro recitando (cui etiam ſcholaſtici alioquin immunes interſint) honeſtis oblectationibus, mutuis colloquiis, ſpiritualibus vocum, non autem inſtrumentorum, cantilenis, inter ſe jucunde traducant. Extra refectorium ſimul veſcantur. Et poſteaquam in menſæ principio aliquantulum lectum fuerit, ſinat Superior ſilentium ſolvi. Semel, aut iterum in anno, pro ea animi remiſſione, quæ Domi concedi ſolet, permitti poterit, ut extra Domum in amici alicujus ſuburbana villula cibum ſumant, ac totum diem maneant, absque tamen Secularium præſentia. (*a*) Alias, nulli liceat, neque Domi, neque foris ciborum aliquid, absque Superioris ſui ſpeciali licentia, ſumere. Neque item iis indulgentiæ diebus, neque aliquo unquam tempore audeat quis in hortis noſtris pomum, aut fructum aliquem decerpere, aût comedere. Cæterum, ſive foris, ſive Domi ſe Noſtri recreent, ita iis rebus oblectentur, ut Religioſos, Deoque dicatos, ſe eſſe meminerint. Morum gravitatem ſervent, atque modeſtiam: ne vociferentur; ſcurrilia verba ne proferant: dicacitate, & manuum licentia prorſus abſtineant. Denique ita ſpirituales exercitationes tantiſper intermittant, ut non diſſolvatur animus, ſed alacrior, & vegetior evadat, promptiorque ad labores, ſacrarumque rerum ſtudium.

(a) Dec. 2. par. cap. 1. num. 2.

PARS

PARS TERTIA.

De Religionis univerſæ adminiſtratione.

Caput I.

Quinam ex Patribus Capitulo Generali debeant intereſſe.

AD regularem obſervantiam tuendam, & ad totius Religionis progreſſum plurimum conferunt Generalia Capitula, modo rite, & ordine habeantur. Igitur Præpoſiti omnes veniant ad Capitulum Generale. Quod ſi eorum aliquis fuerit impeditus, ſuo loco mittere poterit quem voluerit ex Vocalibus, in ſua ipſius Domo aſſignatis. Veniant etiam Viſitatores. Singuli etiam Vocales, a Patribus ſuæ cujusque Domus electi. In qua Domo plures ſunt Vocales, iis liberum ſit, quem volent, eligere. Ubi unus eſt Vocalis, is ne accedat. Electioni Vocalis, nec Præpoſitus, nec Viſitator ſe immiſceat. Vocalis electio hoc tempore, & modo fiat. Secunda die Novembris, ſi triennio, ut ſit, Capitulum erit celebrandum; vel ſtatim ac Conſultores propter P. Generalis obitum, vel ejus muneris abdicationem, vel quavis alia ratione, Capitulum Generale per literas indixerint, Præpoſitus cujusque Domus vocabit Vocales in ſua ipſius Domo præſentes, & aſſignatos, illisque tempus electionis adeſſe, notum faciat: in nulla præterea re ſe immiſceat. Vocales inter ſe absque Præpoſito, electionem faciant: quam ſi per quinque dies, præter primum, non perfecerint, nemo electus, aut amplius eligendus, intelligatur.

Patres Conſultores pro Vocali eligendo, prius cum cæteris S. Silveſtri Patribus Vocalibus conveniant, & una cum illis activam, & paſſivam habeant vocem, ac more cæterorum ſuam electionem faciant. Si Vocalis electus ex Conſultorum fuerit numero, nulla præterea fiat electio: ſin ſecus, rurſus Conſultores inter ſe alium ex ſuo ipſorum numero eligere poterunt. Ad Vocalem, in ſingulis Domibus eligendum, conveniant Vocales cæteri, ac nemo ſe excuſet.

Nulla electio in Congregatione noſtra per Procuratorem fiat. Excipimus Præpoſitum, qui ad Capitulum ſuo nomine mittere aliquem poterit ex Vocalibus, in ſua ipſius Domo aſſignatis, ut paulo ante dictum eſt. In nulla unquam electione poſſit quis accedere ad ſe ipſum, augendo numerum, & electionem perficiendo, niſi prius omnes, & ſinguli Electores id fieri conſentiant. Nemo alba ſchedula in aliqua electione uti poſſit; quæ, ſi forte reperiatur aliquando a Scrutatoribus, ſiquidem major numerus in aliquem conſenſerit, bona erit ejus electio: ſin ſecus, turſus ad aures Scrutatorum ſinguli ſuffragium voce proferant. Qui aliquem nominare nolit, de electorum moveatur numero, & ad reliquos electio pertineat. Cum primum in ſingulis Domibus Vocalis electio facta fuerit, cæteris publicetur Fratribus; tum aliis Domibus per literas ſignificetur.

Si Vocalis, aut Conſultor electus, poſtea moriatur, aut gravi morbo, legitimove impedimento detineatur, alius in ejus locum eligatur ab eisdem Electoribus, eodem ſervato ordine, & temporis ſpatio.

A Dominica in Septuageſima, ſi Paſchali tempore Capitulum celebretur; vel ſtatim atque Vocales ſinguli per Domos fuerint electi, ſi alio quovis tempore, propter P. Generalis mortem, aut ejus muneris abdicationem, habeatur; usque dum Capitulum fit, quisque Noſtrum ſcribere poſſit cuilibet ex Patribus, qui capitulo ſunt interfuturi, ac ſuis Præpoſitis litteras non oſtendere; ii vero reſpondere etiam poſſint, inſcio Præpoſito: Idem de Viſitatoribus, dum munus ſuum exequuntur, ac etiam per menſem, poſtquam Viſitationem abſolverint.

Ad Civitatem, in qua Capitulum Generale habetur, ne veniant Patres, aut Prædicatores, quibus jure Capitulo intereſſe non competit, niſi eidem Civitati ſint aſſignati, & non amplius quinquaginta paſſuum millibus diſtent. (*a*)

(a) Dec. 3. par. c. 1. per tot.

Caput II.

De Modo, Loco, & Tempore celebrandi Capitulum Generale.

TErtio quoque anno, & quotieſcunque P. Generalem mori, vel quavis alia ratione muous ejus contingat deficere, Capitulum Generale Romæ in Domo S. Silveſtri in Monte Quirinali celebretur. Dies conſtituta pro eo inchoando eſt feria quiota hebdomadæ ſecuodæ poſt feſtum Sanctiſſimi Paſchatis, ſi tertio vertente aooo fiat: vel quam ſenior Conſultorum, ſuique Collegæ præſcripſerint, ſi mors P. Generalis, aut ejus muneris acciderit abdicatio. (*a*) Qui ex Patribus ex poſt cœptum Capitulum venerit, ingrediatur quidem cum aliis, firma tamen ſint, quæcunque in eam diem fuerint ſancita.

Modus habendi Capitulum generale hic erit. Pridie quam Capitulum inchoetur, P. Generalis, vel, ſi is quavis ratione Capitulo non interſit, ſenior ex Præpoſitis, una reliquos Capituli Patres convocet, eiſque ſignificet, poſtera die inchoandum eſſe Capitulum, neque longius differri poſſe: Quare ſe quiſque animi puritate diligenter præparet. Die conſtituta, mane omnes una Patres, ii præcipue, qui Capitulum ſunt ingreſſuri, Miſſam Spiritus Sancti ſolemnem celebrent: idem fiat in Eccleſiis omnibus noſtri Ordinis. Quotidie etiam, donec Capitulum habebitur, tum in Domo S. Silveſtri; tum etiam in ſingulis aliis, recitetur Hymnus Spiritus Sancti cum verſiculis, & orationibus deſignatis; ut Deus ea Patribus ſuggerat, quæ in ſuam gloriam, & Religionis utilitatem vertant. Poſt orationem meridianam, P. Generalis, vel antiquior Præpoſitus ad locum deſignatum convocabit Patres, Capitulum ingreſſuros: ac Spiritus Sancti Hymoo cum verſiculo, & Orationibus, ut moris eſt, devote, & genibus flexis (quod ſemper ſervandum eſt quoties pro qualibet re deliberanda, una convenerint) recitatis, aotequam alia pertracteotur, ſimpliciter, & ſola rei veritate inſpecta, ſolvant dubitationes, ſi quæ ortæ fuerint, an quis jure Capitulo debeat intereſſe cum aliis. Primum admittantur omnes cum proteſtatione: deinde ſinguli, cum res ſua agitur, foras exeant. Qui compertus fuerit, jure Capitulo geoerali adeſſe non poſſe, admitti à majori parte non poterit, niſi omnes, & ſinguli Patres, Capitulum jure iogreſſuri, conſentiant, & oemo omoino diſſentiat. Statim, poſt, Præſes, & Secretarius per ſecreta ſuffragia eligantur.

Qui tunc eſt Generalis, & qui Præſes Capitulo proxime præterito fuerit, Præſes ne eligatur.

Secretario curæ ſit, literas uodique ad Capitulum ſcriptas, recipere, ac ſuo loco, & tempore, Præſidis primum, deinde Patris Generalis juſſu, vel coram omnibus legere, vel rerum proferre capita, & reſpondere ſingulis ſuo tempore. Geſta quoque omnia, & Decreta per Capitulum facta, diligenter, & accurate perſcribere, atque exemplar omnium, antequam Capitulum diſſolvatur, ſigno publico obſignatum, & ſingulorum Patrum manu ſubſcriptum, relinquere.

Cum Præſes creatus fuerit, in primo collocetur loco. Tum P. Geoeralis, genibus ante eum flexis, muneré ſe ſuo abdicet. Congregationis ſigilla ſtatim, ſcripturas, quamprimum poterit, tradat. Negligentiæ culpas, in munere obeundo admiſſas, fateatur. Quam correctionem ei Capitulum imperaverit, ſpondeat ſe libenter ſuſcepturum. Annuat Præſes, ejuſqne abdicationem accipiat. Is verò non jam in profeſſionis ſuæ loco, ſed proxime infra Præſidem ſedeat. Tum ſinguli Præpoſiti, onere ſuo quiſque in Præſidis manibus depoſito, & culparum (ut moris eſt) venia petita, ad profeſſionis ſuæ locum revertantur. P. Geoeralis extra Capitulum exeat, quo liberam, de ſe omnibus dicendi faciat facultatem. (*b*)

Deputentur duo, vel tres Patres idonei, cauſſarum Cognitores: duo item alii, quibus una cum Præſide curæ ſit, ex iis rebus, quæ ad Capitulum deferuntur, ea deligere, quæ coram omnibus viſa fueriot proponenda.

Præſes, priuſquam ad Præpoſitum Generalem reficiendum, vel de novo creandum, deveniat, de Sacerdotibus io Vocalium numerum cooptandis agat. Poterit etiam proponere, & pertractare quæ ſibi ad Congregationis progreſſum utilia, vel neceſſaria viſa fuerint. Deinde Generalis ſic eligatur.

Præſes habito brevi ſermone, ad rem, de qua agitur, accommodato, & recepta ab eo, qui primum locum poſt ſe obtinet, abſolutione, det ipſe cæteris omoibus abſolutiooem generalem à

(a) Dec. 3. par. cap. 5. num. 2.
(b) Dec. 3. par. cap. 2. num. 1.

Cen-

Cenſuris omnibus ad hunc Canonicæ electionis effectum. Tum ad orationem mentalem omnes genuflectant, Deum exorantes, ut in re tam gravi ſuam illis voluntatem aperiat. Hymnum Spiritus Sancti cum verſiculis, & Orationibus devote dicant. Sigillatim poſtea quiſque, profeſſionis ſervato ordine, complicam ſchedulam, in qua nomen ejus, quem eliget, ſcriptum ſit, in urnam ſupra menſam, in medio collocatam, injiciat, & ad ſuum locum redeat. Duo, vel tres probi, & fidi Fratres ex iis, qui Capitulo non interſunt, convocentur: Eis, gravi pœna impoſita, prohibeatur, ne quid eorum, quæ in Capitulo fiunt, aliis quoquo pacto dicant. Tum per Præſidem, quid faciant edocti, urnam aperiant, ſchedulas effundant, numerent, explicent, ſubmiſſa voce legant: Si major pars in cujuſquam electionem conſentiat, jubente Præſide, clara voce electionem eſſe factam, dicant: Tum quiſnam ille ſit, publicent. Sin ſecus, ſchedulas revolvant: deinde ſinguli, ſuo prænotatam ſigno reſumant, & rurſum in urnam reponant ſchedulas, atque eadem, quæ ſuperius dicta ſunt, iterum, ac ſæpius repetant, donec major ſuffragiorum pars in aliquem conveniat. Simul atque P. Generalis eſt electus, omnes, ſigno data, ad Eccleſiam, tum ad deſignatum locum una ſe recipiant, P. Generalis electio coram omnibus publicetur. Duo Patres, qui poſt Generalem ſunt proxime, ad ſellam in medio poſitam, Generalem deducant: *Te Deum laudamus*, cum verſiculis, & Orationibus dicant. (c) Singuli, ordine, ante eum genua flectant, manum oſculentur, obedientiam, ac reverentiam polliceantur. Qui Præſes fuerat, ad profeſſionis ſuæ locum ſtatim revertatur. Qui fuerat Generalis, ſedeat, ut ante Præſidi, ita nunc P. Generali proximus, vel exadverſum ei ad lævam, nec ad locum profeſſionis redeat, niſi poſt dimiſſum Capitulum. P. Generalis electus, ſi non adſit, ad eum ſtatim mittatur. Interim Præſes, & Patres proſequantur Capitulum. Si autem P. Generalis adſit, una cum Patribus Capituli, pertractabit quæcunque, ei ad communem utilitatem pertinere, viſa fuerint. Si qua res, de qua in Conſtitutionibus fit mentio, proponatur, Conſtitutionum verba à Secretario coram omnibus legantur. Pater Generalis primus rem proponat, primus ſententiam dicat: deinde reliqui omnes, profeſſionis ordine, ſubſequantur. Dei cultum, & gloriam, totius Ordinis utilitatem, atque progreſſum privatis commodis anteponant. Patres in Capitulo generali congregati, Conſtitutiones, & Decreta per univerſam Congregationem ſervanda facere poterunt. Eligant deinde per ſecreta ſuffragia quatuor P. Generalis Conſultores: tum etiam ex iis, qui Capitulo interſunt, octo Definitores: de quorum ſingulis ſuo loco dicetur. (d)

Cum jam Præpoſiti, & Viſitatores à P. Generali, & Definitoribus fuerint creati, (e) & definita omnia, Patres Capituli una omnes, ſigno dato, conveniant. P. Generalis ſermonem brevem habeat: Præpoſitorum, & Viſitatorum nomina pronuntiari jubeat. Tandem recitatis, de more, Pſalmis, verſiculis, & Orationibus, Capitulum dimittat.

Quidquid in Capitulis generalibus à majori parte ſancitur, id ratum, & firmum apud omnes, per univerſam Congregationem habeatur. Quare poſtea nemo eorum qui Capitulo interfuit, contra ſenſiſſe, aut diſputaſſe dicat: nec qui abfuit contradicere aut repugnare, ullo pacto audeat. Qui ſecus fecerit, puniatur graviter. Quæcunque item, vel à toto Capitulo, vel à ſolis Definitoribus, vel à Conſultoribus, vel à Vocalibus in privata aliqua Domo pertractantur, præſertim, ſi prolata, pacem violare poſſe, videantur, ſedulo celentur: ac ne illa quidem, quæ paulo poſt publicanda ſunt, ante tempus indicentur. Neve quis, cui adverſatus, cui ſuffragatus ſit, ſignificet. Qui contra fecerit, itidem graviter puniatur.

Si probetur quempiam per ſe, vel per interpoſitas perſonas, quærere, ut Generalis Præpoſitus eligatur, de Capitulo ſtatim, ne cum aliis interſit, moveatur, & per decennium activo, & paſſivo ſuffragio careat: neque ullo pacto pœna ei per hoc tempus remitti poterit.

Præpoſiti, Viſitatores, aut ſi quibus aliis Patribus delictorum cognitio commiſſa ſit, ii cum primum ſuum abſolverint munus, rem totam, & ſcripta omnia contra quoſcunque acta fuerint, ad P. Generalem, & PP. Definitores referant: nec apud ſe quiſpiam aliquid retineat. Tum in Generali Capitulo decernatur, quænam ſervanda ſint. Reliqua igni tradantur.

(c) Dec. 3. par. cap. 5. num. 4.
(d) Dec. 3. par. cap. 4. num. 2. & 3.
(e) Ibid. num. 6.

Caput III.

De Sacerdotibus, in Vocalium numerum adſcribendis.

Sacerdotes in Vocalium numerum adſcribere, ad ſolum ſpectat generale Capitulum. Ad id muneris ii deligantur, qui eruditione, prudentia, vitæ integritate polleant, qui aliis exemplo eſſe, Religionis obſervantias tueri, atque adeo augere valeant. Meminerint autem omnes, peccati adſtringi vinculo eum, qui odio, amore, aut privato commodo ductus, aut non idoneum eligit, aut idoneum prætermittit. Antequam de hac electione agatur, Patres à Deo divinum lumen expoſcant. Tum quo liberiore animo ſuam quiſque ſententiam proferat, jure jurando arctiſſimo ſe omnes, & quiſque ſingillatim adſtringat perpetuo ſilentio ſervaturum, quæ de hujuſmodi negotio, vel mutuo inter ſe collocutos, vel à Collegis audiviſſe contigerit, ita ut nullo unquam tempore, & nulla ratione poſſit quis dicere, nec de quovis alio Collegarum, nec ipſemet de ſe ipſo, cui reſragatus, aut ſuffragatus fuerit. (a) Diligenter deinde inquirant ſingulorum merita. Et primum quidem Viſitatores de Sacerdotibus ſuæ quiſque Provinciæ, tum Vocales electi à Domibus, ubi illi adſunt, tum cæteri omnes, ſuam quiſque ſententiam palam, abſque ulla animi perturbatione, dicant ingenue. Deinde per ſecreta ſuffragia, ſingillatim cujuſque, de quo tractari debet, rite, & ordine agitetur electio. Quibus à Profeſſione duodecim anni elapſi ſunt, à majore parte Capituli ad ſuffragia ferenda, admitti poterunt, ſi eorum qualitates reliquæ reſpondeant. Ante id tempus, nulli ea facultas concedatur, niſi ob præcipuam viri alicujus eruditionem, aliaſque inſignes virtutes, atque ætatis maturitatem, id concedendum, eſſe viſum fuerit, modo in ea re duæ partes Vocalium, ex tribus eorum, qui Capitulo interſunt, conſentiant, & ſex anni poſt profeſſionem elapſi ſint. Qui nondum ſunt Confeſſarii. Qui communia Congregationis onera ferre nequeunt (ut ſunt diu noctuque Chorum frequentare, communi menſa victitare, & ſi qua horum ſunt ſimilia) eligi non poterunt. Qui ex legitimo matrimonio nati non fuerint, quamvis alioquin idonei, jus tamen ferendi ſuffragii activæ tantum vocis primo, poſt aliquot vero annos (ſi viſum fuerit) paſſivæ concedi poterit. Quod ſi eidem ſimpliciter, & ſine additione aliqua, hujuſmodi jus à generali Capitulo conceſſum ſit, activæ tantum vocis conceſſum fuiſſe, intelligatur.

Ubi primum quis ad ſuffragia ferenda admiſſus fuerit, jus quidem conveniendi una cum cæteris Vocalibus ejus Domus, in qua eſt aſſignatus, habeat: ſuffragium tamen, atque ſententiam ſuam, ne prius dicat, quam à loci Præpoſito, & Vocalibus facultas ei facta ſit: Quæ in quartum à dimiſſione Capituli menſem, & ſecundum, poſteaquam Vocales fuerint publicati, differatur. (b)

Caput IV.

De Definitoribus.

Pater Generalis, & Definitores, à Capitulo electi, jurisjurandi vinculo ſe primum obſtringant, nullo ſe unquam tempore dicturos, quæ in Definitorio dixiſſe, vel à Collegis audiviſſe contigerit; quæ prolata pacem turbare, vel quoquo pacto minuere poſſe videantur. Tum diligentiſſime perquirant, quinam ex Vocalibus totius Congregationis, ad alios regendos ſint apti. Per ſecreta deinde ſuffragia eligant Præpoſitos ſingularum Domorum, & Viſitatores binos in Provincias ſingulas. Hi creentur in annum: reficiantur autem, ſi P. Generali, & Conſultoribus viſum fuerit, uſque ad annum tertium. Qui Præpoſiti munere tres continuos annos, vel in eadem Domo, vel in eadem Civitate in diverſis Domibus functus eſt, is nec in eadem rurſus Domo, nec in eadem Civitate Præpoſitus creari poterit, niſi poſt tres alios annos elapſos. At alibi in aliis Domibus poterit idem eligi Præpoſitus, modo in ſingulis Domibus triennium non excedat. Qui inter ſe ſunt primo, vel ſecundo gradu, conſanguinei, alius alii, nullo interjecto anno, ne ſuccedat. Qui ex Vocalibus non poſſunt ſubire onera communia Religionis, utpote Chori, & communis menſæ, Præpoſiti, & Viſitatores, ne eligantur. Conſultoribus, ne Viſitatoris munus imponatur. Præpoſiti itidem, Viſitatores ne fiant. Si quis Viſitatoris munus per tres continuos annos jam obivit, iterum ad eandem Provinciam creari ante tres alios annos non poſſit.

Præpoſitus S. Silveſtri Romæ, cum ſit Præpoſitus Generalis, ac totius Religionis caput, à toto Capitulo, ut di-

(a) Dec. 3. part. cap. 3. num. 4.
(b) Dec. 3. par. cap. 3. per tot.

dictum eſt, eligitur. Cæteri Præpoſiti creantur à P. Generali, & Definitoribus, antiquitatis ſervato ordine. Tum Viſitatores bini pro Romana, & Neapolitana Provincia: bini pro Provincia Galliæ Ciſalpinæ, cæterarumque Domorum. Abſoluta generalis Capituli Congregatione, ſtatim Definitorum ceſſat auctoritas. (a)

CAPUT V.

De electione, & auctoritate Patrum Conſultorum.

Singulis trienniis à Capitulo generali eligantur quatuor Conſultores, ut ſupra dictum eſt, qui Patri Generali intra triennium præſto ſint: eique in his, quæ ad regimen Congregationis pertinent, opitulentur. Unus eorum tantummodo per aliud triennium à Capitulo generali refici poterit: reliqui tres de novo creentur. Hi nullum jus habeant præcedendi Patres reliquos, ſed in profeſſionis ſuæ loco ſint. Quotannis poſt Paſcha, una cum Patre Generali, perſpectis rebus, quas, vel in Actis viſitationis repererint, vel à Viſitatoribus, aut aliunde renuntiatæ fuerint, deliberent, quis Præpoſitus, aut Viſitator reficiendus, quis amovendus à munere, quis in amoti, vel demortui locum ſit ſufficiendus. Nam licet tota facultas regendæ Congregationis ſit penes P. Generalem, tamen in hujuſmodi rebus exequendis, & in Conſtitutionibus pro re gravi, declarandis, ſi quæ forte dubitationes oriantur; ac in pœnis gravioribus imponendis, Conſultorum conſenſus adhibeatur.

Si dum P. Generalis, autumnali tempore, ut ſit, una cum conſuetis Provinciæ Viſitatoribus, Domum quampiam extra Urbem viſitaverit, res gravis, aut pro quovis alio negotio nata fuerit; expectare oportebit tantiſper, dum Romam reverſus cum ſuis Conſultoribus deliberet. At ſi celeritate opus ſit, & res differri minime poſſit, de conſenſu PP. Viſitatorum, qui Conſultorum eo caſu loco ſint, rem totam expediet.

Si Conſultorum aliquem diem ſuum obire, vel munus quavis ratione contingat deponere: P. Generalis convocet, præter Conſultores reliquos, Præpoſitum S. Andreæ, & Vicepræpoſitum S. Silveſtri, & una cum illis per ſecreta ſuffragia, de conſenſu majoris partis, in demortui, vel abdicati Conſultoris locum ſufficiat alterum. Quod ſi Conſultoris defectus intra tres menſes ante Capitulum accidat, Conſultoris ne fiat electio, niſi forte quis Præpoſitus intra illos menſes creandus ſit. Tunc enim ſtatim Conſultor eligatur: deinde, qui ſufficiendus ſit Præpoſitus, creetur. Si Conſultor, ad generale Capitulum electus, intra dictos tres menſes ante Capitulum moriatur: ſi quidem non ſit creandus aliquis Præpoſitus, Conſultoris electio ne fiat: ſed reliqui Conſultores, quinam ex eis Capitulum ingrediatur, eligere poterunt, modo ne Capitulum poſt meridianam orationem cœptum ſit.

Si ad aliud Domicilium alicubi collocandam evocabimur, P. Generalis, rem omnibus Præpoſitis, & Vocalibus impertiat: Hi re mature conſiderata, quid ſibi viſum fuerit, reſcribant. Acceptis literis, P. Generalis convocet Conſultores, ac Præpoſitos, qui, vel ibi præſto fuerint, vel longius non abfuerint, quam quinquaginta millibus paſſuum, tum, de ſententia majoris partis, locum, aut recipiat, aut reſpuat. Itidem fiat, ſi qua Domus, intra triennium poſtquam recepta in Congregationem fuerit, erit repudianda, nam expleto triennio, Capitulum exſpectabitur.

Per P. Generalis obitum, aut ejus muneris abdicationem, Vice præpoſiti S. Silveſtri ceſſat auctoritas, iiſque in profeſſionis ſuæ locum ſtatim redit. Ex Conſultoribus, profeſſione ſenior, Patris Generalis vicem obtineat. Primus omnium Domi ſuæ ſedeat, ſed non in Generalis loco. Si P. Generalem diem ſuum obire, aut quavis alia ratione ſedem ejus vacare contingat, Patres cujuſque Domus publicis ſtatim literis faciat certiores. Capitulum, die cum Collegis conſtituta, quamprimum convocet: menſes tamen Junium, Julium, & Auguſtum ob æreos calores intermittat. Vocales de Domo in Domum ne transferat: quod ſi id fieri neceſſitas coegerit, fiat poſt electionem Vocalis, qui ad Capitulum veniat. Quæ in Capituli generalis tempus differri poterunt, differat: Quæ celeritate opus habent, una cum cæteris Conſultoribus deliberet, & expediat. Generale Capitulum ingrediendi, jus ne habeat, niſi à ſuis Vocalibus, vel Collegis, de more eligatur. (a)

CAPUT VI.

De Cognitoribus Cauſarum.

Ex iis, qui interſunt Capitulo, duo vel tres Patres eruditi (ſi videbitur) conſtituantur, qui de cauſſis, ad Ca-

(a) Dec. 3. par. cap. 4. num. 1. 2. & 3.

pitulum delatis, & controverſiis ortis, cognoſcant. Ii res cognitas, totius Capituli juſſu, vel apud univetſum Capitulum narrent paucis. Dimiſſo Capitulo, eorum ceſſat auctoritas.

Caput VII.

De Præpoſito Generali.

UNiverſi Ordinis adminiſtratio Præpoſiti Generalis eſt præcipua. Ei igitur, utpote qui noſtræ Congregationis Caput, & Pater eſt, prompte obediant omnes, ſcilicet Apoſtoli verborum memores: *obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis.*

Is vero (ut idem Apoſtolus ſubdit) pervigilet, quaſi rationem pro animabus ſubditorum redditurus. Quo circa ſummo ſtudio, & fide in tebus ſpiritualibus, & temporalibus Congregationis regimen gerat: Et juxta Conſtitutiones à Capitulo factas, aut pro tempote faciendas, illam regendi habeat facultatem.

Præpoſitus Generalis creatut à Capitulo per triennium: (a) reficitur autem ab eodem, ſi viſum fuerit, uſque ad aliud triennium. Ejus non ceſſat auritas ſtatim, ut triennium eſt elapſum, ſed durat ad Capituli tempus, videlicet donec in eo munus ſuum depoſuerit; Itemque Generalis rurſus creari minime poterit, etiamſi triennium tantum Generalis munere functus ſit, niſi poſt ſex elapſos annos, qui tamen ad quæcunque alia religionis obeunda munera, idoneus cenſeri potetit.

P. Generalis, neque etiam de Conſultorum ſententia, novas leges, aut Conſtitutiones edere, aut editas abrogare, ſive in parte aliqua immutare poterit: Id enim Generale Capitulum ſolum ſpectat. Interpretari tamen, ex Conſultorum conſenſu, poterit. Suffragium ejus ſimplex ſit: at ſi ſententiarum inter ſe pugnantium, par ſit numerus, ejus ſuffragium duplex erit. Cum transferendi erunt de Domo in Domum, Fratres Laici, Clerici, Sacerdotes, aut Vocales, ſolus Præpoſitus Generalis abſque Conſultorum conſenſione, ſed iis tamen in conſilium adhibitis, transfetre poterit: prius vero (ſi commode fieri poteſt) certiores faciat Præpoſitos earum Domorum, ad quas, & ex quibus ſunt transferendi. Anno autem ante Capitulum proximo, niſi conſenſerint Conſultores, Vocales ne transferat. Poteſt ſolus P. Generalis concedere facultatem Clericis, ut ad ſacros Ordines promoveantur. Sacerdotibus, ut Confeſſiones ſecularium virorum, ac mulierum audiant: Scholaſticis item, ut publice concionentur, ſervatis tamen iis, quæ de Concionatoribus, & de Sacerdotibus, ad Confeſſiones admittendis, ſuperius dicta ſunt. Poteſt item ſolus quem voluerit ex Patribus, etiam ex Conſultotibus, creare Vicepræpoſitum S. Silveſtri, ejuſque auctoritatem augere, vel minuere, & ad nutum dimovere. Is vero Vicepræpoſitus ante quidem Vocales cæteros, ſed poſt Præpoſitos quoſcumque aliarum Domorum, & poſt Viſitatores (Viſitationis tempore) ſedeat.

Etſi plurima ſunt, in quibus diſponendis P. Generalis Conſultorum conſenſum habere non cogitur: in iſtis tamen eorum conſilium ſtudeat adhibere: videlicet in diſtribuendis Concionatoribus, in transferendis de loco ad locum Vocalibus, ac denique in rebus omnibus, quæ conſultatione aliqua indigere videbuntur. (b)

Meminerit P. Generalis ſubditos exemplo magis, quam verbo docere: dum integra eſt corporis valetudine, regularem diſciplinam, communesque labores, quoad ejus fieri poterit, una cum cæteris ſubeat: ad communem menſam aſſidue ſe conferat: communi victu, & veſtitu ſit contentus: unam, aut ad ſummum duas habeat cellas, easque nullo ornamento decoratas: lectum ſine conopeo, ſupellectilem ſine apparatu, ſed ad formam communem. Ob negotia tamen plurima, quibus fere ſemper eſt occupatus, Laicum habete poterit unicum, qui ubi ei opus erit, adminiſtret. Si qua de cauſſa (quod Deus prohibeat) amovendus erit P. Generalis à munere, Conſultores rem mature perpendant, nec niſi graviſſimis rationibus moveantur: tum de conſenſu majoris partis eorum, Capitulum Generale Romam, vel alio convocent. Ibi cauſſa probe cognita, P. Generalis deponi, & alius in ejus locum eligi poterit. Cauſſæ autem, ob quas eſſet amovendus, hæ ſunt: Crimen hæreſis, carnis incontinentia, bonorum Congregationis diſſipatio, ſive ea in ſuum, ſive in aliorum convertat commodum: Si regularis diſciplinæ, & rerum gerendarum, ita ſocors ſit, ac negligens, ut deſtructio noſtræ Religionis, aut diſſolutio timeatur: Si Conſtitutiones in rebus gravibus non ſervet, nec curet ab aliis ſervandas: ſi eas ſpernat, ac rejiciat: Denique ſi quod crimen commiſerit, quod

(a) Dec. 3. par. cap. 4. num. 1.
(a) Dec. 3. par. cap. 5. num. 1.
(b) Dec. 3. par. cap. 5. num. 11. & 12.

vel

vel per leges civiles pœna capitis, vel juxta ſacros Canones Depoſitione puniatur. (c)

Caput VIII.
De Viſitatoribus.

Viſitatores bini pro ſingulis Provinciis à Præpoſito Generali, & Definitoribus in Congregatione Generali per annum eligantur. Deinde ſingulis annis intra triennium à P. Generali, & à Conſultoribus refici poterunt, ut ſuperius dictum eſt. Ii non in eadem, ſed in diverſis ſuæ Provinciæ Civitatibus, & Domibus habitent. Conſultoribus, & Præpoſitis nullo pacto Viſitationis munus imponatur. Poſteaquam ſe æſtatis calores remiſerint, ſingulis annis Viſitatores bini ſuam Provinciam viſitent. In obeundo munere parem auctoritatem habeant: nec ſine altero alter quidquam facere poſſit; in exequendis tamen rebus, profeſſione ſenior præcedat, cui eidèm curæ ſit, in itinere pecuniam ferre, & impenſas facere.

Si viſitanda ſit Domus ejus Præpoſiti, qui alteri ex Viſitatoribus in primo, vel ſecundo conſanguinitatis gradu conjunctus ſit, alter Viſitator ſocium ex vocalibus ejuſdem Domus ſibi adjungat. (a) Idem faciendum eſt, ſi Viſitatorem alterum de altero aliquid cognoſcere oporteat. Si quis Noſtrum ad alterum tantummodo ex Viſitatoribus quiſpiam deferre voluerit, is ſua manu ſubſcribat.

Cum primum ad Domum viſitandam pervenerint, munus ſuum aggrediantur, ac quam citiſſime poterunt, ſe expediant. Una omnes ad locum deſignatum convocent: ſermonem brevem de rebus, ad viſitationem ſpectantibus, habeant: cunctos moneant, ut quæ correctione indigent, libere ſibi aperiant: neve odio, aut amore ducti, quæ dicenda ſunt, taceant: aut è contra emendata jam, ſive quæ charitatem violare poſſint, ea ipſi proferant. Tum Viſitationem aggrediantur à rebus Divinis, ſi commode fieri poterit. Eant viſum, qua diligentia aſſervetur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Oleum infirmorum, & Sanctorum reliquiæ, quam nitide, & decore curentur ſacra vaſa, Sacerdotum veſtes, & quæ ad Eccleſiaſticam pertinent ſupellectilem. Deinde ſingulos in ſenioris Viſitatoris cellam per miniſtrum idoneum, ordine, convocent: prudenter, & ut res poſtulat, ſciſcitentur. An Præpoſitus, Patres, & cæteri, diu, noctuque horis Canonicis frequentes interſint; An pax, & concordia cuſtodiatur: An ſilentium horis, locisque congruentibus ſervetur; An novitii, & profeſſi adoleſcentiores in Dei timore, majorumque reverentia educentur: An Scholaſtici bonis literis erudiantur: An tempus otio, rebuſque inutilibus conteratur. An noſtræ Conſtitutiones ab unoquoque ſerventur. Viſitent etiam ſingulorum cellas; nequid forte uſquam ſit ab inſtituto noſtro alienum. Tum communes Domus officinas, & ſupellectilem. De ratione demum accepti, & expenſi accurate cognoſcant; ubi cognoverint, ſi videbitur, ſubſcribant. Toto Viſitationis tempore cuique Noſtrum liceat peccata confiteri u[t]i placuerit ex Viſitatoribus, abſque Præpoſiti licentia. Viſitatores poſt biduum quam advenerint, communi victu utantur; nulla recipiant munera, neque à Noſtris, neque à Noſtrum conſanguineis, ipſorum opera procurata: impenſæ vero itinerum à ſingulis ſuæ Provinciæ Domibus, juxta præſcriptum, eis tribuantur. Antequàm ultimam viſitationi manum imponant, de iis rebus quæ occulta correctione indigent, aut Præpoſitum loc[i], aut ipſoſmet, qui culpa tenentur, admoneant. Tum palam apud omnes ſermunculum habeant; ubi quæ videbitur, univerſe probent, aut improbent. Quæ leviora ſunt, per ſe ipſos corrigant, nullamque de rebus levibus, ſive apud Patrem Generalem, ſive in Generali Capitulo faciant mentionem. Si quid grave (quod Deus avertat) compererint, & remedium ſtatim adhibendum eſſe viſum fuerit, ſuum munus ſine mora exequantur, rem tamen (ſi videbitur) aut cum Vocalibus loci, aut ſaltem Præpoſito, prout res poſtulaverit, communicent: poſt ad Patrem Generalem omnia ſcribant, aut referant. Quæ notatu digna viſa fuerint, manu utriuſque Viſitatoris ſubſcripta habeantur. De Domibus, quas viſitaverint, narrent bene: errata, & incommoda reticeant.

Pater Generalis triennio ſemel, ſi ei videbitur, vel Congregationem totam ſimul, vel partes ſeorſum viſitet. Id ſi poſt calores æſtivos fecerit, cum Viſitatoribus faciat una: Sin alio tempore, integrum ei erit, velit ne, alio quolibet adſcito ſocio, an ipſe ſolus tem omnem exequi. Nec tamen Viſitatores, à Capitulo conſtituti, ſuum Officium ſuo tempore intermittant. Atque hoc ſolos Viſitationis jure Capituli intereſſe oportebit; illos alios adſcitos nequaquam. (b)

(c) Dec. 3. par. cap. 5. per tot.
(a) Dec. 3. par. cap. 6. num. 10.
(b) Dec. 3. par. cap. 6. per tot.

CA-

Caput IX.

De Præpoſito, & Vocalibus cujuſque Domus.

SUo quiſque Præpoſito prompte, ut par eſt, obediat. Pater verò Præpoſitus, ut omnibus ſe præbeat exemplum diſciplinæ, ad Chorum, & ad communem menſam, aſſidue, pro virili conveniat. Silentium horis, locíſque congruentibus ſervet: labores communes una cum aliis ſubeat: Religionis obſervantias diligentiſſime colat: Et ſi interea eum prædicare contingat, Domum nihilominus curet præcipue, atque aſſidue in Choro, & in communi menſa interſit. Ad alias Civitates in Quadrageſima tantum, nec niſi de cauſſa gravi, & de P. Generalis licentia, proficiſcatur: Poſt Præpoſitos unuſquiſque reverentiam præſtet, atque obediat Vicariis, tum ſenioribus; demum Fratribus ſingulis inter ſe, tanquam charitatis vinculo colligatis, ſuus cuique honor mutuus habeatur: ita tamen, ut juxta Apoſtoli ſententiam, omnia ſecundum ordinem fiant: neque aliquis, Superioris, aut alterius officii dignitatem, aut jubendi auctoritatem ſibi quoquo pacto vindicet. Nemo quamvis profeſſus, & Sacris initiatus vocem habet; neque ad ferendum ſuffragium poterit convenire, niſi ii tantum Sacerdotes, qui ad id in Capitulo Generali ſunt admiſſi. De qua re Novitii, antequam Religionis induantur habitu, publice ſunt præmonendi. Licet nullum jus Vocalibus tribuatur antecedendi alios Sacerdotes ſeniores, ſed Profeſſionis ordo ubique ſervandus ſit; abſente tamen Præpoſito, jura Præpoſiti, & quæ ad regimen ſpectant, Vocales tantum, exerceant: Sacerdotes vero reliqui, abſentibus Vocalibus.

Qui voce caret paſſiva, eligi non poteſt Generalis, Præſes, Præpoſitus, Viſitator, Vicarius, Conſultor, neque ut ad Generale Capitulum veniat. Abſente tamen Præpoſito, & Vicario, in rebus omnibus Præpoſiti vicem gerat. Duo ſaltem Vocales, præter Præpoſitum, in unaquaque Domo à P. Generali aſſignentur: imo plures, ſi ita ei videatur expedire. Vocales in quacumque Domo adſint, ſi in ea aſſignati non fuerint, extranei cenſeantur. Suffragium ibi ferre non poterunt: neque Præpoſito abſente, in Choro, Refectorio, aut alibi jura Præpoſiti exercere, niſi omnes, & ſinguli Vocales loci conſenſerint.

In ſingulis Domibus ſinguli Vicarii eligantur. Si duo Domicilia in eadem ſint Civitate, duo Vicarii debent eligi. Præpoſitus igitur, ex iis ſuæ Domus Vocalibus, qui activam, & paſſivam vocem habent, duos, vel tres deſignabit, & ad Patrem Generalem ſecreto referet: Qui etiam ſecreto unum ex deſignatis eligat; is tamen Vicarius ad nutum Præpoſiti ſit amovibilis. Poſt Præpoſitum, & Viſitatores, Viſitationis tempore, ſedeat. Abſente Præpoſito ejus vices gerat: Dum adeſt, nihil agere, aut præcipere, neque in Domus regimine ſe ingerere audeat, niſi in iis, quæ Præpoſitus commiſerit. Si Vicarius menſes aliquod Domo abſit, ne cogatur Præpoſitus alium Vicarium eligere. At ſi Vicarium, & Præpoſitum abeſſe contingat, priusquam abeant, deſignetur Vicarius. Ad Generale Capitulum, ne accedat Vicarius, niſi ab aliis Vocalibus electus fuerit. Vicarius Sanctæ Mariæ de Thoro in agro Aquenſi à Patre Generali ſolo deſignetur, & eligatur. Abſente Præpoſito, & Vicario, antiquior ex loci Vocalibus, etiam ſi activam tantum vocem habeat, ejus vices gerat. Abſente Præpoſito, Vicarius, vel Vicario abſente, ſenior qui Præpoſiti vices gerit, ea tantum exequatur, quæ in adventum Præpoſiti commode differri non poterunt; caveat autem, ne minimum quid agat, quod à Superioris ſui voluntate ſenſerit eſſe alienum.

Si contingat plures adeſſe Vocales, conjunctos inter ſe primo, vel ſecundo conſanguinitatis gradu, duo tantum ex eis, qui antiquiores Vocales fuerint, ſuffragium ferant, tum in Capitulis generalibus, tum etiam in ſingulis Domibus. Sacerdotes Vocalibus loco ſuperiores, etiam ipſi, Patres nominentur: ab inferioribus Vocalibus benedictionem ne petant, tamen foras ituri, & licentiam petant, & comitem, & quo ſint ituri, & quæ acturi ſignificent.

Præpoſitus quandoque omnes una convocet; nonnulla, ut res poſtulabit, de quotidianis erratis verba faciat. Idem conſulat Patres Vocales, cum aliquis eſt in ordinem noſtrum accipiendus, cum induendus habitu, cum admittendus ad profeſſionem, cum ad Ordines promovendus, cum ad audiendas Confeſſiones exponendus: item ſi quis ante profeſſionem, à Religione dimittendus; de magnis etiam, atque extraordinariis ſumptibus faciendis: Denique in rebus omnibus gravioribus, cujuſmodi non ſunt, quæ ad victum, & utenſilia pertinent.

Nulla ex noſtris Domibus poſſit ære alieno gravari, etiam de conſenſu Vocalium, niſi pro neceſſario victu, atque veſtitu, & pro neceſſaria fabricæ reſtitutione, vel tandem pro evidenti utilitate in re, quæ differri minime poſſit, ut puta pro emendis contiguis noſtræ Domui locis. In erogandis etiam eleemo-

ſynis

ſynis jungatur Charitati Chriſtiana prudentia. Præpoſitus plus duos aureos in menſem ne largiatur, niſi cum Vocalibus rem ante communicet, atque illi aſſentiantur.

Cum Vocales convocandi aliquid tractant, id fiat, quod major pars Vocalium cenſuerit, eſſe faciendum. Præpoſitus quidem liberam Vocalibus dicendi faciat facultatem: li tamen, nec cum Prælato, nec inter ſe immodeſte, moroſe, pugnaciter ſe gerant. Qui ſecus fecerit, ei pœna, Superioris arbitrio, imponatur. Quod ſi interdicendus ei congreſſus, & facultas conveniendi cum aliis Vocalibus videatur, res à Præpoſito cum cæteris Vocalibus ante agitata, ad Generalem referatur, ejuſque ſententia expectetur. Ne liceat Præpoſito res novas inducere, aut veteres noſtræ Congregationis conſuetudines immutare: Communes literas obſignare, & aliunde datas reſignare, ac legere ſolus poteſt: poſtea tamen Vocalibus legendas tradere teneatur. Sigillum Congregationis apud ſolum Præpoſitum ſit: ac nemini liceat literas, hujuſmodi ſigillo non ſignatas, alicui mittere. Nemo literas, munera, ſeu quid aliud cujuſque generis mittere, vel recipere audeat ſine ſuperioris licentia. Qui ſecus fecerit, Præpoſiti ſui arbitrio puniatur. Ad Patrem Generalem ſcribere, & ab eo literas recipere quiſque poteſt: eas neque Præpoſiti locorum, neque alius ullo pacto legant, aut aperiant. Exceptis P. Generalis, vel ad P. Generalem literis, & ad Viſitatores circa viſitationis tempus, & ad Vocalem electum, poſt Septuageſimam, poſſint Præpoſiti legere, aut aperire quaſcumque alias, quas, ſive Vocales, ſive alii miſerint, aut receperint. Abſente Præpoſito, nemo ſcribere alicui literas, aut aliquid alicujus ponderis innovare audeat. Quod ſi quid horum ſtatim fieri neceſſitas coegerit, res tota Præpoſito cum Domum reverſus fuerit, aperiatur.

Nemo Noſtrum ſuam ſententiam in ſcripto ponat, de re quapiam controverſa: nec ſe cujuſpiam excepiſſe Confeſſionem, vel eum à cenſuris abſolviſſe, fidem faciat, quin ante, & viderit Præpoſitus, & probaverit.

Curæ ſit Præpoſito, Annalium librum conficere; in quo, ut quidque acciderit, notatu dignum, referat, utpote quo quiſque die Religionem ſit ingreſſus, habitum ſuſceperit, profeſſionem emiſerit, ad Ordines, & Confeſſiones ſit admiſſus. Quidquid denique ortum fuerit, quod ad communem Domus utilitatem pertinere videatur. Librum etiam conficiat accepti, & expenſi, ut poſſit rationem reddere quotannis Viſitatoribus, & ſuo tempore Patribus in Capitulo generali congregatis. Etſi vero Præpoſitus accepti, & expenſi rationem Vocalibus ſuæ Domus reddere non teneatur, ultro tamen offerat eis libros, Viſitationis tempore, & antequam ad Generale capitulum proficiſcatur. Præpoſitus, etiamſi jam annus elapſus ſit, in ſua tamen adminiſtratione permaneat, quouſque alius Præpoſiti munus adierit.

Si quis Præpoſitus moriatur, alius ſtatim, vel ad ſummum intra tres menſes, à Patre Generali, & Conſultoribus ſufficiatur: Interim Vicarius, vel, eo abſente, Senior ex vocalibus Præpoſiti vices ſuſcipiat, eique omnes obediant, & præſtent reverentiam: Is tamen in Præpoſiti loco, ne ſedeat, nec item jus habeat veniendi ad Capitulum generale, niſi à ſuis vocalibus de more eligatur. (a)

Caput X.

De Loco, & Ordine cujuſque inter ſe.

PRæpoſitus in ſua quiſque Domo primum locum obtineat. Si plures Præpoſiti conveniant, omnes poſt Præpoſitum, ſuo quiſque profeſſionis loco collocentur. Poſt Præpoſitos, Vicarius, tum cæteri Sacerdotes, juxta Profeſſionis ordinem, ſive ii Vocales ſint, ſive non ſint: tum Clerici profeſſi pro ſuo quiſque ordine; poſt hoc, Novitii: tum Hoſpites, poſtremo Fratres laici habeant. Viſitatores cætero quidem anno Profeſſionis locum teneant; Viſitationis tamen tempore, poſt Præpoſitos collocentur. Liceat ii, qui majoribus Ordinibus initiati ſunt, præcedant eos, qui minoribus; his tamen ad eundem Ordinis gradum evectis, non amplius Ordinis, ſed profeſſionis ratio habeatur; niſi quis ſua culpa, & pro pœna ad Ordines non fuerit admiſſus: Quod ſpeciatim de unoquoque erit declarandum.

Qui ſua culpa locum profeſſionis amiſerint, ii, ſi pœna poſt aliquot annos remiſſa fuerit, in priſtinum profeſſionis locum reſtitui eſſe, ne intelligantur; ſed poſt eos omnes, qui ſuperiores aliquos Ordines, juxta conſtitutum à Capitulo tempus, ſuſceperint, maneant. Eos vero, qui ante id tempus, neceſſitate, aut rationabili cauſa promoti fuerint, præcedant: niſi jam antea elapſum ſit tempus, à Capitulo, & à Conſtitutionibus conſtitutum.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Matth. cap. 19.

(a) Dec. 1. par. cap. 7. per tot.

DECRETA
CLERICORUM REGULARIUM
EX ACTIS
IN COMITIIS GENERALIBUS EMANATA AD ANNUM MDCCL.

INDEX CAPITUM DECRETORUM.

Partis Primæ.

I. *DE Ritibus, & Ceremoniis.*
II. *De munditia, & nitore Eccleſia, & ſacræ ſupellectilis.*
III. *De Adminiſtrandis Sacramentis.*
IV. *De regendis Monialibus.*
V. *De Oratione mentali.*
VI. *De Suſcipendis Sacramentis.*
VII. *De Orationibus pro Defunctis: De Legatis, annexa habentibus onera perpetua Miſſarum: Necnon de Spoliis Defunctorum.*

Partis Secundæ.

I. *DE tribus Religionis Votis.*
II. *De Veſtibus.*
III. *De menſa, atque jejuniis.*
IV. *De recipiendis, & inſtituendis Novitiis.*
V. *De Studiis, & Scholaſticis.*
VI. *De Iter habentibus, & hoſpitio recipiendis.*
VII. *De Domo egredientibus.*

Partis Tertiæ.

I. *QUinam ex Patribus Capitulo Generali debeant intereſſe.*
II. *De modo, loco, & tempore celebrandi Capitulum Generale.*
III. *De Sacerdotibus in Vocalium numerum adſcribendis.*
IV. *De Deſinitoribus & Conſultoribus.*
V. *De P. Præpoſito Generali.*
VI. *De Viſitatoribus.*
VII. *De Præpoſito, & Vocalibus cujuſque Domus.*
VIII. *De Loco, & ordine cujuſque inter ſe.*
IX. *De Correctione delinquentium, pœniſque, tum gravioribus, quam levioribus.*
X. *De propellenda Ambitione.*

PARS PRIMA.

De his, quæ ad Divinum Cultum pertinent.

CAPUT I.

De Ritibus, & Ceremoniis.

Decreta, quibus aſteriſticum * ſignum eſt adſcriptum, Conſtitutione Clementis X. approbata fuerunt, & confirmata.

1607. * 1. OFficium præcipuorum Sancto-
rum, qui communiter in
Urbe aliqua celebrantur (quod
Decreto Sacræ Congregationis Rituum
edito 5. Aprilis 1628. non adverſatur)
etiam à noſtris Patribus ibi degentibus
fiat.

* 2. Singulis annis Purificationis
B. Virginis die, in quibuslibet noſtra- 1647.
rum Domorum Eccleſiis Feſtum S. Ma-
riæ de Puritate perquam ſolemniter per- 1653.
petuo celebretur: quod tantam Virginem
ſub hoc titulo in noſtræ Congregationis
Protectricem, & Patronam ſæpius dele-
gerimus.

3. Feſtum pariter Divi Joſeph San-
ctiſſimæ Deiparæ Sponſi, quem in totius
Congregationis Patronum deligimus, 1686.
ſo-

1586. ſolemniter in noſtris Eccleſiis ſtatuimus
celebrandum.
4. Quibus diebus ex Conſtitutio-
1644. num præſcripto, aut Congregationis mo-
re jejunatur, iis Nona una cum cæteris
Horis, Prima nimirum, Tertia, Sexta;
uti cum ex præcepto jejunatur, recitetur.

CAPUT II.

De Munditie, & nitore Eccleſiæ, & ſacræ ſupellectilis.

1. SAnctorum Reliquias in publicis &
1610. communibus Eccleſiarum noſtra-
rum thecis, ſive reliquiariis, vel quo-
libet alio modo ſervatas, vel in poſte-
rum ſervandas, nemo ullo pacto, ne
Præpoſitus quidem auferat, in fruſta
concidat, diſtrahat, imo ne fruſtulum
à reconditorio ipſo, ſeu theca extra-
hat, ſed eas inibi, eo quo decet reli-
gionis cultu, integras, & intactas ju-
giter aſſervari mandamus.
2. Vetus illud noſtræ Congregatio-
nis inſtitutum, ſingulis Sabbatis, ac per-
1601. vigiliis ſolemnium dierum, verrendi no-
ſtras Eccleſias, à Patribus omnibus, &
Clericis nullo prorſus intermittatur loco;
ſic ubi vero foret intermiſſum, proti-
nus reſumatur.

CAPUT III.

De Adminiſtrandis Sacramentis.

1586. 1. COnfeſſarii nullo pacto mandent,
neve præcipiant iis, quorum con-
feſſiones audiunt, vel eos quoquo mo-
do obſtringant, ſibi ipſis duntaxat, ac
1653. neutiquam aliis ſua eorum peccata con-
fiteri. Ab eis obedientiam, etiam in
rebus indifferentibus, ne præcepto exi-
gant.
2. Solerti Scrutinio à Vocalibus Do-
1627. mus per ſecreta ſuffragia, de eo, qui
ad mulierum confeſſiones admittendus
eſt, agatur: & ſi duæ vocalium partes
alicui ſuffragatæ fuerint, litteras illius
probitatis teſtes, omnium, & ſingulo-
rum vocalium nomine obſignatas, in ge-
nerali Capitulo Definitoribus dabunt, à
quibus, re diligentiſſime expenſa, pro-
babitur, illius nomen Patri Generali
tradatur; qui cum ſuis Conſultoribus,
ſi poſtea à Capitulo Domus, duabus par-
tibus vocalium conſentientibus, fuerit
requiſitus, facultatem pro ſuo arbitrio
illi facere poterit, audiendi mulierum
confeſſiones.
3. Poſſint noſtrates ſuperindui ſac-
1670. co albo, ut capite damnatos ad Cæle-
ſtem patriam diſponant; ſive ii noſtri
ſint conſanguinei, ſive affines, ſive ſua
nobis peccata confeſſi fuerint, ſive de-
nique magna alicujus proceris ratio id
à nobis officium expoſcere videatur.
4. Ubi Clericorum ſufficiens nume-
rus non extiterit, Præpoſitus poſſit du- 1618.
os, treſve e fratribus laicis, quos ma-
gis idoneos repererit, deſignare, qui
ſuperpelliceis induti, Sacro inſerviant,
& Eccleſiæ, Altariumque ornatui ſtu-
deant. Id muneris obedientiæ loco eis
demandetur ad tempus, & Præpoſiti
nutu amoveantur. Verum ad Miſſæ mi-
niſterium non admittantur, niſi de cæ-
remoniis, ritu noſtro ſervandis, fue-
rint inſtructi.
5. Unuſquiſque ex ſtato ritu noſtro,
ac more Sacrum accurate agat. In eoque
nemo moram longius horæ ſemiſſe pro- 1618.
trahat, neve brevius triente contrahat. &
Qui iterum, ac tertio à Patre Præpoſi- 1627.
to coram duobus teſtibus monitus, bre-
vius triente contraxerit, cum Patre Ge-
nerali agatur, quo meritam luat pœ-
nam: Simplex Sacerdos ad confeſſio-
nes audiendas non admittatur: Confeſ-
ſarius in vocalium numero in proximo
generali capitulo ne adſcribatur: Vo-
calis à vocis ferendæ ſuffragio ad Patris
Generalis arbitrium vacet: qui vero,
ut ad ejuſmodi munia minus idoneus non
fuerit admiſſus, alia regulari pœna pu-
niatur. Viſitatores viſitationis tempore
de his accurate perquirant, Patrem Ge-
neralem moneant, & in generali Capi-
tulo ore agant.
6. Sacerdotes noſtri etiam peregre
proficiſcentes, cum in domibus noſtris 1624.
rem divinam faciant, ex earum domo-
rum Præpoſiti mente ſacrificium offe-
rant, non ſecus ac e familia illius forent
domus. Idem agant Concionatores,
qui in noſtris Eccleſiis conciones in Qua-
drageſima, vel quovis alio anni tempo-
re habent, In Civitatibus vero concio-
nantes, in quibus nulla ſunt noſtræ Con-
gregationis Domicilia; ex Patris Gene-
ralis mente litteris ſignificata, faciant.
7. In Eccleſiis noſtris, quibus ani-
marum cura eſt annexa, præter ſecula- 1621.
rem Sacerdotem, deſignetur unus e no-
ſtris Sacerdotibus, cujus præcipuum ſit
munus, Parochiæ rebus conſulere, ac
proſpicere, ut plebs commiſſa vitam
Chriſti fidelibus dignam ducat, Chri-
ſtianiſque rudimentis inſtituatur.
8. Pro conferendis noſtratum Con-
feſſionibus ſervetur omnino id, quod de 1686.
conferendis ſacris Ordinibus ſuo loco di-
citur: Quare à Capitulis noſtrarum Do-
morum, in quibus per anni ſpatium can-
didati diverſati ſunt, de ipſorum vita,
morumque probitate, teſtimonia prius
quærantur. Neque pro mulierum Con-
feſſionibus Capitulum in ordine ad Defi-

nitorium, ſi de commorantibus in Italia agitur, fiat citius, quam intra duos menſes proximos Generali Capitulo; Pro his vero, qui in domibus extra Italiam ſeu Inſularum adjacentium aſſignati ſunt, non niſi paulo ante ac pro Generalibus Comitiis Præpoſitus, vel Vocalis electus iter inſtituat, ſi eisdem dumtaxat diſcedere maturius contigerit.

CAPUT IV.

De regendis Monialibus.

1601. 1. NEmo noſtrum Confeſſiones mulierum, quæ in Monaſteriis Monalium, ſeu in quovis alio pio in Congregatione viventium loco, educationis cauſa degunt, audiat, niſi antea facultate à P. N. Generali expreſſe obtenta.

1590. 2. Significamus cunctis, Decretum Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Sacræ Congregationis Regularium, editum juſſu felicis recordationis Sixti Papæ V. Anno Domini 1590. die 7. Maji, ne quiſquam Regularium ad Moniales accedat ad loquendum, vel cum eis quidpiam agendum, nedum ad pœnam, ſed etiam ad culpam eamque lethalem obligare, ex declaratione ejusdemmet ſacræ Congregationis.

1598. 3. Quocirca volumus, & manda-
1610. mus, ne quiſpiam noſtrum, non præ-
1624. cedente facultate P. Generalis in ſcrip-
1627. tis obtenta, & ſigillo munita, etiam de expreſſa licentia Sacræ Cardinalium Congregationis, vel Ordinarii, quovis pacto, vel nomine Moniales, vel alias quaſcunque mulieres in Monaſterio commorantes, inviſat, alloquatur, aut cum eisdem verſetur. Neque à Monialibus litteras, aut munuſcula, quantumvis paucæ quantitatis, vel pretii, licet etiam devotionis ergo, recipiat, vel ad eas mittat, aut tradat, abſque expreſſa ſui Superioris licentia.

CAPUT V.

De Oratione Mentali.

1610. * 1. INter præcipua Regularis obſervantiæ inſtituta cenſemus, ut orationi mentali omnes in Eccleſia conveniant: de qua re Viſitatores exacte inquirant, & in conferendis Ordinibus, admittendis ad Confeſſiones audiendas, in aſſumendis ad jus ferendi ſuffragium, ad Præpoſiti dignitatem, & ad cætera noſtræ Congregationis munia, ejus rel præcipua ratio habeatur.

1618. 2. A quo Decreto non excipiuntur ne ipſi quidem Lectores, nec Concionatores, niſi eo die, quo concionem habuerint. Præpoſiti munus erit, non adventantes compellere, & advocare. Si quis autem juſta de cauſa in Eccleſia intereſſe nequiverit, ſingulis vicibus impedimenti ratione indicata, facultatem à Præpoſito aut non veniendi, aut abeundi, ut fit in Choro, impetrare teneatur.

3. Ad augendum ſpiritus fervorem, 1674.
& accuratam noſtrarum Legum obſervantiam ubique ſtabiliendam; Statutum eſt, ut quotannis tam Clerici, quam Laici Ordinis Fratres, nec non Sacerdotes in Vocalium album nondum admiſſi, per decem dies ab omnibus curis alieni ſecedant, & ſub Directore ſpiritualibus rebus tantum vacent. Sua autem culpa
negligentes à Præpoſito plectantur, ſed 1704.
ii potiſſimum, qui proxime adſciſcendi ſunt inter vocales, pœna puniantur per tres menſes domo non exeundi, ac per tres veneris dies in medio refectorii comedant; & PP. Viſitatorum erit, Superiores majores certiores facere ante confirmationes.

4. Inhærendo in omnibus, Ordina-
tionibus, & Statutis noſtris, extenſis 1674.
Anno Domini 1647. Suadetur etiam cæteris Patribus, nec non Adm. Rev. P Generali pro tempore, ut hæc pia, & Sancta exercitia ad cæterorum exemplum adimpleant; curentque Viſitatores Viſitationis tempore hujus Decreti obſervantiam: & cum Noſtrates in Vocalium numerum ſunt adſcribendi, de hac re exacte Patres inquirant.

5. Decretum quod in hoc capite de
exercitiis ſpiritualibus pro certo numero 1686.
ac perſonarum genere habetur ad omnes & ſingulos Religioſos noſtros ex Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii XI. ordinatione extenſum eſt.

CAPUT VI.

De ſuſcipiendis Sacramentis.

1. NEmo noſtrum ſua peccata extero
Sacerdoti confiteri queat, ſed iis 1601.
tantummodo noſtratibus Confeſſariis, qui à Præpoſito domus fuerint deſignati, non obſtante quocumque privilegio; cui ex nunc totius Religionis nomine renunciamus, ac cedimus.

2. Imo neque alicui unius domus, Con- 1607.
feſſario alterius Domus confiteri liceat.

* 3. Nemo ex Clericis, ſive ſtudiis 1618.
operam navet, ſive non, ad Sacerdotium admittatur, niſi poſt ſeptem, à profeſſione emiſſa, annos expletos; modo magna perſonæ alicujus ratio aliud non poſtulet; & in ea re duæ partes vocalium ex tribus eorum, qui Capitulo interſunt, conſentiant.

CA-

Caput VII.

De Orationibus pro Defunctis: De Legatis annexa habentibus onera perpetua Miſſarum: Nec non de Spoliis Defunctorum.

1642. 1. IN Domo, in qua aliquis ex noſtris fratribus diem ſuum obierit, totum Officium defunctorum ſub duplici ritu in Choro dicatur, Miſſa ſolemnis celebretur, & Sacerdos deſignetur, qui pro illius anima tricies Sacrificium faciat: cæteri verò Sacerdotes omnes, & ſinguli ter pto eo Saçrum faciant. Clerici tet Veſpertinas preces Defunctorum privatim tecitent: Laici ter Coronam Beatæ Virginis dicant. In teliquis domibus, mortis nuncio accepto, quamprimum ſinguli Sacerdotes bis pro eo ſacrificent: Clerici bis veſpertinas Defunctorum preces: Laici bis CotonamBeatæ Virginis recitent.

1642. 2. In obitu cujuſpiam e noſtris, ſi in Ciſalpinis contigerit, ſingulis ejus Provinciæ domibus ſignificetur per litteras, & Romæ tantum, a qua certiores fiant cæteræ domus utriuſque Siciliæ. Si autem obietit quis in Regnum utrinſque Siciliæ, ab ea domo cæteræ totins Regni accipient, & Roma; à qua, & Ciſalpina Ptovincia certiot fiat.

1671. 3. Declaratum eſt, Noſtrates teneri ex juſtitia ad celebrationem Miſſarum, quæ offerri conſueverunt pro fratribus defunctis.

1636. 1650. 4. Declaratum eſt noſtram Congregationem, noſtraſque domos, ac Monaſteria, potuiſſe, ac poſſe etiam acceptare quaſcumqne hæreditates, & legata, nec non annuos redditus, etiamſi annexa habeant onera perpetna Miſſarum, & Divlnorum Officiorum, non ſolum per alios, ſed etiam per nos ipſos implenda. In futurum autem non acceptentut, niſi cum expreſſa licentia P. Generalis, & Conſultorum, duabus è tribus partibus eorumdem, per ſecreta ſuffragia conſenrientibus, & non aliter, prout eis videbitur in Domlno expedire: Cum noſtræ Conſtitutiones 1. par. cap. 3. ſtatuant ea onera perpetua tantum nullo unquam tempore admittenda, quæ imponuntur ab ædificante, aut exornante ſacellum aliquod in noſtris Eccleſiis, non autem excludant bona, ac reddituſaſſignatos pro celebratione Miſſarum. Et in 2. par. cap. 1. §. *Etſi neque per Profeſſionem &c.* non excludant tedditus annuos ad prædictum effectum; neque etiam paupertati, quam Congregatio profitetur, repugnet ejuſmodi reddituum, & legatorum exequutio, eleemoſynas pro Miſſis celebrandis, ſive Sacerdotibus ſecolaribus, ſive etiam Patribus noſtris erogando; ut piæ legantium voluntati, ac ei, quam erga nos profitentur, confidentiæ, fiat ſatis.

1641. * 5. Generale vero Capitulum anni 1641. quatenus opus ſit, derogat prædictæ Conſtitutioni 1. pat. cap. 3. & de novo ſtatuit, poſſe poſthac noſtros onera Miſſarum perpetua, acceptare, & retinere, juxta decreta Sanctiſſimi Domlni Noſtri Urbani Papæ Octavi de Celebratione Miſſarum.

1650. 6. Iterumque ſupradicta decreta approbata, & quatenus opus ſit; innovata fuere à Patribus Capituli Anno 1650.

1653. 7. Hujuſmodi autem onera Miſſarum celebrandarum, ſi commode fieri poteſt, & non obſtet Teſtatoris voluntas, ita deinceps acceptentut, ut per noſtros, aut alios Sacetdotes, tam Seculares, qnam Regulares, ad arbitrium Patris Præpoſiti deſignandos, & amovendos adimpleantur.

8. Ad ſecuram Miſſarum celebrandatum ſatisfactionem obtinendam, poſita lex eſt: In quacunque Noſtra Congregationis Domo, ſingulis quibuſvis quatuot Menſibus cogatur Capitulnm; atque ex libro cenſeatur, ſacrorum æque ſaciendorum onus, atque eleemoſyna temanens: Tum de omoibus Adm. Rev. P. Præpoſitus Generalis, & Conſultores, epiſtola Vocalium nomine ſignata, certiores reddantur. Impoſuit namque hanc Generale Capitulum pœnam ſuperioribus Domorum Patribus: ut iſtius tranſgreſſores Decreti, omnino in Dignitatibus non confitmentur, ſi confirmationis rempore, ſaltem intra ſequentes ttes menſes, omnibus ſuſceptarum Miſſarum obligationibus non valeant ſatisſacere.

1701. 9. Supellectilem, vel pecuniam, ſive mutuatam, ſive mutuo debitam, aut alia de cauſſa ſepoſitam, & alia bona mobilia, quæ Noſtrates morientes relinquunt, illius Domus eſſe cenſeantur, ubi tunc aſſignati deceſſerlnt, etiamſi extra ipſam addictam ſibi Domum aliquem alibi pet tranſitum obire conrigerit. At ſi quis in aliqua domo diutius commoratus ſine patentibus littetis, rellqua tamen domeſticorum onera ſubiens, poſt annum jam elapſum ibi defunctus ſuerit, in ejus bona, quemadmodum ſupra præſcriptum eſt, eadem Domus, tamquam in illa aſſignatus degerit, ſuccedat. Pecunia vero in annuo, & vitalitio cenſu necdum exacta, quæ ad demortui uſum pertinebat, & cenſus ſi adſit quoque perpetuus in commodum viventis, & poſt ejus mortem in ſavorem Religionis in communi legatus, in cujuſque Profeſſionis Domus utilitatem cedat.

1722. 10. Ne tres minores noſtræ Neapolitanæ Domus ullo gaudeant jute ad ſpolia Profeſſorum in majoribus ejnsdem Civitatis Domlbus, confirmatum eſt; cum hac tamen clauſula, quod ſi Profeſſus majoris per decennium in minori Domo commoratus fuerit, ibique deceſſerit, tunc ex æquo inter uttamque ſpolinm dividatur.

Google

PARS SECUNDA

De obſervantiis quibusdam noſtræ Congregationis.

Caput I.

De tribus Religionis Votis.

1. Eclaratum eſt, in uſufructu rei fideicommiſſæ, noſtras domos
1650. poſſe ſuccedere, non minus, ac in qualibet alia hæreditate, & legato: & quatenus opus ſit, omnibus in contrarium derogamus.

* 2. Liceat noſtris ſuburbanas domos pro animi remiſſione acceptare; ne
1624. in ſecularium Villis diſtenti, quemquam gravent.

Caput II.

De Veſtibus.

1. Liberum ſit cuique noſtrum, ad vehementes æſtus propulſandos, ta-
1595. larem tunicam ex ejus generis panno tenui, quod vulgo, *Saja*, nuncupatur, gerere: modo id ne in pretio, aut nitore emineat, atque noſtræ paupertati minime conveniat.

2. Veſtibus interioribus ex pellibus
1595. uti liceat: Thoracis, tamen manicæ, & collaris extremitates, quæ apparent, tela alba tegantur.

3. Noſtri in itinere, penula, vel
1616. feltro, quod vulgo dicunt, vel pallio ex craſſiori panno, eadem forma utantur.

Caput III.

De Menſa, atque Jejuniis.

1. CAveant Præpoſiti, aut Vicarii domorum, ne in ipſo ſolemnis Pro-
1598. feſſionis, aut Sacri alicujus Ordinis adminiſtrationis die, a propinquis, vel ab aliis eorum nomine, domi, vel extra, epulum aliquod, ſeu convivium quoquo pacto noſtris apparetur.

2. Nemo noſtrum ad convivia ſe-
1585. cularium extra noſtras domos ſe recipiat.

3. Prima expleta menſa, ſignum
1624. detur ſecundæ, ut qui primæ legitime impediti intereſſe nequiverint, ſtatim ad ſecundam ſe conferant, & tertia non ſtruatur.

4. In noſtris votivis, & ultroneis
1586. jejuniis, ſex panis unciæ, & parvum aliquod obſonium apponatur.

* 5. In pervigilio Cajetani, &
Beati Andreæ cuncti jejunio eo ritu, 1630.
quo & in ſexta quavis feria totius anni jejuniamus.

* 6. Ne communi menſæ unquam
deſit ſacra lectio, Clerici omnes, om- 1618.
neſque Sacerdotes ad jus ferendi ſuffra- 1621.
gium non admiſſi, & quantumvis duo- &
dennium a Profeſſione exegerint, ſin- 1627.
guli ſua jugiter hebdomada legant. Quod ſi nec dum ii quaternum numerum expleant; adſciſcantur inferiores, aut vocales, aut ad vocis ferendæ ſuffragium jam propoſiti: adeo ut in quavis domo quatuor ſaltem profeſſione poſtremi, in orbem perpetuo legant; nec cuiquam legendi immunitas ſiat, niſi iis dumtaxat, qui quadrageſimali tempore, ac pluries in hebdomada concionantur.

Caput IV.

De recipiendis, & inſtituendis Novitiis.

1. NOvitii in his dumtaxat domibus
educantur: Neapoli in domo
S. Pauli, Beatorum Apoſtolorum, & 1610.
Sanctæ Mariæ Angelorum: Capuæ, 1627.
Sancti Eligii: Licii, Sanctæ Irenes: 1630.
Panormi, Sancti Joſephi: Meſſanæ, Sanctiſſimæ Annunciatæ: Romæ, Sancti Silveſtri, & Sancti Andreæ: Venetiis, Sancti Nicolai: Patavii, SS. Apoſtolorum Simonis, & Judæ: Mediolani, Sancti Antonii: Genuæ, Sancti Syri: Placentiæ, Sancti Vincentii: Cremonæ, Sancti Abundii: Mutinæ, Sancti Vincentii: Veronæ, Sancti Nicolai: Florentiæ, Sancti Michaelis: Bononiæ, Sancti Bartholomæi. Es iis vero Pater Generalis cum Conſultoribus novem ad ſummum pro univerſa Congregatione ſeligat domos, in quibus pro rè nata inſtituantur Novitii, tres nimirum in Regno Neapolitano; una in Inſula Siciliæ; Romæ altera; & quatuor in Provincia Ciſalpina.

2. Ubi ſtudia fuerint incepta (ut
videlicet Novitii a Profeſſis ſeorſum
maneant, & nulla prorſus adſit ratio 1610.
cum eis quicquam agendi, vel converſandi) quantocius Novitii in aliam domum transmittantur. In amplioribus vero domibus logicæ ſtudium, & Novitiatus erigi poterit.

3. Si

3. Si quempiam Novitium recipi
1610. contigerit in aliquam domum, in qua
non ſit Novitiatus, ea res illico Patri
Generali ſignificetur, & quo ipſe de-
ſignaverit, eo tranſmittant Patres.

4. Viaticum, & impenſæ prima-
1610. rum veſtium, ab ea domo erogentur,
a qua mittitur Novitius.

* 5. Si qua bona Novitius, etiam
nominatim legaverit illi domui, in qua
1610. profeſſionem emittit, cedant nihilomi-
nus in utilitatem illius domus, in qua
eſt receptus: ſecus ſi nominatim aliis
domibus noſtræ Congregationis legaſ-
ſet.

6. Definitores in Capitulo gene-
rali deſignent Sacerdotes quoſdam ido-
1610. neos ad educandos, moderandoſque No-
vitios. Hos Pater Generalis apud ſe no-
tatos habeat, & cum opus fuerit, eo-
rum aliquos deligat, & Præpoſito, ac
Vocalibus domus ſignificet, qui ex præ-
ſcripta in Conſtitutionibus, & decretis
Clementis VIII. ſuper educatione No-
vitiorum forma, unum eorum creent
Magiſtrum Novitiorum.

1610. 7. Lectores in Magiſtros Novi-
tiorum ne eligantur.

8. Clerici noſtri per annum ſaltem
ante, vel poſt emiſſam profeſſionem
1618. humanioribus literarum ſtudiis, Rheto-
rices, linguarum tum Græcæ, tum
Hebraicæ operam navent (ſi commode
fieri poterit) anteqnam ad graviores
Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ diſci-
plinas admittantur. Neque hi ad Logi-
cæ ſtudia admittantur, niſi prius de
Grammatica, & Latini ſermonis intel-
ligentia examinati, & a Capitulo do-
mus per ſecreta ſuffragia fuerint pro-
bati.

* 9. Ut ea, quæ de recipiendis
Novitiis in noſtris Conſtitutionibus ha-
1612. bentur, facilius executioni mandari poſ-
ſint, ſtatuerunt Patres, ut nullus in
poſterum in noſtram Congregationem
recipiatur, niſi prius a Præpoſito, &
Vocalibus illius domus, in qua recipi-
endus eſt, tria celebrentur Capitula,
quæ tamen in minoris temporis ſpatio
quam unius menſis nullatenus celebrentur.
In illis autem celebrandis hoc perpetuo
ſervetur; ſcilicet, ut ubi Præpoſitus,
& tres tantum, aut pauciores Vocales
fuerint, niſi omnes, & ſinguli conſen-
tiant, nemo recipiatur; ubi vero major
Vocalium numerus adfuerit, duæ ſal-
tem partes conſentiant: quæ tamen de
Novitiis tantum recipiendis intelligantur.
Quod autem ad illos habitu induendos,
vel ad profeſſionem admittendos attinet,
firmum ſit quod in noſtris Conſtitutioni-
bus habetur: ſcilicet ut ad hæc omnia
ſufficiat conſenſus majoris partis Capitu-
li; & ut hæc firma, atque rata ſer-
vari poſſint, Patres Viſitatores viſitatio-
nis tempore diligenter inquirant, an
ſerventur; & inſuper, quænam ſit re-
ceptorum Novitiorum in moribus pro-
bitas, quæ regularis obſervantia, ac
tandem quæ litterarum eruditio; &
omnia ad Patrem Generalem deferant.

* 10. Qui in Regionibus extra Ita-
liam, vel ex inibi oriundi, ſive pro Cle- 1644.
ricis, ſive pro Laicis in noſtram Con-
gregationem admitti poſtulaverint, ne 1653.
omnino recipiantur, niſi prius, ſe a
quarto aſcendentium gradu per lineam,
tum paternam, tum maternam, ex pro-
batis Catholicis, & antiquioribus, ut
dicunt, Chriſtianis, non autem ex no-
vis, aut ſuſpicione aliqua contra Ortho-
doxam Fidem notatis, deſcendere legi-
time probaverint. Si quis vero dolo,
fraude, inſcitiave receptus fuerit, ac
etiam hujuſmodi labe fœdatus, pro-
feſſionem emiſerit; ex nunc pro tunc
declarant Patres, ſe illius profeſſioni
aſſentiri minime voluiſſe, & in hoc caſu
Præpoſiti, ac Vocalium juriſdictionem,
& poteſtatem omnino ſuſpendere, &
prohibere; ac propterea ut nulliter pro-
feſſum, eſſe a Religione protinus eji-
ciendum; niſi quandoque ob peculia-
rem, ac magni momenti cauſam,
Patri Generali, & Conſultoribus, cum
aliquo diſpenſandum eſſe viſum fuerit.
Iis tamen ante Religionis ingreſſum, ac
in ipſa habitus ſuſceptione hæc omnia
ſignificentur.

11. Ne tamen præfata diſpoſitio,
edita pro Hiſpanis domibus, & Luſitaniæ, 1710.
locum habere videatur pro Galliæ locis,
atque Germaniæ, ſic decreverunt Pa-
tres. Per vota ſecreta ſtatutum eſt,
Decreta pro recipiendis, & inſtituendis
Novitiis, emanata anno 1644. & anno
1653. non eſſe intelligenda pro Galliæ,
& Germaniæ locis, in quibus hæreſis
infamiæ notam non inducit: hinc aufe-
rendam eſſe proteſtationem novitiis fieri
ſolitam.

12. Hoſpitii cujuſlibet tempus in-
cipiat a die, qua in domum Novitiatus 1610.
quis excipiatur.

13. Quotieſcumque decretum fue-
rit a Capitulo Domus, ne aliquis ad 1610.
profeſſionem admittatur; ne liceat aliud
cogi Capitulum, quo prius decretum
abrogetur, ſed protinus dimittatur; ac
ſi interim novi quicquam acciderit, ad
Patrem Generalem deferatur.

* 14. Per

* 14. Per menſem ante profeſſio-
1610. nis tempus eligantur a Capitulo domus duo Vocales, qui de vita, & moribus Novitii mature inquirant, & ad Patres, antequam de profeſſione quicquam ſtatuatur, deferant.

15. Electio Patrum Vocalium pro ſcrutinio Novitiorum ante profeſſionem,
1636. ac etiam pro Scrutinio Clericorum, & Laicorum bis in anno, item pro reviſendis dati, & expenſi rationibus; electio item Scrutatorum pro Capitulis cujusque Domus, fiat deinceps non per ſchedulas, ſed per ſecreta ſuffragia, propoſitis ante a Præpoſito duobus: quibus ſi major pars ſuffragata fuerit, rata ſit electio, ſin ſecus, alii, atque alii proponantur, quoad ſequatur electio; Decretis in contrarium non obſtantibus, quibus in hac parte derogatur.

16. Clerici, etiam poſt profeſſio-
1610. nem emiſſam, usque ad Diaconatus Ordinem ſub Magiſtri Novitiorum diſcipli-
1653. na degant. Neque poſt Diaconatum a
1624. Præfecti cura amoveantur, niſi de con-
& ſenſu majoris partis Vocalium per ſe-
1627. creta ſuffragia, & niſi Adm. Rev. Patris Generalis obtineatur aſſenſus, ut fieri conſuevit in iisdem promovendis ad ſacros Ordines. At ſi aliquis, vel aliqui quavis ratione in aliam ſe conferant domum, Præfectus, qui eorum curam geret, non ſecus ac Novitiorum, Clericorum Magiſter eligatur.

17. Qui ad Congregationem no-
1610. ſtram pro Fratribus Laicis admittuntur, vel jam admiſſi fuerint, non niſi quinquennio expleto noſtræ Religionis habitu induantur.

18. Statuerunt Patres, quod
1747. nullus Superior poſſit quempiam in Fratrum Laicorum claſſem admittere, niſi prius obtenta fuerit facultas a Reverendiſſimo P. Generali, qui, ſi ſecus fiat, arbitrio ſuo poſſit eum a Congregatione miſſum facere.

19. Laici Novitii cum Clericis
1627. Novitiis ne educentur, neque verſentur: eorum Magiſter a Præpoſito, & Vocalibus Domus per ſecreta ſuffragia eligatur.

20. Fratres Laici poſthac illius
1630. domus profeſſi cenſeantur, in qua ſacræ Religionis habitum ſuſceperint, ac in nulla domo ad profeſſionem admittantur, niſi aſſentientibus ejus domus Capituli Patribus, in qua habitum ſuſceperint.

21. Statutum eſt noſtræ Congrega-
1692. tionis Novitios in habitus ſuſceptione præmonendos eſſe, nonniſi duarum ex tribus partibus ſuffragio ad vocalatum admiſſuros, quod fiet, addendo ſecundæ proteſtationi pro Novitio Sacerdote in noſtro Rituali contentæ, particulam hanc: *ac decretorum*, ubi tantum habetur: *juxta Conſtitutionum noſtrarum præſcriptum.*

22. Decretum eſt, ut Clerici, 1695.
qui ante ætatem a Pontificiis Conſtitutionibus præſcriptam in noſtram Congregationem recipiuntur, ne approbentur niſi per duo Capitula ſpatio viginti dierum celebranda, & ex tribus Vocalium partibus duæ conſenſerint, quod etiam erit obſervandum in omni Fratrum Laicorum admiſſione, dum pro oblatis ſuſcipiuntur.

23. Super vita & moribus Fra-
trum Laicorum oblatorum ſingulis annis 1695.
ſpeciale Domus Capitulum inſtituatur, & an aliquis ulterius retinendus, vel dimittendus ſit, a majori parte Vocalium per ſecreta ſuffragia decernatur. Elapſo autem oblationis quinquennio, ultimi menſis ſpatio tria capitula, juxta Apoſtolica Decreta, & ſpeciatim Innocentii X. celebrentur, & in ipſis a duabus Vocalium partibus approbatio Fratris Laici oblati pro Noviriatu omnino dependeat; ac nullus Superior localis hujusmodi Fratres Oblatos dimittere audeat ſine Capituli ſuæ Domus aſſenſu.

CAPUT V.

De Studiis, & Scholaſticis.

1. NEmo paſſim ſacræ Theologiæ Le-
ctor eligatur, qui Philoſophiam 1610.
bis, vel ſaltem ſemel non legerit.

2. Qui Philoſophiam, Theologi-
amve actu profitetur, ne omnino in 1618.
Quadrageſima Conciones habeat quotidianas: quod tamen intelligendum, cum ſocium non habet.

3. Qui ſtudiis quibuslibet ſub Le-
ctore dant operam, quotannis exami- 1618.
nentur a tribus, quos P. Generalis deſignaverit, & aut admittantur ad ſtudia, aut ab his rejiciantur, ut apti, ineptive reperti fuerint. Abſente Lectore tempore examinis, Pater Generalis Lectoris judicium expectet.

* 4. Studiorum curriculum ſit
perfecte completum, ac ſub Lectoris in- 1610.
ſtituto, modo, & forma, prout in noſtris Conſtitutionibus, ac Decretis; nec ad examen quoquo pacto quispiam ſe exponat, vel admittatur, qui Philoſophiæ, vel Theologiæ curriculum ſub Lectoris diſciplina non tranſegerit, quantumvis privatis aliquando ſtudiis ſe exercuerit; niſi, aut evidens ægritudo, aut alia, cui obveniri nequeat, neceſſi-

ceſſitas extorqueat : tunc enim Pater Generalis ex Conſultorum omnium ſuffragio, nemine penitus diſcrepante, facultatem faciat, ut unum, vel ad ſummum duos tractatus a certo Doctore extra ſcholam audiat.

1610. * 5. In quolibet noſtratum Domorum ſingulis hebdomadis Lectiones, ſeu Exercitationes de Caſibus Conſcientiæ habeantur : ſedulo tamen curent Præpoſiti, ut omnes, & ſinguli Confeſſarii, cæterique Sacerdotes, ac quos e Clericis voluerint, aſſidue interſint.

1653. 6. Qui per annum ſaltem ſacræ ſtuduerint Theologiæ, quamvis amplius Theologicis ſtudiis operam navare nequiverint, ad ſermones in privatis tantum Oratoriis, etiam Monialium poterunt admitti : nunquam tamen publice in Eccleſiis, & præcipue diebus feſtivis ſermocinari permittantur : omneſque licentiæ contra prædicta ex nunc intelligantur ſuſpenſæ, atque ſublatæ.

1610. 7. Præpoſitus domus, & Vocales eum, qui ad examen Logicæ, vel Philoſophiæ exponitur, interrogent, modo velint : præcipuum tamen onus erit illorum, qui a Patre Generali fuerint deſignati.

1668. 8. Non poteſt P. Generalis de anno in annum Examinatores concedere, niſi per atteſtationem juramento firmatam conſtiterit, ſcholares ſtuduiſſe per tempus præſcriptum. Qui autem ex iis in poſterum ſecus fecerit, nequeat ſuo tempore ad vocalatum proponi : & ſi quis fraudulenter Examinatores obtinuerit, examen pro nullo habeatur.

1610. 9. Qui ad alios examinandos fuerint conſtituti, ſciant, ſe peccati vinculo obſtrictos fore, ſi quos minime idoneos repererint, admittant : cum id in maximam noſtræ Congregationis jacturam vergat. Quapropter inhibemus eis, ne argumentum, loca, ſeu illa, quæ interrogaturi ſunt, aliquo pacto ſignificent.

1610. 10. Nulla ſpecialis Quæſtio, aut Tractatus præſcribatur ei, qui ad examen exponitur ; ut procedat ad omnia paratus, & omnibus Philoſophiæ, vel Theologiæ quæſitis, ſcite vel appoſite reſpondere queat.

1610. 11. In prima reſponſione ne ſiſtant, ſed iterum, atque iterum acriter impugnent, & exacte rem diſcutiant, urgeantque diſcipulum argumentis, ut quantum in hiſce literis profecerit, inde proſpici queat. Nemo patrocinetur ei, non Lector, non Vocalis, non quivis alius. Ipſe ſolus, quæ dixerit,
1610. defendat. Tertia ſaltem horæ pars ſit præſtitutum cuilibet Examinatori tempus; modo ne cujuſpiam ſcientia, vel inſcitia majus quid, minuſve ſpatium poſtulet.

12. Qui præcipuas ſaltem ſacræ Theologiæ Concluſiones ignoraverit, 1610. vel effata, ſeu axiomata Theologica, vel Philoſophica, prima noſtræ Fidei fundamenta, ac myſteria in promptu non habuerit, vel explicare nequiverit, aut propoſitiones hæreticas a Catholicis non diſcreverit, nullo pacto admittatur. At ſi unius, vel alterius tractatus ſe inſcium monſtraverit, omnia ad unguem ad Patrem Generalem deferantur, ut ipſe quid opus ſit, facto decernat.

13. Philoſophiæ Lectoribus diſtri- 1737. cte præcipitur, ut in ea noſtratibus tradenda, Majorum inſtitutis, ac veſtigiis inſiſtentes, Peripateticam, prout hactenus in Catholicis Scholis tradita eſt, accurate, & exacte doceant, ac tueantur ; in iis præcipue, in quibus ancillari opportunius Sacræ Theologiæ dignoſcitur ; neque alia, ſive Veterum, ſive Recentiorum cujuſcumque nominis Philoſophorum in noſtras ſcholas ſiſtemata inferant, niſi laudabilis eruditionis gratia ea referendo, vel etiam impugnando.

14. Tractatus omnes morales, 1653. non ſimul ultimo anno, ſed promiſcue cum ſpeculativis explicentur, non recedendo (quoad fieri poteſt) ab ordine in ſumma, a D. Thoma obſervato ; & niſi de omnibus Tirones examinati, probatique fuerint, facultatem concionandi, non obtineant omnino.

* 15. Qui ſtudiis Scholaſticis inhabiles reputati fuerint, hi Theologiæ Mo- 1653. rali per quatuor annos dent operam ſub Lectore deſignato. Conveniant autem in una, vel pluribus domibus, prout res poſtulaverit, & facili methodo, atque confeſſionibus accommodata, audiant in ſchola ſingulos Tractatus Morales, hoc modo, videlicet : Primo anno, *de Pœnitentia, de Voto, de Juramento, & de Sacramento Matrimonii* : Secundo vero, *de Reſtitutione, de Uſuris, & de Simonia* : Tertio autem, *de Cenſuris, de Irregularitate, de Caſibus reſervatis, & de Bulla Cœnæ Domini* : Quarto denique, *de Conſcientia, de Peccatis, & de Præceptis Decalogi* : In hujuſmodi Scholis, ea omnia ſerventur, quæ moris ſunt apud Scholaſticos ; nempe Lectiones, & Repetitiones ; & vice Concluſionum fiant Collationes, & exercitationes Morales coram Patribus Domus ; iiſque liceat dubia, & difficultates enodandas proponere. Examinentur pariter Scholares

lares a tribus Examinatoribus : eaque omnia ſerventur, quæ in examine Scholaſticorum ſervari ſoleat : quod ſi Scholarium hujuſmodi culpa evenerit, ut ſingulis annis examinati, ac approbati non fuerint, decernitur, eos non poſſe in Capitulo Generali ad Vocalatum proponi.

1698. 16. Decretum eſt noſtræ Congregationis Profeſſos, dum Theologiæ incumbunt, debere etiam ſub ſtatuto Lectore Juri Pontificio ſecundum ordinem quinque Librorum Decretalium Gregorii Papæ IX. præſcripta in communi Epiſtola methodo, ſtudere.

1719. 17. Ne inconſtanti quodam rerum ordine ſtudia langueant, ubi noſtri Scholaſtici per ſex menſes præceptorum Chriſtianæ Eloquentiæ exercitationi vacaverint, in gravioribus ſcientiis, nonniſi ſeptennio abſolvendis, integrum triennium per Philoſophiæ, itemque integrum quadriennium per S. Theologiæ, cum Scholaſticæ, tum Moralis, Sacrorumque Canonum ſpatia abſumantur, eadem ſemper ubique uniformiter, & inviolabiliter ſervanda methodo, juxta Elenchum pro noſtrarum ſtudiis edendum.

18. Hæc autem poſt æſtivas anni 1700. vacationes in noſtra Gymnaſia invehatur, prioribus quinque menſibus (nempe a 14. die Septemb., uſque ad 14. Februarii) Scholaſticæ Theologiæ ſub uno Lectore, poſterioribus vero (nimirum a 14. Februarii, uſque ad 14. Julii) Sacrorum Canonum, ac Theologiæ Moralis ſtudio ſub altero Præceptore deſtinatis. Sic itaque a Lectoribus, pari tempore alternantibus, exponentur primo anno Tractatus; *de Sacra Doctrina*; *de Dei Exiſtentia*, *Eſſentia*, *& Attributis*; *de Viſione Dei*, *& de Scientia Dei* : *Primus Decretalium Liber* : Tractatus; *de Legibus* occaſione Tit. 11. *de Conſtitutionibus*, & Tractatus; *de Sacramentis in genere*, opportunitate Tit. XVI. *de Sacramentis non iterandis* : Anno ſecundo, Tractatus; *de Voluntate Dei*, *de Prædeſtinatione*, *& Reprobatione*, *de Sanctiſſima Trinitate*, *& de Angelis* : *Secundus liber Decretalium*, Tractatus *de Juſtitia*, *& Jure*, occaſione Tit. XXVI. *de Præſcriptionibus*; & *Liber tertius* uſque ad Tit. XXVI. *de Teſtamentis* excluſive: Anno tertio Tractatus; *de Beatitudine*, *de Actibus humanis*, *& de Gratia* : *Reliqui Tituli Libri tertii Decretalium* : Tractatus *de Euchariſtia*, ſe ſe offerente Tit. XLI. *de Celebratione Miſſarum*, *& totus Liber quartus* : Anno quarto Tractatus *de Virtutibus Theologicis*, *& de Divini Verbi Incarnatione* : *Liber quintus Decretalium* : Tractatus; *de Pœnitentia*, ratione habita Tit. XXXVIII. *de Pœnitentiis*, *& Remiſſionibus*. Itemque tractatus; *de Cenſuris*, occurrente Tit. XXXIX. *de Sententia Excommunicationis*.

19. Quo vero prædicta facilius, exactiusque ſerventur, ſancitum eſt, 1740. ut triplex rerum in Scholis noſtris, non ommittendarum, conficiatur, & edatur Elenchus; unus ſcilicet quæſtionum Philoſophicarum, alter Tractatuum, & Quæſtionum Theologiæ Scholaſtico-Dogmaticæ; tertius Tractatuum, & Quæſtionum Theologiæ Dogmatico-Moralis, Juri Canonico inferendæ. Prudentis autem Magiſtri, erit omnia quidem, ſed pro rerum varietate, alia ſtrictius, alia fuſius, latiuſque pertractare, aliaque, ſi maluerit, nonnulla adjicere.

CAPUT VI.

De iter habentibus, & Hoſpitio excipiendis.

* 1. QUI ad aliam domum ſe confert, ſive ut alio ſe transferat, ſive 1610. negotiationis alicujus cauſa, Præpoſito ejus domus ſubſit, non ſecus ac, ſi in aſſignata ſibi domo eſſet.

* 2. Qui alienam domum, vel obiter adierit, vel negotiorum cauſa, 1610. aut quavis alia ratione eo ſe tranſtulerit; pecuniam, ſive a propinquis; ſive ab aliis quibuſvis habitam, aut quocunque alio pacto, vel nomine ſibi comparatam, in rem nullam impendat, abſque facultate Præpoſiti domus, in qua moratur: qui neque ei poteſtatem faciet abſque proprii ſui Præpoſiti ratihabitione, ſeu interpretativo conſenſu, idque in re nata, præſentanea, & quæ prævideri nequibat : alioquin abſque expreſſa ſui Præpoſiti facultate ne permittat. Si quid ſecus a quoquam factum fuerit, ad Patrem Generalem deferatur, qui eum graviter puniat.

3. Cum longiora hoſpitia in Regularis diſciplinæ diſpendium vergant, 1610. nemo longius trium dierum ſpatio in aliqua extera domo moram protrahat, neque Præpoſiti ipſi tempus amplius prorogare queant, niſi ſolus P. Generalis. At ſi Tabellarii diſceſſus expectaretur, ut Neapoli ſolum contingere poteſt; aut in maritima Civitate opportunum tempus, ut per mare advehi poſſit, tunc prorogetur mora pro rei neceſſitate. Hæc tamen locum non habent in Urbe

Roma

Roma præſente Patre Generali, qui pro ſuo libito poteſt detinere, aut illico dimittere Noſtrates.

1610. 4. Quisquis è Noſtratibus (exceptis tantummodo Præpoſitis, & Conſultoribus) pro re quapiam alio ſe confert, rem Præpoſito domus, in qua demorabitur aperiat, qui prout neceſſitas tulerit, ipſeque adjudicaverit, ſocium deſignabit, tempusque morandi, redeundive præſcribet, ne longius, quam opus ſit prorogetur. Interim die, noctuque ſtatis horis in Choro erit, & communia noſtræ Congregationis onera libenter, & aſſidue cum aliis, ferat, non ſecus, ac ſi in ſibi aſſignata domo foret. Quod ſi in aliquam proficiſceretur Civitatem, in qua duæ, vel tres forent noſtræ domus; tunc ad aſſignatam ſibi a Præpoſito eat, & in alia non pernoctet, aut comedat, niſi de ejus licentia.

Caput VII.

De Domo egredientibus.

1. FRatres laici extra domum absque ſocio ne mittantur, niſi ad familiaria negotia obeunda. Nec ſolos egredi permittatur, cum ipſi egrediendi licentiam petunt. 1610. 1644. 1653.

PARS TERTIA.

De Religionis univerſæ adminiſtratione.

Caput I.

Quinam ex Patribus Capitulo Generali debeant intereſſe.

1621. 1. ELectio Vocalis Capitulo Generali interfuturi, duorum dumtaxat dierum ſpatio fiat; ſecunda vero peracta die, de Electione amplius non agatur.

1607. 2. Ad Vocalem in ſingulis Domibus pro Generali Capitulo eligendum Vocales cæteri nedum conveniant, ac nemo ſe excuſet, aut ſubtrahat; verum etiam electioni de ſe jam factæ, quisque aſſentiri teneatur.

1607. 3. Qui ſua ſponte Electioni hujusmodi intereſſe noluerit, activo, & paſſivo privetur ſuffragio. Secus de eo, quem ob publicam Religionis cauſam, ac de ſuperiorum licentia abeſſe contigerit.

1610. 4. Hujus autem Decreti conſtitutione, ea mens Patrum fuit, ut pro ea vice dumtaxat, qua non interfuerit, ſeu pro tempore, quo ſe ab electione quis ſubtraxerit, activo, & paſſivo privetur ſuffragio; & ſi tunc fiat electio, ſit Canonica, firma, & rata. At ſi is, qui ab electione ſe ſubtraxerat, voluerit denuo (modo ne fuerit peracta Electio, nec expletus præſtitutus Electioni terminus) cum cæteris convenire, ſit ei omnino libera facultas conveniendi, & ad utrumque ſuffragium idoneus cenſeatur. Caſu, quo

1650. omnes Vocales (uno excepto) in aliqua domo ſuo ſe jure abdicarent, is, qui ſolus remanet, habeat jus accedendi.

1607. 5. Qui alba ſchedula in Electione Vocalis utetur, nedum activo, & paſſivo ſuffragio in ea electione careat, verum etiam poſtmodum per triennium, ipſo facto, absque ulla declarationis ſententia, a jure ferendi ſuffragium cadat, nec in priſtinum ſuffragii jus reſtitutus intelligatur, niſi poſt aliud Capitulum Generale.

6. Si forte reperiatur aliquando a ſcrutatoribus alba ſchedula in Electione Vocalis, ille erit electus, in quem major conſenſerit numerus eligentium (nempe Vocalium, qui in dicto Capitulo pro electione interfuerunt) numerato (nimirum inter Vocales ſupradictos) etiam eo, qui alba ſchedula uſus fuerit. 1607.

7. Si qua in domo, ubi tres tantum Vocales extant, unus activæ ſolum, & reliqui duo, activæ, & paſſivæ vocis, fiat Electio alterius ex duobus in Vocalem Capituli Generalis, ſit & habeatur firma, rata, & Canonica: ac taliter electo jus veniendi ad Capitulum Generale legitime competat. 1610.

8. At ſi unus ex duobus activæ, & paſſivæ vocis, electionis tempore ſe ab electione ſubtraxerit, Electio, quæ fiet ab illo, qui activæ tantum vocis ſuffragium haber, erit firma, rata, & Canonica. 1610.

9. Ut certa ſit Vocalis ad Capitulum Generale interfuturi Electio: ſi per tres vices, ſecretis datis ſchedulis, nemo fuerit electus; in quarto ſchedularum ſcrutinio, niſi in eo contingat electio, duo è ſcrutatoribus declarent, quibus plures numero Vocales fuerint ſuffragati, quod ſi in quarto ſcrutinio tres, aut quatuor paria ſuffragia habuiſſe comperiantur; duos profeſſione ex eis ſeniores, palam denuntient Scruta- 1627.

tatores ; & horum alter per ſecreta po-
ſtea eligatur ſuffragia ; quæ ſi forte pa-
ria fuerint, antiquior profeſſione electus
1653. cenſeatur. In qua domo tres tantum
Vocales reperiri contigerit , & in
quinto ſcrutinio ipſorum nemo fuerit
electus , profeſſione antiquior ex ipſis
ad Capitulum accedat. Si vero fuerint
quatuor, & Canonica in quinto ſcrutinio
non habeatur Electio , ille erit cenſen-
dus electus , licet junior , cui duo ſal-
tem ſuffragati fuerint : attamen in pari-
tate ſuffragiorum , ſenior ad Capitulum
jus accedendi habeat.

* 10. In Vocalis Capituli Genera-
1627. lis Electione, nemo activam, neque
paſſivam vocem habeat qui ſaltem a
tempore , quo tertio Præpoſiti , ac Vi-
ſitatores refecti renunciantur , in ea ipſa
domo aſſignatus non fuerit. Quod ſi eo
tempore quiſpiam aſſignandus foret
Vocalis, id fiat a Patre Generali , &
Conſultoribus per ſecreta ſuffragia, ne-
mine diſcrepante.

* 11. Ut autem in ejuſmodi electio-
ne recte quiſque , & ex Canonum præ-
1627. ſcripto ſe gerat , antequam fiat Electio,
recitentur Conſtitutiones , & Decreta
noſtræ Congregationis ; tum etiam Cle-
mentis VIII. *de Reformatione num. 15. Ut omnis &c. & num. 36. In Superiorum &c.* Declaratur præterea in dicta
Electione primas partes , non ad pro-
feſſione ſeniorem , ſed ad Vicarium Do-
mus pertinere , ipſumque ordine acta ,
& quæ rite agenda ſunt proponere de-
bere.

12. Si qua orta fuerit dubitatio ,
1641. vel difficultas in electione Vocalis pro
Capitulo Generali , quod ſcilicet non
jure , vel rite, ſeu ex legum noſtrarum
præſcripto , ſeu alio quovis pacto , juſte
vel injuſte quiſpiam fuerit electus ; in
libera ſit cujuslibet facultate infra decem
dumtaxat , a die factæ Electionis dies ,
cauſam ad Patrem Generalem, & Con-
ſultores deferre , qui re ſummarie , &
de plano , ut dicitur , abſque judiciali
forma , cognita ; pro eorum arbitratu
ſententiam dicant , quidve agendum ſit
decernant. Sententia vero lata , ſubla-
ta ſit quævis prorſus ad Generale Capi-
tulum appellandi facultas.

13. Nullus Electorum in quavis
Electione , tum in Capitulis Generali-
1615. bus , tum etiam in localibus , directe ,
vel indirecte de ea paciſcatur, aut ſche-
dulas cuivis alteri ante , vel poſt oſten-
dat , tradat , aut a quoquam recipiat.
Nemo minis , vel promiſſis electioni
Vocalis Capitulo Generali interfuturi ,
ſe immiſceat.

* 14. Antequam ad quamvis Electio- 1621.
nem in Capitulo Generali per ſecreta &
ſuffragia, vel in privatis domibus ad Vo- 1624.
calem eligendum Capitulo Generali in-
terfuturum , deveniatur; ſinguli Voca-
les in manibus Præſidis , aut Generalis
in Capitulo Generali , vel Præpoſiti in
ſuis domiciliis , jurent ex præſcripta
forma , ſe nimirum , minime , non mo-
do ante , verum nec poſt ipſam electio-
nem , nec directe , nec indirecte , ſeu
quovis alio pacto ſchedulam oſtenſuros ,
vel ſecretum ſuffragium enunciaturos ,
quo ſignificent , cui ſuffragati , vel re-
fragati fuerint.

* 15. Ne incommodum aliquod ex
Electionis commodo Vocalis Capitulo 1624.
Generali interfuturi , oriatur , interdi- 1627.
citur tractatus omnis electionis , uno &
illo dumtaxat excepto , qui jure in ipſo 1630.
electionis tempore legitimus ex Cano-
num præſcripto cenſetur , item collo-
quium quodcumque, etiam poſt electio-
nem , literæ , verba , nutus , palam ,
occulte , mediate , immediate , directe
indirecte , cum Fratribus noſtris quibus-
cumque , etiam Laicis , imo cum ipſo
etiam Patre Generali , ſive cum ſecula-
ribus cujusvis conditionis. Qui ſecus
fecerit , arbitrio Patris Generalis punia-
tur.

* 16. Si contingat , plures adeſſe
Vocales inter ſe primo , vel ſecundo 1624.
conſanguinitatis gradu conjunctos , om-
nes accedant ad Capitulum Generale ,
duo tamen dumtaxat ſeniores ferant
ſuffragium ; cæteri juniores , quamvis
ſuffragium minime ferant , interſint ni-
hilominus Capitulo , idque etiamſi junio-
res fuerint in dignitate conſtituti ; modo
aliquis juniorum non foret Præpoſitus
Generalis , aut Generalis Capituli Præ-
ſes. Quod etiam ſervetur in Capitulis
cujuscumque domus.

* 17. Conſanguinei tum in primo ,
tum in ſecundo gradu , abſint a Capi- 1653.
tulis , ſive generalibus , ſive particulari-
bus , cum illorum res agitur , ac pera-
cto ſcrutinio , ad ſuffragium ferendum
admittantur.

* 18. Qui in Electione Vocalis Ge- 1655.
nerali Capitulo interfuturi , a paſſivo
ſuffragio quocumque modo ſe ſubtraxe-
rit ; pro quacumque vice id egerit , to-
ties activo etiam ſuffragio carere decla-
ramus , integris manentibus quæ 3. *par. Decret. Cap.* 1. *decret.* 4. ſancita ſunt.

* 19. Sancitum eſt , in prima Vo- 1261.
calis Electione , quarto peracto ſchedu-
larum Scrutinio , duos illos , in quos
plures Vocales conſenſerint, & juxta *De-*

cre-

cretum 3. *parte cap.* 1. *num.* 9. a Scrutatoribus denuntiati fuerint, amplius non poſſe ab electione recedere, nec juri acquiſito in quinto Scrutinio renunciare.

* 20. Si contingat primam Vocalis
1662. electionem ad duos tantum electores, & eligendos, quavis ex cauſa devenire; tunc, ni alter alteri cedat; profeſſione ſenior electus cenſeatur. Idque noo per ſchedulas, ſed coram Scrutatoribus viva voce agatur.

* 21. In quacumque Electione Vocalium, non ſubſcribatur a Scrutatori-
1665. bus ſchednla, quæ perſonam noo eligibilem reſpicit. Quod ſi ſchedula a Scrutatoribus non ſubſcripta, vel perſonam ineligibilem continens apponatur, habeatur pro alba.

* 22. Cum alias decretum fuerit,
1674. quod Præpoſiti qui corporalem poſſeſſionem domus, cui præficiuntur, oon cæperint, ad Generale Capitulum jure accedendi careant, atque adeo Procuratorem etiam delegandi; Declaramus, & quatenus opus ſit, ſtatuimus, quod Vocales alicubi aſſignati, qui ſaltem a tempore, quo tertio Præpoſiti, ac Viſitatores refecti renunciantur, in ea ipſa domo moraliter perſeverando non manſerint, jus oullum habeaot conveniendi cum cæteris Vocalibus in Capitulo electionis Vocalis, neque Procuratorio nomine a Præpoſitis mitti queant ad Generale Capitulum.

23. Ad dirimendam ſæpius agita-
1722. tam quæſtionem de tempore, quo Vocalium reſidentia in aſſignata eis domo initium ſumere debeat, ut valeant in Generalis Capituli electione, activam, & paſſivam vocem habere, deſtinata eſt omnibus (exceptis tantum Concionatoribus) tertia Jovis dies poſt Paſcha, etiamſi nondum eſſent tertio Præpoſiti, ac Viſitatores renuntiati.

* 24. Decretum alias latum *Parte* 3.
1674. *Capite* 1. *num.* 10. Anno. 1627. declaramus ſuam vim habere, etiam poſt ſecutas electiones Vocalium.

25. In Vocalis electione pro Capi-
1689. tulo Generali ea eſt Patrum mens, ut qui in quarto Scrutioio a ferendo ſuffragio ſe ſubtrahit in quinto jure interveniendi privetur; eo modo quo declaratum eſt, quod qui in quarto interfuit, in quinto ſe ſubtrahere oequeat.

Caput II.

De modo, loco, & tempore, celebrandi Capitulum Generale.

1607. * 1. Patre Generali poſt muneris abdicationem extra Capitulum egreſſo, Patres omoes, quo libera ſit cuique dicendi facultas, jurejurando ſe obſtringant, perpetuo ſilentio ſervaturos, quæ a quoquam contra Patrem Generalem dicta fuerint. Idque etiam ſervetur, ſi quicquam cootra Coofultores dicendum contigerit.

* 2. Decreta, quæ in poſterum fieri debent, in primo Triennio intelli- 1674.
gantur tantum lata ad experimentnm, donec in proximo ſequenti Generali Capitulo examinata, iterum per ſecreta Suffragia confirmentur, cæteriſque Decretis uniantur.

3. Cuilibet Summo Pontifici recens 1734.
aſſumpto ſupplices exhibeantur nomine totius Coogregationis literæ, quibus humillime exoretur Sanctitas ſua, oe cuiquam ex noſtris Ex-Generalis jura, & prærogativas ullo pacto concedat.

* 4. Ut accuratius procedant, quæ 1674.
in Capitulis Generalibus decernenda ſunt de rebus gravioribus, ſaltem die præcedeoti proponantur; & interim matura interpoſita conſideratione, ſequenti die poſtmodum reſolvantur, & per ſecreta ſuffragia approbentur.

5. Nemo ex Conſultoribus ſtatim 1686.
ac ſuo functus eſt munere, io Præſidem aſſumatur, cum illorum quiſque ejuſdem Præſidis cenſuræ debeat ſubjacere.

6. Præſes in proponendo ad Vo- 1686.
calatum Sacerdotes ordinem ſervet, quem extractis tunc ipſorum ſchedulis ex urna, ſors dabit.

Caput III.

De Sacerdotibus, in Vocalium numerum adſcribendis.

1. Sacerdos, qui ſuffragatorio Scrutinio Capituli Generalis, num io 1630.
Vocalium albo ſit adſcribendus, minime ſubeſſe voluerit; id per Procuratorem, idooeis teſtibus adhibitis, & ſcriptis, Capitulo Generali ſignificet.

2. Qui lectiooibus Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ, aut Caſuum Con- 1621.
ſcientiæ ſub coſtituto Præceptore juxta Decretum anni 1653. non interfuerit, ac de iis, a Patre Generali deſignatis, examinatus, & per ſecreta ſoffragia approbatus noo fuerit, nulio pacto in Vocalium numerum adſcribatur. Qui Ca- 1644.
ſibus Conſcieotiæ dederunt operam, coram Adm. R. P. Generali, aut Viſitatoribus viſitationis tempore, a duobus, vel tribus Patribus, quorum conſcientia ſuper hoc oneratur, examinentur, ac per ſecreta ſuffragia probentur: qui examinatus, probatuſque non fuerit, ne Vocalis creetur.

 3. Cum

1641. 3. Cum in anguſtioribus noſtræ Congregationis Domibus Sacerdotum, ac adminiſtrorum inopia multum Dei cultui, regularique obſervantiæ detrahat; cautum eſt, ut ſi qui ex Sacerdotibus, nondum inter Vocales adſciti, ad hujuſmodi Domos per triennium ſe conferre, ac ſæcularium, vel noſtrorum favore, & patrocinio, patentes literas exequi detrectaverint, vel quoquo pacto, & prætextu ſeſe excuſaverint; eos Pater Generalis, & Patres Conſultores accurate notent, & in Capitulo Generali nullo pacto in Vocalium numerum adſcribantur.

1610. 4. Arctiſſimum illud jusjurandum in Generali Capitulo præſtari ſolitum, de perpetuo ſilentio eorum, quæ de Sacerdotibus in Vocalium numerum adſcribendis, in illorum ſcrutinio dicuntur; ſit, atque præſtetur, nedum juxta præſcriptam formam Conſtitutionum noſtrarum, ſed etiam juxta formam Decretorum in Capitulis Generalibus an. 1595. & 1601. Quam, & tactis Sacroſanctis Chriſti Evangeliis, omnes, & ſinguli Generalis Capituli Patres ſervaturos ſe obſtrinxere; ac etiam Patres poſtmodum in futuris Capitulis ad ipſum obſervandum decrevere. Forma autem Decreti anni 1595. hæc eſt: Jure jurando ſe obſtringant Patres Capituli Generalis juxta communem ſenſum Capituli, & ſub omni clauſula, quæ exprimi, vel declarari poſſet, omni etiam, & quacumque amphibologia, aut vafritie ſublata; neminem eorum, iis, qui nedum Capitulo non interfuere, aliquo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu, ſeu quovis alio amicitiæ vinculo obſtrictis, ſe quicquam dicturos unquam, quoquo pacto ſignificaturos directe, vel indirecte, eorum, quæ de hujuſmodi Vocalium negotio, ſive bonum, ſive malum, vel mutuo inter ſe collocutos eſſe, vel à Collegis verbo, vel ſcripto percepiſſe contigerit.

1601. & 1624. 5. Quam jurisjurandi formam poſtmodum non ſolum confirmarunt Patres Capituli Generalis anno 1601. Sed ſtatuerunt, inſuper, nemini unquam licere, neque verbo, neque ſcripto, ſeu quovis alio pacto, directe, vel indirecte, ante præſtitutum duorum menſium tempus, aperire, ſignificare, vel inſinuare alicui, nec etiam ipſi promoto, eos, qui ad jus ferendi ſuffragii fuere in Capitulo electi, vel non electi, ſed peracto ſecundo poſt Generalis Capituli celebrationem menſe (qui à die concluſionis, ſeu dimiſſionis Capituli numeratur) Præpoſiti domorum id aperiant, aliiſque ſignificent.

1665. 6. Cum non ſemel contingere poſſit, ut quæ in cenſura adſcribendorum Vocalium, in medium proferenda forent, quidam patefacere pertimeſcant, ac proinde quædam non contemnenda, aut omnino reticeantur, aut diſſimulatione quadam, & verborum involucris adumbrentur; ideo cautum eſt, ut poſthac quatuor ex Generalis Capituli Patribus, nempe ex ſingulis Viſitationum Provinciis unus, moribus prudentiaque commendabiles eligantur, quorum ſit munus, accuſationes hujuſmodi ex occulto acceptas, fidenter, atque fideliter coram omnibus aperire.

* 7. In quocunque Generali Capitulo, antequam Sacerdotes in Vocalium 1665. numerum adſcribantur, legantur accurate Viſitationes ſingulæ, à primo poſt profeſſionem anno, uſque ad tempus id, in quo ad jus ferendi ſuffragium erunt admittendi. Hoc autem fiat ſolum de iis, qui prima voce proponuntur; de aliis enim luſtrare ſufficiat triennii Viſitationes, juxta alia noſtra decreta, quæ in ſuo robore permaneant.

* 8. Decretum de illis, qui operam dant Theologiæ morali per quatuor annos, ad hoc ut poſſint in Vocalium numerum adſcribi; intelligendum eſt, ſi 1665. ante ipſam moralem Theologiam Logicæ, & Philoſophiæ ſtuduerint; ſi enim ſoli incumbant Morali, incapaces ab hinc cenſentur utroque ſuffragio: iis tantummodo exceptis, qui poſt vigeſimum quartum annum in Religione admiſſi fuerint.

* 9. Ut obſequentem Sanctiſſimo Domino noſtro Innocentio XI. voluntatem gererent, decrevere Generalis Capituli Patres, non niſi per duas è tribus ſuffragiorum partibus noſtros in poſterum in Vocalium numero reponendos. 1686.

10. Pro nullo poſtbac, ſive ab una, 1686. ſive ab utraque voce excluſo liceat Capituli Generalis Patribus in ipſiſmet comitiis concedere, ut per gratiam declaretur Vocalis.

Caput IV.

De Definitoribus, & Conſultoribus.

1. Auctoritas primi Conſultoris poſt mortem, ſeu muneris abdicatio- 1653. nem Patris Generalis, non alia cenſenda eſt, quam ut ea omnia poſſit cum cæteris Conſultoribus peragere, quæ P. Generali cum ipſis facere licitum erat, Vicarii Generalis, ſive Generalis Vicemgerentis titulo penitus ſublato.

2. Qui duobus ſibi invicem ſuccedentibus Capitulis Generalibus Definitor 1607. fuerit, in tertio proxime ſequenti Capitulo Definitor ne eligatur.

3. Patres à Capitulo Generali in 16 Conſultores electi, ſi de corpore ſint

Ca-

Capituli, ipſo facto intelligantur, & in octo Definitorum numero adſcripti, ſin vero ſecus, & Romæ adſint, poſſint quidem Definitorio intereſſe, ſuffragia tamen haud ferant, eodemque ac Definitores ſint ſecreto jurejurando adſtricti.

1631. * 4. Ut præter alia incommoda, quæ oriri poſſunt, omnis turbandæ pacis nedum occaſio, ſed & ſuſpicio in poſterum præcidatur; Præpoſiti, ac Viſitatores domorum Galliæ Ciſalpinæ, ex iis aſſumantur promiſcue, qui ſint ejus regionis comprovinciales. Quod ſi quempiam è Regnis utriuſque Siciliæ in Præpoſitum, ac Viſitatorem in Ciſalpinis creari neceſſitas, aut ratio magni momenti exquirat, tunc alius è Gallia Ciſalpina oriundus, Præpoſitus alicujus domus, aut Viſitator alicujus Provinciæ in Regnis utriuſque Siciliæ conſtituatur, & è converſo. Talis autem Domus electio, ſicut & Viſitatoris, fiat ad æqualitatem à Patre Generali, & Definitoribus in Capitulo Generali, & à Patre Generali, & Conſultoribus inter triennium, nemine Definitorum, ſeu Conſultorum diſcrepante, per ſecreta ſuffragia. Perſonæ tamen in Præpoſitus ejuſmodi, & Viſitatores eligendæ creentur, majori parte tantum ſuffragiorum concurrente, ut moris eſt. Decreti hujus confirmatio impetretur à Sede Apoſtolica.

1647. * 5. Præter Præpoſitos, ac Viſitatores, eligatur etiam in poſterum à Definitoribus per ſecreta ſuffragia Procurator Generalis, qui Romæ reſideat, & publica Congregationis negotia curet, dependenter tamen in omnibus ab A. R. P. Generali. Is creetur ad annum, reficiatur autem quotannis, ſi P. Generali, & Conſultoribus viſum fuerit, uſque ad annum tertium. Elapſo anno tertio, amplius non confirmetur, ſed alius ſubrogetur. Eligatur autem alternis vicibus, ſemel oriundus ex utriuſque Siciliæ Regnis, ſemel ex aliis locis extra hujuſmodi Regna, & viciſſim unus alteri ſuccedat. Hoc tamen ordine ſervato, quod, cum P. Generalis eſt oriundus ex utriuſque Siciliæ Regnis, tunc extra hujuſmodi Regna eligatur, & è contra. Is Capitulum Generale ingrediatur, & ſuffragium, ſicuti cæteri Patres, ferat. Elapſo tertio anno, poterit eligi per triennium tantum Præpoſitus, aut Conſultor, aut Viſitatur; poſtea neceſſario per triennium vacet, ſicuti per noſtra decreta neceſſario vacant alii Superiores.

Caput V.

De Præpoſito Generali.

* 1. Pater Generalis alternis vicibus eligatur, ſemel oriundus ex utriuſque Siciliæ Regnis, ſemel ex aliis locis extra ejuſmodi Regna, & viciſſim unus alteri ſuccedat. Is per triennium dumtaxat creetur. 1624. & 1630.

* 2. Sancitum præterea, ut Generale Capitulum ſtatim à morte Patris Generalis cogatur: etiamſi non ita pridem, vel paulo ante abſolutum alterum Generale Capitulum fuerit. Generalis vero ex ea parte eligatur, cui contingeret, ſi defunctus P. Generalis integrum triennium explevisset. Quod ſi ante Domorum Sancti Silveſtri, & S. Andreæ Viſitationem P. Generalis ſupremum diem clauſerit, Patres Conſultores duos è præfatis Domibus Patres eligant, unum è Gallia Ciſalpina, alterum è Provincia utriuſque Siciliæ, qui ſecundum Apoſtolicarum litterarum Sanctiſſimi D. N. Urbani Papæ Octavi præſcriptum, prædictas Domos viſitent; quo defuncti munere, viſitationem Conſultoribus quamprimum tradant. 1641.

3. Patri Generali, abdicato ſuo munere, ſocius laicus, qui ei, ubi opus fuerit, adminiſtret, deſignetur. 1651.

4. Qui Præpoſitus Generalis fuerit 1612.
creatus illico antequam ei obedientia
præſtetur, jurejurando ſe obſtringat,
non modo non ambiendi Eccleſiaſticas
dignitates extra Congregationem, nec
per ſe, nec per alios, nun directe, nec 1647.
indirecte, non clam, nec palam; verum etiam illas, ne ultro quidem oblatas, niſi ex præcepto Sanctiſſimi, ſe recepturum. Id autem ne dum tempus
Generalatus comprehendere, verumeti- 1655.
am integrum annum, à muneris abdicatione inchoandum, ſtatuerunt Generalis Capituli Patres.

5. Eodem juramento, eodemque prorſus modo ſe obſtringere teneatur, qui in Procuratorem Generalem noſtræ Congregationis fuerit deſignatus. 1655.

* 6. Pater Generalis eodem jurisjurandi Vinculo, quo ſe obſtringit ad recuſandas dignitates Eccleſiaſticas, ſe etiam adſtringat mox electus ad non concedendam licentiam Confeſſiones mulierum audiendi iis Sacerdotibus, quibus dictæ Confeſſiones mulierum negatæ fuerunt à definitorio, vel à Capitulo domus in ordine ad definitorium, niſi idem definitorium ſe remittat ad arbitrium Patris Generalis pro aliqua perſona Particulari. 1668.

7. Lucubrationes quæcumque noſtrorum, non niſi de Patris Generalis au- 1615.

au-

auctoritate, cum conſenſu Patrum Conſultorum in lucem edantur.

1653. 8. Deputentur igitur ab Adm. R. Patre Generali, & Conſultoribus ſex in quacunque Provincia Patres, eximia doctrina præditi, atque prudentia, ex quibus quorumcumque librorum imprimendorum, duobus ſaltem committatur accurata reviſio. Libri in quibus de materiis gravioribus pertractatur, ad ipſius Patris Generalis, & Conſultorum nutum Romæ, à Patribus, ad id deſignatis, majori diligentia perſcrutentur. Contravenientes vero activo, atque paſſivo ſuffragio, etiam quoad electionem ad Capitulum Generale interveniendi, per triennium irremiſſibiliter priventur: ſi vero vocalis non fuerit, ad vocis ferendæ ſuffragium prima vice in Generali Capitulo non proponatur.

1722. 9. Ex ſingulis quibuſque libris poſthac edendis, exemplaria duo ad duas Sancti Silveſtri Quirinalis, & S. Andreæ de Urbe, tertium vero ad illius domus, cujus profeſſus erit, bibliothecas gratis, & ſine mora auctor tranſmittat.

1615. 10. Præpoſitus Generalis, eos, qui ſua dicendi virtute uberes animarum fructus relaturos cenſet, quamvis ex infirmitate cibis quadragelimali jejunio veſcantur, poterit facultate præſtita, ad prædicandum mittere.

1618. * 11. Etſi in nonnullis Pater Generalis Conſultorum conſenſum habere ex Conſtitutionum præſcripto non cogitur, in hoc tamen Patres exoptant, ut conſenſum, non modo conſilium, exigat: Nempe, in Novitiis ante Profeſſionem emiſſam admittendis ad ſtudia Logicæ, Philoſophiæ, aut Sacræ, tum Scholaſticæ, tum Moralis Theologiæ.

1618. 12. Tres ſaltem Conſultores perpetuo Romæ degant, ſive adſit Pater Generalis, ſive non, & ex quatuor, non niſi unus ad prædicandum mitti poſſit. Si contingat, quod aliquis Præpoſitus
1639. tertio à Capitulo Generali anno, vel expleto ſexennio vacet, vel Præpoſitus non reficiatur; Pater Generalis poſſit ſe ſolo, eum, cui maluerit, Domui aſſignare, ſemel tamen, & intra terminum duorum menſium à die, quo vocavit, vel non fuit confirmatus.

1592. 13. Demortuo eo, contra quem libellus accuſationis, ſeu proceſſus extabat, Pater Generalis, re cum Conſultoribus facta, comburi protinus mandet; modo ad defuncti perſonam dumtaxat ſpectare conſtiterit: quod ſi eſſent & criminis complices jam ſuperſtites, vel alii, ad quos aliquo modo res pertineret, nunquam igni tradatur, niſi iſtorum omnium morte ſecuta.

14. Poteſtas ſit penes Patrem Generalem, remittendi, vel omnino relaxandi pœnas, vel à ſe ſolo, vel etiam una cum Conſultoribus, non tamen à Generali Capitulo, alicui irrogatas. 1610.

15. Pater Generalis pro ſuo libito poteſtatem faciat Apoſtatis, quamcumque aliam ingrediendi Religionem. 1610.

16. Nemini noſtrum liceat ab ea die, qua compendium noſtrorum privilegiorum noſtra auctoritate collectum, variiſque notis auctum, typis mandatum fuerit: privilegio aliquo, ibi non contento, uti, abſque Patris noſtri Generalis expreſſa voluntate. 1610.

17. Pater Generalis nequeat quenquam ad mulierum Confeſſiones quocunque pacto admittere, abſque Conſultorum ſecreto ſuffragio. 1662.

18. P. Generalis cum votis trium Conſultorum poſſit, & debeat à Præpoſituræ munere infra annum amovere eos Præpoſitos, qui literas patentes aſſignationis, tentata ſemel perperam revocatione, ſubditis non conſign.verint: Qui autem ſubditi, hujuſmodi literas exequutioni non mandaverint, poſt ſex dies ab illarum receptione, è domo nullo pacto exeant: & ſi Præpoſitus exeundi fecerit facultatem, incurrat eandem pœnam amotionis à munere intra annum. Quod ſi graviſſima neceſſitas urgeat, in eo ſpeciali caſu poterit Capitulum Domus cum duabus è tribus partibus votorum, concedere exeundi licentiam, ſed impetrandam toties, quoties erit exeundum: teneatur verò Præpoſitus quandoque hujuſmodi literas aſſignationis à Patre Generali, ſeu Conſultoribus receperit, illico de eis monere ſubditum, ut hic poſſit eodem tempore reſcribere, ſi Præpoſito videatur, Superiores majores interpellare. 1668.

* 19. Decretum Partis 3. cap. 7. num. 9. quo cavetur, Præpoſitum nominatum, vel præſentatum Epiſcopum, teneri ad aperiendum animum infra octo dies, an præſentationi, ſeu nominationi de ſe factæ aſſentiatur, ſub pœnis, ut in eorum Decreto, ſe extendat, nedum ad Præpoſitos, ſed etiam ad Viſitatores, Procuratorem Generalem, Conſultores, & A. R. P. Præpoſitum Generalem ad finem Decreti ſupradicti, & ſub eiſdem pœnis. 1662.

20. Præpoſitus Generalis ſuo munere functus, nonniſi poſt ſex elapſos annos creari deinceps poteſt Generalis Capituli Præſes, aut Conſultor, aut Præpoſitus, aut Viſitator, aut Procurator Generalis, aut Vice Præpoſitus S. Silveſtri, non obſtantibus noſtris Conſtitutionibus, quibus in hac parte derogamus. Quod decretum iterum in Capi- 1731.

pitulo generali ſubſequenti confirmatum fuit, ante electionem novi Patris Generalis.

Caput VI.

De Viſitatoribus.

1610. & 1630. * 1. DUO Viſitatores eligantur, qui in domibus noſtris, tam erectis, quam erigendis, in Inſula Siciliæ munus viſitationis exerceant: item duo alii, præter duos jam in Conſtitutionibus deſignatos, in Lombardiæ Provincia, cumulatius jam aucto domorum numero: qui omnes ad Capitulum Generale accedant.

1731. 2. Hiſpaniarum Patribus Indultum eſt cum illis omnibus oneribus, & honoribus, qoibus cæteri noſtræ Congregationis gaudent Viſitatores, Viſitatorem unum habere; ita tamen ut ejus electio in poſterum fiat à Patre Generali ſimul cum Patribus Definitoribus, definitorio autem non extante, una fiat cum Patribus Conſultoribus, quo modo eligi ſolent alii ſuperiores. In Capitulo Generali non ſedeat cum voto deciſivo, niſi prius taxas domorum Hiſpaniis exiſteutium, domui S. Silveſtri Montis Quirinalis Romæ debitas, integre ſolvat.

3. Hæc eadem Prærogativa data, & conceſſa eſt Patribus Povinciæ Germaniæ cum illiis honoribus, Conditionibus, quibus Hiſpanis indultum eſt: ſcilicet habere unum Viſitatorem pro ſuis Germaniæ domibus cum voto deciſivo in Capitulo Generali, & omnibus honoribus & oneribus ad Viſitatores ſpectantibus; cujus electio in poſterum fiat à Patre Generali ſimul cum Patribus Definitoribus. Definitorio autem non extante, fiat à Patre Generali, una cum Patribus Conſultoribus, eo modo quo eligi ſolent alii Superiores.

4. Delatorum, vel Teſtium nomina nullo modo reſerentur, vel revelentur. De fide eorum, & auctoritate Viſitatores accurate cognoſcant; quibus, ſi videbitur, pro temporis opportunitate, facultas eſto aperiendi teo, quæ ei opponontur: ea tamen arte, ut crimen non criminis Delator, vel Teſtis aperiatur, ſive innoteſcat.

1534. 5. Teſtatum ſit accuſatoribus omnibus, ſe Talionis pœnam daturos, ſi quid falſo alicui objeciſſe, fuerit deprehenſum.

1578. 6. Nulla fides adhibeatur literis, quæ viſitationis tempore, vel Capituli Generalis, ſine actoris ſubſcriptione fuerint allatæ, nec ulla de his ratio habeatur.

1607. 7. Viſitatores, quamvis, viſitationis tempore, à caſibus Præpoſito reſervatis facultatem abſolvendi habeant; hanc tamen nemini ipſos impertiri poſſe, decernimus.

8. Viſitatores antequam è domibus 1610.
diſcedant, viſitatione peracta, publice ſignificent, omnibuſque aperiant, quæ pro regulari obſervantia juſſerint facienda.

9. Decretum eſt, Viſitatoribus cum ceteris Vocalibus ejus Domus, quam 1641.
actu viſitant, in Capitulum conveniendi, ac ſuffragium ferendi, jus nullum eſſe, nec etiam viſitationis tempore; modo non ſint è vocalibus, in illa Domo aſſignatis.

* 10. Exceptis caſibus, qui haben- 1641.
tur Tertia parte noſtrarum Conſtitutionum cap. 8. §. *Si viſitanda ſit.* Si quando alter è Viſitatoribus legitimè impeditus, viſitationis munus obire nequiverit; Pater Generalis, vel eo abſente, Patres Conſultores, ſocium alteri Viſitatori tribuendi jus habeant; modo liceat per tempus Patrem Generalem, & Conſultores certiores fieri; alioquin Viſitator ex eadem Domo, quam viſitat, ipſe ſibi ſocium deligat.

11. Hoſpitium, & Perſonæ Noſtra- 1716.
tum, qui regimini Monialium Eremitarum, & Congregationis Sanctiſſimæ Conceptionis Neapolis deputati ſunt; Patrum Viſitatorum ſubjaceant Viſitationi.

Caput VII.

De Præpoſito, Vicario, & Vocalibus cujuſque Domus.

1. NUllus ad Præpoſiti dignitatem pro- 1683.
moveri poſſit, niſi triennium ſaltem ab ejus ad utramque vocem, & mulierum confeſſiones admiſſione elapſum ſit.

2. Ex Indulto Pontificio, ad inſtan- 1710.
tiam Patrum Capituli Generalis Anno 1710. obtento, ſtatuerunt iidem Patres, ut non obſtante mandato felicis Recordationis Clementis Papæ IX. poſſint Vocales, ac ſi Triennium Præpoſituræ realiter confecerint, ad munera Præpoſiti Generalis, Conſultoris, Viſitatoris, ac Procuratoris Generalis aſſumi, qui per duodecim annos extiterint Philoſophiæ, Theologiæ, vel Sacrorum Canonum Lectores, ſive continuo, ſive interpolate: vel qui Novitiorum Magiſtri, aut Juvenum profeſſorum Præfecti in Capite (non autem Coadjutores) ſive utrumque, ſive alterutrum ex præfatis muneribus per totidem annos exercuerint.

3. Item Concionatores, qui duodecies in qoadrageſima conciones quotidianas in Eccleſiis Civitatum Epiſcopalium habuerint, quod totum obtineant, etiamſi

Digitized by Google

qoi duodecim præfatis annis, partim Lectoris munus exercuerint, partim vero Concionatoris, ut ſupra habuerint.

1583. 4. In eadem Civitate, ubi plures ſunt Noſtrorum domus, duo ne creentur Præpoſiti primo, vel ſecundo gradu invicem conjuncti.

1607. 5. Præpoſitus alicujus domus, ſi fuerit creatus Præpoſitus alterius, in priſtina domo Præpoſiti munus exercere valeat, quouſque alius adveniat.

1627. * 6. Ultra ſexennium nemo Præpoſiti, Viſitatoris, Conſultoriſque munus exerceat. An ſexennio per triennium vacet: ac quavis ratione ejuſmodi munere, poſt quatriennium abdicato, non niſi poſt triennium refici poterit.

1612. * 7. Qui alicujus domus Præpoſitus electus fuerit, etiam ſi in illa domo per ſex, vel pauciores menſes unius anni Præpoſiti munere functus fuerit, tamen nonniſi per duos alios annos in eadem domo Immediate refici poteſt.

1716. 8. Declaratum eſt per patentes literas Superioritatis, aut officii tolli, nedum ſuſpendi quamlibet priorem vocalis aſſignationem; ita ut hæc minime reviviſcere cenſenda ſit poſt muneris abdicationem; quod ſi tunc alibi non aſſignetur, eadem functi muneris aſſignatione affectus remaneat.

1615. * 9. Præpoſitus nominatus, vel præſentatus Epiſcopus, octo dierum ſpatio animum aperiat, num aſſentiatur nominationi; ſint ſecus, elapſo ſpatio, à Præpoſiti munere ipſo facto cadat; cum ita Patres ſe eum in Præpoſitum elegiſſe intendant.

1598. 10. Præpoſiti domorum ante præſtitutum tempus, ne petant, neve exigant legata, & eleemoſynas, niſi prius ad Patrem Generalem, & Conſultores rem ſignificaverint, ab iiſque acceperint, quid ſibi facto opus ſit.

1624. * 11. Quotanois Præpoſiti ſub quadrageſimæ initium rationes accepti, & expenſi, ſuæ domus, à Vocalibus ſubſcriptas, Romam ad Patrem Generalem tranſmittant. Qui æs alienum contraxerit abſque vocalium aſſenſu, præter victus, veſtitus, ac alicujus reſtaurationis neceſſitatem, Præpoſitus eo anno minime reficiatur.

1704. 12. Cum inter ordines, Italice editos, & adnexos Conſtitutionibus, recenter excuſis cautum ſit Cap. 4. num. 8. ut nemini liceat abſque Superioris licentia in ſcriptis quocumque prætextu ſibi, ſive aliis ære alieno gravari, quod in commodum ejus non cadat domus, cui ſit aſſignatus, aut inquilinus, & puniantur pœna carceris per tres menſes, qui probati ſint deliquiſſe; jam vero Præpoſitis domorum injunctum remanet, ſibi eſſe pœna animadvertendum in tranſgreſſores, ſed in Italia, conſultis antea Reverendiſſimo, & Conſultoribus, ultra vero montes, capitulis domorum providendum erit.

1607. 13. Urgente neceſſitate, vel ob publicum (quod abſit) ſcandalum, poſſit Præpoſitus tranſmittere aliquem è ſuis, in proximiorem domum; de conſenſu tamen ejus Præpoſiti, à quo, loco depoſiti tantum habeatur.

1610. 14. Ordinationes à Patre Generali, ſeu à quolibet alio Præpoſito in ſua domo factæ, indictæve, in ſuo robore permaneant, unuſquiſque eas accurate ſervet, etiamſi ad Generale Capitulum illi ſe contulerint, munuſque ſuum abdicaverint: quouſque à Generali Capitulo, vel à ſucceſſore ſpeciatim abrogentur.

1653. 15. Declaramus nomine ordinationum, non venire præcepta, ſive excommunicationum ſententias; ne præceptorum, & cenſurarum multiplicitate, ac perennitate, ſubditorum conſcientiæ plus æquo graventur.

1610. 16. Eligant Præpoſiti in qualibet domo unum, cui committant negotia omnia, tum propriæ domus, tum externarum, ſeu quæcumque ex loco delegata. Cæterorum vero nemo ſe eis immiſceat, vel implicet, quamvis ſibi nominatim aliquid mandatum foret.

1606. * 17. Nullus Viſitator in Vicarium eligatur, nec qoi noſtræ Congregationis onera minime ſuſtinet. Singulis annis à Præpoſito domus deſignetur; & à P. Generali creetur. Ultra triennium in domo eadem ne prorogetur. Abſente, vel mortuo, aut muneri ſuo in Capitulo Generali, vel quovis alio modo abdicante Præpoſito, Vicarius munus ſuum exerceat, donec alius Præpoſitus ſufficiatur, domumque ſuam adeat.

1627. * 18. Ubi primum in ſuam advenerit domum Præpoſitus, Vicarius, abdicato munere, ad ſuum profeſſionis locum ſe conferat: ſi triennium non perfecerit, rurſus refici poterit à Præpoſito, & à Patre Generali, quoad triennium expleat, ex Conſtitutionum præſcripto; triennio vero expleto, alius creetur.

1627. 19. Vicarii domorum in ea tantum, cujus Vicarii ſunt poſt Præpoſitum, in cæteris vero domibus, ſuo quiſque profeſſionis loco collocetur. Vicarius tamen S. Mariæ de Tauro Civitatis Æquenſis ſuo privilegio gaudeat. Vice-Præpoſitus vero S. Silveſtri ſemper, & in quavis domo, necdum S. Silveſtri, ante quoſcumque Vicarios collocetur.

1615. 20. Domui Toſculanæ præficiatur Vicarius, ex cæterorum præſcripto, qui ſubſit domui S. Silveſtri.

21. Pa-

Digitized by Google

1601. & 1610. 21. Pater Vocalis, cui adminiſtratio domus S. Mariæ de Tauro in Civitate Æquenſi commiſſa eſt, Vicarius appelletur: ibi præcedat omnibus, etiamſi alterius eſſent domus, eique profeſſionis ordine ſuperiores, modo ne ſint Præpoſiti, aut Viſitatores. Quando Neapoli eum morari contigerit, poſt Præpoſitum, Viſitatores, & Vicarium ſedeat. In rebus Capitularibus, & gravibus illi Domui ſubjaceat, à qua pro tempore dependet. Extra ſuam domum nullam juriſdictionem exerceat, etiamſi ibi profeſſionis ordine prior cæteris eſſet: idem eſto de Patribus aliarum domorum in Sancta Maria demorantibus, abſente Vicario, etiam ſi Præpoſitus eſſet, nam prælationem ſolum, non juriſdictionem ibi habet. Tempore electionis Vocalis Capituli Generalis, jus habet una cum aliis Vocalibus ſuæ domus, ferendi ſuffragium in ea domo, cui eo anno ſubordinatur: dum ibi commorabitur, à Præpoſito domus benedictionem petat; ſecus autem quando Præpoſitus in domo Sanctæ Mariæ demorabitur. Qui in S. Mariæ domo fuerit aſſignatus, ad aliam domum ne transferatur abſque Patris Generalis facultate.

1624. 22. Vicarius Sanctæ Mariæ de Vico Æquenſi quoties Neapolim ire, vel commorari contigerit, non ab alio, quam à Præpoſito ejus domus, cui eo anno ſubjicitur, benedictionem petat. Quotieſcumque de gravioribus ſuæ domus negotiis, ſuis antea vocalibus communicatis, Neapoli agetur, cum cæteris ipſe conveniat, & ſuffragium ferat; quod jus etiam eſto reliquorum vocalium ejuſdem S. Mariæ, quotieſcumque id contigerit, & Neapoli fuerint.

1598. 23. Abſente Præpoſito, & Vicario, ſenior ex Vocalibus (licet alius eſſet Sacerdos profeſſione prior) in ſolemnioribus diebus celebret, & quoad omnia ſemper Præpoſiti jura in ſpiritualibus exerceat.

1615. 24. In unaquaque domo tres ſaltem aſſignentur Vocales utriuſque vocis, tum activæ, tum paſſivæ.

1618. & 1627. 25. Tum Clericorum, tum Laicorum noſtrorum mores, vitæque rationem ſingulis annis Præpoſitus, ac duo ex Vocalibus domus per ſecreta ſuffragia electi, ſedulo ſcrutentur: Jurisjurandi Sacramento obſtrictis vocalibus, & Præpoſito, commiſſa ſe non enunciaturos: inquirent autem à cunctis ſuæ domus, Religioſa jurisjurandi affirmatione devinctis, ſe probata, & interrogata non prolaturos. Si autem, quod abſit, gravius aliquod facinus, aut vehemens de aliquo ſuſpicio, oboriatur: res quamprimum ad Patrem Generalem deferatur, qui pro rei, vel ſuſpicionis qualitate, quid facto opus fuerit, decernet.

26. Ad Capitulum cujusque domus omnes prorſus ejus domus Vocales conveniant: qui pro ſuo libito per tres continuas vices abſuerit, per trimeſtre activo, & paſſivo ſuffragio puniatur. Quod tantum intelligatur de Capitulis, in quibus aliquid ſecretis ſuffragiis decernitur: quo tamen non obſtante, ad electionem Vocalis pro Capitulo Generali, liberum ſit tali pœna punito, intervenire. 1621. 1653.

27. Dato campanulæ ſigno, ſinguli Vocales ad Capitulum accedant; qui non acceſſerit, non accerſatur. Cum aliquis & Vocalis ea die, qua congregandum erit Capitulum, e domo egredi voluerit, moneatur, celebrandum eſſe Capitulum; qui ſi poſtea abſuerit, ejus nulla habeatur ratio: cum ægrotis vero agatur prout de jure. 1624. & 1627.

28. Ut charitatis, paciſque fœdus minime turbetur, caveant Patres ante præſtitutum tempus aliquo modo detegere, vel aperire, quæ, ſive in generalibus, ſive in particularibus Capitulis, acta fuerint, quæque in noxam, aut præjudicium alicujus eſſe queant: qui ſecus fecerit, tanquam violati ſecreti reus, prima vice à vocis ferendæ ſuffragio per quadrimeſtre, ſecunda vice per ſemeſtre, ſuſpendatur. De modo autem inquirendi in hujuſmodi criminis reos, id ſervetur, quod in murmuratores ſtatutum eſt. Quod ſi Præpoſitus in hoc crimen inciderit, res ad Patrem Generalem deferatur. 1658.

29. Qui diu noctuque Choro intereſſe neglexerit, neque communi veſcetur menſa, niſi ſenectutis morbo adſtrictus, à Præpoſito monitus non reſipuerit, deferatur à Præpoſito ad Patrem Generalem, & etiam à Viſitatoribus, viſitationis tempore. Ille deliberet, quæ magis ad Regularem tuendam obſervantiam facere exiſtimabit. Itidem fiat cum iis, qui æquo frequentius domo exeunt, ut immoderatæ ædium ſecularium frequentationi, quoad fieri poteſt, occurratur; ſignificentur etiam Patri Generali, qui res noſtras, maximo Congregationis malo, quibuſvis extra Religionem perſonis, aperire non verentur, ut ab ea domo amoveantur, atque à vocis etiam, & Ordinis exercitio pro rei gravitate, per aliquod tempus ad correctionem ſuſpendantur. 1634.

* 30. Sacerdos, qui ad ſecularium, tam virorum, quam mulierum confeſſiones audiendas erit exponendus, approbetur per ſecreta ſuffragia à Præpoſito, & duabus partibus vocalium ex tri- 1618.

tribus eorum, qui Capitulo domus interſunt: deinde ad Patrem Generalem deferatur; qui ex conſenſu majoris partis Conſultorum, per ſecreta ſuffragia facultatem audiendi confeſſiones præſtet, pro certo tamen tempore, & loco tantum, in quo tunc Sacerdos deget.

1704. 31. Omnes, aut ſingulos, qui Confeſſionum examini non ſe ſubjiciunt in iis domibus, ubi commorantur, ad ſuperioritatis gradum nullatenus eſſe promovendos, decreverunt Patres; iis exceptis qui probati ſint legitime impediti; ſecus vero eorum habendam eſſe rationem, imo provehendos eſſe, qui ſedulo Confeſſionibus vacant, quo animus iis erigatur, qui Eccleſiis noſtris inſerviunt, & cæteris minuatur.

1624. 32. Ad alterius domus familiam à Patre Generali deſtinatus, ſi per ſex dies juſſa non fuerit executus, quoad obtemperaverit, tanquam hoſpes in ea domo erit; ac niſi gravis urgeat neceſſitas, à Præpoſito, & Vocalibus cognita, & per ſuffragia probata, nequaquam è domo exeat.

1627. * 33. In Capitulis domorum, cœpto de qualibet re propoſita ſcrutinio, Præpoſitus definitionem in alium tempus ne protrahat, ſed confecto ſcrutinio, ſtatim per ſecreta ſuffragia, non autem viva voce, quodvis negotium, etiam in odium, vel præjudicium alicujus non vergens, definiat. Propoſita in Capitulis, & per ſecreta ſuffragia non probata, ſeorſim tamen in libro Capitulorum adnotentur.

1586. 34. Noſtrarum domorum Patribus libera ſit poteſtas erigendi in noſtris domibus oratoria pro Secularibus, in quibus orationes fundantur, ſpiritualia colloquia, exercitia; & ſermones habeantur: obtenta prius facultate à Patre Generali.

1592. 35. Secularibus negotiis nemo Noſtrum ſe immiſceat, & præſertim in matrimoniis contrahendis, abſque peculiari ſui Præpoſiti licentia.

1586. 36. Nullæ prorſus in noſtrarum domorum januis eleemoſynæ mulieribus erogentur, nec eiſdem, quamvis paupertate confectis, à quoquam, etiam Confeſſario, abſque peculiari poteſtate, à Præpoſito ſibi facta, eleemoſynæ erogari poſſint, vel à ſecularibus eorum nomine peti: qui ſecus fecerit, graviter puniatur.

1624. 37. Inanes ſcripturitiones longe ſint ab unoquoque noſtrum: de negotiis ad unum dumtaxat Patrem Generalem quiſque ſcribat: quæ Conſultoribus ſeorſim ſcribentur, in Conſultationem non veniant, nec de iis à Patre Generali, & Conſultoribus agatur. Quaſcumque Noſtrorum literas, quibuſcumque datas, præter eas, quæ ad Patrem Generalem, Conſultores, Viſitatores, Vocales pro Capitulo Generali electos, ſtato in Conſtitutionibus tempore, Præpoſitus aperiat, legat, etiam quæ à parentibus, aut ſecularibus conſanguineis fuerint propinquioribus datæ, aperite, & apertas tradere poſſit; cæteras quaſcunque ab exteris datas, & aperiat, & legat: qui autem literas dederit, vel acceperit, inſcio Præpoſito, puniatur graviter.

1627. 38. Duo in quavis domo à Præpoſito, & Vocalibus eligantur, qui rationes accepti, & expenſi conferant, ſubducant, cenſoriamque notationem conficiant; idque bis in annos ſingulos, per menſem ante viſitationis tempus, & antequam rationarium domus Romam mittatur. Quod ſi idonei ratiocinatores inibi non erunt, Patres in Capitulo unum, quem rationum ſubducendarum gnarum judicaverint, è proximiori accerſant domo.

1704. 39. In unaquaque domo ſingulis menſibus, uno tamen pro alio computandis, in Capitulis domorum rationes exhibendæ ſunt accepti, & expenſi: ac ſubſcriptis reviſoribus, in libro Capitulorum omnino adnotentur, quod quidem viſitationis tempore, Viſitatoribus curæ erit, recognoſcere; cæterum Præpoſitos domorum, qui in iis negligentes convincantur, ſuo tempore minime confirmandos.

1627. 40. In qualibet domo notentur in peculiari libro, quæ à Patre Generali, à Viſitatoribus viſitationis tempore, ac Præpoſitis domorum ſervanda in dies proponuntur, quo facilius in opus exeant.

1655. 41. Si quem in poſterum ab aliqua noſtræ Religionis domo in filium, & profeſſum contigerit aggregari; id nullatenus obtineatur, niſi ex tribus partibus, duæ ſaltem Vocalium ejuſdem domus, tam abſentium, quam præſentium, tam ex ibi tunc aſſignatis, quam non aſſignatis (dummodo ſint illius domus profeſſi) eum poſſe cooptari conſenſerint; & niſi domus, cujus ille jam profeſſus cenſetur, eadem pœnitus ſervata methodo, juri ceſſiſſe ſuo, non conſtet.

1655. * 42. Præpoſitus, qui corporalem poſſeſſionem Domus, cui præficitur, non ceperit, ad Generale Capitulum jure accedendi careat, atque adeo Procuratorem etiam delegandi.

1665. * 43. Quando in eadem Civitate plures ſunt Domus; Vocalis aſſignatus in una Domo, invalide aggregabitur Capitulo alterius Domus ejuſdem Civitatis. Quod ſi Vocalis ſit aſſignatus in Domo alte-

alterius Civitatis, in allo Capitulo Domus ſolum per duos Menſes aggregari poſſit. Reficiatur autem poſt duos alios Menſes, ſi viſum fuerit, aggregatio; & ſic deinde.

1668. *. 44. Ut debitæ Prælatorum reſidentiæ caveatur, Decretum eſt per ſecreta ſuffragia, quod ſi Præpoſiti, qui actualem poſſeſſiooem Præpoſituræ non acceperint intra tres menſes à die receptionis litterarum patentium, ipſo facto, abſque alia declaratione cadant à jure, & dignitate Præpoſituræ, aliique in eorum locum ſufficiantur. Hoc autem intelligitur tantummodo intra fines Italiæ, & Inſularum adjacentium.

1583. 45. Superiores, qui Noſtris Conſtitutionibus non parent in eo, quod jubent, ab illis immediate adminiſtrandas non eſſe pecunias Domus, cui præſunt, primis duobus annis haud confirmentur in Dignitate; tertio anno à ſorte excluſi intelligantur. Eandem ſubeant pœnam, qui abſque ſuæ Domus Capitulo plus audent expendere, quam ipſis per noſtra Decreta conceditur. Neque iisdem defenſioni eſſe queat: quod tales pecuniæ, aut à propriis depoſitis, aut ab amico aliquo commodatæ fuerint; cum in his, & hujuſmodi aliis caſibus per Domus Theſaurarium omnia ſemper præſtari debeant, etiam quæ à Procuratore adhibenda ſunt.

1683. 46. Superiores, qui taxas Domui Sancti Silveſtri Romæ, ſuo tempore non exolvent, neque ipſi primis duobus annis confirmentur; tertio autem anno ad ſortem concurrere nequeant.

1695. 47. Procuratores Domorum noſtrarum ſingulis annis per ſecreta ſuffragia Capitulariter, quatenus idonei ſint, confirmentur; ultra autem triennium confirmatio extendi nequeat.

1722. 48. Sociorum Laicorum aſſignationes hactenus à Definitorio factas, vel in poſterum ab eo faciendas, non aliter intelligendas eſſe, aut in praxim deducendas, voluerunt Patres, quam cum Lectoribus, aut Concionatoribus de facto in praxim deducuntur, ita ut Socius, Sacerdoti dumtaxat in cubiculo inſerviat.

Addendum Decretum Capituli Generalis Italice conſcriptum anno 1747. videlicet.

1747. Eſſendoſi da alcuni anni in qua introdotto, di aſſegnarſi dal Definitorio i compagni con tale ampiezza, che ne reſtano grandemente aggravate le noſtre Communità, è pregiudicati gli altri particolari ſoggetti; col preſente Decreto, ſi rivocano, ed annullano tutte le dette aſſegnazioni (toltene quelle che ſi trovaſſero già confermate da noſtri Capitoli Generali, o da altre ſuperiori poteſtà) r ed in luogo di eſſe ſi aſſegnano à tutti quei Padri, che le godevano i compagni: *ad inſtar Lectorum, & Concionatorum*: con queſto però, che quando i medeſimi Padri ſiano attualmente, ò abitualmente infermi, debbano queſti eſſer particolarmente aſſiſtiti da detti loro reſpettivi compagni, durante l' infermità; i quali nel reſto ſiano liberamente impiegati da Superiori locali in ſervizio delle loro Comunità, è de particolati ſoggetti delle medeſime, anche in quanto all' uſcire di Caſa.

Caput VIII.

De Loco, & Ordine cujuſque inter ſe.

1. Viva voce actum eſt, Patres Conſultores, tempore, quo Conſultoris munus exercent, poſt Vice-Præpoſitum S. Silveſtri proxime collocandos. 1621.

2. Si quis Noſtrum, animi levitate ductus, à noſtra Congregatione facultatem, & copiam adeundi arctiorem exquiſierit, ſignificetur ei; quod ſi regreſſus fuerit, præter alias pœnas, Superiorum arbitrio decernendas, ultimo inter eos, qui in eodem ordine, & gradu fuerint, collocabitur loco. 1582.

3. Qui Monialium Monaſterii Sanctæ Mariæ de Sapientia Neapoli, regimini noſtro commendatarum, Ordinarius fuerit conſtitutus, omnibus religionis noſtræ Superioribus (uno excepto P. Generali) præire, & honorificentiori loco conſidere, intra ejuſdem Monaſterii, & Templi ſepta, tantum poſſit, & valeat. Eodem Privilegio gaudeat Ordinarius Monaſterii S. Mariæ de Conceptione Neapolis, qui in Domo pro ſui habitatione conſtituta, locum habeat poſt Præpoſitos, & Viſitatores, & ante cœteros alios. 1655. 1707.

4. Inhærendo Decreto Capituli Generalis anni 1671. declaratum eſt, & (quatenus opus ſit) ſancitum, ut locus Patris Generalis, ſuo munere functi, in quacumque Domo ſit immediate poſt Præpoſitum localem ante omnes alios Superiores extraneos. Locus autem Patrum Conſultorum extra Domum Sancti Silveſtri immediate poſt Præpoſitum localem, & Patres Exgenerales ante Superiores extraneos. 1695.

* 5. Decretum eſt, quod Patres Viſitatores toto anni tempore eodem loco ſedeant, quo ſedere ſolent tempore viſitationis. 1671.

6. Procuratores Generales deinceps poſt Viſitatores, & ante Vicarios omnes locum habeant; imo extra Domum, ac Templum S. Silveſtri, etiam ante ejus 1704.

ejus Vice-Præpoſitum, nullaque petita benedictione Domo egredi poſſint. Rector noſtri Collegii Salmanticenſis, ſi Madriti ſit, poſt Vicarium S. Mariæ de Favore collocetur.

1704. 7. Reverendiſſimi titulo Præpoſiti Generales Noſtri honorandi ſunt, ut Generales Ordinum cœteri.

1644. 8. Cum ad Fratres laicos dantur literæ, inſcribantur hujuſmodi. *Chariſſimo in Chriſto Fratri*; ſubſcribantur vero. *Charitatis veſtræ*.

CAPUT IX.

De Correctione delinquentium, pœnisque, tum gravioribus, tum levioribus.

1. STatuimus leviores eſſe pœnas haſce
1621. in tranſgreſſores rerum levium Conſtitutionum, Decretorum, vel Ordinationum, tum Capituli Generalis, tum cæterorum Superiorum noſtrorum, videlicet: In medio Refectorio genibus flexis comedere: Pane tantum, & aqua veſci: Pedes Fratrum deoſculari: Vaſa cibaria tergere, ac cætera hujuſmodi regularem mortificationem præſeferentia; modo pro ſingulis culpis ne ultra ſexies infligantur. Illa tum Superior, tum qui locum tenet Superioris pro tempore, abſque etiam Vocalium conſenſu, imponat; Ab iis ad cæteros, etiam noſtræ Congregationis Superiores, appellatio non admittitur. In eorum irrogatione non tenetur Superior judicialiter inquirere de culpa, acta conficere, teſtes evocare, ſententiam in ſcriptis ferre, latæque pœnæ rationem reddere. Cum hujuſmodi ſint apud Religioſos viros mortificationis, humilitatiſque potius exercitationes, quam pœnæ.

1621. 2. Statuimus pœnas graviores in tranſgreſſores rerum gravium noſtrarum Conſtitutionum, Decretorum, & Ordinationum, tum Capituli Generalis, tum cœterorum Superiorum, vel in quoquo pacto graviter Superioris arbitrio delinquentes, cenſendas eſſe haſce; nempe: A conficiendo Sacro, etiam Vocales per trimeſtre interdicere. Loco profeſſionis eos, qui Vocales non ſunt per ſemeſtre privare. Sacerdotes ad vocis ferendæ ſuffragium, non adhuc propoſitos, Miſſarum miniſterio mancipare. Clericos per annum, à die com-
1653. pletæ ætatis enumerandum, ad Ordines non promovere, ac per annum loco profeſſionis privare. Per bimeſtre in Refectorii medio die Mercurii, ac Veneris, pane tantum, & aqua veſci. Per bimeſtre item in propriis cujuſque cellulis à civili omnium communicatione ſeparatos detinere, etiam clauſo oſtio, licet non clavibus, ac per menſem amplius, ſi videbitur, totondo bireto more Fratrum Laicorum in Refectorio uti. Fratres Laicos per trimeſtre detinere in carcere; aliaſque ejuſmodi dependere pœnas, quas Præpoſitus irrogabit ex conſenſu majoris partis Vocalium ſuæ Domus; vel Viſitatorum, viſitationis tempore, modo delictum ſit per menſem ante viſitationis tempus, & non ante perpetratum; nec de eo quovis tempore ante viſitationem aliquid fuerit à Vocalibus actum. Ab ejuſmodi pœnis decernimus non dari ad Superiores noſtros appellationem, nec Superiores de ejuſmodi culpis teneri acta conficere, nec forenſem exequi formulam; ſed ore, & extrajudicialiter, facti veritate inſpecta, delinquentem de ſuo errato monere, ut ſi quid in ſui defenſionem habeat, exprimat, ac deferat: ac demum ſimplici facti enarratione, pœnaque irrogata ſcripto, prolata à ſe, & Vocalibus, ſive à Viſitatoribus, viſitationis tempore, ac nominibus ſubſcriptis, regularem pœnam dependere; autographum in Archivio ſuæ Domus ſervare, exemplar verò ad Patrem Generalem tranſmittere in Archivio Romano recludendum. Declaramus autem, neminem per hujuſmodi graviores pœnas. regulares, aliquam juris, aut facti infamiam incurrere, ſed tantum regulari diſciplina fore emendatum.

3. In ſingulis Provinciis à Patre Generali, & Conſultoribus, peracto Generali Capitulo, deſignentur Aſſeſſores, quorum conſilio, & opera, tum Præpoſiti, tum Viſitatores judiciarias controverſias dirimant. Si quiſpiam intra triennium defecerit, ſufficiatur alter. 1621.

4. Acta (quæ & proceſſus dicuntur) mature, & accurate de rebus gravioribus tantum agantur, idque non niſi re prius à Præpoſito, & Vocalibus diſcuſſa, ac rem in actis referendam, à majori parte Vocalium per ſecreta ſuffragia fuerit decretum. 1621.

5. Qui juridice denunciaverit grave aliquod delictum alterius, quo acta forenſia in eum conficiantur, non reperto crimine, vel non ſufficienter à denunciante, prout de jure, probato; ſubſit pœnæ talionis.

6. Ubi Decretum fuerit à Capitulo Domus conficienda eſſe Acta forenſia, Præpoſitus eligat Aſſeſſorem ex Conſtitutis à P. Generali in ſua Provincia, cujus dumtaxat conſilio, & ope, non Capituli Domus, acta conficiat, ſententiam definitivam ferat. Idque agat, quamvis ipſe Præpoſitus unus è præſcriptis Aſſeſſoribus foret. 1621.

7. Præ-

1621. 7. Præpoſiti ſint Judices ordinarii in primis cauſis.

1621. 8. Viſitatores, etiam extra viſitationis tempus, ſint Judices ordinarii in ſecundis cauſis, ad quos datur appellatio à definitiva ſententia Præpoſiti; In primis etiam cauſis datur eis præventio, non tamen definitivam ſententiam ferant abſque Præpoſito prævento, modo ſemper adſit unus è deſignatis Aſſeſſoribus.

1621. 9. A Viſitatorum ſententia datur appellatio ad Patrem Generalem, & Conſultores; qui adhibito Aſſeſſore, eorum arbitrio eligendo, cum eo pariter omnes judicium proſequantur.
1653. Præpoſitos, Viſitator, P. Generalis in agendis ſubditorum cauſſis, Aſſeſſoris voto ſe conforment.

1621. 10. Præpoſitus, Viſitator, Pater Generalis, quum, adhibito Aſſeſſore, cauſam aget, nequaquam ſuſpectus haberi poterit.

1621. 11. Qui Aſſeſſorem ſuſpectum protulerit, intra biduum ſuſpicionis cauſſas exhibeat, brevique probet: interim re ad Patrem Generalem à reo delata, ipſe alium Aſſeſſorem ejuſdem Provinciæ deſignet, qui ſuſpicionum cauſſas jure, & facto cognoſcat, & ſuſpicione probata, judicium proſequatur.

1621. 12. Cauſa ſuſpicionis non conſtita ex probationis defectu, vel quia non ſufficiens fuerit, qui eam adduxit, ſemeſtri includatur in carcere; quæ pœna, nec etiam a Patre Generali remittatur.

1621. 13. In qualibet Provincia à Patre Generali, & Conſultoribus deſignentur Advocati, quorum patrocinio delinquentes uti queant, niſi ipſi delinquentes aliquem è Patribus, Fratribuſve ejuſdem Domus, in qua ſunt, ſibi advocatum eligant.

1621. 14. Cuilibet Vocali Domus liceat in delinquentes judicialiter inſurgere pro Congregationis noſtræ bono, ac etiam tum à Præpoſito, tum à Viſitatorum lata ſententia appellare. Idque non ut pars, denunciator, vel accuſator: ſed ut Fiſci promotor, ne impune ſit delictum.

1610. 15. Nemo Noſtrum in communi, vel in particulari murmuret, vel detrahat alicui, qui ſecus feciſſe compertus fuerit, graviter puniatur; Sique ſimplex Sacerdos ſit, ſciat, id ei impedimento fore ad jus ferendi ſuffragii: At ſi detractor excuſationis cauſam afferat, ſe ſcilicet ab alio excepiſſe, nomen illius deferre cogatur; & ſi non deferat, & ſe ab aliis accepiſſe non probaverit, ipſe pœnam quaſi detractionis auctor ſubeat; Curent autem ſedulo Præpoſiti, ut Decretum hoc executioni mandetur.

16. Præter regulares pœnas jam præſcriptas, & hucuſque injungi conſuetas poſſit A. R. P. Generalis, una cum PP. Conſultoribus alias conſtituere, ut pro communi Religionis bono magis cognoverit expedire. 1655.

17. Pœnas à noſtris Decretis jam præfixas, poſſit Præpoſitus peccantibus geminare; dummodo Capitulum Domus, quotieſcumque requiritur, vel Adm. Rev. P. Generalis conſenſum præbeat. 1655.

18. Ob violationem alicujus obſervantiæ regularis, inter pœnas leviores Decret. par. 3. cap. 9. Decr. 1. illam Præpoſiti Domorum injungant, ut delinquentes per totum horarum Matutinarum, & mentalis Orationis tempus, in Choro flexis genibus perſeverent. 1655.

19. Connumeramus inter pœnas graviores decret. par. 3 cap 9. decr. 2. in pœnam delicti, quod vel conſtet, vel de quo ſaltem non levis habeatur ſuſpicio, poſſe Præpoſitos una cum Capitulo, certam domus partem quibuſcumque delinquentibus præfinire, intra quam trium menſium ſpatio, vel ultra etiam, ſi videbitur, ſe contineant, ne præſcriptos fines, niſi ex ſpeciali licentia, valeant præterire. 1655.

Caput X.

De propellenda Ambitione.

1. Cautum eſt ab omnibus, & ſingulis Capituli Patribus communi ſuffragio, ac nemine penitus diſſentiente, ne quiſquam noſtræ Congregationis quoque pacto, per ſe, vel per alios, palam, vel occulte Epiſcopi dignitatem petat, vel per ambitum quærat. Qui ſecus agere compertus fuerit, re probata, omni dignitate, & munere noſtræ Congregationis privetur: De Civitate, in qua demorabitur ejiciatur, eoque mittatur, ubi nullam Epiſcopatus captandi occaſionem, aut opportunitatem habere poſſit. Si Generalis, vel alicujus Domus particularis Præpoſitus fuerit, ſi Viſitator, ſi Conſultor, protinus in ejus locum ſufficiatur alter: ſi Vocalis, à ferendi ſuffragii jure cadat; ſi Sacerdos ſimplex, rem ſacram ne faciat, Confeſſiones ne audiat; Si Clericus in Sacris conſtitutus, à miniſtrando ſuſpendatur: ſi non fuerit in Sacris, ad Sacros Ordines ne promoveatur; quæ pœna nullo modo relaxetur, vel remittatur unquam; imo nec de ea re ſermo habeatur, niſi in Generali Capitulo, idque expleto ſexennio. At ſi Pater Generalis, vel loci Præpoſitus, aut Viſitator, ejus rei certior factus, inqui- 1607.

rere,

rere, & contra eum agere deſtiterit, aut quivis alius Sacerdos, vel Clericus, qui ſciens rem totam, ad Superiores non detulerit, eisdem pœnis ſubjaceat. Si vero fuerit Laicus, pro Superioris arbitrio puniatur.

1584. & 1607. 2. Nemo inſuper Noſtrum palam, vel occulte petere, aut ambire audeat, ut Præpoſitus, ut Viſitator, aut Definitor, aut Conſultor, aut Vicarius, aut Magiſter Novitiorum, aut Vocalis ad Generale Capitulum interfuturus ipſe creetur: vel ut ad ferenda ſuffragia, Confeſſiones audiendas, Sacroſve Ordines ſuſcipiendos admittatur: qui ſecus fecerit, non modo inhabilis ad id muneris eo anno habeatur, verum & alia etiam pœna, Superioris arbitrio decernenda, puniatur.

3. Pœnales ſententias, à Generali Capitulo latas, nemo extra viſitationis, aut Capituli tempus, nec etiam cum ipſomet reo, pœna affecto, detractet. Qui ſecus fecerit; ſi Vocalis fuerit, jure ſuffragii ferendi; ſi ſimplex Sacerdos, à Sacro faciendo ſuſpendatur, idque per annum. 1586.

CONSTITUTIO SS. D. N. CLEMENTIS PAPÆ X.

Qua approbantur, & confirmantur aliquot Decreta Capitulorum Generalium Clericorum Regularium, ex ipſorum Actis excerpta.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſublimi Sedis Apoſtolicæ ſpecula ab æterno Paſtore conſtituti, ea quæ pro felici, proſperoque Religioſarum Congregationum in Eccleſia Dei, pie ſanctèque inſtitutarum, uberesque bonorum operum fructus adſpirante ſuperni favoris auxilio proferre jugiter ſatagentium, regimine, & progreſſu provide ſtatuta, atque ordinata eſſe noſcuntur; ut firma ſemper, atque illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis, cum id à Nobis petitur, præſidio, libenter roboramus. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Procurator Generalis Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum, nuncupatorum, quod cum dudum felic. record. Clemens Papa Septimus Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas literas, ſuper approbatione dictæ Congregationis die 24. Junii 1524. emanatas, ipſius Congregationis Inſtitutoribus, eorumque Sociis, & ſucceſſoribus, ut Statuta quæcumque, Ordinationes, & Conſtitutiones de omnibus, & ſingulis, quæ ad eorum vitæ propoſitum conducere, moresque, & inſtitutum honeſte, & devote, & clericaliter ineundi concernere viderentur, de Miſſis præcipue, & aliis Divinis Officiis, ſeu horis Canonicis, prout eis melius videretur, celebrandis, & recitandis, licita tamen, & honeſta, rationabilia, & bonis moribus & Sacris Canonibus non contraria facere, edere, & pro tempore facta corrigere, & reformare, in parte, vel in totum immutare, ac de novo alia, prout eis expedire videretur, inſtituere, & ordinare, & juxta illa vivere poſſent, quæ poſtquam ab ipſis condita, edita, & reformata, inſtituta, aut immutata, & ordinata, ac ipſi Clementi Prædeceſſori, ſeu ejus Succeſſoribus Romanis Pontificibus exhibita fuiſſent, Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata eſſent, & eſſe cenſerentur, facultatem conceſſerit, & ejuſmodi facultas in pluribus locis Conſtitutionum Congregationis prædictæ, quæ à recol. mem. Clemente Papa Octavo, Prædeceſſore pariter noſtro, per quaſdam ſuas literas, quarum initium: *Etſi ex debito &c.* die 28. Julii 1604. approbatæ fuerunt, etiam expreſſa reperiatur, in quibus Conſtitutionibus, parte 3. cap. 2. cavetur expreſſe, quod Clerici Regulares ejuſdem Congregationis in Capitulo Generali congregati, Conſtitutiones, & Decreta per univerſam Religionem ſervanda facere poterunt: & cap. 7. quod Præpoſitus Generalis, neque etiam de Conſultorum ſententia, novas leges, aut Conſtitutiones edere, aut editas abrogare, ſive in parte aliqua immutare poterit; id enim ad Generale Capitulum ſolum ſpectar: & in Proœmio dictarum Conſtitutionum expreſſe diſponitur, quod nemo, excepto Generali Capitulo (penes quod per Summorum Pontificum privilegia, eſt auctoritas, novas condendi leges, & veteres abrogandi) audeat eiſdem Conſtitutionibus aliquid mutare, addere, vel minuere, & alias, prout in prædictis

dictis literis Apoſtolicis, & Conſtitutionibus reſpective plenius dicitur contineri: Capitula Generalia Congregationis prædictæ, quæ ſucceſſive ab anno 1607. uſque in præſentem diem celebrata fuerunt, in vim prædictæ, aliarumque facultatum eis de Jure communi, & ex aliis conceſſionibus Apoſtolicis competentium, diverſa Decreta, & declarationes ediderunt, quæ ex actis Capitulorum Generalium hujuſmodi excerpta ſunt, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

DECRETA

Ex Actis Capitulorum Generalium Congregationis Clericorum Regularium excerpta.

1607. Officium præcipuorum Sanctorum, &c. Dec. 1. par. cap. 1. num. 1.

1607. Patre Generali poſt muneris, &c. Dec. 3. p. cap. 2. num. 1.

1607. Nullus Viſitator in Vicarium eligatur, &c. Dec. 3. p. cap. 7. num. 17.

1610. In quālibet noſtrarum domorum, &c. Dec. 2. p. c. 5. num. 5.

1610. Per menſem ante profeſſionis, &c. Dec. 2. p. c. 4. num. 15.

1610. Studiorum curriculum ſit perfecte completum, &c. Dec. 2. p. c. 5. num. 4.

1610. Qui ad aliam domum ſe confert, &c. Dec. 2. p. c. 6. num. 1.

1610. Qui alienam domum, vel obiter adierit, &c. Dec. ibid. num. 2.

1610. Duo Viſitatores eligantur, &c. Dec. 3. p. cap. 6. num. 1.

1610. Si qua bona Novitius etiam nominatim legaverit illi Domui, &c. Dec. 2. p. c. 4. num. 5.

1610. Inter præcipua Regularis obſervantiæ inſtituta cenſemus, &c. Dec. 1. p. cap. 5. num. 1.
A quo Decreto non excipiuntur à Capitulo Generali anni 1618. &c. Dec. ibid. num. 2.

1612. Ut ea, quæ de recipiendis Novitiis in noſtris Conſtitutionibus habentur, &c. Dec. 2. p. c. 4. n. 9.

1612. Qui alicujus domus Præpoſitus electus fuerit, &c. Dec. 3. p. c. 7. num. 7.

1615. Præpoſitus nominatus, vel præſentatus Epiſcopus, &c. Dec. ibid. num. 9.

1618. Unuſquiſque ex ſtato ritu noſtro, ac more, &c. Dec. 1. p. cap. 3. num. 5.

1618. Nemo ex Clericis, ſive ſtudiis operam navet, &c. Dec. 1. p. cap. 6. num. 3.

1618. Etſi in nonnullis Pater Generalis Conſultorum, &c. Dec. 3. p. cap. 5. num. 11.

1618. Sacerdos, qui ad ſecularium, tam virorum, &c. Dec. 3. p. cap. 7. num. 30.

1618. Ne communi menſæ unquam deſit ſacra lectio, Clerici omnes, &c. Dec. 2. p. c. 3. n. 6.

1621. Antequam ad quamvis Electionem in Capitulo Generali, &c. Dec. 3. p. c. 1. num. 14.

1624. Sacerdotes noſtri etiam peregre proficiſcentes, &c. Dec. 1. p. cap. 3. num. 6.

1624. In domo, in qua aliquis ex noſtris fratribus diem ſuum obierit, &c. Dec. 1. p. c. 7. num. 1.

1624. Si contingat, plures adeſſe vocales inter ſe primo, &c. Dec. 3. p. cap. 1. num. 16.

1624. Pater Generalis alternis vicibus eligatur, ſemel oriundus ex utriuſque Siciliæ Regnis, &c. Dec. 3. p. c. 5. num. 1.

1624. Ne incommodum ex electione Vocalis Capitulo Generali interfuturi, &c. Dec. 3. p. c. 1. num. 15.

1624. Quotannis Præpoſiti ſub Quadrageſimæ Initium rationes accepti, &c. Dec. 3. p. c. 7. n. 11.

1624. Liceat noſtris ſuburbanas domos pro animi remiſſione acceptare, &c. Dec. 2. p. c. 1. n. 2.

1627. Solerti Scrutinio à Vocalibus Domus per ſecreta ſuffragia, &c. Dec. 1. p. c. 3. num. 2.

1627. In Vocalis Capituli Generalis electione, &c. Dec. 3. p. cap. 1. num. 10.

1627. Ut autem in ejuſmodi electione recte quiſque, &c. Dec. ibid. num. 11.

1627. Ultra ſexennium nemo Præpoſiti, Viſitatoris, &c. Dec. 3. p. c. 7. num. 6.

1627. Ubi primum in ſuam advenerit domum Præpoſitus, &c. Dec. ibid. num. 18.

1627. In capitulis domorum, cœpto de qualibet re propoſita ſcrutinio, &c. Dec. 3. p. cap. 7. num. 33.

1630. In pervigilio B. Cajetani, & Beati Andreæ cuncti jejunent, &c. Dec. p. 2. cap. 3. num. 5.

1631. Ut præter alia incommoda, quæ oriri poſſont, &c. Dec. 3. p. c. 4. num. 4.

1636. Declaratom eſt noſtram Congregationem, &c. Dec. 1. p. c. 7. num. 4.

1641. Sancitum præterea, ut Generale Capitulum ſtatim à morte Patris Genetalis cogatur, &c. Dec. 3. p. c. 5. n. 2.

1641. Exceptis caſibus, qui habentur, &c. Dec. 3. p. c. 6. n. 10.

1641. Generale vero Capitulum anni 1641. quatenus opus ſit, &c. Dec. 1. p. c. 7. n. 5.

1644. Qui in Regionibus extra Italiam, &c. Dec. 2. p. c. 4. n. 10.

1647. Singulis annis, die Purificationis Beatæ Virginis, &c. Dec. 1. p. c. 1. num. 2.

1647. Præter Præpoſitos, ac Viſitatores, &c. Dec. 3. p. c. 4 n. 5.

1653. Confeſſarii nullo modo mandent, neve præcipiant iis, &c. Dec. 1. p. c. 3. n. 1.

1653. Conſanguinei tum in primo, tum in ſecundo gradu, &c. Dec. 3. p. c. 1. num. 17.

1653. Qui ſtudiis Scholaſticis inhabiles reputati fuerint, &c. Dec. 2. p. c 5. num. 15.

1655. Qui in electione Vocalis in Generali Capitulo interfuturi, &c. Dec. 3. p. c. 1. num. 18.

1655. Præpoſitus, qui corporalem poſſeſſionem domus, &c. Dec. 3. p. c. 7. nom. 42.

1662. Sancitum eſt, in prima Vocalis electione, &c. Dec. 3. p. c. 1. num. 19.

1662. Si contingat, primam Vocalis electionem ad duos tantum electores, &c. Dec. ibid. num. 20.

1662. Decretom p. 3. c. 7. n. 9. quo cavetur, &c. Dec. 3. p. c. 5. n. 19.

1665. In quocunque Generali Capitulo antequam Sacerdotes in Vocalium, &c. Dec. 3. p. c. 3. n. 7.

1665. Decretum de illis, qui operam dant Theologiæ morali per quatuor annos, &c. Dec. ibid. n 8.

1665. In quacumque Electione Vocalium, non ſubſcribatur a Scrutatoribua ſchedola, &c. Dec. 3. p. c. 1. nom. 21.

1665. Quando in eadem Civitate plures ſunt Domus, &c. Dec. 3. p. c. 7. num. 42.

1668. P. Generalis eodem jurisjurandi vinculo, quo ſe obſtringit. &c. Dec. 3. p. c. 5. num. 19.

1668. Ut debitæ Prælatorum reſidentiæ, &c. Dec. 3. p. c. 7. num 44.

1671. Declaratum eſt Noſtrates, teneri ex juſtitia ad celebrationem Miſſarum, &c. Dec. 1. p. c. 7. num. 3.

1671. Decretum eſt, quod Patres Viſitatores, &c. Dec. 3. p. c. 8. num. 5.

1674. Decreta, quæ in poſterum fieri debent, &c. Dec. 3. p. c. 2. n. 2.

1674. Cum alias decretum fuerit, quod Præpoſiti, &c. Dec. 3. p. c. 1. num. 22.

1674. Decretum alias latum anno 1627., quod incipit, &c. Dec. ibid. num. 24.

1674. Ut accuratius procedant, quæ in Capitulis Generalibus, &c. Dec. 3. p. c. 2. num. 4.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, licet præſumendum ſit, ex tam diuturni temporis lapſu, quod decreta, illis, quæ noviſſimis temporibus facta fuetunt anteriora, quæ ſemper inconcuſſe ſervata fuerunt, & de præſenti ſervantur, hoic Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ad effectum in ſupradictis Clementis VII. Prædeceſſoris literis expreſſum, exhibita fuerint; quia tamen ea de re, certa notitia non habetur, prædictus Procurator Generalis, tam illa, quam alia in ultimis Capitulis Generalibus Congregationis hujuſmodi edita, & ex prædictorum Capitulorum Generalium actis, ut præfertur, fideliter excerpta, Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ipſius Procuratoris Generalis votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati; Omnia, & ſingula præinſerta Decreta, & Declarationes à Capitulis Generalibus dictæ Congregationis edita, & ex illorum actis excerpta, ut præfertur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus; ac omnes, & ſingulos juri, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes eaſdem præſentes literas, ac declarationes, & decreta præinſerta, ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plena-

rios,

rios, & integros effectus ſortiri, obtinere; ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non, quatenus opus ſit, dictæ Congregationis, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem ubique fides adhibeatur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die quinta Aprilis 1675. Pontificatus Noſtri anno quinto.

Locus ✝ Sigilli Annuli Piſcatorii.

I. G. Sluſius.

ORDINI DE' CAPITOLI GENERALI
DE' MM. RR. PP. GENERALI E PP. CONSULTORI DE' CHERICI REGOLARI RACCOLTI

PER ORDINE DEL CAPITOLO GENERALE DEL MDCLIII.

Riſtampati di nuovo coll' aggiunta di quelli, che ſucceſſivamente ſono uſciti, ſino all' anno 1674. ſotto i loro Capi.

ALLI PADRI E FRATELLI DE' CHERICI REGOLARI.

ESſendo convenuto di dar di nuovo alle ſtampe unitamente (che prima andavano ſeparate (le noſtre Conſtituzioni, ed i Decreti, fatti ne' Capitoli Generali ſino all' anno 1653. con aggiungervi à ſuoi Capi gli altri Decreti, che ſucceſſivamente furono ſtabiliti ne' Capitoli ſuſſegnenti ſino a queſto tempo; per far che uſciſſero ordinatamente tutti inſieme colligati alle medeſime Conſtituzioni; delle quali ſono eſſi, come Ampliazioni, Dichiarazioni, e Commentari; E' paruto bene con queſta occaſione far riſtampare anche gli Ordini, fatti in diverſi tempi, con ridurli a miglior diſpoſizione ſotto i ſuoi propri capi, ſenza punto alterarne la ſoſtanza, acciò tutto quel che concerne al noſtro Inſtituto, ed al debito della Regolare oſſervanza, s' abbia da' Noſtri avanti a gli occhi, e s' aggiungano nuovi ſtimoli a perfettamente oſſervarlo. Imperciocchè non v' è coſa, che più giovi al mantenimento, ed eſattezza della Diſciplina Regolare, quanto il buon ordine, ſpeſſa ricordanza, e confermazione di que' Santi Inſtituti, che più ſi confanno alla conſecuzione di quel fine, a che tutti colla Profeſſione, è vita Religioſa aſpiriamo. Reſta ora, che ognuno per la ſua parte cerchi, non tanto imprimerli nella ſua mente con la frequente lettura di eſſi, quanto farſeli familiari coll' uſo, è coll' eſatta oſſervanza: altrimenti, per ottime, e di buona tempra, che ſian le armi; vane ſempre, & inutili riuſciranno, ſe non ſi adoprano.

INDICE DE' CAPITOLI

I. *Ordini per l' accreſcimento dello Spirito, ed Oſſervanza.*
II. *Per la Povertà delle Celle, e de' Veſtiti.*
III. *Ordini per lo buon governo delle Caſe.*
IV. *Per li Conti, ed Amminiſtrazione temporale.*
V. *Per le ſpeſe de' Veſtiti, e de' Viaggj.*
VI. *De' Lettori, e Studenti Scolaſtici.*
VII. *De' Lettori, e Studenti di Teologia Morale, e della facoltà di Confeſſare.*
VIII. *De' Fratelli Cherici Profeſſi licenziati dal Noviziato.*
IX. *De' Fratelli Cherici, tanto Profeſſi, quanto Novizi.*
X. *De' Fratelli Laici.*
XI. *Per le Città, dove ſono più Caſe de' Noſtri.*
XII. *Aſſegnamento de' Foreſtieri per le Caſe di Napoli.*
XIII. *Della Caſa di Roma.*

ORDINI DE' CAPITOLI GENERALI

De Padri Generali, e Conſultori de' Cherici Regolari.

Capo I.

Ordini per l' Accreſcimento dello Spirito, ed Oſſervanza.

1. Esſendoſi, per l' inſtanza fatta, per ordine del Capitolo Generale, alla Santità di N. S. Clem. IX. di felice memoria, ottenuto l' Officio coll' Ottava della Madonna Santiſſima della Purità, noſtra Padrona, e Protettrice; ſi è ſtabilito, che ſe ne faccia la feſta nel giorno della Purificazione, con ogni maggior pompa, e ſolennità.

2. Si eſortano tutti, non ſolo Sacerdoti, ma anche i Fratelli Cherici, e Laicj, di fare ogni anno gli Eſercizj ſpirituali per dieci giorni, conforme eſorta, e per cui concede Indulgenza Plenaria, e Remiſſione di tutti li Peccati, la Santità di Paolo V. nella ſua Bolla, o Conſtituzione, & che comincia. *Romanus Pontifex.* ſotto il di 23. Maggio 1606. l' anno 2. del ſuo Pontificato. Non ſi laſcino però in quel tempo di far tutte l' oſſervanze comuni; e ſolo s' aſtenghino dall' uſcir di Caſa, e dall' occuparſi in negozi attinenti ad altri; per aver comodità di attendere ſolo a ſe ſteſſi, & a i puri intereſſi dell' anima ſua, conforme preſcrive la medeſima Bolla. E per loro maggior conſolazione abbiano facoltà d' eleggerſi un Confeſſore degli approvati di Caſa: al quale ſi conceda per quel tempo degli Eſercizi, la facoltà di aſſolvere da tutti i caſi, da quali può aſſolvere il Superiore. E ſi eleggano per Protettrice in queſti Eſercizj, la Madonna della Purità.

3. Si approva la Divozione, che ſi è inſtituita in molte Caſe della Religione delle Anime de' Morti: e ſi rimette alle Caſe tutte l' accettarla, ed eſercitarla nel modo, che ad eſſe ſarà poſſibile, e più conveniente.

4. Il fare la muſica nelle Feſte de' Titolari delle noſtre Chieſe, & altri giorni particolari, è ſtato rimeſſo dal Capitolo Generale del 1624. al M. R. P. Generale, ovvero al Capitolo della Caſa.

5. Ed in quello del 1655. ſi è determinato, che le muſiche, già ſolite farſi nelle noſtre Chieſe, potranno dal M. R. P. Generale, e PP. Conſultori, ridurſi a minor numero, ſe così parrà loro eſpediente. E per l' avvenire non ſi faccino nove muſiche, oltre le conſuete farſi nelle noſtre Chieſe.

6. Non diano i Prepoſiti eſenzione ordinaria ad alcuno, ſenza licenza in iſcritto del P. Generale: e chi l' ha, s' intenda con obbligo di andare, oltre alla Nona, una volta il giorno in Coro. E ſe ſarà loro conceduta per iſtampare, ſcrivano ogni ſei meſi al P. Generale l' opera, che ſarà compoſta; acciò poſſa deputare perſona, che vegga, ſe ſpende bene il tempo, e ſe rieſce in tale impreſa.

7. Neſſuno ſotto proteſto d' eſſere ſtato al Mattutino, laſci d' andare alle Ore: nè altri ſi reſteranno, ſe non quelli, che ſaranno aſſegnati a dir meſſa in tal tempo, o auranno altri legitimi impedimenti, i quali in altro tempo non ſi poſſino differire.

8. Tut-

8. Tutte l' eſenzioni del Coro, così concednte, come da concederſi a chi che ſia, per qualſivoglia occaſione, ancorche dal Capitolo Generale, s' intendano ſempre dipendenti dal M. R. P. Generale, e Padri Conſultori.

9. Quelli, che ſenza biſogno, ma ſolo per comodità, e mal abito reſtano dal Coro, in particolare dal Mattutino, ſiano mortificati, in ſpecie nell' uſcire. Così quelli, che ſenza neceſſità mancano alle prime menſe: e di queſti ſe ne dia ogni meſe contezza al M. R. P. Generale.

10. Quelli, che nel vitto comune mancano ſenza biſogno, ſiano mortificati, in particolare nell' uſcire; e di eſſi parimente ſi dia ogni meſe conto al P. Generale.

11. Nel tempo della Quareſima, e dell' Avvento, ſi accomodi una Tavola nel fine del Refettorio, per quelli, che ſono aſtretti da infermità a mangiar carne, o latticini. Et in quel tempo dii la benedizione in Refettorio il primo profeſſo Vocale di quelli, che non mangiano carne.

12. Il Vocale, il quale è obbligato a leggete a menſa (confotme alli noſtri Decreti) che ſenza legittimo impedimento non farà la ſua ſettimana del leggere in Refettorio; *ipſo facto*, s' intenda ſoſpeſo dalle voci per un meſe: quale impedimento, ſe non ſarà evidentemente legittimo a giudizio del P. Prepoſito, ſi debba capitolarmente dichiarare a voti ſegreti.

13. Dopo la lezione de' libri latini, ſi legga ogni giorno il Martirologio volgare alla menſa comune.

14. Co' i diſcoli dichiarati, e diſcacciati dalla Religione, niuno poſſa trattare, ne converſare, ſenza eſpreſſa licenza del ſuo Superiore: e traſgredendo alcuno queſta determinazione, ſia ſeveramente punito.

15. Se frà gli ordini, e Decreti già fatti, vi fuſſe qualche oſcurità, o dubbiezza, ſi dà facoltà al M. R. P. Generale, e Padri Conſultori di ſpiegarla, e deciderla.

Capo II.

Della povertà delle Celle, e' de Veſtiti.

PEr mantenimento della religioſa povertà uniforme, oltre a quello, che ſtà eſpreſſo nelle Conſtituzioni, e ne' Decreti, oſſervino tutti l' infraſcritte dichiarazioni, & ordini.

1. Nelle Figure che ſi tengono in cella non vi ſiano cornici di prezzo. I vaſi dell' acqua benedetta ſiano di vetro, o di terra, ſecondo l' uſo delle Città: ſiano tutte le celle uniformi, con una Croce, una tavola, uno ſcabello, & una ſedia. Li Padri Præpoſiti però, i Viſitatori in tempo di viſita, & altri Superiori, potranno tenere più ſedie per comodità di chi avrà da trattare con loro. Le lucerne ſiano di latta, e non di ottone, o d' altra materia. I coltelli, e ſorchette non abbiano manichi di corallo, o madreperla: Ne meno s' uſino cucchiari di argento, fuor che per l' infermeria, ne vi ſiano coſe aliene dalla povertà, che da noi ſi profeſſa. Nelle celle de' Novizj non vi ſiano altre Figure, che di carta, & una croce; ne uſino li Novizj Cherici altra ſedia, che di legno; e li Novizj laici uno ſcabello di legno.

2. Le ſoprane d' inverno non ſiano di panno ſopraſino, ſi lavorino, e ſieno ſenza trapunti; ma ſemplicemente al modo religioſo: così ancora i veſtiti di ſotto, quali per niun conto s' uſino neri, ma di panno bianco, o di pelle per lo verno, e di dobletto, o tela per l' eſtate; le ſoprane per uſcire ſieno di ſaia ſcotta, e non d' altro. Si proibiſcono le ſottane di ſaia di Milano, o d' altre ſaie di prezzo, come ancora li ferraiuoli di ſaie ſimili à chi ſi ſia. Ne ſi uſino berrettini ad ago, o di ſeta: E i cappelli non abbiano, che una ſemplice trina, con un bottone piano di ſorma uguale, conveniente allo ſtato religioſo, col giro ſolo foderato, per la pulizia. Le pianelle, e le ſcarpe ſemplici. Le camicciole di lana, di bambagia, e di roveſcio di colore, abbiano ſempre l' eſtremità delle maniche, coperte di tela bianca, quando non vi ſi porti ſopra il giubbone. Le pelliccie, ove per neceſſità s' adoprano, ſieno di capretti, o di agnelli, e i manicotti al più di volpe, e ſi ricuoprano con panno, o con ſaia in modo, che non ſi vegga la pelle. E chi la ſtate non porta maniche al giubbone, porti almeno i manichetti di tela.

Capo III.

Ordini per lo buon governo delle Caſe.

1. NOn ſi ricevano in Caſa Secolari ſenza conſentimento del Capitolo; e ſi trattino conſorme alla noſtra povertà religioſa, & alla Bolla di Clemente VIII. di felice memoria. E gli Operarj, che lavorano in Caſa, ſi trattino di maniera, che ſi provegga al loro biſogno, e reſtino edificati della noſtra povertà.

2. Per impedire gl'inconvenienti, che poſſono ſeguire; ſi è determinato, che nella noſtra caſa di Fraſcati non ſi ricevano oſpiti, così Eccleſiaſtici, come Secolari di qualſivoglia condizione.

3. Si dichiara la Conſtituzione 3. p. Cap. 9. ove dice. *In extraordinariis ſumptibus &c.* S'intenda ancora de' denari, laſciati in confidenza, eziandio per opere particolari; cioe che il tutto debba farſi col Capitolo della Caſa. Ne ſi facciano fabbriche, paramenti, 'o altre ſpeſe ſtraordinarie, da quelle Caſe, che anno debiti, ſenza eſpreſſa licenza in iſcritto del P. Generale.

4. Fù in oltre riſoluto, che per l'avvenire niuna Caſa della Religione poſſa pigliar denari ad intereſſe, o in qualſivoglia altro modo con queſta Clauſola obbligatoria. *In forma Cameræ Apoſtolicæ*, e che i Superiori delle Caſe non poſſino proporre di pigliar denari con ſimile obbligazione. Similmente ſi proibiſce a' Noſtri, che ſano Procuratori nelle noſtre Caſe, il poter pigliar denari non la detta Clauſola obbligatoria. *In forma Cameræ Apoſtolicæ.* Si eccettuano però le Caſe di Roma, per le quali ſi rimette al M. R. P. Generale, e Conſultori il modo di pigliare, biſognando, denari ad intereſſe, o in altro modo.

5. De' denari, che ſi ricevono per celebrazione di Meſſe, ſe ne faccia ogni meſe introito nel libro grande della Caſa.

6. I Caſſieri, e Procuratori non iſpendano, ne preſtino nulla a chi che ſia, ſe non anno eſpreſſa licenza dal Superiore, ſenza la quale niuno faccia preſtare denari, nè a Secolari, nè a Noſtri.

7. Si ordina, che a tutti quelli, che ſono, e ſaranno per l'avvenire gravemente indiziati, d'aver abuſato dell' elemoſine, che vengono per le Meſſe, (ſiano Superiori, o ſudditi) ſi comandi in virtù di Santa Obbedienza l'aſtenerſi da ſimili abuſi. Et eſſendo poi recidivi, ſiano con pene arbitrarie ſeveramente caſtigati.

8. Se alcuno ſotto qualſivoglia preteſto farà qualche debito, o per ſe, o per altre perſone, non ſpettante al comun ſervizio della Caſa, ſenza eſpreſſa licenza, *in ſcriptis*, del P. Prepoſito di quella Caſa, ove è aſſegnato, o dove ſi trova; ſia caſtigato con pena di tre meſi di carcere.

9. Si tenga il libro particolare, in cui ſi notino diſtintamente tutte le robe di Caſa, notando ogn' anno quello, che o ſarà fatto di nuovo, o che ſarà conſumato, o che ſarà mancato per qualſivoglia accidente. Abbia ciaſcuno nella ſua ubbidienza l'inventario ſpeciale delle coſe, che a quella appartengono: e nel mutarle ſi conſegnino le robe, e l'inventario ſottoſcritto da amendue. E dal Sagreſtano ſi tenga ancora il libro, dove ſi notino i Morti, che ſi ſeppelliſcono nella noſtra Chieſa, come comanda il Rituale Romano.

10. Si ordina, che ne' Capitoli, che ſi faranno, ſi ſcriva prima la propoſta, che ſi ha da ballottare; e finita la ballottazione, prima di licenziare il Capitolo, ſi ſcriva nel libro de' Capitoli, e ſi legga la propoſta, e la concluſione, quale poi ſi ſottoſcriva dal P. Prepoſito, e due Vocali.

11. Ne' Capitoli della Caſa, s'eleggano gli Scrutatori fuori del Capitolo, ſeguendo la forma del Capitolo Generale.

12. A tempo delle Conferme del terzo anno, ſiano in ogni Caſa aſſegnati, almeno tre Vocali: e queſti ſiano tali, che paſſano facilmente, e ſubito portarſi alla loro aſſegnazione, per ſervir quella Caſa ſino al Capitolo Generale.

13. I Caſi pubblici, che occorrono nelle Città, ſi conſultino tra Padri unitamente; e conforme alla riſoluzione ſi dia da tutti lo ſteſſo parere.

14. Dovrà ogni P. Prepoſito nel finire il ſuo governo, conſegnare al Vicario, o a chi reſterà Superiore, Inventario diſtinto di quanto laſcierà il Veſtiario, Sagreſtia, Liberia &c. E nota compita de' debiti, e crediti con ogn' altra particolarità neceſſaria a diſpiegare perfettamente lo ſtato temporale della Caſa, dalla quale parte, o di cui laſcia il governo. Nello ſteſſo modo ſiano conſegnati gl' inventari, e nota conſimile al P. Prepoſito, che di nuovo entra al governo, acciò ſi conoſcano i progreſſi, o i danni, che riſultano alle Caſe dall' opera di ciaſcheduno. Tali note, & inventari ſiano ſottoſcritti dal Superiore, che li laſcia, e da quello, che li riceve: e ſi conferma l'ordine ſourapoſto al num. 9. di queſto medeſimo Capo.

15. I Padri, che verranno al Capitolo Generale, ſiano tenuti, di portare a Roma, o vera mente quelli, che reſteranno, di mandare non ſolo il Bilancio dell' Eſito, e dell' Introito, ma ancora ogni più chiara notizia degl' intereſſi temporali della Caſa.

16. Non

16. Non ſi diano, o preſtino ſcritti de' Noſtri a Foreſtieri, ſenza licenza del Superiore.

17. Non pongano i Prepoſiti nuovi peſi alle Caſe, ſenza eſpreſſa licenza del P. Generale: ſenza la quale ne meno impieghino a ſervizio pubblico, come di Congregazioni, Oratorj, Accademie, e ſimili, chi che ſia. E nel fondare Oratorj, ne diano prima le Caſe, avviſo a Roma.

18. Quei che per l' innanzi anderanno alle noſtre Caſe oltre i monti, ſenza licenza, o patente; oltre alle pene contenute ne' noſtri Decreti; ſe ſaranno Vocali, ſiano per ſei anni privati di voce attiva, e paſſiva; ſe Sacerdoti ſemplici; per ſei anni di più, di quello è neceſſario per le noſtre Conſtituzioni, non poſſano eſſer propoſti al Vocalato; ſe Cherici; per ſei anni non ſiano promoſſi ad Ordine alcuno; e ſe ſaranno fratelli Laici; per dodici anni ſtiano con la veſte tagliata ſino al ginocchio.

19. Niſſuno ſotto qualſivoglia preteſto poſſa, o con licenza, o con patente andare in Spagna, per attendere a negozj de' Secolari, o ſiano parenti, o amici. Rimettendo però il Capitolo Generale al M. R. P. Generale, e Padri Conſultori il poter diſpenſare con alcuno, per cagioni graviſſime, & evidentiſſimamente chiare.

20. Si vedano li paſſaporti de' Foreſtieri: e quelli, che non avranno patente, o licenza *in ſcriptis*, ſi mettano in carcere.

21. Per niuna conſuetudine, o preſcrizione in contrario, ſi mandi qualſivoglia de' Noſtri da una Provinzia ad un' altra, ſenza licenza eſpreſſa del M. R. P. Generale, ſe non in caſo di graviſſima neceſſità, approvata dal Capitolo della Caſa. Il qual caſo, ſe poi non ſarà reputato per tale dal P. Generale, e Conſultori, ſia obbligata a pagare le ſpeſe del ritorno, e ſoggiacere ad altre pene, ad arbitrio del P. Generale.

22. Si proibiſce eſpreſſamente al P. Prepoſito l' uſcire di Caſa, ſenza grave, &. urgente neceſſità, ogni volta, che ſi trova uſcito il ſuo Vicario: & il Vicario parimente, quando non è in Caſa il Prepoſito: devendo ſempre uno di loro due aſſiſtere di preſenza al governo della Caſa.

23. Si proibiſce a tutti, ſotto pena di privazione di voce attiva, e paſſiva, l' andare a Conſervatorj di donne, ſenza eſpreſſa licenza, *in ſcriptis*, de' Padri Prepoſiti. E ſi proibiſce a' medeſimi PP. Prepoſiti, di dare, o di poter dare licenza a quelli, che vi anderanno, di entrar dentro a confeſſare, ſe non in caſo, che vi foſſe perſona, che per infermità ſtaſſe in letto, ne poſſino mandare a confeſſare, o a fermoneggiare in detti luoghi, ſe non quelli, che anno licenza, di fare lo ſteſſo alle Monache.

24. Non predichi, ne facci ſermoni di ſorte a Monache, chi non ha di ciò eſpreſſa licenza dal P. Generale.

25. Niuno mandi lettere fuori del piego comune ſenza particolar licenza del Superiore: ne tenga, o ſi ſerva d' altro ſuggello, che dell' ordinario della Caſa: eccettuando però i Padri Viſitatori, e Padri Conſultori: le lettere de' quali, o quelle, che loro ſi mandano, non s' aprano, o s' impediſcano da niuno.

26. Le lettere de' Superiori maggiori, ſcritte al Prepoſito, e Vocali, non s' aprano, ſe non in Capitolo, e poi ſi conſervino nell' Archivio: come ancora tutte le ſcritture pubbliche, benche non appariſſero più neceſſarie. Di qualſivoglia contratto ſi pigli ſempre copia, e ſi conſervi nell' iſteſſo luogo, tenendo il tutto inventariato. E le lettere comuni de' negozi, che dalle Caſe ſi mandano a Roma, ſiano ſempre firmate da tutti li Padri.

27. Le lettere ancora de' particolari, che ſi mandano al P. Generale, e Padri Conſultori, ſi ſcrivano in quarte di foglio, quando la neceſſità non richieda altrimenti.

28. Si è ſtabilito nel Capitolo Generale del 1644., che l' elezione del Vocale per il Capitolo Generale ſia avviſata alle Caſe, con piccole cartelle, nella maniera, che ſi avviſa la morte di alcuno de' noſtri Padri, e Fratelli.

29. Si determini per ciaſcuna Provincia uno, che ſcriva gli ſucceſſi notabili della Religione in comune, e de' ſoggetti eminenti in particolare. Et in ciaſcheduna Caſa ſi deputi dal P. Prepoſito uno, che faccia il Diario delle coſe notabili, che ſuccedono alla giornata; e ſi oſſervi inviolabilmente.

30. Chi ſarà deſtinato a rivedere l' Opere de' noſtri Padri, che dovranno ſtamparſi, affermi in ſcritto, e faccia fede; come in dette opere, non ſolo non vi è coſa contra la Fede, e buoni coſtumi; ma in oltre, ch' egli in coſcienza ſtima, da tali opere doverne riſultare onere alla Religione: e mandi di queſta teſtimonianza ſcrittura autentica al M. R. P. Generale.

31. Il Capitolo Generale del 1647. rivoca tutti gli aſſenſi dati a Brevi Pontificì condizionati, che ſono ſtati rimeſſi a Padri Generali paſſati, o a Superiori delle Caſe.

32. Avendo l' iſteſſo Capitolo Generale del 1647. dato facoltà alla Conſulta, di poter determinare, ſe i Ciechi poſſano avere la voce attiva, e paſſiva nell' elezione del Vocale per lo Capitolo Generale; ſi è determinato, che la poſſano avere.

Capo IV.

Per li Conti, & Amminiſtrazione temporale.

1. Si terranno in ogni Caſa due libri diſtinti: In uno de' quali, intitolato; LIBRO DELL' INTROITO, E DELL' ESITO, ſi noteranno all' *Introito*, o vogliam dire, al *Dare*, tutte le Limoſine, Legati pij, Vendite di Robe, &c. in ſomma tutto il denaro, che meſe per meſe entrerà in Caſſa, da quello in fuori, che ſi prenderà in preſtanza, o ad intereſſe, quale ſi dovrà notare nell' altro libro, come ſi dirà appreſſo al n. 4.

2. Al rincontro dell' Introito, ſi noterà ſeparatamente nell' altra pagina (che è dell' *Eſito*, o ſia dell' *Avere*) tutto il denaro, che ſi è ſpeſo in quel meſe, così nel vitto comune, come nel veſtito, nel ſervizio della Chieſa, &c. ed ogn' altra ſpeſa, tanto ordinaria, quanto ſtraordinaria, che ſi ſia fatta in Caſa; ricavando ciò dalle partite a minuto, che in altra parte nel Corpo del libro, ſotto diverſi titoli ſaranno regiſtrate a' ſuoi luoghi: delle quali al fine del meſe ſi farà la ſomma, e ſi riporterà tutta per intiero alla parte dell' *Eſito* co' ſuoi titoli, ordinatamente, ſecondo che nel Corpo del libro ſaran diſpoſti. Poſcia, finito il meſe, ſi ſommeranno tutte le ſuddette partite, tanto dell' Introito, quanto dell' Eſito, e confrontandole inſieme, ſe ne farà il Bilancio, che ſi noterà di ſotto immediatamente, e quello, in che ſi troverà avanzare, o l' uno, o l' altro, ſi transporti nel meſe ſeguente: acciò con maggior facilità, e chiarezza in ogni meſe appariſca lo ſtato, in cui ſi trova la Caſa.

3. E perche nel conto dell' Eſito, come ſi è detto, ſi devono notare, prima tutte le ſpeſe minute, che ſi faranno, ſotto i ſuoi titoli, che ſi ripartiranno nel corpo del libro, e per maggior facilità, ſi potran notare con diſtinte cartelle, ch' eſcano in fuori, acciò ſubito venga alla mano quel che ſi ricerca. E poi la ſomma di eſſe, come ſi è detto, ſi devono co' ſuoi titoli, e coll' iſteſs' ordine traſportare al principio del libro, in quel meſe, in cui ſtanno notati all' incontro l' Eſito, e l' Introito, regiſtrandole ſotto l' Eſito. E finalmente farne la ſomma, & il Bilancio ſuddetto, come ſi vede nella ſeguente forma.

Introito di Gennaro		*Eſito di Gennaro*	
Venuti in queſto meſe		Speſo in vitto comune	. . . .
Di pure Elemoſine	. . . .	In veſtiario	. . . .
Per Legati pii	. . . .	In ſervizio della Chieſa	. . . .
Per robe vendute	. . . .	Per iſtraordinario	. . . .
Per Meſſe ſoddisfatte	. . . .	Per limoſine date a poveri	. . . .
E così degl' altri	. . . .	E così di mano in mano, ſecondo i titoli, e le ſpeſe fatte, come nel corpo del libro.	
Somma l' Introito	. . . .	*Somma l' Eſito*	. . . .

Bilancio.

Introito di queſto meſe, come ſop.	. . . .
Eſito del medeſimo, come ſop.	. . . .
Supera l' Introito, od Eſito	. . . .
Supera l' Eſito nel meſe paſſato	. . . .
Reſta ora in tutto ſuperiore l' Eſito	. . . .

4. Nell'

4. Nell' altro libro poi, che ſi dovrà intitolare LIBRO DE' CREDITI, E DEBITI: ſi noteranno ſeparatamente tutti li Depoſiti, de' quali s' è ſervito la Caſa; i denari preſi in preſtanza, od a cenſo: il debito, che s' a co' i Mercanti, per robe da eſſi preſe in credenza, co' loro prezzi diſtinti: e quando poi ſi reſtituiranno, O pagheranno i ſuddetti debiti, ſi noterà il tutto di contro al debito d' ogn' un di loro: e così reſterà ſaldato il conto del debito.

5. Parimente ſi noteranno in un altra parte del medeſimo libro tutti li crediti della Caſa: come di Cenſi perpetui, o Vitalizj; Legati da riſcuoterſi: Preſti fatti: Fitti di caſe maturati, e non pagati, &c. dando debito ad ognuno in particolare di quello, di che va debitore. Et all' incontro quando pagheranno, ſi eſtingua il conto, dandogliene credito al foglio di contro. Et a queſto modo ſarà agevole il ſapere lo ſtato della Caſa al tempo della Viſita: e quali debiti, o crediti vi ſaranno.

6. E perche ogni triennio ſi deve mandare a Roma al Capitolo Generale lo ſtato effettivo della Caſa, anno per anno, co' ſuoi Bilanci, acciò nel fine del triennio ſi veda in un occhiata, in che ſtato ſi trova la Caſa, e ſe in credito, o in debito: perciò da ſuddetti due libri ſi dovrà cavare, con le partite in ſolido, come ſi trovano ſotto i ſuoi titoli; notando in un foglio da una parte, anno per anno l' introito fatto, raccolto da tutti i meſi: e dall' altra parte all' incontro, l' eſito; & indi confrontando l' uno coll' altro, ritrarne il Bilancio, come nell' infraſcritto eſempio.

Primo Anno

Introito.		*Eſito.*	
Venuti in queſt' anno.		Speſo in queſt' anno.	
Di pura elemoſina	. . .	Per ſervizio della Chieſa	. . .
Per Legati pii	. . .	In Vitto comune	. . .
Per robe vendute	. . .	In Veſtiario	. . .
&c. come ſop	. . .	&c. com. di ſop.	. . .
Somma tutto l' Introito.	. . .	*Somma l' Eſito.*	. . .

Così ancora ſi farà del ſecondo, e terzo anno: e finalmente ſe ne farà il Bilancio, come ſopra.

S' aggiungano anche i crediti maturati, e non eſatti, come di Legati da pagarſi per una ſol volta: di Legati vitalizi: di Pigioni di caſe &c. . . .

Si aggiungano di più i debiti contratti, e non pagati: come per eſempio.
Si deve a diverſi Mercanti per tante robe preſe . . .
Per la ſorte d' un Cenſo fondato &c.

Per ultimo, l' obbligo di Meſſe, che reſtano a dirſi . . . .

Sommo tutto il Credito . . . *Somma tutto il Debito* . . .

Superano i Crediti, ovvero i Debiti . . . .

E così apparirà evidentemente lo ſtato della Caſa, e come vada l' Amminiſtrazione temporale.

7. Et in queſta forma dovranno tutte le Caſe tenere i loro libri. E i Padri Viſitatori nel tempo della viſita uſeranno diligenza particolare, perche tal norma ſi oſſervi.

Capo V.

Per le ſpeſe de' Veſtiti, e de' Viaggi.

1. Quanto a Fratelli cherici, che ſi mandano allo ſtudio dalla Caſa della loro profeſſione ad un' altra, ſiano dalla ſteſſa Caſa di profeſſione proveduti di tutte le veſti da ſtate, e da inverno. Le ſottane ſiano fatte nuove, o almeno lo ſteſſo anno, le ſoprane di due anni al più.

2. Paſſando lo ſtudente dalla Caſa dove ha ſtudiato la Filoſofia, ad altra, per ſtudiarvi la Teologia, ſia tenuta quella Caſa, donde ſi parte, ſe è profeſſo di eſſa, conforme al numero precedente: ſe non è profeſſo ſuo, mandarlo con la ſottana di due anni al più, e con la ſoprana buona, di cui non ſi ſia ſervito più di tre anni.

3. Quando finito lo ſtudio della Teologia, ſi partiranno da quella Caſa, dove anno ſtudiato, ſe di quella ſono Profeſſi, eſſa ſia tenuta di mandarli veſtiti, come di ſopra: ma ſe ſaranno profeſſi d' altra Caſa, & anderanno alla Caſa della loro profeſſione, vadano con le veſti, che ſi trovano; andando però altrove, ſi mandino con veſtiti nuovi di quella ſtagione.

4. Se altri nella medeſima Caſa ha ſtudiato Teologia, e Filoſofia, ovvero v' è ſtato, oltre a quattro anni della Teologia, ſia obbligata la Caſa, a mandarlo così veſtito, come ſe egli foſſe profeſſo di lei.

5. Le ſpeſe de' viaggi de' Fratelli, che vanno allo ſtudio, le paghino ſempre le Caſe della loro profeſſione.

6. Quando ſi manderà alcun Fratello non iſtudente, per abitare ad altra Caſa, ſia tenuta la Caſa, di dove ſi parte, mandarlo veſtito da ſtate, e da inverno, conforme al primo numero.

7. Quando ſi manderà un Fratello penitenziato da una Caſa ad un' altra, ſe la penitenza gli ſarà data per lo primo delitto, ch' egli avrà fatto nella Caſa, donde ſi parte, ſia tenuta detta Caſa, a mandarlo veſtito per l' inverno, e per l' eſtate, come nel numero primo, e di fargli le ſpeſe del viaggio: ma ſe foſſe il ſecondo delitto, perche quella Caſa ha ſentito peſo in riceverlo, ſia tenuta la Caſa della profeſſione, a fare tutta la ſpeſa del viaggio, e de' veſtiti, che biſognano di nuovo, come di ſopra. Se però tre anni continui, ſenza far nuovo delitto, ſarà ſtato nella ſteſſa Caſa, nella quale ha commeſſo l' ultimo, s' abbia come ſe foſſe il primo.

8. Quando ſi manderanno i Fratelli a nuova Caſa fondata d' un ſolo anno, o poco più, ſiano tenute quelle Caſe, donde ſi partiranno, a pagare le ſpeſe de' viaggi, fuor che ſe la Città, o altro Signore, che chiama, non daſſe denari a queſto effetto: e ſi mandino veſtiti come di ſopra nel numero primo. E più ſi diano almeno quattro camicie per Fratello, ſei fazzoletti, & altre biancherie buone, neceſſarie alla perſona ſua.

9. Facendo qualche Caſa iſtanza d' eſſer ſgravata d' alcun Fratello di poco buona ſoddisfazione: ſe detto Fratello ſi manderà a Caſa, che nol richiede, ſia tenuta la Caſa, donde ſi parte, oltre a veſtirli, come di ſopra, pagargli ancora le ſpeſe per lo viaggio, quali per altro avrebbe a pagare la Caſa, che lo riceve: come ſi farà ogni volta, che per ſervizio di lei ſi manderà alcun Fratello.

10. Andando alcun Padre, o Fratello di ſtanza in una Caſa, potrà quella fra due meſi dimandare all' altra d' ond' è partito, le veſti, o altro, che aveſſe di biſogno, conforme agl' ordini: qual tempo finito, non poſſi domandare coſa alcuna, ma la Caſa, dove ſi ritrova, ſia obbligata, a provederlo de' ſuoi biſogni.

11. E perche tutti li caſi particolari non ſi poſſono provedere, ne ridurre alla medeſima regola: per tanto occorrendo alcuna difficoltà in queſta materia di veſtiti, e viaggi, non ſtia in poteſtà de Propoſti il dichiarare, o determinare quello, che s' abbia da fare; ma la Caſa, ove ſi troverà aſſegnato di ſtanza il Fratello, che ha biſogno, lo provegga de veſtiti, affinche non patiſca; e dopo ne dia avviſo a Padri Viſitatori di quella Provincia, ove il detto Fratello ſi ritrova; quali ſiano Giudici di dette cauſe, facciano pagare la ſpeſa a chi tocca, ne vi ſia appellazione alcuna dalla loro ſentenza, o deciſione. Però i Superiori non diano denari in vece dei veſtiti ma o le veſti effettive, o pure avviſino i Superiori delle Caſe, ove andranno, quel tanto che avranno a provedere, e a detti Superiori ſi mandino i denari. Ed i veſtiarj ſiano proveduti del neceſſario da i Padri Prepoſiti, e Superiori, i quali debbano portare a Roma al tempo del Capitolo Generale gl' Inventarj de i medeſimi veſtiarj, acciò ſi vegga quello, che anno trovato in eſſi, e quello, che vi anno laſciato. Nel provedere de denari a Padri, e Fratelli per viaggi,

viaggi, non ſi prendano più denari da Mercanti, con farli poi pagare con lettere di cambio, ma la Caſa di dove parte, ſia tenuta di provedere di tutto quel denaro, che ſarà di biſogno; quale poi ſia rimeſſo quanto prima dalla Caſa, ove ſono aſſegnati, ſenza controverſia, ſenza avere riguardo ad altre pretenſioni, che poteſſe avere quella Caſa con l' altra; e quella Caſa che ricuſerà, o ritarderà il pagamento ſia obbligata dal P. Generale pagare il doppio. E perche i medeſimi Viſitatori abbiano qualche regola per quando un Fratello foſſe ſtato per poco tempo in diverſe Caſe, e da niuna foſſe ſtato veſtito, in tal caſo facciano pagare per la ſua rata a ciaſcuna di quelle Caſe, a ragione di 10. ſcudi di Roma l' anno. Le differenze delle ſpeſe de' viaggi ſi determino dal P. Generale.

CAPO VI.

De' Lettori, e Studenti Scolaſtici.

SI tenga da ogni Lettore un libro, nel principio del quale ſiano ſcritte le ſeguenti annotazioni.

1. Vi noti di ſua mano il giorno, che principiò lo ſtudio, e la materia, che legge, col numero, de' nomi, e cognomi de gli Studenti. Venendo poi altro Studente, dopo cominciato lo ſtudio, noti parimente il giorno, che principia ad andare in ſcuola, la materia, che ſi legge, & il termine a che ſi trova. E ſe alcun Studente per qualſivoglia cagione non interverrà per qualche tempo con gli altri, ſi noti nello ſteſſo modo in detto libro il giorno, che laſcia, e la cagione, la materia che ſi legge in quel tempo, ed a che ſegno ſi trova. Il medeſimo ſi faccia quando poi torna a ripigliare lo ſtudio. E così ancora quando alcuno degli Studenti aſſegnati dovrà partire, per trasferirſi ad altro ſtudio. Si noti ancora nello ſteſſo modo il giorno dell' eſame degli Studenti, le approvazioni per le concluſioni pubbliche, e le licenze concedute dal Padre Generale di ſeguitare gli ſtudj, a chi, dopo l' eſame annuale è ſtimato abile.

2. Fatto l' eſame, diano gli Eſaminatori ſeparatamente minuta relazione al P. Generale dell' intelligenza di ciaſcuno eſaminato, conforme al Decreto; ſpiegando il parere loro, ſe lo ſtimano atto ancora alla lettura, o ſolamente alle Prediche, con quella ſincerità, che ſono tenuti, per non aggravare le loro coſcienze.

3. Ne' tre anni aſſegnati dalle Conſtituzioni per la Filoſofia, ſiano compartiti i trattati ſecondo l' Elenco, inſerito ne' Decreti latini, e non ſiano paſſati allo ſtudio della Teologia quelli, che non avranno compiti li tre anni della Filoſofia, ne licenziati dallo ſtudio, ſe non avranno almeno finiti li quattro anni della Teologia, e Sacri Canoni compitamente con ogni puntualità, e nel caſo di queſti, e di quella ſi compartiranno li trattati giuſta l' Elenco ſopraddetto, ed eſſendo le Caſe di S. Silveſtro e S. Andrea di Roma comuni a tutte le nazioni, li lettori di Teologia, e Sacri Canoni, finito il quinquennio, neceſſariamente vachino da dette letture.

4. A gli Studenti non ſi diano ubbidienze comuni, e ſiano liberi da ogni peſo repugnante all' attenzione degli ſtudj, come dal tenere la chiave della Porta, e da ſimili: ne ſi mandino ad accompagnare, ne ſi facciano uſcire più d' una volta la ſettimana, ſe non per urgentiſſima cagione.

5. Ordiniamo, che i Cherici, ancorchè ſtudenti, ſervino più Meſſe per ciaſcheduno ogni mattina, ſe ve n' è di biſogno per il comodo, e buon ſervizio della Chieſa.

6. I Lettori di Rettorica, di Logica, di Filoſofia, e di Theologia ſenza niuna eccezione, o diſpenſa leggano, e facciano ripetere ogni dì, dalle feſte, o dal giorno delle vacanze in fuori: ne queſta ſi conceda, quando nella ſettimana occorrono due feſte. Noti il Bidello, ſe ſi oſſerva la Conſtituzione di ripetere ogni giorno, e tenere le Concluſioni ogni ſettimana.

7. Per ogni accidente, che il Lettore manchi di leggere, e non poſſa ripigliare i ſuoi eſercizi fra quattro giorni, ſuppliſca alla lettura un' altro, ſoſtituito dal Padre Propoſto, e dichiari le queſtioni correnti con gli ſcritti del Lettore, ſe vi ſaranno, o con i proprj.

8. Finito lo ſtudio della Theologia, ſe lo Studente ſi vorrà eſaminare, abbia due meſi di eſenzione dal Coro, per prepararſi, e paſſato detto tempo, non goda altra eſenzione, ancorchè ſi differiſca l' eſame.

9. Niuno ſi ammetta per Lettore, il quale, oltre all' eſame, ed approvazione ordinaria, non abbia difeſo pubblicamente dopo lo ſtudio della Filoſofia, e della Theologia, tutte le Concluſioni dell' uno, e dell' altro ſtudio: ne ſi eſponga alcuno a pubbliche difeſe, il quale non ſia da prima eſaminato intor-

nò a quella materia, che ha da difendere: e ciò ſi faccia da tre Eſaminatori, eletti dal Padre Generale, e ſia ſempre uno di eſſi il Lettore, e da due di loro almeno con voti ſecreti ſia giudicato abile per tal impreſa. Ne alcuno difenda Concluſioni, ſe non de i trattati, de' quali ſarà ſtato eſaminato, ed approvato per dette Concluſioni, e le difeſe ſi faccino nella vacanza, che ſarà in ogni ſtudio da 15. di Luglio ſino a' 15. di Settembre: e non potendoſi fare per alcun accidente, ſi tralaſcino, ſenza però pregiudicare all' abilità de' ſogetti, che per l' eſame ſuddetto ne ſaranno giudicati atti.

10. Non s' elegga per Eſaminatore, tanto negli ſtudj di Teologia, quanto di Filoſofia, chi non è ſtato attualmente Lettore, e queſti oſſervino quanto è ſtabilito ne' Decreti, cap. 5. *de ſtudiis.* E non potendoſi eleggere quelli, anno eſercitato la lettura, s' elegghino quelli, ſono ſtati ammeſſi per leggere. I Lettori non poſſino nominare alcuno in particolare per eſaminare, ma ſtiano a' quelli ſaranno aſſegnati dal Molto Reverendo Padre Generale.

11. Non ſi facciano ſcudi nelle carte delle Concluſioni, ma vi ſi faccia imprimere la ſemplice Croce all' uſo antico della Religione, e chi faceſſe il contrario non poſſa difendere le Concluſioni, ſia privo d' eſenzione per due meſi, e mangi in terra pane, ed acqua; e permettendo ciò il Lettore, ſia dal P. Generale gravemente caſtigato.

12. Che da i Padri Propoſti ſi abbia qualche particolar riguardo a i Lettori di Teologia, e di Filoſofia ne i loro biſogni.

CAPO VII.

De' Lettori, e Studenti della Theologia morale, e facoltà di confeſſare.

1. QUelli, che non ſaranno ſtimati abili alli ſtudi ſcolaſtici, ſi radunino in una, ò più Caſe, ſecondo il numero, e comodità delle Caſe, e debbano ſtudiare quattr' anni di Theologia morale ſotto Lettori deputati dal M. R. P. Generale, e ſi ſpieghi loro con metodo facile, ed accomodato alla pratica delle Confeſſioni, e ſi riparta la lettura in queſta forma.

2. Nel primo anno ſi legga, *De Pœnitentia, De Voto, De Juramento, De Sacramento Matrimonii.* Nel ſecondo anno, *De Reſtitutione. De Uſuris, De Simonia.* Nel terzo, *De Cenſuris, De Irregularitate, De Caſibus reſervatis, De Bulla Cœnæ Domini.* Nel quarto, *De Conſcientia, De Peccatis, & De Præceptis Decalogi.*

3. Si oſſervi poi in detto ſtudio tutto ciò, che ſi diſpone per li ſtudi Scolaſtici nelle lezioni, e ripetizioni; facendo in luogo di concluſioni, conferenze, alle quali intervengano i Padri alla Caſa, e ſia loro lecito di proporre dubj.

4. Similmente ſiano eſaminati ogni anno da tre Eſaminatori, quali oſſervino quanto s' ordina agli Eſaminatori di Scolaſtica, e ſe per loro colpa non ſaranno eſaminati, ed approvati in tutti li quattro eſami, non poſſano eſſere propoſti per lo vocalato.

5. Alli Lettori di detti anni di Morale ſi dia quell' eſenzione, che parerà al M. R. Padre Generale, avendo riguardo al numero de' ſtudenti, ed alla fatica, che dovranno fare: ed alli ſtudenti l' eſenzione dal Coro una volta frà la notte, e' l giorno ad arbitrio del Padre Propoſto.

6. Chi di nuovo ſi eſpone alle Confeſſioni, ſia eſaminato da due Padri; ma in Capitolo; dove a voti ſegreti ſe ne faccia il giudizio.

7. Non ſi mandi ad alcun Sacerdote la Patente delle Confeſſioni per gli uomini, ſe prima non ſarà ricercato con lettera comune dal Capitolo della Caſa, che atteſti, che quel tal Sacerdote ſia ſtato eſaminato, ed approvato nel Capitolo.

8. Chi una volta eſpoſto all' eſame de' Caſi di coſcienza non ſarà ſtato ammeſſo, non ſi poſſa di nuovo eſporre a nuovo Eſame, ſe non paſſati prima ſei meſi.

9. Gli Eſaminatori de i Confeſſori in ordine al Vocalato, mandino dopo l' Eſame la fede, di averli eſaminati, al M. R. P. Generale, e Padri Conſultori.

10. Chi ha avuto le confeſſioni degl' uomini dal Capitolo della Caſa, e dal M. R. P. Generale; ſe in termine di tre meſi non ſi preſenterà all' Ordinario, e non ſarà approvato per ſua colpa, e non avrà confeſſato per ſei meſi almeno, non poſſa eſſere buſſolato per Vocale, ne ammeſſo alle confeſſioni delle donne; e dell' avere eſercitata detta licenza, ſe ne faccia teſtimonianza dal Padre Prepoſito della Caſa, e da due Vocali in ſcritto al Padre Generale; altrimente s' intenda la già data licenza per nulla, e ci voglia nuova iſtanza del Capitolo della Caſa, e nuova licenza dal Padre Generale.

11. Quando ſaranno mandati li Predicatori a predicare fuori della Religione, poſſa il Capitolo della Caſa per voti ſecreti darli licenza di confeſſare, an-

co

co Donne, mentre durerà il tempo della predicazione; e ciò s' intenda ogni volta, che non vi ſarà tempo, di domandarne prima licenza al M. R. P. Generale.

12. Oltre la lezione ordinaria de' Caſi di Coſcienza, ſi faccino conferenze de' medeſimi caſi nel modo, che ſarà determinato dal Molto Reverendo Padre Generale, e Padri Conſultori.

13. Quelli che ſaranno mandati per Confeſſori ſtraordinari di Monache, non paſſino il meſe ſenza nuov' ordine; ne ſiano da' Padri Propoſti mandati più di due, o tre volte l' anno all' iſteſſo Monaſtero, ed abbino anco riguardo li Padri Propoſti, di non mandare allo ſteſſo Monaſtero gl' iſteſſi Confeſſori, che immediatamente prima vi hanno confeſſato, ſe dagli Ordinari non ſono eſpreſſamente dimandati.

Capo VIII.

Del governo de' Fratelli Cherici profeſſi, licenziati dal primo Noviziato.

1. Si aſſegni loro un Prefetto, quale deve eſſere eletto, conforme al Decreto Par. 2. cap. 4. num 16. §. *Clerici &c.* E queſto abbia di loro diligente cura, ammaeſtrandoli così nello ſpirito, come nell' oſſervanza regolare, e nelle Cerimonie Eccleſiaſtiche, ſecondo l' uſo della Religione, correggendoli ancora conforme al biſogno: a cui obbediſcano, e ricorrano con ogni confidenza, come a loro Superiore.

2. Non converſino, ne parlino con altri, tanto ſecolari, quanto de' noſtri, ne meno con Lettori, fuorchè nel tempo, nel quale convengono tutt' inſieme in ſcuola, o con particolar licenza del Prefetto, ſenza la quale non ſcrivano, ne ricevano lettere da chi ſi ſia. Stiano in luogo chiuſo nella maniera, ſtanno i novizi.

3. Non ſi mandino per Compagni d' altri, e quando eſſi avranno da uſcire per ricreazione, vadano col Prefetto, e s' egli è impedito, con altro Sacerdote a ſua ſoddisfazione. Oſſervili il medeſimo ſtile, ſe alcuno di loro per grave neceſſità ſi deve mandar fuori, per biſogno particolare di alcun negozio, o di pigliar aria.

4. Non ſi diano loro obbedienze comuni, e quando vanno in Coro, in Refettorio, ovvero a fare dell' altre ubbidienze, vadano tutt' inſieme, e con ſaputa del Prefetto.

5. Il giorno di ricreazione mangino inſieme in tavola ſeparata, e ſia con loro il Prefetto; nel dì di digiuno vadano tutti alla prima Colezione.

6. All' Orazione mentale convengano tutti in Coro: e la Claſſe, che ha l' eſenzione del mattutino, la faccia parimente nell' ora, e luogo determinato dal Prefetto.

7. Leggano ogni giorno alcun libro ſpirituale, aſſegnato dal Prefetto, o in comune, o da ſe. Le Domeniche facciano l' eſercizio col Prefetto, ed ogni ſera, dopo cena unitamente ſi faccia l' eſame di coſcienza, ſi ricevano i punti da meditare per la mattina, e poſcia ciaſcuno ſi ritiri in cella, e vadaſi preſto a dormire.

8. Si confeſſino oltre alle Domeniche, e le feſte di comunione, almeno un' altra volta la ſettimana: oſſervando nel rimanente le Conſtituzioni, e Decreti, a quali non intendiamo di pregiudicare punto con queſti ordini.

Capo IX.

De' Fratelli Cherici in genere, tanto Profeſſi, quanto Novizi

1. Li ſtudenti tanto della Scolaſtica, quanto della Morale in qualunque eſame, prima d' eſſere eſaminati, debbano preſentare à gli Eſaminatori, fede giurata de' loro Lettori, nella quale dichiarino quanti trattati abbino loro ſpiegati, ſe intieri, ſe nella ſcuola, e da che tempo; e ſe nell' ultimo Eſame non preſenteranno ſimili fedi, di avere ſtudiati tutti li trattati aſſegnati, non ſiano in conto alcuno ammeſſi all' eſame, ma debbano ſtudiare quel, che non avranno inteſo compitamente.

2. Che nel diſpenſare a qualche trattato da ſtudiarſi cameralmente, s' oſſervi con rigore il decreto 2. par. c. 5. n. 8.

3. Che finiti li ſtudj, facciano la profeſſione della fede, così li Studenti ſcolaſtici, come i morali, ed inſieme con l' avviſo dell' ultimo eſame, ſi mandi a Roma.

4. I fratelli Cherici di terza claſſe, ed i Diaconi, non ancora licenziati dalla terza claſſe, nell' uſcire a ricreazione, vadano unitamente ſempre accompagnati, ed a viſta del loro Prefetto, a d' un Sacerdote grave, che non ſia loro compagno nello ſtudio: e chi ſi ſcompagnerà, per fare altri negozj, dica irremiſſibilmente la ſua colpa, e ſia rigoroſamente punito; eziandio quel Sacerdote, che accompagnandoli, aveſſe permeſſo, che alcun di loro ſi ſcompagnaſſe, per andare altrove; ne mai per qualſivoglia cauſa ſi permetta, che vadano due Cherici ſoli fuori di Caſa: ed i Padri Viſita-

tatori nelle viſite faccino rigoroſa inquiſizione dell' oſſervanza di queſt' ordine.

5. Per l' Ordinazioni de' Giovani, debbano i Capitoli delle Caſe, nelle quali ſaranno dimorati per tre meſi, chiedere relazione de' loro coſtumi, ed azioni a quelle Caſe, dove ſaranno ſtati per un anno addietro, e queſte ſiano tenute con lettere communi dare ſincero ragguaglio delle loro virtù, e mancamenti.

6. Non ſia accettato alla Religione uno in una Caſa, che ſia d'un' altra Città, dov'è la noſtra Religione, ſenza il conſenſo del Capitolo della Caſa di quella Città; ed eſſendo due Caſe in quella Città, baſti il conſenſo di tutti due i Prepoſiti di quelle Caſe ſenz'altro Capitolo. Eſſendovi poi più di due Caſe, baſti il conſenſo della maggior parte de' Prepoſiti di eſſe Caſe.

7. Non ſi dia la Profeſſione à niuno lo ſteſſo giorno, che finiſce l'anno dell' abito, o i ſedici anni. E fatta la profeſſione, gli ſi faccia copiare la carta, e ſottoſcrivere di ſua mano in un libro particolare alla preſenza del Padre Propoſto, e di due altri de Padri, li quali furono preſenti all'atto della profeſſione, quali ancora la ſotroſcrivano. E detto libro ſi conſervi nell' Archivio.

Capo X.

De' Fratelli Laici.

1. Inviolabilmente s' oſſervi in ogni luogo il mandare accompagnati i fratelli Laici con Sacerdote nell' andare a ricreazione tutti unitamente, nel modo, s'è detto de' fratelli Cherici di terza claſſe, e Diaconi. Es' invigili nell' oſſervanza dell'ordine, che non vadano ſoli per la Città, ſe non per negozj di Caſa, commeſſi loro eſpreſſamente da i Superiori, e non mai, quando eſſi medeſimi chieggono licenza di uſcire.

2. Si faccia alcuno eſercizio particolare nel giorno di Domenica a' fratelli Laici, acciò che poſſano profittare nello ſpirito. Ne s'intermetta la buona uſanza della Religione, fondata nelle Coſtituzioni, di leggere alcun libro ſpirituale, mentre ſi fanno l' obbedienze comuni.

3. Non poſſa in avvenire uſcire ſolo fuori di Caſa alcun fratello Laico, che non ne tenga licenza, *in ſcriptis*, dal M. R. P. Generale.

4. S'oſſervi per li Novizj Laici quello, ſi fa per li Novizj Cherici; per quanto però porta lo ſtato loro.

5. In ciaſcuna Caſa, ſia uno ſolamente, che tagli a tutti i capelli, e la barba, deſtinato dal Speriore, avvertendo, che ſiano decentemente tagliati, ne ſi permettano troppo lunghi.

Capo XI.

Per le Città dove ſono più delle noſtre Caſe.

1. Niuno di una Caſa, o aſſegnato, o foreſtiero, benchè di paſſaggio, pernotti, o mangi nell' altra, ſenza eſpreſſa licenza di amendue i Propoſti. Non ſi diano loro a tavola coſe particolari, come ne anco in Roma a quel di Fraſcati; in Napoli a quei di Vico, di Sorrento, e di Capoa; in Genova a quei di S. Pietro d' Arena. Non eſcano, tutto che foreſtieri, ſenza benedizione del Padre Prepoſito della Caſa, ove ſono, e non iſcambino compagno, ſe prima non gli è ſtata conceduta licenza, di ciò fare, dall' uno, e l' altro Propoſto.

2. Nel mandare più Padri, e Fratelli a prendere rimedj fuori della Città di Napoli, ſi procuri al poſſibile, che ſtiano tutti inſieme, e ſe non avranno luogo, o ſtanza data loro per carità, ſi prenda a pigione abitazione ſufficiente, dove ſtiino tutt' inſieme, con aſſegnarvi dal Padre Propoſto di S. Paolo un Padre, al qua le ſiano obbligati tutti gli altri di obbedire, e ſarà ſempre meglio, che queſto tale non ſia uno de gl' infermi, che non abbia biſogno d' altri rimedj, acciò che meglio poſſa attendere a gli altri. L'iſteſſo Padre Propoſto di S. Paolo ſia tenuto provvedere delle ſpeſe tutti quei Padri, benchè di diverſe Caſe, con queſto, che li Propoſti delle altre Caſe ſiano obbligati a contribuire, *pro rata*, lo che toccherà per quelli, che vi manderanno, ed à provvederli di letto, o d' altro, di che avranno biſogno.

3. Chi ſi troverà nella noſtra Caſa di Vico, non aſſegnato di ſtanza, ſe vorrà andare, anco per breve tempo, in Napoli, abbia licenza in ſcritto dal P. Vicario della medeſima Caſa di Vico, ne poſſa ritornare a Vico ſenza nuova licenza di quello, che prima per andarvi glie l' aveva data, nè da ciò lo poſſi ſcuſare la brevità del tempo.

4. I Padri Viſitatori, cominciata la Viſita in una Caſa, la finiſcano di tutto punto, prima che l'incommincino nell' altra. E nella Viſita abbiano particolar mira d'inveſtigare, ſe i preſenti ordini ſono oſſervati, ed avviſino di ciò il P. Generale.

Capo XII.

Aſſegnamenti de' Foreſtieri, che paſſano per le Caſe di Napoli.

1. I Padri, e Fratelli della Caſa di Vico, andando per negozi a Napoli, va-

vadano alla Caſa aſſegnata loro in quell' anno, cioè a S. Paolo, ovvero a Santi Appoſtoli: Quei di Capua, e di Sorrento, vicendevolmente alla Caſa di S. Maria degli Angeli: ed a quella, che vaca delle due ſuddette: in maniera che non tutt' inſieme in un iſteſſo anno vadano ad una medeſima Caſa. Chi viene da Palermo, vada a S. Paolo. Quei di Siracuſa, e di Piazza, a Santi Appoſtoli: e quei di Meſſina ad Echia; chi da Lecce a Santi Appoſtoli: e chi da Bitonto, e Barletta, a S. Paolo, e da Foggia a Santi Appoſtoli.

2. Quelli di Lombardia, alla Caſa corriſpondente a quella, dov' eſſi vanno aſſegnati dall' ubbidienza.

Capo XIII.

Delle Caſe di Roma.

1. Debba continuarſi nella Religione il carico di Proccurator Generale, e non s' innovi coſa alcuna diverſa dal paſſato.

2. Le ſcritture dell' Archivio della Religione ſtiano ſotto due chiavi diverſe, una delle quali ſia appreſſo il M. R. Padre Generale, l' altra appreſſo il Padre Conſultore, che ſarà a queſt' effetto aſſegnato dal medeſimo Padre Generale: sì che niuno poſſa cavare, o riporre ſcritture, ſenza l' aſſiſtenza de i ſuddetti. E ſi faccia l' Inventario delle ſcritture, e ſi conſegni da un Padre Generale all' altro, con l' aggiunta delle ſcritture, delle Viſite, o d' altro, che ſi faranno in quel triennio.

METHODUS

Servanda in mittendis, & extrahendis in una S. Silveſtri domo ſortibus.

Pro acceſſu Vocalium ad Capitulum Generale.

PRO ſingulis noſtris domibus Italiæ, & Inſularum adjacentium, die ſecunda Novembris; pro reliquis vero domibus, die prima Julii, a Patre Generali (vel eo impedito, aut deficiente, a Seniore ex PP. Conſultoribus) convocatis decem gravioribus Patribus, nempe quatuor Conſultoribus, Procuratore Generali, Aſſeſſore Conſultationis, duobus Senioribus Vocalibus e Gallia Ciſalpina, aliiſque duobus ex Provincia utriuſque Siciliæ, his ſignificetur, adeſſe jam tempus præfatis ſortibus ſtatutum. Tum legatur Decretum Capituli Generalis, habiti anno 1719. idemque deinde, ſtatim, & amuſſim executioni mandetur. Hujus autem Decreti tenor eſt, qui ſequitur.

DECRETUM

Capituli Generalis anno 1719. approbativum, & confirmativum diſpoſitionis Definitorii noviſſimi Capituli Generalis anni 1716. De ſortibus in una S. Silveſtri Domo extrahendis.

AD regularem obſervantiam tuendam plurimum conferre viſum eſt Votum Definitorii noviſſimi Capituli Generalis anni 1716. quo ſupplicandum voluit SS. Domino, ut in poſterum non amplius in ſingulis noſtræ Congregationis Domibus, ſed pro iis omnibus, & ſingulis in una dumtaxat S. Silveſtri Montis Quirinalis de Urbe, tertio quoque anno, die ſecunda Novembris pro Domibus intra Italiam, & Inſulas adjacentes; pro reliquis vero die prima Julii, & quotieſcumque Patris Generalis munus, quavis ratione vacare contigerit, Electio per ſortes inter Præpoſitos, & ſuæ cujuſque Domûs Vocales pro jure accedendi ad Capitulum Generale celebraretur. Igitur a Reverendiſſimo Patre Generali (vel eo impedito, aut deficiente, a Seniore ex PP. Conſultoribus) convocentur decem officio, aut ætate graviores Patres Romanis Domibus aſſignati, nimirum quatuor PP. Conſultores, Procurator Generalis, Aſſeſſor Conſultationis, duo Seniores Vocales e Gallia Ciſalpina, itemque duo Seniores e Provincia utriuſque Siciliæ: Quod ſi aliquis, vel aliqui ex præſcripto numero deſint, alius, vel alii Seniores earumdem reſpective Provinciarum in ipſorum locum ſubrogentur. Congregatis omnibus, fuſiſque de more precibus, prælegantur, cum recens hoc Decretum, tum Sacræ Congregationis Mandatum de perpetua ejuſdem obſervan-

da:

tia; utroque tamen omiſſo, legenda erit SS. D. N. Conſtitutio, ſi deſuper emanaverit. Hinc Patre Generali (vel in prædictis caſibus Seniore ex Conſultoribus) proponente, ad trium proborum Sacerdotum, qui Scrutatorum munere fungi debeant, electionem per ſecreta ſuffragia diſtincte procedatur: quorum fidem ubi idem Pater Generalis jure jurando ſtrinxerit, a conſeſſu diſcedat, nec in ea præterea re ſe immiſceat. Præſidentibus deinde Decem Viris oſtendantur diviſis ſchedulis inſcripta ſingularum Domorum, quarum res agitur, nomina, & bini calculi diſcolores quidem, cæterum omnino ſimiles, & æquales, nempe albus Præpoſitum, & niger ſignificans Vocalem eligendum: atque productis, & ſupra menſam in medio poſitam collocatis duabis urnis, vel ſacculis, in eorum unum patenter injiciantur complicatæ ſchedulæ, in alterum bini illi calculi: & advocato ſimplici aliquo, ſive etiam duobus pueris ſecularibus, ſi id commode fieri poterit, ſin ſecus, quocumque alio, ſive aliis in quem, ſive in quos major Decem Virorum pars conſentiat, illorum uni demandetur prius unicum extrahere calculum, omnibusque, uter extractus fuerit, innoteſcat; ſtatimque eidem, vel alteri injungatur unicam ex collectis ſchedulis depromere, pariterque cunctis pateat, quænam deprompta ſit: Atque ita deinceps, donec omnes fuerint abſumptæ ſchedulæ. Quando in calculorum ſorte albus emerſerit, in ea domo, quam reſpondens ſchedularum ſors dabit, nulla Vocalis pro Generalibus Comitiis fiat electio: Quando vero calculus prodierit niger, ſecunda ſors domum deſignabit, in qua Vocalis celebranda eſt electio tempore, & modo ab Apoſtolicis, noſtriſque Conſtitutionibus definito. Singulas interim ſortes diligenter, & attente conſcribant Scrutatores, qui eaſdem expletas coram omnibus clara voce ſuo ordine pronuncient: tumque gratiis Deo perſolutis ſeſſio finiatur; Cujus Acta, & in Conſultationis libro deſcribantur, & Domibus, ad quas pertinent, quamprimum authentica tranſmittantur.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum.

SAcra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita; viſa relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, referente Eminentiſſimo Corſino, ſupraſcriptum Decretum editum a Definitorio de anno 1716. benigne approbavit, & confirmavit, ac in poſterum ab omnibus Superioribus ſervari mandavit. Romæ 24. Novembris 1719.

I. D. Card. Paraccianus.

Loco ✝ Sigilli

V. Archiepiſcopus Damaſcenus.

METHODUS

Servanda in Electione Vocalis Comitiis Generalibus interfuturi.

SEcunda Januarii die in Domibus intra Italiam, & Inſulas adjacentes, in reliquis vero, die prima Septembris, a Præpoſito Domus, vel in ejus abſentia, ab eo qui loco Præpoſiti regit, convocentur de more Vocales omnes; & indicto eiſdem tempore electionis, prælegantur omnia ſpectantia ad electionem, nempe.

Primo ex Noſtris Conſtitutionibus §. *Nulla electio*, usque ad finem primi Cap. Part. 3. ubi ſic habetur.

Nulla

Nulla electio in Congregatione noſtra per Procuratorem fiat. Excipimus Præpoſitum, qui ad Capitulum ſuo nomine aliquem poterit ex Vocalibus, in ſua ipſius Domo aſſignatis, mittere, ut paulo ante dictum eſt. In nulla unquam electione poſſit quis accedere ad ſeipſum, augendo numerum, & electionem perficiendo, niſi prius omnes, & ſinguli Electores id fieri conſentiant. Nemo alba ſchedula in aliqua electione uti poſſit. Quæ, ſi forte reperiatur aliquando a Scrutatoribus; ſiquidem major numerus in aliquem conſenſerit, bona erit ejus electio: ſin ſecus, rurſus ad aures Scrutatorum ſinguli ſuffragium voce proferant. Qui aliquem nominare nolit; de Electorum moveatur numero, & ad reliquos electio pertineat. Cum primum in ſingulis Domibus Vocalis electio facta fuerit, cæteris publicetur Fratribus, tum aliis domibus per literas ſignificetur.

Si Vocalis electus poſtea moriatur, aut gravi morbo, legitimove impedimento detineatur, alius in ejus locum eligatur ab eiſdem Electoribus, eodem ſervato ordine, & temporis ſpatio.

A Dominica in Septuageſima, ſi Paſchali tempore Capitulum celebretur; vel ſtatim atque Vocales ſinguli per Domos fuerint electi, ſi alio quovis tempore, propter Patris Generalis mortem, aut ejus muneris abdicationem, habeatur; uſque dum Capitulum ſit, quiſque noſtrum ſcribere poſſit cuilibet ex Patribus, qui Capitulo ſunt interfuturi, ac ſuis Præpoſitis literas non oſtendere; ſi vero reſpondere etiam poſſint, inſcio Præpoſito. Idem de Viſitatoribus, dum munus ſuum exequuntur, ac etiam per menſem poſtquam Viſitationem abſolverint.

Ad Civitatem, in qua Capitulum Generale habetur, ne veniant Patres, aut Prædicatores, quibus jure Capitulo intereſſe non competit; niſi eidem Civitati ſint aſſignati, & non amplius quinquaginta paſſuum millibus diſtent.

Secundo ex noſtris Decretis integrum cap. 1. 3. Partis Decretorum, quod habetur pag 43. *Electio Vocalis, &c.*

Tertio ex Conſtitutione Clementis VIII. de reformatione num. 22. & num. 23. in quibus ſic habetur.

Ut omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caveant omnes a directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſeipſis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præſertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicumque ſecus fecerint, præter alias pœnas, & cenſuras, hactenus contra hujuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur; ſuper quo cum eis diſpenſari a nemine poſſit, niſi a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porro ſupradictas omnes pœnas ad complices, ac ſimpliciter ſcientes, & non revelantes extendimus.

In Superiorum, & Officialium omnium electionibus, forma præſcripta a Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis Conſtitutionibus inviolabiliter ſervetur; jurentque Electores ſecundum veritatem cujuſcumque conſcientiæ, probiores, ac magis idoneos ſe electuros; ac propterea priusquam ad electionem deveniatur in primis, & ante omnia prælegantur Conſtitutiones de qualitate, & requiſitis eligendorum. Ad Officia, gradus, & Prælaturas, illi præcipue eligantur, qui poſſint, & conſueverint, regulas Ordinis, & Conſtitutiones obſervare; præſertim quæ pertinent ad ſervitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.

Quarto ex Conſtitutione Alexandri VII. ſuper numero Vocalium pro Comitiis Generalibus, in qua ſic exprimitur.

Caveant maxime Electores in Electione Vocalium, ne quem eligant, qui a Definitorio nondum fuerit ad ſacras, tum virorum, tum mulierum confeſſiones audiendas admiſſus; neve eos, qui prima vice, ex Conſtitutionum præſcripto, ad utrumque ſuffragium admiſſi non fuerint; niſi a die admiſſionis ad paſſivam vocem, per ſex annos eorum virtus probata fuerit; alioquin electio ſit eo ipſo nulla abſque alia declaratione.

Quinto ex Conſtitutione Clementis IX. ſuper forma electionis, in qua ſic habetur.

In ſingulis Domibus, quæ ſunt erecta in Præpoſituram, vel in poſterum erigentur, fiat electio Vocalis ad Inſtituti, & Decretorum formam. Præpoſitus forte electus, ad Comitia Generalia mittere, ſi fuerit impeditus, e ſuis Vocalibus, quem libuerit, poſſit, ut antea; Vocalis vero ad eadem Comitia forte electus, nedum alterum ex Vocalibus mittere nequeat, ſed nec Præpoſito aſſentiri, ut ſuo loco accedat. Quod ſi idem Vocalis nolit, vel non poſſit accedere, ſeu renunciet electioni, vel impeditus ſit; fiat nova electio inter Vocales, qui remanent. Si forte contigerit Præpoſitum, forte electum, diem ſuum obire, ſuccedat Vocalis, & vice verſa. In Domibus ubi ſit electio tres ſaltem Vocales eligibiles ſint, exceptis Domibus extra Italiam, in quibus electio fiat a Vocalibus, qui inibi aſſignati reperientur; quod ſi unus tantummodo ibi ſit Vocalis, ille a jure cenſeatur electus.

Sexto ex Conſtitutione Innocentii XII. anno 1696. in qua ſic legitur.

Digitized by Google

Ut obſervantia Regularis incommodis caveatur, nullo pacto accedere poſſint ad Capitulum Generale Præpoſiti per Vocalium ſuæ Domûs ceſſionem: ſed ii tantummodo jus accedendi habeant, quibus conſueto ſortis tempore, ſors contigerit; quod ſi aliqua ex cauſſa, quacumque illa fuerit, nulla excepta, electio Vocalis non fiat, & extractus fuerit calculus Vocalis; tunc neque Vocalis, neque Præpoſitus ad Capitulum Generale accedant.

His omnibus prælectis, Vocales omnes in manibus Superioris, tactis Evangeliis, juramentum deponant, juxta prælectum Decretum ex Cap. I. Decret. num. 14. illoque præſtito, recedat Præpoſitus a loco electionis, nec illi amplius ſe immiſceat; ſed ipſimet Vocales, dirigente Patre Vicario, vel in ejus abſentia Seniore Vocali, eligant duos Scrutatores extra Capitulum, qui præſtito itidem juramento de more, Vocalibus omnibus diſtribuanr ſchedulas, quibus inſcripta ſint omnium eligibilium nomina, ſubſcripta ſingillatim manu propria amborum Scrutatorum; ita quidem, ut cuilibet ſchedæ deſit nomen ipſius Vocalis, cui exhibetur: ne quis ſibimetipſi valeat ſuffragari.

Quilibet Vocalis ſelecto nomine eligendi, præciſaque ſchedula eidem poſteriori parte, ſignum aliquod, ſibi tantummodo notum, inſcribat, ut peracto ſcrutinio, apertis, inverſiſque ſchedulis a Scrutatoribus, quilibet ſuam ſeligere valeat ſchedulam, ſervandam pro novo ſcrutinio, vel abjiciendam, ſiquidem electio peracta fuerit.

Ut dies electionis ſit plene libera pro conſuetis ſcrutiniis, conſultius erit, ſi pridie electionis convocentur a Præpoſito Vocales, legantur omnia ſupradicta, præſteturque a Patribus in manibus Superioris Juramentum, Vocales eligant binos Scrutatores, a quibus ſchedæ omnes præparentur ſubſcriptæ, pro ſequenti electionis die.

In Domibus S. Silveſtri, & S. Andreæ de Valle inter alia legitur ultimus §. Conſtitutionis Innocentianæ, qui ſic habet.

In Domibus Romanis Sancti Silveſtri montis Quirinalis, & Sancti Andreæ de Valle, pro electionibus fieri ſolitis ante Comitia Generalia, in poſterum omnes unius Provinciæ Vocales (ex binis nempe Provinciis, in quas dividitur tota Congregatio) qui pro tempore in ambabus Domibus reperientur, ii ſimul conveniant; illi quidem qui erunt de Provincia, ex qua eo triennio fuit electus Præpoſitus Generalis, in Domo Sancti Silveſtri; alii vero in Domo Sancti Andreæ, atque inibi unaquæque pars ſuum reſpective Vocalem pro Capitulo Generali eligat.

CONTRA AMBIENTES.

Clemens Papa Decimus ſub die XV. menſis Septembris Anno 1673. prohibet quibuſcumque noſtræ Congregationis præſentibus, & futuris, cujuſcumque ætatis, gradus, & conditionis; ne habito ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque perſonarum, tam Eccleſiaſticarum, quam ſecularium, de gremio noſtræ Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore fulgentium favores, recurſu, ſive quibuſcumque aliis modis, & viis, directe, indirecte, palam, vel occulte, mediate, vel immediate, ac tam pro ſe, quam pro aliis quæcumque ipſius Congregationis officia, vel Gubernia, Vocalatum, Vicariatus Domorum, aut facultatem audiendi Sacramentales mulierum Confeſſiones, etiam in genere aſſequi, & obtinere procurent ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ, privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad Officia, & Gubernia, a quibus non poſſint abſolvi, niſi per Romanos Pontifices. Item mandat in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub eadem excommunicationis pœna, omnibus Superioribus, ne literis, & favoribus ſupradictarum Perſonarum quemcumque ex noſtris ad Officia, & Gubernia, ut ſupra, audeant admittere, annullando quaſcumque electiones, & promotiones, ac facultatem audiendi Confeſſiones mulierum, factas contra præſentem diſpoſitionem.

DE-

DECRETA

Sacræ Congregationis ſuper Statu Regularium

De mandato Sanctiſſimi D. N. Innocentii Papæ Decimi edita,

Pro recipiendis Novitiis in Religione Clericorum Regularium Theatinorum.

AD propagandam in Religione Clericorum Regularium Theatinorum Regularem obſervantiam, quæ Novitiorum inſtitutioni, & educationi præcipue innititur, Sacra Congregatio, a Sanctiſſimo Domino Noſtro deputata ſuper ſtatu Regularium, de mandato Sanctitatis ſuæ, in ſingulis Italiæ Provinciis ejuſdem Religionis, præſentis Decreti vigore, deſignat, ac deputat pro Novitiatibus, & Profeſſoriis Conventus infraſcriptos, videlicet: In Provincia Romana pro Novitiatu Conventum Sancti Silveſtri in Monte Quirinali, & pro Profeſſorio Conventum S. Andreæ de Valle Urbis Romæ: in Provincia Eccleſiaſtica, Florentina, & Januenſi pro Novitiatu Conventum S. Michaelis Florentiæ, & pro Profeſſoriis, Conventus S. Syri Januæ, S. Bartholomæi Bononiæ, S. Vincentii Mutinæ, S. Vincentii Placentiæ, S. Antonii Mediolani, S. Abundii Cremonæ, & S. Mauritii Mantuæ: in Provincia Neapolitana pro Novitiatu Conventum S. Pauli Neapolis, & pro Profeſſoriis Conventus SS. Apoſtolorum, & S. Mariæ Angelorum ejuſdem Civitatis, & S. Irenis Civitatis Licien. in quolibet autem ex prænominatis Conventibus pro Novitiatu, ut præfertur, deſignatis. Eadem S. Congregatio impertitur licentiam, hac vice tantum, recipiendi Novitios intra numerum, hic præfixum, nempe in Conventu S. Silveſtri in Monte Quirinali Urbis Romæ octo Clericos, ſeu Choriſtas: in Conventu S. Michaelis Florentiæ duodecim Clericos: in Conventu S. Pauli Neapolis duodecim Clericos; dum tamen hæc, quæ ſequuntur, inviolate obſerventur. Primum indicatur, & in ſingulis dictarum Provinciarum Conventibus publicetur futurum examen, ſeu ſcrutinium eorum, qui ad habitum probationis recipi poſtulaverint; omneſque a Præpoſito Conventus, pro quo erunt recipiendi, una cum duobus aliis Patribus gravioribus, a Generali deligendis, diligenter examinentur, & Capitulo Conventuali renuncientur, quotquot idonei judicati fuerint, natalibus, ætate, vita, & moribus ante actis, litteratura, corporis habitudine, impulſu ſpiritus, aliiſque requiſitis ad præſcriptum Apoſtolicarum Conſtitutionum, ac Statutorum ipſius Religionis: nec idonei reputentur, qui decimum quintum ætaris ſuæ annum non expleverint; ſicque renunciati, juxta morem Religionis proponantur in tribus Capitulis, & illi dumtaxat, qui in unoquoque ſecreta duarum partium ſuffragia habuerint, approbati intelligantur. Tum deinde hoc examen, ſeu ſcrutinium ſcripto fideliter exaratum, & manu propria cujuſque Examinatoris ſubſcriptum, ac juramento firmatum, obſignatumque, una cum decreto approbationis Capituli, primo quoque tempore tranſmittatur ad Generalem, eoque ab urbe abſente, ad Conſultores generales, qui ſtatim, ſcrutinium, ſic receptum, accurate percurrant, & per ſingulas partes expendant; ac præterea tam per ſupradictos, quam per literas familiares, & ſecretas inquiſitiones a Patribus Provinciæ antiquioribus, ac zelum Dei habentibus aſſumendas, ſedulo inveſtigent, num adverſus examinatos, & approbatos inveniatur aliqua exceptio, anne ipſorum quiſpiam ſit conſanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquo modo addictus alicui Examinatori, aut alteri ex Patribus Religionis, & an zelo perfectionis vitæ, & Deo liberius in S. Religione ſerviendi, an potius levitate, aut neceſſitate, vel alio fine inordinato ductus poſtulet admitti. Hiſque peractis, ex omnibus, ut ſupra approbatis, idem Generalis cum aliis ſupradictis intra numerum Novitiorum in ſingulis Novitiatibus, ut ſupra, conceſſum, præeligat meliores, habita præſertim ratione indolis, morum, fervoris ſpiritus, acuminis ingenil, & conditionis natalium; moxque præelectorum nomina mittat ad Præpoſitum ipſius Conventus Novitiatus, qui tunc demum, & non prius, eoſdem præelectos ad habitum probationis ſuſcipiat, & anno elapſo, ſi eos habiles invenerit, ad profeſſionem admittat, ſub exacta tamen vita communi ad præſcriptum Regulæ; non obſtante quavis laxiori conſuetudine, ſeu potius corruptela in contrarium in-

troducta, ſervataque forma ſacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac præcipue Decretorum ſa. me. Clementis VIII. nec non Statutorum prædictæ Religionis. Quod ſi aliquem ex dictis Novitiis ante profeſſionem a Religione diſcedere, aut expelli contigerit, alius in ejus locum ſubrogari poſſit, dummodo tamen in omnibus ſervetur forma ſuperius præſcripta. Cæterum ut iidem Novitii, poſtquam in profeſſorum numerum, ut præfertur, recepti fuerint, melius in bono ſpiritu, regularisque diſciplinæ obſervantia ſtabiliantur, & confirmentur, ſtatim poſt profeſſionem emiſſam, ſi in Conventu pro Novitiatu, ut ſupra aſſignato, locus aderit ſecundi Novitiatus, ſeu Profeſſorii ab ea, quæ Novitiorum eſt, & antiquorum Profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus, ibi collocentur, ſi conventus eos alere queat; ſin minus, transferantur in alium Conventum ex deſignatis pro Profeſſorio, ſeu ſecundo Novitiatu, ubi is locus cum requiſitis ad Novitiatum ipſum præſcriptis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo conſtruatur. Ita tamen, ut ſi prædicta Religio, ex ſuarum Conſtitutionum, ſeu Inſtitutionum vigore, majoris temporis curſu novos Profeſſos intra Novitiatum detinere conſueſcat, illis in hac parte minime derogatum eſſe intelligatur: Et nihilominus permittitur Superioribus, ut id ipſum facere poſſint, ſi rationi, & Religioni magis expedire judicaverint; in quo quidem Profeſſorio degant ſub regulis, & modo vivendi adhuc ſtrictiori, quam ſervent antiquiores Profeſſi, itaut nec id negotiis Conventus ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, neque alterius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quouſque ad ætatem ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem pervenerint, vel ſaltem per triennium poſt profeſſionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo & debebunt, literarum ſtudiis operam navare, ſub directione, & regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magiſtrum præditum eſſe oportet, quemadmodum ipſius Clementis Decreto provide ſancitum eſt. Porro in Conventibus, tam pro primo, quam pro ſecundo Novitiatu, ut præmittitur, aſſignatis, nec Præpoſitus, nec Novitiorum Magiſter deputetur, niſi ab ipſomet Generali, una cum Conſultoribus generalibus, nec familia conſtituatur, vel amoveatur, niſi ab eodem Generali, nec in eis collocentur, niſi Religioſi graves, devoti, exemplares, & regularis Obſervantiæ, ac puritatis regulæ ſtudioſi. Præcipue vero caveatur, ne ibi ponatur aliquis, qui non conſentiat ſervare vitam communem, quæ in prædictis Conventibus ad regulæ præſcriptum exacte obſervetur, indeque amoveantur, qui tam ſanctæ Ordinationi contradicere, aut quoquo modo ſe opponere auſi fuerint. Ad extremum poſtquam Novitii in Profeſſorum numerum, ut ſupra, cooptati fuerint, Superiores Regulares, ad quos pertinet, illico Sacram Congregationem edoceant, ſupradicta omnia, & ſingula fuiſſe ad unguem adimpleta, & executioni mandata; alioquin pœnas in memoratis Decretis Clement. VIII. fel. rec. ſtatutas, ſe ſubituros, & novas licentias recipiendi Novitios, nequaquam fore impetraturos, certo ſciant. Non obſtantibus quoad præmiſſa omnia, & ſingula, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædicti Ordinis ſtatutis, conſuetudinibus, & privilegiis, cæterisque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ die 8. Octobris 1654.

B. Card. Spada.

Loco † Sigilli.

P. Fagnanus S. Congr. Secr.

ILLUSTRISSIMI, E REVERENDISSIMI SIGNORI.

IL Generale de' Teatini ſupplica umilmente le Signorie voſtre Illuſtriſſime, a degnarſi, di dichiarare, s' egli poſſa ſoſpendere i ſuoi ſudditi, approvati da' Generali ſuoi Anteceſſori alle confeſſioni per delitti, anco occulti, ed a lui noti, anco eſtragiudizialmente, com' è ſtato ſenſo del Capitolo Generale, che facci per il buon governo della ſua Religione, Che &c.

Sa-

SAcra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præpoſita, cenſuit, Generalem poſſe ſuos ſubditos, ex quacumque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter à Confeſſionibus audiendis ſuſpendere. Romæ die ſecunda Julii 1627.

Laudivlos Card. S. Sixti,

Loco † Sigilli

P. Fagnanus Secr.

DE COMMORANTIBUS INTRA CLAUSTRA.

SAcra Congregatio ſupèr ſtatu Regularium ſub die 16. menſis Martii Anno 1675. præcipit in virtute Sanctæ obedientiæ omuibus Superioribus quibuscumque Regularium, ut de cætero neminem pro Tertiariis, vel Oblatis, ſeu Donatis, aut Commiſſis, vel Servientibus, nec pro Hoſpitibus, ſeu Poſtulantibus, vel Cantoribus, ant alio oomioe nuncupatis, ſub quovis prætextu, & quovis habitu indutis, vel induendis, admittant ad habitandum intra Clauſtra, niſi vigeſimum ætatis ſuæ annum expleverit, (iis tantum exceptis, qui completa ætate annorum quindecim pro Clericis, ſeu Choriſtis in habitu Novitiorum annum probationis agunt) ſub pœna privationis Dignitatum, & Officiorum, perpetuæ inhabilitatis ad illa, vocisque activæ, & paſſivæ, absque ulla alia Declaratione incurreoda.

NOTA

Delli Decreti, che li Superiori Regolari ſono tenuti a publicare ogn' anno.

1. IL Lunedì dopo la prima Domenica dell' Avvento, o in uno delli dieci giorni immediatamente ſeguenti li Superiori Locali di ciaſcun Monaſtero, Convento, e Caſa Regolare ſono obbligati far ſapere in Tavola publica li Decreti, *De Celebratione Miſſarum*, fatti dalla Sacra Congregazione del Concilio con autorità ſpeciale della San. M. di Urbano VIII. rinnovati, dichiarati, ed accreſciuti dalla medeſima Congregazione per comandamento della San. Memoria d' Innocenzo XII. ſotto il dì 23. di Decembre dell' anno 1697. che cominciano, *Nuper a Sacra Congregatione*, *&c.* Sotto pena di privazione d' Offizio, e di voce attiva, e paſſiva, da iocorrerſi, *ipſo facto*.

2. L' iſteſſo ſotto le medeſime pene ſono obbligati fare il Venerdì dopo l' Ottava della ſolennità del Corpo di Criſto, o in uno delli 10. giorni immediatamente ſeguenti.

3. Il Venerdi dopo l' Ottava dell' Aſſunzione della Beata Vergine, o almeno per tutto il meſe d' Agoſto li medeſimi Superiori locali ſono obbligati in pubblica Tavola, o in un Capitolo, ſpecialmente convocato a queſt' effetto, avviſare i loro ſudditi dell' oſſervanza, ed eſecuzioni delle Conſtituzioni Appoſtoliche, e Decreti, ſpettanti al Sant' Offizio, e particolarmente di quelli, de' quali ſi fa menzione nel Decreto pubblicato dalla Santità di Noſtro Signore Urbano VIII. ſotto li 7. di Giugno dell' anno 1633. che comincia. *Sanctiſſimus D. N. ſedulo incumbens*, *&c.* Sotto pena di privazione d' Offizio, e di voce attiva, e paſſiva, da incorrerſi, *ipſo facto*, ed altre peoe ad arbitrio di Sua Santità: E quello della Sacra Congregazione della Santa Romana, ed Univerſale Inquiſizione in data de' 5. Agoſto 1745. alla preſenza della Santità di N. S. Benedetto XIV. che comincia: *Sanctiſſimus Dominus Noſter ſollicite animadvertens*, *&c.*

4. Il medeſimo ſotto le medeſime pene ſooo obbligati a fare riſpettivamente altri Superiori dell' Ordine in qualſivoglia Capitolo Generale, e Provinciale, ed in ogni Congreſſo, e Compagnia Capitolare.

Li quali devono anco proccurare, e fare, che in ogni Convento ſtia affiſſa cootinuamente una copia dell detto Decreto, *Sanctiſſimus Dominus Noſter ſedulo incumbens &c.* In qualche luogo pubblico, dove poſſa comodamente vederſi, e leggerſi dalli Religioſi ſudditi.

E dar cooto alla Sacra Congregazione della Santiſſima inquiſizlooe di Roma, d'avere avviſato i loro ſudditi, come ſopra.

Avvertendo, che li trasgreſſori ſaranno puniti infallibilmente, e contro di loro ſi procederà nel Tribunale del S. Offizio, come nel ſuddetto Decreto del 1633.

5. Due volte l'anno, almeno, li detti Superiori in ogni Convento, Monaſtero, o Caſa Regolare ſono tenoti far leggere in pubblica Tavola li Decreti, *De Regularibus Apoſtatis, & ejectis*, fatti dalla Sacra Congregazione del Concilio con facoltà ſpeciale della S. M. d' Urbano VIII. ſotto li 21. Settembre 1624. che cominciano. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum Regularium ejectorum, & fugitivorum &c.* Ed inſieme anco li Decreti Generali della Santa Memoria di Clemente VIII. ſpettanti alla riforma de' Regolari, alla recezione, Profeſſione, ed Inſtituzione de' Novizi, qoali Decreti della medeſima Sacra Congregazione del Concilio furono innovati nelli detti Decreti, *De Regularibus Apoſtatis, & ejectis*, ed a quelli vanno anneſſi.

Chi preſume fare il contrario, incorre la pena di privazione di tutti gli Offizi, che ha, e di voce attiva, e paſſiva, e d'ioabilità perpetua alli medeſimi Offizi, e voce, la qual pena è riſervata a Sua Santità.

6. Devooo leggerſi li Decreti d' Urbano VIII. *De Largitione Munerum*, dentro al meſe di Gennaro ſotto la privazione dell' Offizio, e di voce attiva, e paſſiva alli Superiori, che trasgreditanno.

7. Si deve leggere io ciaſchedun anoo nelle Caleode di Marzo, o dentro il detto meſe il Decreto della Santiſſima Inquiſizione fatto li 8. di Luglio 1660. alla preſenza della Santità di Noſtro Signore Aleſſandro VII. che comincia. *Licet alias per Conſtitutionem*, e deve darſi avviſo dalli Superiori, eſſerſi letto il ſopraddetto Decreto con ſede ſottoſcritta da loro, e da due, o tre altri dell' iſteſſo Convento alla Sacra Congregazione della Saotiſſima inquiſizione di Roma.

S' avverte, che la grazia, e facoltà de' dieci giorni di tempo, oltre il Lunedi, e Venerdi, come al n. 1. e 2. la conceſſe la Congregazione de' Regolari con Decreto delli 12. Marzo 1638. quella di tutto il meſe d' Agoſto, come al n. 3. la Congregazione dell' Ioquiſiziooe con Decreto de' 5. Novembre. 1638., e quella di tutto il meſe di Marzo, come al n. 7. la Santa Memoria di Clemente IX. con Decreto pore del S. Offizio, li 7. Novembre 1668.

AD-

ADDITAMENTUM XLII.

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM MINORUM.

OBSERVATIO CRITICA.

INter plures Clericorum Regularium Congregationes in Eccleſia ſæculo XVI. & ſequenti exortas, haud minimum locum obtinent Clerici Regulares Minores, quorum ſalutares Conſtitutiones hic exhibemus. Hæc autem Piiſſima Clericorum Regularium Minorum Congregatio exordium ſumpſit à Venerabili Patre Joanne Auguſtino Adorno Genuenſi, *qui ſtatum Clericalem amplexus, eundem ſingulari doctrinæ & virtutis exemplo exornare voluit, vitam activam cum contemplativa conjungens, omnesque ſuos Clericos tribus votis Religioſis adſtringens, quibus & quartum ſuperaddere voluit, per quod, nullus aliquam dignitatem Eccleſiaſticam appetere vel acceptare audeat extra ſtatum ſui ſacri Ordinis.*

Dum igitur piiſſimus Fundator dictante Spiritu Sancto, ſacri ſui Ordinis fundamentum jecerat, Neapoli in Eccleſia S. Agnetis cum aliis quibusdam ſociis tria vota Religioſa emiſit, & curam piæ ſed parvæ Congregationis in ſe ſuſcepit. Deinde cum duobus nobilibus ſed piiſſimis ſociis, Franciſco & Auguſtino Caracciolis Neapolitanis *iter* Romam *aggreſſus, ac ſummo Pontifice Sixto V. facile confirmationem novi inſtituti Ordinis accepit. Nam anno MDLXXXVIII. optimus Pontifex per ſolennem Bullam in Bullario Romano tom. 2. pag. 687. exhibitam, hunc novum Clericorum Religioſum Ordinem* tanquam divino afflante ſpiritu inſtitutum *confirmavit, ejuſque Alumnos deinceps nominare voluit,* Clericos Regulares Minores, *cum ipſe ſummus Pontifex ex ſacro Ordine* Fratrum Minorum *deſumptus fuerit.*

Bulla Sixti V. Papæ approbans Congregationum Clericorum Regularium Minorum, cum aliquarum gratiarum conceſſione.

SIXTUS Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Sacræ Religionis propagationem noſtris potiſſimum temporibus ubique vigeret, ejusque fructus Domino gratiſſimos & univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ utiliſſimos, animabusque fidelium nimium ſalutares, quos ex perſonarum ibi degentium devotis & continuis precibus, cum vitæ probitate, & ſanctitate conjunctis provenere cognoſcimus, accreſcere ſemper ex animo deſiderantes, quo Eccleſia hæc viſibilis, quæ contra harum tenebrarum principes & rectores perpetuo militat, hujus mundi nequitiis & hoſtilibus inſidiis facilius reſiſtere & mortifera tela propulſare queat, fidelium vota in id ipſum tendentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, illisque favorem Apoſtolicum impertimur, prout ipſa videntur expoſcere, & nos conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum Joannis Auguſtini Adorni Presbyteri Genuenſis & ſociorum nobis exhibita petitio continebat, quod ipſi pluribus ab hinc annis tanquam divino afflatu inſpirati, ad omnipotentis Dei gloriam & animarum ſalutem, unam Presbyterorum & Clericorum Regularium Congregationem inſtituere, ac ut cum majori animi quiete Deo ſervire, & illi magis adhærere poſſint, tria ſubſtantialia religioſæ vitæ pau-

per-

Google

pertatis ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ vota emittere, ac ſub ſolito & communi habitu Clericali in unum habitantes, & in communi ac de communi viventes, nec non Deo humiliter & devote quantum ipſe dederit ſervientes, ſub noſtra & Apoſtolicæ ſedis immediata ſubjectione & ſpeciali protectione, regularem vitam ducere, ac continuis orationibus ſpiritualiumque operum exercitio, & aſpera carnis maceratione ad ſuarum, aliarumque Chriſti fidelium animarum ſalutem & profectum, vacare decreverunt. Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum pio deſiderio hujusmodi annuere, aliasque in præmiſſis oportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur Joannem Auguſtinum & ſocios prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, unam Congregationem Regularem Presbyterorum, & Clericorum Regularium Minorum nuncupandorum per unum Præpoſitum Generalem, qui Presbyter eſſe, & hac prima vice per Joannem Auguſtinum & ſocios prædictos, vel eorum majorem partem poſtquam profeſſionem emiſerint, & deinceps futuris temporibus per Capitulum Generale dictæ Congregationis per majorem partem ſuffragiorum ad vitam eligi debeat regendam & gubernandam, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium permittimus & indulgemus, illamque ſub Petri, ac noſtra & dictæ Sedis immediata ſubjectione, & ſpeciali protectione recipimus. Nec non eidem Congregationi ut pro Eccleſiarum, domorum & perſonarum ſalubri ſtatu & directione, quæcunque ſtatuta & ordinationes rationabilia & honeſta, ac ſacris Canonibus & Concilii Tridentini decretis non contaria per ſedem apoſtolicam approbanda condere & facere, illaque pro temporum qualitate ac prout expedire videbitur, mutate & in totum tollere, aliaque de novo edere. Eisdemque Joanni Auguſtino ac ſociis, ac cuilibet ipſorum, ut tria ſubſtantialia religioſæ vitæ, ut præfertur, paupertatis, caſtitatis & obedientiæ vota publice in cujuscunque Archiepiſcopi vel Vicarii in ſpiritualibus Generalis manibus, conjunctim vel diviſim, tam in urbe quam alias ubilibet emittere, & ſolemniter profiteri. Ac communi & humili habitu pauperum Clericorum, ſubque denominatione & nuncupatione Clericorum & Presbyterorum Regularium Minorum in communi ac de communi viventes in locis Religioſis aut ſæcularibus, prout ipſis ab illis, quorum loca ipſa erunt, conceſſum fuerit, ſeu expedire videbituur, in unum habere. Ac alios quoscunque ſeculares Clericos & etiam Laicos, qui Deo aſpirante ad hujuſmodi vitæ frugem & communem vivendi modum ſe ſe conferre voluerint, recipere; & poſt annum probationis ad talem trium votorum profeſſionem in manibus ipſius Præpoſiti Generalis vel alterius juxta Congregationis Inſtituta, & faciendas ordinationes, ac ſacrorum Canonum, & Concilii hujusmodi diſpoſitionem emittendam, & ad hujusmodi communem vivendi modum admittere; ac horas Canonicas, diurnas pariter & nocturnas, nec non Miſſas, & alia divina officia ſimul & diviſim, ſecundum uſum & morem Romanæ Eccleſiæ & juxta Breviarium Romanum noviter compilatum, etiam in Eccleſia dicere & recitare. Quodque ipſius Congregationis Presbyteri, ab ipſius Congregationis Præpoſito Generali, vel alio Superiore ac ab ordinario loci appprobati, & de licentia ipſius Generalis ſeu Præpoſiti domûs, in qua pro tempore habitaverint, quorumcunque Chriſti fidelium, Confeſſiones audire, illosque a quibusvis peccatis, exceſſibus & criminibus non tamen ſedi apoſtolicæ quomodolibet reſervatis abſolvere, ac quibuscunque Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & Confeſſis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſine tamen ſuorum Parochorum & jurium parochialium præjudicio miniſtrare. Nec non quaſcunque domos Regulares dictæ Congregationis, pro illorum uſu & habitatione, cum Eccleſia, Campanili, domibus, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis conſtruere & ædificare, ſeu conſtrui & ædificari facere, vel jam conſtructas & ædificatas recipere libere & licite valeant, dictasque domos ex nunc prout ex tunc & contra poſtquam conſtructæ & ædificatæ ſeu receptæ, ut præfertur, fuerint in domos Regulares dictæ Congregationis auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus. Quocirca univerſis & ſingulis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac delectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus aut officialibus Generalibus, ac Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali auditori, nec non Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis ad quos quomodolibet ſpectat & ſpectabit in futurum per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi,

ipſi, vel duo aut unus eorum per ſe vel per alium ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quomodo opus fuerit, ac quoties pro parte Congregationis Minorum hujuſmodi, illiusque Præpoſiti, officialium Miniſtrorum, & Perſonarum, vel alicujus fuerint requiſiti ſolenniter publicantes, eisque, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra obſervari. Ipſamque Congregationem Minorum, illiusque ſingulares perſonas, præmiſſis omnibus, pacifice frui & gaudere. Non permittentes Congregationem prædictam illiusque perſonas, deſuper per quoscunque quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legittimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & concilii Generalis de duabus dictis, dumodo ultra tres dictas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliisque Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus conciliis editis generalibus vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordioationibus contrariis quibuscunque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac ſi de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Julii, milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo Pont. noſtri anno quarto.

Per hanc igitur Bullam Pontificiam inſtituti ſunt hi Clerici Regulares Minores. Hallucinantur enim illi qui exiſtimant Piiſſimum Inſtitutorem, Religionis tyrocinium iniiſſe quondam apud Fratres Minores S. Franciſci, *& ideo ad eorum exemplum, ſocios ſuos appellaſſe* Clericos Regulares minores. *Nusquam enim legimus hujus ſacri Ordinis inſtitutorem voluiſſe amplecti aliquem ordinem Religioſum, ſed ſolummodo apud* Vallis Umbroſæ Eremitas, ſeceſſum *à mundanis curis aliquo tempore exercuiſſe, ante ſuſceptos ſacros Ordines.*

Utcunque autem hanc denominationem acceperint iſti Clerici Regulares Minores, à primæva inſtitutione haud minimum in omni virtutum genere profectum fecerunt, ubique magnis præconiis honorati, ut tandem parva hæc Congregatio in immenſum creſcere cœperit. Poſtquam enim ſummi Pontifices Gregorius XIV. & Clemens VIII. *omnia privilegia aliis Clericorum Regularium Congregationibus conceſſa & iſtis impertiverant, tunc & varia Collegia per Italiam & Hiſpaniam ſunt erecta, quæ in duas provincias diviſit Piiſſimus Ordinis fundator & Magiſter Generalis Auguſtinus Adornus, qui laboribus & variis corporis infirmitatibus confectus ſanctiſſimam animam DEO reddidit MDXCI. poſtquam duos annos & dimidium in Religioſiſſima Congregationis regimine peregiſſet, vir vere Pius & animarum ſaluti invigilans.*

Piiſſimo ergo Fundatore ad Cælites translatò, ejus primarii ſocii pari pietate & humilitate præditi Franciſcus & Auguſtinus Caraccioli, *ſucceſſive regimen novi ordinis ſuſceperunt, illumque magna vitæ ſanctimonia rexerunt, quamvis* Auguſtinus *nunquam titulum* Magiſtri Generalis *acceptare voluerit. Sub his autem piiſſimis Viris, in dies adeo creſcere cœpit, hæc Clericorum Regularium Minorum Congregatio, ut mox in duas provincias per Italiam diviſa fuerit, & aliæ duæ per Hiſpaniam ſint ſuperadditæ. Adeoque in præſentiarum quatuor ſunt hujus ſacri Ordinis Provinciæ, plura Collegia ſatis ampla complectentes, nimirum* Romana, Neapolitana, Caſtiliana, Adaluſiana, *quæ omnes propriis Patribus Provincialibus gubernantur, qui ſingulis trienniis à qualibet Provincia eliguntur, ſubjecti tamen Magiſtro Generali, & Capitulo totius Ordinis.*

In his etiam quatuor Provinciis, omnia Collegia dividuntur in quatuor Claſſes, quorum prima continet loca illa ordinata ad ſeceſſum ſpiritualem exercendum, in quibus habitant quidam Patres vere ſpirituales, deputati ad exhibenda omnibus adventantibus etiam peregrinis auxilia ſpiritualia, tempore talium exercitiorum ſpiritualium. Secunda Claſſis continet Collegia ad inſtruendos & ſuſtentandos Candidatos Ordinis, in quibus per biennium inſtruuntur in omni Aſcetica doctrina Novitii, priusquam ad ſolennem profeſſionem admittantur. In tertia deinde Claſſe, adſunt varia eximia Collegia, in quibus traduntur omnes ſcientiæ & artes liberales Viris Religioſis ac Doctis communes, ad quas tradendas non ſolum ſuis Alumnis ſed & omnibus extraneis deputantur viri eruditiſſimi. Quarta denique

que Claſſis complectitur Domos Eremiticas, in quibus Clerici illi Regulares arctiſſimam vitam Eremiticam ducunt, ab omni hominum ſæcularium conſortio liberi, & ſolis cœleſtibus contemplationibus deditI. Hinc ad talium domorum Eccleſias nullus acceſſus extraneis conceditur, neque Clerici hujus Ordinis ad lubitum permittuntur arduum hunc ſtatum Anachoreticum amplecti, ſed ſolum illi, quorum zelus & majoris perfectionis fervor omnibus jam notus, cum licentia & permiſſione Magiſtri Generalis, aliorumque Superiorum admittuntur. Et quidem in omnibus illis Collegiis & domibus tam arcta diſciplina Regularis obſervatur, ut primarium eorum Inſtitutum appareat voluiſſe vitam activam Eccleſiaſticam cum contemplativa conjungere. Nam ſingulis diebus præter publicas orationes in communi peractas, unam horam meditationi matutino tempore & alteram veſpere impendere debent. Atque circa meridiem obſervant alternatim integram horam orationis, quam curſoriam *appellant, & bis in die examen conſcientiæ inſtituunt, adeoque in omnibus ſuis domibus vitam contemplativam maxime excolunt. Si dein Eorum vitam activam contemplemur, reperiemus illam quotidianis Eccleſiaſticis occupationibus repletam, nam in propriis ſuis Eccleſiis prædicando verbo divino, in catechizando pueros & rudem populum, omnem diligentiam impendunt, in audiendis confeſſionibus & in adminiſtrandis Eccleſiæ ſacramentis, maxime aſſidui. Sæpius etiam* Miſſiones *per pagos, & villas inſtituunt, quatenus aberrantes homines ad tramitem juſtitiæ reducantur, Hoſpitalia & carceres frequenter viſitant, miſeris conſolationem tam ſpiritualem quam temporalem præbere parati. In quolibet etiam Collegio deputantur aliqui Sacerdotes moribus & doctrina maturi, qui diu noctuque ægrotos viſitare debent, quando rogati. Hæc aliaque admirandæ charitatis Chriſtianæ opera ubique exercent* Clerici Regulares Minores, *in victu & veſtitu moderatiſſimi; Abſtinentiam enim à carne obſervant per quatuor dies in ſeptimana, & præter jejunia per Eccleſiam præſcripta toto tempore adventus ſolis cibis quadrageſimalibus utuntur. Singulis etiam feriis per annum arctiſſimam abſtinentiam obſervant pane & aqua contenti, corpus flagris & cilicio in modum diſciplinæ domantes. Eſt etiam & aliud jejunium apud ipſos ſingulare, quod circulare nuncupatur, quando alternative unus poſt alterum ſolo pane & aqua ad prandium paſtus, cibos appoſitos ad menſam portare debet ad portam Collegii, atque conſtituto cuidam pauperrimo viro inſervire, illum ſimul, alimento ſpirituali paſcens. Si dein habitum Eorum conſideremus, percipiemus illos indutos rudibus ſed decentibus veſtibus nigris, more aliorum Clericorum Regularium, niſi quod cingulo coriaceo præcincti incedere ſoleant.*

Ex hoc ſacro Ordine prodierunt plures Viri pietate & doctrina præclari, quorum nomina apud Hiſtoricos paſſim reperiuntur. Inter quos numerari meretur Sereniſſimus Princeps Erneſtus de Crouy, *qui ſub Pontificatu* Innocentii XI. *per Italiam iter faciens abjurata hæreſi Lutherana Catholicam & Orthodoxam fidem amplexus, inter hos Clericos Regulares vivere voluit, juxta ſalutaria Ordinis ſtatuta vitam regularem inſtituens, quam etiam cum magna pietatis fama finivit, in Collegio ad* S. Agnetem Romæ *ſepultus.*

Verum ad producendas ipſius Conſtitutiones properemus, ex quibus horum Clericorum Regularium arcta diſciplina Eccleſiaſtica erui poteſt. Quæ quidem Conſtitutiones licet non ab exordio Ordinis ſancitæ fuerint, tamen primum Inſtitutorem easdem concepiſſe apparet, cum juxta illas, Diſcipulorum ſuorum vitas & mores inſtituere voluerit, ipſis vivum exemplum omnium virtutum exhibens.

Sunt autem in quatuor partes diviſæ, quarum prima verſatur circa divinum Officium, tradens omnia præcepta ſcitu neceſſaria novem capitulis comprehenſa ad illud rite peragendum. Secunda pars agit de tribus votis Religioſis, quorum ſingulatim ſtrictiſſimam obſervantiam præſcribit, utque cuncta præcepta circa adminiſtrationem Diſciplinæ extrinſecæ, ſacri Ordinis requiſita duodecim capitulis tradit. In tertia dein parte, agitur de variis officiis in ſacro Ordine uſitatis, præſertim de Præpoſito Generali, aliisque Superioribus & Officialibus, & de ſuffragiis in capitulo Generali, ſimulac Provinciali exhibendis, ubi etiam ultimo loco ponitur Canon pœnitentialis. *Quarta denique pars verſatur circa Sacramentorum adminiſtrationem, tradens certas regulas obſervandas ab omnibus ad hoc ſacrum officium deputatis, atque Concionatores & Profeſſores publicos ſcientiarum Eccleſiaſticarum rite & docte inſtruens.*

Poſtquam igitur hæ ſalutares Conſtitutiones in unum volumen congeſtæ, atque ab Illuſtriſſima Congregatione Cardinalium ſuper Regulares Ordines conſtituta reviſæ & approbatæ fuerunt, eas confirmavit ſummus Pontifex Paulus V. *Cujus Bulla Confirmatoria infra poſt Ipſas Conſtitutiones habetur.*

Has Conſtitutiones Religionis Clericorum Regularium Minorum Sixto V. Pontifice inſtitutæ, & à Gregorio XIV. & Clemente VIII. confirmatæ Sanctiſſimus Dominus Noſter D. Paulus V. P. M. à Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Regulares, jam recognitas, confirmat in hæc verba.

Motu proprio, certaque ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine has Conſtitutiones, & Statuta qualiacunque ſint, ea omnia, ac ſi ad verbum præſentibus infererentur, pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ſupplentes omnes juris, & facti defectus, ſi qui intervenerint in prædictis Conſtitutionibus, & Statutis &c.

In litteris Apoſtolicis datis die xxv. Octobris Anno Incarnationis Dominicæ MDCV.

CONSTITUTIONUM CLERICORUM REGULARIUM MINORUM.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

De Divinis Officiis.

EA quæ Divini Numinis cultum, & honorem promovent, jus omne poſtulat, ut ſummo ſtudio exequamur. Religioſos enim viros, vel maximè decet Religionis virtutem diligenter colere, & divinis laudibus exhibere. Itaque Sacerdotes, & Clerici noſtri canonicas preces in Choro ſtatis horis una recitent: nempe Matutinum noctu; diurnum verò Officium interdiù; Romani Breviarii forma, rituque ſervato. Feſtum tamen patroni, vel præcipui alicujus Sancti earum Urbium, in quibus domicilium habebimus, nos etiam (ut ratio poſtulat) ſolenni officii celebritate proſequamur, ſingulis diebus feſtis dicatur Miſſa ſolemnis: mox peracta communi oratione mentali, recitetur Prima. Deinde dum circularis meditatio per horam habebitur, dicantur aliquot privatæ Miſſæ ad Altare majus. Poſt, abſoluta Tertia ſtatim Miſſa ſolennis inchoetur; qua finita dicantur Sexta, & Nona continenter. Ferialibus verò diebus, poſt prædictam horam meditationis circularem, dicantur ſimul Prima, Tertia, Sexta, & Nona. Veſperæ hora congruente, ſerius, ocyus, pro æſtatis, hyemisque ratione. Completorium diebus feſtis, hora cùm dimidia ante ſolis occaſum: cæteris diebus, ſtatim à Veſpere. In Quadrageſima verò Veſperæ ante cœnam. Completorium hora ſuperius dicta; niſi æqua de cauſa aliter faciendum eſſe videatur.

Dicatur officium voce ſimplici, & æqnabili; atque (ut Divo Auguſtino placebat) ſit vox pſallentis pronuncianti ſimilior, quàm canenti. Muſicæ vocum, inſtrumentorumque modulationes in Eccleſiis noſtris ſecularibus quidem concedi poterunt; modò per eos ſeorſum fiant; eas tamen ne adhibeamus, niſi gravi aliqua ratione, ac de Præpoſiti, & Patrum Capitularium voto.

Ad divini officii recitationem conveniant ſinguli, neque aliquis ſine Superioris licentia abeſſe præſumat. Laici quoque ad Matutinum ſurgant; tantiſper in Eccleſia orent, donec Invitatorium in Choro recitetur: quo dicto benedictionem ſimul poſtulent, deinde ad opera ſibi præſtituta ſecedant. Qui poſt inchoatum officium in Chorum venerit, ad ſuum locum ne ſe recipiat, ſed genuflexus in Choro medio à Superiore ſurgendi ſignum, & benedictionem expectet: qua habita ſtatim ſurgat, & ad ſuum ſe locum conferat.

Erratula item, quæ dùm officium recitatur quiſque commiſerit, tunſione pectoris fateatur: ſi quæ autem graviuſcula viſa fuerint, eorum in refectorio medio ad refectionis initium ſe quiſque palam accuſet, & pœnam, quam Superior injunxerit, promptè ſubeat.

CAPUT II.

De Oratione mentali.

DEcet viros divino ſervitio mancipatos, licèt in terra ſint conſtituti: ſpiritum tamen ad cœlos ſubinde transferre; & ut ſuo animus principio conjungatur, Chriſtum JEſum, ejusque virtutes ſedulò meditari. Igitur in iis domibus (quas, Patris Generalis, aut Provincialis arbitratu) ſufficiens Religioſorum numerus inhabitaverit, Oratio mentalis interdiù ſtatis horis, locisque inſtituatur, videlicet mane in Choro; poſt refectionem verò in Eccleſia intra cancellos Altaris majoris. Eo loco aſſiduè inque vices per horam mente orabimus. Neque enim licebit cuiquam ore interim, aut de ſcripto preces aliquot promere, niſi ſua ſponte animus in ve-

vocem erumpens brevem aliquam, & ignitam ſententiam ejaculetur, vel juvandæ memoriæ, & firmandæ mentis ſtudio, verſiculos paucos de pio aliquo libello legere opus habeat. Liceat tamen fratribus laicis Roſarium, aut Coronam Beatæ Virginis ſubmiſſa voce recitare. In hujuſmodi oratione (quam quod viciſſim in orbem agitur; circularem placuit appellare) tùm Eccleſiæ Catholicæ, Congregationis noſtræ, noſtrorumque Benefactorum; tùm verò præcipuè felicis recordationis Sixti V. Pontificis Maximi meminiſſe debemus. Jure enim, ac meritò Domino ejus animam commendabimus, cujus auſpiciis, dum is Chriſti vices in terris ageret, noſtri Ordinis inſtitutum ortum habuit, & incrementum. Præter hanc circularem meditationem (quæ erit aſſidua, & nulla unquam ratione interdiu ceſſabit, niſi dum concio habebitur, aut canonicæ horæ in choro perſolventur) ad communem aliam orationem manè, & veſpere per dimidiam horam in Choro peragendam omnes una convenient. Eam præcedat hymnus, verſiculi, & Oratio de Spiritu Sancto: tùm verò (quod vice fuerit argumenti) pii cujuſpiam, & vulgaris libelli brevem lectionem auſcultent ſilentio. In Collegiis tamen (quod iis locis, aut ſtudendo, aut prælectiones audiendo, tempus fere totum expendatur) non fiat oratio circularis: Cæterum communis oratio manè per horam integram; veſpere per dimidiam habeatur.

Huc etiam ſpectat (quod Sancti Patres mirificè probant, laudantque) examen conſcientiæ: Itaque Profeſſi, & Novitii bis diebus ſingulis, nempè mane à prandio in Chorum abeant, veſpere autem ſi hyems erit, ſtatim poſt cœnam, ſin æſtas poſt factum ſilentii ſignum ſimul convenientes, Profeſſi in Eccleſia Novitii in oratorio, rationem à ſe ipſis expoſcant exactiſſimè rectè ne, an ſecus, diem expenderint. Bis item in die, videlicet à prandio, & à cœna, Eccleſiam adeant, divinæ munificentiæ gratias agant, & pro Benefactoribus orent.

Caput III.

De ſuſcipiendis Sacramentis.

ORationis aſſiduitate, & quotidiano cordis examine, ad divina ſacramentorum munera rite frequenterque ſuſcipienda efficacius diſponemur. Quocirca Clerici noſtri, & Laici, ſinguli Dominicis, aliiſque feſtis diebus primæ, & ſecundæ claſſis ſimul communicent. Novitii verò, tùm iis diebus, tùm etiam ſemel infra hebdomadam eo cæleſti cibo reficiantur. Sacerdotes autem quotidie ſacrificent, aut ſi interdum abſtinere velint (quod ut rariſſimè contingat optamus) abſque Superioris conſenſu ne abſtineant. Nemo autem ſive Clericus, ſive Laicus nullius licèt peccati mortalis ſibi conſcius, divinam Euchariſtiam ſumere audeat, niſi confeſſione ſacramentali ante fuerit expiatus. Sacerdotes verò bis ſaltem in hebdomada volumus confiteri; Timendum eſt enim religioſis viris, ne contemptu levium culparum, paulatim in deterius prolabantur. Confitebitur autem quiſque noſtrum cui voluerit ex iis Patribus, quos huic muneri Præpoſitus præſtituerit, iis exceptis, aliorum nemini, niſi Præpoſitus non levem ob cauſam alicui id expreſsè conceſſerit. Præpoſitus verò Sacerdoti cuipiam à ſe delecto, quem ſuarum actionum conſcium, & officii monitorem habeat, atque adeò ſubditorum voluntatis fidum interpretem libenter auſcultet, illum tamen eligat, qui actionibus ſuis aliorum errata condemnet, & charitatem innocenti converſatione demonſtret. Caveant autem Confeſſarii, ne noſtros Religioſos, niſi qui lectulo detineantur infirmos, vel aliàs impeditos, aut in cellulis, aut in aliis, quam in deſignatis à Superiore locis auſcultent. Clerici, & Laici vel quotidie ad Miſſam Sacerdoti ſerviant, aut eam ſaltem audiant. Idem faciant Sacerdotes, quibus diebus à ſacrificio (ut ſuprà dictum eſt) abſtinuerint. Ægrotis in lectulo decumbentibus, Sanctiſſima Euchariſtia bis in menſe quam decentiſſimè deferatur: Ingraveſcente ægritudine, ſedulo curent Præpoſitus, & Infirmarius, ut iis ſacramenta maturè, & antequàm judicii uſum amittant, miniſtrentur: tùm verò adſtent ægroto cum morbo conflictanti, qui piè eum, & leniter ad tolerantiam ad Chriſti Crucifixi imitationem ad cœleſtium rerum deſiderium, mundique contemptum adhortentur. Poſtremò ad moribundum, & extremo jam Spiritu fatiſcentem (ſigno dato) conveniant omnes, & migrantem animam piis monitis contra inſurgentes tentationes roborare, atque Pſalmis, & orationibus juvare nitantur.

Caput IV.

De Orationibus pro Defunctis.

QUoniam (ut inquit Apoſtolus) vera charitas nunquàm excidit: idcircò ſi viventes fratres, opere & veritate diligere præcipimur, æquum eſt, ut in eoſ-

eoſdem vita mortali,& laboribus functos, dilectionem exhibere nunquàm ceſſemus. Cùm primum igitur quis Noſtrum, ſpiritum exhalaverit, abluatur cadaver: mox decenter ſua quiſque veſte induatur. Clericus, Clericali, Laicus verò, quæ Laicis convenit: tum infirmario, unà cùm Æditue curæ ſit, ut ſpatio diei naturalis in cubiculo aliquo, vel ſacello, cuſtode adhibito, aſſervetur; niſi citius ob tetrum odorem, ſepulturæ mandandum videretur; Horis tamen ſaltem duodecim tranſactis. Delato in Eccleſiam funere, Officium Defunctorum integrum in choro dicatur, tùm Miſſa ſolemnis, eaque peracta, ſepulturæ officium ad Ritualis noſtri præſcriptum celebretur, ac ſinguli Sacerdotes per tres dies ſacrificium Miſſæ pro eo offerant: Clerici autem ter Veſperas Defunctorum, Laici tres itidem Beatæ Virginis coronas. Ejus obitus, cœteris ejuſdem Provinciæ Domibus, Collegiiſque nuncietur; ubi pariter in choro dicatur Officium Defunctorum, & Miſſa ſolemnis offeratur; Tum verò Sacerdotes ſinguli ejuſdem Provinciæ pro ejus anima ſacrificent. Clerici ſemel Veſperas, Laici coronam Beatæ Virginis recitent. Si quis iter agendo moriatur, ea domus, pro cujus rebus agendis profectus fuerat, perinde ei officium, Miſſaſque perſolvat, ac ſi illi fuiſſet aſſignatus. Pro Patre Generali defuncto, omnes totius Ordinis, & pro Patre Provinciali, ſuæ tantum Provinciæ Domus idem faciant. In obitum Summi Pontificis, ubique totum officium Defunctorum, & Miſſa ſolemnis, atque ad tumulum Reſponſoria. Idem fiat in ea Civitate, ubi Epiſcopus obierit. Tertio Nonas Novembris celebretur Miſſa ſolemnis, & ad tumulum Reſpooſoria pro iis, qui ex noſtro Ordine ad eam diem fuerint defuncti: qualibet prima die menſis non impedita, in qualibet Domo, & Collegio pro noſtræ Religionis defunctis Miſſa ſolemnis, & Officium Defunctorum celebretur.

Caput V.

De Miniſtris Altaris, eorumque Ordinibus.

Ratio poſtulat, ut Religioſi viri non interiore ſolum modo cordis munditia, ſed & externa etiam pietatis ſpecie ſe ſe tamquàm Dei miniſtros exhibeant, ſcriptum eſt enim, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Sacerdotes igitur, & Clerici tùm ubique, tùm verò maximè in Eccleſiis, ubi ſpectaculum facti ſunt Deo, & hominibus, utantur greſſu modeſto, ſereno vultu, demiſſis oculis, ſermone placido, geſtu ſedato; ita enim fiet, ut & proximum ædificent, & Deo ſe dignos miniſtros, ſacrarumque rerum præferant tractatores. Qui ad Clericorum Ordinem admiſſi fuerint, dùm ſunt Novitii, prima tantum tonſura initiari poterunt, ut Eccleſiaſticis functionibus reddantur idonei. Cum vero ſolemnia vota nuncupaverint ad quatuor minores ordines promoveantur, ſi Propoſito, & majori parti Capitularium videatur: majores ordines conferantur nemini, niſi de Patris Generalis, aut Provincialis licentia, ii tamen neque facilè, neque inconſultè, aut feſtinatò quemquam admittere debent; Sed ad ſubdiaconatum eos ſolummodo, qui minimum tres annos; ad Diaconatum, qui quatuor, ad Sacerdotium, qui quinque, à profeſſione tranſegerint, Quæ quidem temporum intervalla ii Superiores protrahere quidem poſſint, contrahere vero non poſſint, niſi gravis aliqua loci, perſonæque ratio interceſſerit.

Caput VI.

De Sacris Ritibus; & de Eccleſiæ ſuppellectili.

Ut Sacri ritus, & Eccleſiaſticæ cæremoniæ concinnè, & decorè, quod Clericos decet, exerceantur, curet Præpoſitus, ut bis in menſe convocatis una Profeſſis Clericis, & Sacerdotibus (eos excipimus, quos Præpoſitus judicaverit hujuſmodi cæremonias probè callere), & explicatis Romani Breviarii, Miſſaliſque, & noſtri Ritualis Rubricis, errata, pravique abuſus emendentur, rituſque variantes concilientur, ità fiet ut unius moris homines in una Dei domo, quæ Eccleſia Sancta eſt, Sacris Altaribus adminiſtrent. Non minore Studio vacandum eſt, ut Sacræ ædes, & quæ in iis inſunt altaria, & Sacra Eccleſiarum Suppellex munditia, & decore reſplendeant. Quocircà Sacerdotum, & Altarium veſtes, divino cultui dicata vaſa, atque id genus Eccleſiaſticum inſtrumentum, probè ſerventur, & ſuo quæque loco aptè diſpoſita, collocentur. Sæcularibus nè facile, neque abſque Patris Generalis, aut Provincialis conſenſu concedatur, ut in Sacris indumentis, Sacriſvè vaſis ſua inſignia inſuant, aut quoquo modo inſculpant. Eccleſiæ, Sacella, & genus omne Sacrarum ædium, ſæcularibus extruenda, vel ornanda concedi poterunt, etiam ſi inſignia, & inſcriptiones, modo modeſtas, & nobis

ante probatas iodere velint, ne tamen permittantur, perpetuum, graveque onus nobis imponere: quod nunquàm niſi de Patris Generalis, ſuorumque Adſiſtentium facultate, ob vehementem aliquam inſignis perſonæ rationem, concedi poſſit, quod ſi quando Pater Generalis tam longe abſit, ut ab eo conſenſus nequeat expectari, Pater Provincialis una cum ſuis Adſiſtentibus, Præpoſito, & Capitularibus illius Domus, ubi fundandum eſt Sacellnm, aut imponendum eſt aliquod hujuſmodi perpetuum onns, & in fundatione domus, & Eccleſiæ, una cum ſuis Adſiſtentibus, & Capitularibus Domus ſuæ reſidentiæ rem omnem ſedulo diſcutiat, & prudenter expediat.

Caput VII.

De Silentio.

UT perpetuo cuſtodito ſilentiu, devotionis virtutem, & regularem obſervantiam facilius tueamur, ſemper quidem longiorem ſermonem, & elatam vocem vitare volumus: atque adeò neminem cum alio loqui, niſi Superior conceſſerit, his tamen præcipuè horis, locisque ſtrictius indicimus ſilentium: nempè à prima nocte Salutationis Angelicæ ſigno datn, uſque ad ortum Solem: quo tempore in cellis, aut in Eccleſia, ſicut par eſt, devotè, & quiete vacetur. Itidem in æſtate, à ſigno poſt prandium dato, ſilebitur uſque ad orationem meridianam expletam: his horis occaſiones loquendi, & congreſſus omnes devitentur. In choro autem, Eccleſia, Sacrario, Bibliotheca, Refectorio, locis communibus, ad Miſſam, ad focum, in operibus communibus obeundis ſemper ſileatur; & lectionem ſpiritualem interim, cùm habent auſcultent. Quod ſi neceſſe ſir, verbulum aliquod proferre, voce ſubmiſſa loquantur. In cellam alienam nemo intret, ne lectoris quidem, aut Concionatoris, niſi Superior facultatem dederit: qui ſecus fecerit, Superioris arbitrio puniatur graviter.

Caput VIII.

De receſſu à rebus ſecularibus.

INter cœteros religioſæ vitæ fructus, ille eſt valdè optabilis, quòd à mundi tumultu longè abductam Cœlo, Deoque ipſi mentem hominis ſiſtit. Proindè quiſque noſtrum merito ſibi conſulere, & ſedulo proſpicere debet, ne quem Deus à turba ſæculi, rerumque colluvie ſemovit, is poſtmodum ab hoc tranqnillo portu, mente divulſus, negotiorum fluctibus, & mundi ſollicitudinibus obruatur. Nè igitur in has miſerias incidamus, mundanæ occupationes prorſus rejiciendæ ſunt, nihilque omninò terrenæ ſollicitudinis admittendum: quod ot facilius aſſequamur, oemo noſtrum ſinè Superioris licentia cùm ſæcularibus colloquatur. Si quis verò ab iis obiter interrogatus fuerit, neque tunc vacet adire Superiorem, pauciſſimis ſe expediat; tum rem omnem Præpoſito renunciet. Poterunt quidem Confeſſarli cnm quibuslibet ſæcularibus abſque Superioris licentia colloqui; verum diutini ſermones, & crebri congreſſus devitentur, nàm gravia inde oriuntur pericula, & facile animus ad negotia ſæcularia prolabitur. Itàque curent Præpoſiti, ut à mundanarum rerum tumultu ſimus, quam maximè fieri poterit alieni, neqne ſinant quempiam in ſæcularibus negotiis ſe ſe admiſcere. Præcipuè verò prohibemus aliquem noſtrnm in cauſa criminis, vel in lite civili teſtimonium ferre, niſi planè ab eo coactum, qui cogere juſſu poterit. Superiores autem noſtri ne id permittant, præterquàm in cauſis catholicæ fidei, & hujuſmodi cœteris valdè piis, atque à partium offenſione remotis: dedecet enim ob religioſi viri teſtificationem, ſuorum bonorum quempiam, aut famæ detrimentum pati.

Nemo noſtrum, aut condendis teſtamentis, legatisvè, aut ipſorom executioni ſeſe immiſceat; neque negotiorum geſtoris, nou tutoris, ſeù curatoris munus ſuſcipiat: nullum item matrimonium per nos procuretur abſque licentia Patris Generalis, aut Provincialis, ſed ſua ſæcularibus negotia ipſis gerenda relinquamus. Nemo ſæculares ad cellam ſuam, neque per domum ducat abſque Superioris facultate. Cùm mulieribus quantumvis honeſtis, aut propinquis familiaritas ne ineatur, nec abſque prædicta licentia ſpiritualis affinitas Baptiſmi, aut confirmationis Sacramento contrahatur; ac ne Confeſſariis quidem qui mulierum confeſſiones non audiunt, liceat cum iis colloqui abſque licentia. Prohibemus præterea quævis colloquia cùm monialibus, quantumvis ex propinquitatis cum nobis fuerint, aut conſanguinitatis jure conjunctæ, nec etiam confeſſiones earnm audire noſtris liceat abſque vehementi cauſa, quæ ſi interceſſerit, Pater Generalis, vel Provincialis de voto ſuorum Adſiſtentium licentiam dare poterunt. Qui ſecus fecerit activæ, & paſſivæ vocis ſuffragio in perpetuum privetur, & per ſex menſes carceris pœnam ſubeat. Veſperè clau-

claudantur fores; claves ad Præpoſitum deferantur, & apud eum maneant totam noctem. Nemo cella noctu egrediatur, aut Domum circumeat, quin deferat lumen.

Caput IX.

De Domibus receſſus.

Domus illæ, quæ Receſſus appellantur, quas ſingulas tantum in ſingulis Provinciis conſtitui poſſe decernimus, eodem, quo cœteræ Domus modo, & ordine gubernentor. Siut longè à mænibus, & ſuburbiis diſſitæ, Eccleſiam habeant intra Clauſtra: quo fœminis nullo modo ingredi liceat. Qui in ea degunt Patres, ſileotium perpetuò ſervent, ità, ut oeque cum ſæcularibus; neque inter ſe unquàm colloquantur, niſi præſcriptis diebus. Excipimus tameu loci Præpoſitom, Procuratorem, & Janitorem: ii enim, quòd negocia domus admioiſtrent, ſilentium tàm arctè cuſtodire non poterunt. Sæcularibus nè prædicent, eorum confeſſiones nè audiant, niſi Pater Generalis, aot Proviocialis licentiam iu ſcriptis concedat. A dicta Domo nemo egredi poterit, niſi Procurator cum comite Laico, & quotidiani victus emptor. Nulla ibi ſcientia, aot ſacultas prælegatur, ne uoſtris qoidem: unam excipimos myſticam Theologiam, quam utpotè tali loco coogruam, ſemel in hebdomada prælegi volumus. Soli ibi degent Profeſſi, qui nullo interim fuoguntur officio: Noviitiis nè pateat aditus, neque aliis ullis ſine licentia Patris Generalis, vel Provincialis. Ex iis ad officium aliquod adminiſtrandum eligere poterit Pater Generalis, & Proviocialis, quem voluerit. Si quis item eorum eo egredi, & ad aliam migrare Domum velit, id (ſi Superiorem præmoneat) cuique licebir, modo ad eam Domom, aut Collegium redeat, unde diſceſſerat. Excepto Adventus, & Quadrageſimæ tempore, ter tantum in hebdomada, ſimul cooveniant; hyeme poſt prandium, æſtate poſt cœnam per horam, ur invicem colloquio ſolatium ſumant, nempè die Dominico, feria tertia, & quinta. In Adventu autem, & io Quadrageſima, ſolis diebus Dominicis, ſemel in die poſt praodium.

CONSTITUTIONUM CLERICORUM REGULARIUM MINORUM

PARS SECUNDA

Caput I.

De tribus Religionis votis in univerſum.

Ad charitatis virtutem, quæ omnium eſt maxima, videlicet ad perfectionis faſtigium adſpiranti adeò conducibilis eſt earom virtutum obſervatio, quas ſolemoi voto Religioſi viri Deo nuncupare conſueverunt, ut fruſtra ii ſcalæ ſummitatem, cui Deus ipſe ionititur, tenere ſe poſſe ſperent, niſi his veluti gradibus ioſiſtere, & ſemet ad altiora promovere contendant. Quocircà Regularem diſciplinam, & Paupertatis, Caſtitatis, atque Obedientiæ vota, quæ ſummo Virtutum largitori, & remuneratori Deo, Religiosè promiſimus, ſanctè ſervemus, ne nobis illud cootingat audire, fregiſti jugum, dixiſti; Non ſerviam. Juvabit igitur, nè noſtræ promiſſionis ſimus immemores, & ut harum rerum amore animus inardeſcat, hunc noſtrarum Conſtitutionum libellum privatim ſæpius legere, & ſedulo meditari. Curent vero Præpoſiti, ut quater ſaltem ſingulis annis, dum noſtri ad menſam adſident, de loco ſuperiore legantur. Regulares autem obſervantiæ, Modeſtiæ Regulæ, Ritus, & Conſuetudiues ſingulis meoſibus. Eorum item conſuetudinem valde probamus, qui ea, quæ retro ſuor obliti, & in anteriora diſteoti, novo ſemper merito, ſingulis diebus, nixi genibus, profeſſiooem iterare conſueverunt. Quod & iu Vigilia Epiphaniæ Domini, quotannis juxtà noſtri Ritoalis præſcriptum, ut cuncti faciaot, ſancimus.

Caput II.

De Obedientia.

Cum obedientia ſola (ut magnus Gregorius ait) virtus ſit, quæ virtutes cæteras menti inſerit, loſertasqoe cuſtodit; ad eam acri ſtudio, eonatuque potiſſimum complectendum meritò cohortamur. Idcircò Soperiores omues reverebimor ut Parentes; iisque promptè, & ſincerè obediemus; quod quidem

dem facillimè exequetur is, qui Chriſtum Dominum in Superiore quolibet agnoſcere ſtuduerit: Ob id enim ſubdito parendum eſt ſuo Prælato, quod nimirum vices Dei gerat, ejusdemque authoritate fungatur, qui dicit; Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Neque enim expectare debet ſubditus, ut Superior, aut ſcripto, aut voce ſeverè præcipiat, & jubendi vim, quam habet exſerat: ſed boni Religioſi partes erunt, etiam in iis, de quibus nulla extat juſſio, aut nihil expreſſè præſcriptum eſt, Superioris voluntatem inquirere, eique animo, & affectu adhærere. Neque ſolum Præpoſitis, & hujuſmodi majoribus Prælatis, ſed eorum quoque Vicariis, & Miniſtris, in iis, quæ ad eorum officia ſpectant, obediendum eſt. E contra meminerint Superiores authoritatem prudentia, & diſcretione conjungere, ut hominibus ſe præeſſe cogitantes, humanitatem potius exerceant monendo, quam jubendo ſeveritatem. Itaque nonniſi raro, & gravi ex cauſſa, juſſionis præceptum infligant. Excommunicationis autem gladio ne unquam utantur, niſi re cum loci Capitularibus maturè deliberata, major Capituli pars lis armis utendum fore cenſuerit. Nemo negotium ullum gerat, aut expediendum ſuſcipiat, quantumvis pium, & Religioſo viro dignum videatur, imò neque conſilium de re aliqua ab exteris petat, niſi rem totam cum Superiore communicet, tùm qnod ille injunxerit exequatur. Nemo litteras à quoquam undelibet datas accipere, nevè reſignare, aut legere ullo pacto audeat, neque item alicui ſcribere, quin & à ſe, & ſibi ſcriptas, Superior viderit, & probaverit. Quocunque locorum etiam inter infideles, atque ad Indiarum Regiones Superior migrandum injunxerit, is nulla interpoſita mora quàmprimum migrare feſtinet: neque aliquis audeat, aut longinquum iter, aut aliud quodvis impedimentum, quod Superior non approbet aliquo modo prætexere. Commiſſum ſibi munus, & Officium, quodcunque tandem ſit abſque diſcuſſione quisque recipiat, & pro modulo Virium ſincerè, & ſtrenuè exequatur. Nam protervæ mentis indicium eſt, & ambitionis Seminarium officiorum gradus æſtimare, & hoc ſibi competere, Illud verò minimè ore querulo, & animo perturbato differere. Si quid oneris imponatur quod ſibi vires excedere videatur, id ſi palam eſt, ne recuſet, ſed in Domino confiſus humiliter ſubeat. Virtus enim Domini in infirmitate perficitur. Sin verò ſua debilitas, & ineptitudo Superiorem lateat, ubi eum audierit, & quid ſe ab officio illo ſuſcipiendo abſterreat, humiliter, placidè, & apertè ſignificaverit, nihil amplius ſupereſt, quod facere debeat. Ad eandem obedientiæ virtutem pertinet, ut cùm primum campana pulſaverit, aut alio modo obedientiæ ſignum innotuerit, ſtatim exurgere, & ne tantum quidem moræ interponere, quantum cæpti quiſquam apicis conſummet effigiem. Ita enim Imitabitur Sanctos qui (ut Caſſianus refert) imperfectam lineam litteræ relinquentes, non tam operis compendia, lucravè ſectabantur, quam obedientiæ virtutem exequi toto ſtudio, atque æmulatione feſtinabant. Religioſi enim viri (ut ille ſubdit) adeò cunctis virtutibus obedientiam præferre debent, ut univerſa diſpendia ſubire contenti ſint, dummodo hoc bonum in nullo violare videantur. Hæc ille. Cætera, quæ ad hanc virtutem referri poſſe videntur, ſuis quæque locis (uti ſe præbebit occaſio) diſponemus.

CAPUT III.

De Caſtitate.

NOn tam de Caſtitatis laude differere hoc loco debemus, quàm de ea perpetuò, & illibatè cuſtodienda ſtudere quiſque noſtrum debet. Sat fuerit dicere, Angelicam eam virtutem eſſe, & qui illam amant, ſervantque in Angelicum ordinem accenſendos. Itaque impuras cogitationes, obſcænos ſermones, geſtus, actusque fractiores, & qui ſæculi vanitatem, vel minimum oleant, ſummo ſtudio, & zelo vitemus. Oculorum præcipuè cuſtodia habenda eſt, ne intret mors per feneſtras. Fœminarum conſuetudines, & colloquia quantumvis Religioſæ, & ſanctæ videantur, iis præſertim, qui earum confeſſiones non audiunt; omnino fugienda; & ſi quando Clerico cuiquam neceſſariò erit cum muliere aliqua colloquendum, ne ad eam mittatur Clericus, niſi cum Sacerdote comite. Confeſſariis verò perraro, & difficilè permittendum eſt, ut eas domi viſitent, tùm ſcilicet ſolum, cum aut infirmitate, aut rationabili ex cauſa illæ impediuntur, ne Eccleſias noſtras adire poſſint. Neque tunc quidem ad eas viſendas exeant, niſi Superiori perſonæ viſendæ neceſſitatem, & omnino rem omnem, quæ erit cum ea tractaturus, exponat. Quàm verò cautè ſe illic gerat, dicetur infra ſuo loco. In Eccleſiis autem ipſis audiantur, quidem cum confitentur, ſed

ut

ut eo loci, ubi ſanctis rebus vacandum eſt, prolixius blaterent, & qui ad rem non pertinent ſermones intermiſceant, expreſsè prohibemus.

Caput IV.

De Menſa, & Jejuniis atque cæteris corporis afflictationibus.

SAnctorum exemplo, ſimul, & documento cognoſcimus, per Jejunium, & voluntarias afflictationes, carnem concupiſcentiis emori, & ſpiritum virtute caſtitatis innovari. Ut igitur Religioſi viri ad pugnas interiorum certaminum, à ſæculi delitiis divinitus evocati, Caſtitatis virtutem, quàm modo deſcripſimus, adipiſcantur, opus erit, ut variis divexationibus carnem ſuam ſtudeant edomare. In primis, præter quotidianam exigui victus frugalitatem, Jejunii rigor quandoque addendus. Erit nempè, ut certis temporibus macerato impenſius corpore, anima purior liberè vacet Deo. Quo circa præter jejunia, quæ cunctis fidelibus Romana indicit Eccleſia, hæc item, à nobis ſervànda decernimus. Jejunium Adventus Domini, dum domi morabimur. Feriæ ſextæ per totum Anni circulum, niſi fuerit pridie jejunatum, aut die poſtero jejunandum. Secundæ item, & tertiæ Feriæ ante Cineres. Secundis autem, & quartis Feriis in ulla domo noſtra, ſive ea Profeſſorum ſit, ſive Novitiorum, ſive Collegium, ſive receſſus, carnibus nullo modo veſcamur. Excipimus Feriam ſecundam Paſchæ, & Pentecoſtes, & Feſtum Nativitatis Domini, & Epiphaniæ ſi ſecunda, & quarta Feria incidant.

Ad primam menſam omnes adeant, nec niſi juſta de cauſa, & de Superioris licentia quiſquam abſit. Qui ad primam legitimè impediti venire non poterunt, ad alteram ſtatim accedant. Communis ſit omnium victus univerſus, idem omnibus ferculorum, & numerus, & ratio. Primæ, & ſecundæ menſæ eadem ſit ſtructura. Prima ſaltem menſa ſacra lectione condiatur, quam omnes ſilentio, & attente auſcultent, ut ſuus ſit animi, quo nutriatur cibus. Lectoris errata nemo corrigat, niſi Præpoſitus, & eo abſente Vicarius, qui interdum, ſi videatur prolixa lectio, jubeant pauſare lectorem aliquantiſper, ut reſumpto ſpiritu vox liquidius fluat. Poſt refectionem, & gratias de more actas, lotis, etiam cum modeſtia manibus, in Chorum, aut in Eccleſiam cum ſilentio abeant: pro benefactoribus orent, præcipuè pro iis, quos Sabbato in menſa recitatos audierint; Ea enim tantum die eleemoſynæ per hebdomadam receptæ in Refectorio recitabuntur. Nemini ad communem menſam ciborum aliquid ſecum ferre, aut quidpiam, præter id, quod apponitur, requirere, aut extra menſam ſine Superioris licentia comedere liceat. Excipimus ægrotos, quibus in Cellulis comedere ſit neceſſe. In iis domibus ubi circularis habebitur meditatio, obſerventur etiam hæ corporales per circulum afflictationes. Singulis diebus (feſtis iis exceptis quos Eccleſiæ præcepto celebramus) ſit unus è noſtris, qui ab omni cibo jejunet, ſolo pane veſcatur, ſitim, aqua, vel Superioris conſenſu, vino modico ſedet. Alius item Cilicio carnem vexet: alius flagris ſe cedat. Qui autem jejunabit, ex ea, quam ſibi ſubtrahet cibi potusvè portione, pauperem aliquem reficiat ad fores domus, ut videlicet, fiat refectio pauperis abſtinentia jejunantis. Eundem verò, quem cibo aluerit Chriſtiana doctrina imbuere ſtudeat. Præterea ſingulis ſextis per annum feriis in unaquaque Domo communis flagellatio (quam diſciplinam nuncupant) intra Eccleſiam celebretur, de cujus ritu, & formula in noſtro de Ritibus, & obſervantiis libello copioſè diſſeritur. In Domibus ſæcularium, ſivè intra Urbem, ſive in ejus ſuburbiis, aut ruri degentium, nobis prandere ne liceat, ſed enitamur ad horam prandii domum reverti, quòd ſi id fieri nequeat antequàm domo diſcedamus, habeatur à Superiore facultas prandendi foris. Si autem accidat, quòd ægroti, quem aliquis noſtrum viſitaverit adeò ingraveſcat infirmitas, ut eum penè extremo ſpiritu conflictante deſerere non videatur æquum; hujuſmodi legitimum impedimentum Superiori, ſi fieri poterit quamprimum nuncietur, ut ab eo, & comedendi, & pernoctandi apud ſæculares facultas fiat ſi minus ſtatim, ac domum redimus, rem omnem Superiori aperiemus. Idem dictum ſit, ſi quando à ſæculari Prælato, vel à viro aliquo Religioſo in Monaſterio ſecum veſci coacti fuerimus; ſolos autem hujuſmodi Eccleſiaſticos, Laicos verò nequaquam ad id invitare, vel urgere, nos poſſe, decernimus.

Caput V.

De Paupertate.

REligioſa paupertas, quæ parens quædam eſt, generatioque virtutum, tùm communi, tùm privato cujuſque victu cultuque ſervanda eſt. Nemo igitur aliquid proprium habere, neque etiam appellare an-

audeat, ſed communi vocabulo quiſque in loquendo ſignificet, ſe nihil in hoc ſæculo proprium poſſidere. Quocirca ne ſine Patris Generalis, aut Provincialis licentia capſæ ad ſtipem corrogandam in Eccleſiis noſtris collocentur. Eleemoſynas quidem, etiam ſi perpetuæ fuerint domui cuique habere liceat. In Eccleſiis, Sacellis, & Altaribus conſtruendis admitti poſſunt onera etiam perpetua Miſſarum, & Officiorum congruo tamen cenſu proventuque recepto. Eæ autem pactiones, onerumque ſuſceptiones, ne fiant ſine prævio conſenſu Provincialis, ſuorumque Aſſiſtentium. Ne permittatur Novitiis profeſſionem emittentibus, ut annuos redditus, aut ſibimet nominatim, aut illi Domui, ubi pro tempore habitaverint ullo unquam modo, ſive ratione relinquant. Quidquid pecuniæ quacunque ratione, titulove ad noſtra Collegia, Domoſque pervenerit: Item eleemoſynæ cuilibet Religioſo à quocunque ſive extraneo, ſive propinquo quomodolibet datæ fuerint, ad Superiorem ſtatim ſincera fide deferantur, & in commune ſcrinium tribus obſeratum clavibus reponantur. Ex iis Præpoſitus, tanquam ex pauperum patrimonio, cujusque neceſſitatibus paterna charitate ſubveniet. Tres iſtas claves, tres Sacerdotes, ſinguli ſingulas apud ſe habeant. Ubi verò opus fuerit de communi ſcrinio aliquid promere, vel in ipſum eleemoſynas in dies nobis oblatas injicere: accepti, expenſique rationes diſtinctis libris (qui in eodem ſerventur ſcrinio) duobus præſentibus Sacerdotibus, annotentur; ſcilicet, ut ii, veluti fidi teſtes videant quid, qua ratione ſcribatur. Extet præterea alter grandior Codex, quo annuatim acceptum, expenſumque fideliter ad ſummam referatur.

Oeconomo item ſit ſuus libellus, ubi quotidianæ rationes annotentur; Is verò ne ſit unus è tribus iis ſupradictis capſæ cuſtodibus. Oeconomo tamen tùm domeſticæ adminiſtrationis cura, tùm etiam exacta accepti, & expenſi cognitio, quam duobus Sacerdotibus ſecum adhibitis in menſes ſingulos exigat, demandetur. Nemini omninò liceat nummorum aliquid; aut ſingraphum ſuo nomine ſolvendam, vel ad ſe aliqua ratione ſpectantem, aut argentum, aurum, gemmas, & hujuſmodi precioſa apud ſe habere, ſed id omne, quod cuiquam creditum fuerit, ut ſervetur in communem capſam reponatur. Qui ſecus fecerit, ſi Præpoſitus fuerit, Provincialis, vel Generalis arbitrio: Si Præpoſito inferior, ſui Præpoſiti placito graviter puniatur. Depoſita item nemo extra domum apud exteros, propinquoſvè ſervanda committat, niſi Superior ea demùm ratione conceſſerit, ut communitatis nomine cuſtodienda tradantur. Nemo novam veſtem, aut omnino novum aliquid cujuſcunque generis fuerit, ſivè utendum accipiat, ſivè apud ſe habeat, niſi Superior viderit, probaverit, benedictionem impertierit; ea verò, quæ cuique utenda conceduntur, ne alicui dentur, ſivè commodentur abſque Superioris licentia. Communes verò res, ſi minimæ fuerint, liceat Præpoſito pro libito externis dare, ſi autem notabilis pretii extiterint, à Patre Generali, vel à Provinciali facultas expectetur. Dùm iter habebimus eadem paupertatis lex, regulaque ſervetur: ne quid ſcilicet in aliud, quàm in viaticum expendatur. Si quid prætereà in itinere ab aliquo emptum, aut quomodolibet acquiſitum fuerit id omne ſtatim, ac is domi fuerit ad Superiorem deferre teneatur.

Nemo manuſcripta emere, aut quomodolibet comparare ſibi poſſit, abſque Superioris permiſſu. Libros verò in proprium uſum emendi, nulli, neque à Generali quidem poſſit facultas fieri. Sat erit communis Bibliotheca, quam librorum copia benè inſtructam, & refertam haberi volumus, ut ex ea poſtmodum cuique Religioſo, juxtà eam, quam quisque profitetur ſcientiam, commodè ſuppeditari queat. E domo in domum emigraturo, ut libros exportet, ne concedatur niſi Præpoſitus, & major pars Capitularium apertè conſenſerint; & librorum nomina, numerus, tituli, & ad quam domum, aut Collegium pertineant, antequam amoveantur, diſtinctè fuerint notati, ut facile poſtmodum recuperari poſſint. Præpoſitus præordinarias eleemoſynas, quæ ad domus fores erogantur, unicum tantum aureum in menſes ſingulos diſtribuere poſſit. Nemo item, ſivè Novitius, ſivè Profeſſus fuerit, per ſe, vel per alium procuret, ut ſibi quoad vixerit, ſivè in certum tempus annui redditus, cenſuſvè, aut certa aliqua pecunia ſibi à quoquam, ſivè propinquo, ſivè extraneo, ſivè teſtamento, ſivè donatione, ſivè quovis alio titulo, modovè relinquatur. Itidem ne liceat cuiquam procurare, aut permittere, ut nummorum aliquid ab eis in eleemoſynas, vel in aliud quodcunque opus erogandum, ſivè aliquibus certis, vel incertis perſonis reddendum ſibi injungatur. Si autem hujuſmodi (quæ dicuntur) confidentiæ nobis inſciis demandatæ, & concreditæ fuerint, id onus ne ſuſcipiatur, antequam Præpoſitus Generalis, aut Pro-

vin-

vincialis, re maturè deliberata, licentiam dederit. Eleemoſynas, ubi opus fuerit petere liceat, modò ne eæ oſtiatim, & publicè emendicentur. Neque alii hoc munus ſubeant, præter ii, quos Superior deſignaverit; hoc eſt viri maturitate, & probitate idonei. Laici ne ſoli ad hanc rem, ſed bini mittantur. Dùm quis, ſivè Præpoſitus ſive ſubditus, alicubi veluti hoſpes morabitur, eleemoſynas in eadem Urbe ne petat, niſi Pater Generalis, aut Provincialis, ſivè ejus loci Superior facultatem ſcripto tradiderit, quòd ſi ultrò oblatas receperit, ei domui ſtatim tradat à qua hoſpitio receptus fuerit, niſi aliter Pater Generalis, Provincialis, aut ejus loci Superior diſponat. Nemo autem, ſivè Clericus, ſivè Laicus fuerit pro ſuis propinquis, aut extraneis eleemoſynas petat, niſi Superior conceſſerit. Denique in petendis eleemoſynis Regulæ hnic Officio præſcriptæ exactè ſerventur. In cubicula, cellaſque privatas induci foculos, aut ignem in iis fieri prohibemus: Sat erit communis focus, quem ſtatis horis cuilibet licebit adire. Cæterum habeatur ratio ſenum, debilium, & hujuſmodi commoditate indigentium, ad quorum cellulas fictilis foculus deferri poterit. Horologia è rotis fabrefacta cujuſcunque metalli fuerint, nemini privatim habere liceat, neque aureas, aut argenteas Reliquiarum, ſacrarumque rerum capſulas, aut libros auro, argento, aut inſigniis familiarum ornatos, neque pictas imagines, niſi parvi precii cartaceas, ſculptas verò, aut cælatas icunculas nemo habeat, niſi parvi precii, eaſque Pater Provincialis conceſſerit: Neque item armaria, quæ vulgo ſcriptoria vocantur, tabulaſvè, & Oratoria nucea, ſpecula verò, odoratum ſaponem, & hujuſmodi delitias noſtros Religioſos nequaquam decere, nemo eſt, qui non intelligat. Quocirca nihil horum apud ſe quiſquam habeat. Armaria item, pluteos, capſas, nemo clave obſeret, præter eos, qui res communes aſſervant, niſi Superior ex gravi aliqua ratione conceſſerit. Ad fores autem ſingularum cellarum obſerandas idem ab omnibus adhibeatur clavis, & ſeræ genus. Veruntamen adulterina clavis preſtò ſit ſingulis domibus unica, eam ſoli Præpoſitus, & Vicarius apud ſe habeant, aliorum nemini concedendam; ita facile erit Superioribus, cellam, vel capſam quamlibet (quod menſibus ſingulis faciendum ſtatuimus) reſerare, ingredi, viſitare, atque adeo ſi opus fuerit ſcrutari diligenter ſuppellectilem ſingulorum ne quid ſordidum, incompoſitum, aut (quod abſit,) paupertatis propoſito, minimè conveniens apud ſe quiſquam habeat.

Caput VI.

De Veſtibus.

Decet minores Clericos, & paupertatem profeſſos, honeſtum quidem indumentum, vile tamen, & rude. Itaque exteriores veſtes in Provincia Romana, & Regno Neapolitano è Saſſanenſi panno: in reliqua autem Italia, & extra Italiam ex eo, quod in quaque Regione, Patris Provincialis, & Patrum Adſiſtentium arbitratu viliſſimum extiterit, conficiantur. Idque Decretum adeò ratum, firmumque eſſe volumus, ut ne Pater Generalis quidem ſuper eo aliqu d ſtatuere, aut cum quoquam quavis ratione, ſivè prætextu poſſit ullo unquam tempore diſpenſare. Porrò veſtitus exterior (hoc eſt tunica, pallium, & domeſtica toga) colore ſit niger; forma ſimplex, ſola munditia decorus, talis denique, ut nos ſemper Paupertatis, & modetarionis admoneat. Tunica (quam clerici talarem laici ſupra talum decurtatam gerant) non aperta ante, ſed undique ſit concluſa. Biretis utantur clerici in crucis figuram efformatis, laici rotundis pileolis; hi tamen cum domo egrediuntur petaſum gerant, clerici domi foriſque conſtituti ejuſdem generis, & formæ veſtibus induantur omnes, ne diſcrimen inter eos aliquod ineſſe videatur. Hoc idem ſervent inter ſe laici. Interiora item indumenta ſint pretio, forma, panni, vel lini genere, viliora. Tibialia tamen è pauio meliore, ſed eodem per æſtatem, & per hyemem gerantur nigri coloris panno. Lecti ſint lati palmos non amplius quatuor: ſine conopeo; vel ulla re conſimili, ſine ornatu, cum unica culcitra, & unico pulvinari: in ſtragula ſint lanea, & craſſiora, nemini verò præterquam in firmis dum lectulo decumbunt textile è lino ſivè è goſipio ſtragulum concedatur: Serici nihil ſit apud nos, nec in lectis, nec in veſtitu: veſtes lineæ, & viatoriæ in communi veſtiario conſerventur, quæ cuique ſuperioris arbitratu utendæ diſtribuantur. Comam, & barbam nemo nutriat; nemo radat; ſed in tantum capilli demittantur, ut operta ſit curis. Tonſioni certa ſtatuatur dies. Ad vultum, & manus abluendas, & detergendas, quiſque habeat mappam lineam, & catinum, ſed fictilem, ac rudem: pectinem quoque; unicum ligneum, aut oſſeum, modo ne ſit eburneus.

Caput VII.

De inſtituendis Novitiis.

NOvitiorum inſtitutionem tanti referre arbitramur, ut ex iis benè, aut malè educatis Religionis incrementum, vel perniciem potiſſimum pendere meritò cenſeamus: facile enim quolibet quantumvis ſanctum inſtitutum labefactabitur, ſi in recipiendis ad Religionem Novitiis nullus delectus habeatur, vel ſi poſtquam recepti fuerint eorum educatio per ſocordiam negligatur. Itaque Præpoſitus, & eo abſente Vicarius, quibus de voto majoris partis Capituli localis extra tempus Capituli Generalis, aut Provincialis inerit facultas admittendi Novitios, cum eo, qui ingredi petit hunc modum ſervent. In primis de impedimentis interrogetur, ſed prudenter, & dexterè ne is, ſcilicet, aut pudore afficiatur, aut occultandi occaſionem accipiat: nempè an in aliam Religionem fuerit unquam adſcriptus, an etiam in noſtram aliàs dederit operam, ut adſcriberetur, fueritne unquam crimine ullo poſtulatus; ſitne ære aſtrictus alieno, quibus cùm conſuetudinem habeat, quam diſciplinam profiteatur, & quem Magiſtrum habuerit. Deinde examinetur, de eruditione, de ætate, de valitudine: habeatne ſorores collocandas, parentes egenos, aut infirmos, & ſi qua horum ſunt ſimilia. Præterea cum ab ipſo ſignificati fuerint ejus ſodales, amici, propinqui, præceptores, opus erit diligenter ab his exquirere illius genus, mores, vitam, fidem, inſtitutum, & id genus reliqua, quæ ab ipſomet, qui ingredi poſtulat ſciſcitari non eſt æquum. Quod ſi aliquo modo innotuerit eum hæreſeos, aut ſuſpectum, aut denunciatum, vel à parentibus, aut avis Judæis, ſive Mauris progenitum fuiſſe, de hujuſmodi homine, quem nullo modo recipi poſſe ſtatuimus, nè ulterius requiratur, ſed placidis verbis quamprimum dimittatur. Qui autem alterius Ordinis habitu jam ante indutus fuerit, non tamen illic profeſſus. Itidem ex legitimo Matrimonio natus non ſit, de Patris Provincialis licentia admitti poterit, qui verò neque Avos, neque parentes Judæos, ſive Infideles habuerit, ſed tantum à Proavo, vel à Proava hujuſmodi labe infectis originem duxit, ſimiliter, qui in alia Religione profeſſionem ediderit, is recipi nequeat, niſi Pater Generalis, & Conſultores (re maturè deliberata) expreſsè conſenſerint. Cæterum ſi quando hujuſmodi homines recepti fuerint (quod ob inſignem eorum eruditionem, probitatem, induſtriam, idque raro contingere poſſe optamus) nemo audeat, ne dum tale illius genus, aut quem relinquerunt Ordinem improperare, ſed qui, vel muſſare de hac re auſi fuerint graviter puniantur. Dedecet enim Religioſos viros de genere, & proſapia, vel ſua, vel aliorum ſermonem ſerere; & peccant non leviter ii, qui nugis, & dicteriis violant charitatem: Satius fuerit, & prudenter actum reputabitur, ſi illi, qui hujuſmodi labes ingredi poſtulantium, vel jam ingreſſorum reſciſcent, id omne aliis quidem celabunt, Superiori verò ſuo ſecreto deferent. Præterea, qui in aliquam noſtram domum, ut admitteretur poſtulaverit, egeritque is nè admittatur niſi cur alibi admiſſus non fuerit ante cognoſcatur. Nemo item, niſi de licentia Patris Generalis, aut Provincialis in Laicorum claſſem annumerandus aſſumatur, qui artem aliquam mechanicam non calleat. Nullus etiam, qui in alia Religione laicus fuit ad Clericatus ſtatum recipiatur; nec item in noſtra in Laicorum ſtatu receptus ad Clericalem Ordinem unquam promoveatur, nec abſque licentia Patris Provincialis admittatur ad Laicorum habitum ante completum vigeſimum annum. Si nullum hujuſmodi impedimentum extet, ulterius tamen per plures hebdomadas (ſi Patribus videbitur) probetur ejus ſpiritus: videatur, qua mente ad Religionem ducatur, num recens, an vero diuturnum fuerit ejus de ingredienda Religione propoſitum; quid in ſeipſo experimenti fecerit de ſua vocatione. Mox ſi videatur divino ductus ſpiritu, vario nihilominus experimento (ſi opus fuerit) examinetur: his veluti præexercitamentis probatus, admitti tandem poterit, ſi major pars Patrum Capitularium deciſivi ſuffragii, (modo ne Propoſitus diſſentiat) conſenſerit. Expedit itaque, ut in quaque domo, duo ſaltem Patres deciſivi ſuffragii præter Propoſitum aſſignentur. Quod ſi qua Domus tales non habeat, totidem Patres conſultivi ſuffragii profeſſione antiquiores ſufficiantur, quot Patribus deciſivi ſuffragii ea domus carebit. Atque hi tùm in recipiendis, tùm ad habitum, & profeſſionem Novitiis admittendis, loco illorum, deciſivum ſuffragium ferant. Si qua autem Domus unum ſolummodo habebit Capitularem deciſivi, ſive conſultivi ſuffragii, eique in admittendis ad Religionis ingreſſum, ad habitum, aut ad profeſſionem cum Præpoſito non convenerit; res ad Generalem, aut Provincialem integra deferatur, qui, quid ſit agendum, reſcribat. Ubi primum quis in domum admiſſus fuerit, à Præpoſito tradatur inſtituendus Magiſtro Novitiorum,

rum. Patres verò Capituli Generalis, ſivè Provincialis, Magiſtros hujuſmodi eligant ſecretis ſuffragiis pro domibus ſingulis, ſingulos, per annum tantummodo duraturos. Hi poſtmodum à Patribus Provincialibus, vel quotannis confirmentur, vel aliis electis amoveantur; quin etiam infra annum ad libitum Provincialis, vel Generalis, amoveri poterunt, vel iis mortuis, alii in eorum locum eligi. Eligatur autem is potiſſimum ad hoc grave munus, qui ſuos Novitios, hoc eſt ſpiritualis militiæ tyrones ad virtutum faſtigium provehere non ſolum prudentia, eruditione, & experimento ſciat, ſed etiam exemplo poſſit, videlicet, qui communes labores libenter, & aſſiduè ſuſcipiat: qui rebus divinis, & Eccleſiaſticis ritibus, & myſtica Theologia ſit probè eruditus, & juſſa Dei, conſilia, viamque perfectionis, & verbo doceat, & factis exprimat. Poſtquam quis admiſſus fuerit, Clericali habitu, ſi ad Clericorum Claſſem fuerit adſcribendus, induatur; Si verò ad Laicorum numerum ſpectat, honeſta nigri coloris, quam ſuperius deſcripſimus, tonica induatur, & habeatur pro hoſpite. Inter Clericos autem, & Laicos hoſpites id ſit diſcrimen, quòd illi poſt quatuor ab ingreſſu menſes; imò verò de Patris Provincialis, aut Generalis cum voto ſuorum adſiſtentium facultate, & abſque præjudicio præcedentiæ illorum, qui antea ingreſſi fuerant; antequam quatuor menſes prætereant, Novitiorum habitu veſtiri poterunt; hi autem non, niſi poſt biennium, ante quod tamen ſpatium, ſi Generali, aut Provinciali viſum fuerit in Novitiorum Claſſem, habitumque admittentur. Cæterum hoſpitibus (ſivè hi Laici, ſivè Clerici fuerint) antequam habitum ſumant tradatur proteſtatio, quàm legant, & ſua manu firment, & erit hujus formæ. Nos N. Præpoſitus. N. N. & NN. Capitulares domus N. Civitatis N. proteſtamur tibi N. N. quòd quandocunque & quomodolibet ad noſtram notitiam pervenerit te, (quod abſit) eſſe, vel fuiſſe ullo unquam tempore labis hæreticæ accuſatum, denunciatum, vel quomodolibet Inquiſitum, vel ſuſpectum; ſivè in alia quavis Religione te profeſſionem emiſiſſe, deinceps innotuerit: ex nunc pro tunc pronunciamus te eſſe, & fore inhabilem ad noſtræ Religionis ſtatum, atque etiam, ſi profeſſus utcunque fueris, eſſe, & fore te tanquam inhabilem, & noſtri habitus, & Religionis incapacem quamprimum dimittendum, & noſtro ordine, rel cto nobis noſtro habitu, eiiciendum (Subſcriptio Novitii) Ego N. de N. prædictæ proteſtationi mihi factæ, & coram me lectæ, & omnibus in ea contentis penitus aſſentior. Datum N. die, &c. Ego N. de manu propria.

Sæcularia Novitiorum indumenta, donec profeſſi fuerint, in communi veſtiario reponantur; niſi quid in eorum uſum interim conſumendum videatur. Hoſpites, ſi in ſacris ſint, ante ſuſceptum habitum, ſuo Ordine ne miniſtrent: Sacerdotes raro, nec, niſi diebus feſtis (Præpoſito volente) ſacrum faciant; Si qua ratio contra poſtulaverit, conſolatur Pater Generalis, aut Provincialis. Novitii ad nullum promoveantur ordinem. Sacerdos Novitius confeſſiones ne audiat, niſi Pater Generalis, aut Provincialis gravem ob cauſam facultatem dederit. Ante profeſſionem nemo, nec Theologiæ, nec Philoſophiæ lectionibus, ſivè audiendis, ſivè exponendis vacet abſque Patris Generalis, aut Provincialis licentia. Profeſſi cum Novitiis ne verſentur, neque colloquantur ullo modo; ne illi quidem, qui ipſorum ante confeſſiones exceperint quive, ut ingrederetur bonam dederunt operam, aut aliqua cum eis Patriæ, vel ſanguinis propinquitate ſunt conjuncti. Laici quoque poſtquam recepti fuerint, ſex menſes maneant in Novitiatu; hoc eſt Novitiis aſſignatis ædibus, quæ domui noſtræ junctæ erunt: at in Novitiatu à domo ſeparato, annum integrum. Interim dum his locis degent, nè cum Novitiis, aut profeſſis Laicis, qui extra Novitiatum habitant (niſi planè neceſſitas urgeat) domo egrediantur: neque in hoc tempore in operis, officiiſque occupentur, quæ obiri nequeant, quin à Noviatu diù abeſſe cogantur. Scribere autem vel legere ne diſcant, ſed cùm ſimplicitate domeſticis operibus vacent. Poſtquam verò Laici profeſſi fuerint, curet Præpoſitus, ut à Sacerdote quopiam idoneo, quem illis ipſe præficiat, prudenter, & cum charitate in via Dei dirigantur. Ejus partes erunt, eos ad ſpiritualem profectum, ad humilitatem, & charitatem ſervandam, augendamque cohortari. Curet item, ut ſuos labores, & officia, temporibus ita diſtribuant, ut ad communem orationem cum aliis veniant. Miſſæ interſint quotidiè: Pro Matutino, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quindecies, pro quaque hora canonica ter dicant. Si quem, Magiſter Novitiorum, aut quiſvis alius Superior ejiciendum judicaverint, ne ejiciatur, antequàm Præpoſitus conſentiat, quo diſſentiente, ſi nihilominus Magiſter Novitiorum in ſua ſen-

rentia perſiſtat, rem omnem Patri Generali, ſivè Provinciali ſignificet, & ab eo reſponſum expectet, ac quod reſponderit exequatur. Antequam de aliquo ad profeſſionem admittendo Patres Capitulares ſuffragium ferant, Patri Provinciali per litteras nuncient quid ipſis de hac re videatur, ejusque reſponſio expectetur. Profeſſionis formula, hæc erit. Ego N. Diœceſis N. profiteor coram Domino, & univerſa Curia cœleſti, & coram te N. hujus domus ſuperiore, ac omnibus circumſtantibus, & promitto Omnipotenti Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & Venerabili Religioni Clericorum Regularium Minorum, & admodum Rev. Patri N. Generali ejusdem Religionis, ejusque Succeſſoribus legitimè intrantibus: perpetuam paupertatem, caſtitatem, & obedientiam; Inſuper promitto nunquam me curaturum, vel prætenſurum extrà Religionem Prælationem aliquam, vel dignitatem: nec conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis. In Civitate N. die N. Menſis N. Anni N. in Eccleſia N. ejusdem Civitatis. Ubi primum quis profeſſionem ſolemnem emiſerit, peracta jam Miſſa, ad Superiorem, coram quo profeſſus eſt, in Choro, vel in Sacrario exiſtente, accedat, & in ejus manibus juret in hæc verba: Ego N. N. reſtem invoco Deum, quod neque Præpoſiti dignitatem, neque aliquod officium, quod hujusmodi dignitati ex ordinationibus noſtræ Religionis præferatur expreſsè mihi mandari curabo. Quamplurima, quæ hoc loco tum de officio Magiſtri, tum etiam de Novitiorum diſciplina dici poſſent, in libro de Inſtitutione Novitiorum latius exponentur.

Caput VIII.

De Collegiis, & eorum Rectoribus.

COllegiis ſingulis, ſinguli præficiantur Rectores, eorumque Vicarii. Horum Regiminis forma, eadem erit, ac Domorum reliquarum, præterquam in his, quæ ſubjicimus.

Chorus non erit in Collegiis quotidianus, ſed in Dominicis tantum, & Feſtis diebus, quæ de præcepto ſervantur.

Miſſa Conventualis ne celebretur, niſi in Feſtis primæ, & ſecundæ claſſis, in quibus etiam primæ Veſperæ ſolemniter dicantur. Aſſidua in Orbem Oratio (quæ circularis nuncupatur) non fiet in Collegiis, ſed ejus loco erit communis meditatio, manè per horam integram, & Veſperæ per horam dimidiam. Examen autem conſcientiæ bis ſingulis diebus habeatur, ut fit in cæteris domibus.

Circulares illæ afflictationes, quæ pœnitentiæ dicuntur, ne fiant in Collegiis ſingulis diebus, omnes, ſed ſingulæ in dies ſinguios. Sextis feriis communem flagellationem, jejunia itidem Adventus Domini, & ſecundæ, & quartæ per annum feriæ, atque hujusmodi jejuniorum, rerumque cœterarum obſervationes habeant Collegia, non ſecus, ac Domus reliquæ.

Caput IX.

De Studiis, & Scholaſticis.

NOſtri Clerici ante profeſſionem ſcientiis ne vacent, ſed literis humanioribus ſi neceſſe habeant ſeſe poterunt exercere, non tamen ante ſex menſes ab ingreſſu Religionis absque rationabili cauſa, itaque Novitii ubi primum profeſſionem emiſerint, ſi idonei videbuntur, Logicæ, & Philoſophiæ ſtudio deputentur, vel in eamet Domo, in qua profeſſi fuerint, ſi ibidem hujusmodi ſcientiæ prælegantur; vel ſi nulla in ea Domo ſit addi cendi commoditas, aut aliter Patri Provinciali videbitur, ad Collegia mittantur. Horum autem, donec ſtudiorum curriculum obeant, curam gerat Sacerdos aliquis vitæ integritate, & gravitate conſpicuus, quem Rector Collegii, veluti quendam Novitiorum Magiſtrum ad hoc munus elegerit. Ad Philoſophiæ, & Theologiæ ſtudium hac Methodo admittantur. Ad Logicam, vel Philoſophiam, qui latinè neſciat admittatur nemo. A Logica, ad Philoſophiam, à Philoſophia ad Theologiam ne tranſeant, niſi qui à Rectore Collegii, & à Magiſtro, atque ab examinatore ad id à Patre Generali, aut Provinciali deſignato repertus ſit idoneus. Dialecticæ Iſagoges, quam ſummulas appellant, Logicæ, & Philoſophiæ quatuor ſir annorum curriculum. Theologiæ item quatuor; ad ſummum quinque per id totum tempus electiones auſcultent aſſiduè: repetant, dubitationes in Orbem proponant. Semel hebdomada, ſemel item Menſe habeantur diſputationes, ubi concluſiones propoſitas unus defendat, unus, & alter oppugnet. Diſputationibus, & repetitionibus Rector, & Capitulares nonnunquam interſint, ut ſtudioſis addant animum. Nè libris à ſtudiis gravioribus alienis Scholaſtici diſtrahantur, dentur à Rectore, & Magiſtro ſingulis pro cujus-

que

que profeſſione libri, quos ſolos legant.

Caveant Præpoſiti, ne ſcholaſtici rebus frivolis, aut otio tempus terant: item ne orationis aſſiduitatem, modeſtiam, cæteras virtutes, aut negligant, aut remittant: quin ita litterarum ſtudia cum devotionis ardore conjungant, ut ambo accreſcant, ſimul. Sed quo pacto in his Rector Magiſter, Scholaſtici ſe gerant, libellus inſtructionum latè docebit; eas igitur regulas exactè ſervandas eſſe decernimus.

Peracto autem curriculo, Scholaſtici è Collegiis, ubi ſtudiis litterarum vacaverint in eam, quam Superior aſſignaverit, domum commigrent: ibi Novitiorum vitam denuo per ſex menſes amplectantur. In rebus omnibus, ut Novitii ſe gerant, exercitiis ſpiritualibus ſedulò vacent, ut tepefactus ſcientia ſpiritus, Pietatis, & charitatis ardore recaleſcat.

Caput X.

De curandis Infirmis.

CUm quis noſtrum ægrotaverit, ſimulatque ejus ægritudinem, infirmarius intelliget, ægrotum adeat, verbis, & ope allevet: tum ſi cenſeat rem eſſe alicuius momenti, Superiorem admoneat, & ab eo diſquirat, num Medicus videatur accerſendus. Ægrotum è ſua cella in valetudinarium, ſive ducat, ſive exportandum curet. Quotieſcumque medicus ægrotos inviſerit, adſit ipſe, tum verò nihil omnino eorum, quæ Medicus injunxerit (maximè ſi morbus gravis fuerit) prætermittat. Statis diebus, & horis juxtà Medici præſcriptum cibum, & medicamenta opportunè tradat; idque ut exactè ſervet, ſcripto excipiat quæcumque Medicus dictaverit. Præpoſito autem curæ ſit, ut infirmi potiſſimum blandè & cùm charitate tractentur, eos inviſet ipſe; vel quotidie, vel alternis ſaltem diebus; moneat, ut initio morbi confiteantur. Præpoſitus autem; Infirmario ordinario, quem Infirmorum curæ præfecerit, ſocium adjungat adjutorem Clericum, ſive Fratrem Laicum, ut labores facilius ſubſtineantur, & ægroti curentur diligentius. Ad eos inviſendos ne multi ſimul, hoc eſt plures tribus confluant; neve, qui convenerint longius, quam par eſt, ſermonem protrahant, aut inutilia verba profundant, ſed ea ſolummodo proferant, quæ ægrotum in Domino conſolentur.

Si aeris, locique mutatione Ægrotus de Medici ſententia indigere videatur, Patris Generalis, vel Provincialis facultatem expectet: deinde benè comitatus proficiſcatur. Si urgeat neceſſitas, Præpoſitus de conſenſu majoris partis Capitularium licentiam dabit; tum Patrem Generalem, aut Provincialem faciat certiotem. Dum Ægrotus Ruri, vel alibi extrà domum morabitur, noſtri, qui ad eum adierint inviſendum, ne ſecum pernoctent; ſed Domum veſperè revertantur, niſi loci longinquitas id prohibeat: ſed tunc licentiam à Patre Generali, vel Provinciali, vel ſi feſtinato diſceſſu ſit opus, à loci Præpoſito, & Capitularibus impetret is, qui fuerit profecturus. Unicum Medicum omnibus communem Præpoſitus eligat: alius ſine ejus licentia non adhibeatur.

Caput XI.

De Domo egredientibus.

EGreſſurus domo, licentiam, comitem, & benedictionem flexis ad terram usque genibus à Superiore in quavis parte domus is extiterit, niſi ad Altare celebret, depoſcat. Tùm facta oratione ante Altare, ſive ad Oratorium, & inverſa ſui nominis tabellula, cum dato ſibi comite egrediatur. Ambo quam æquum eſt, modeſtiam, & ſenſuum cuſtodiam ſervent: una ſemper incedant: cùm redierint domum, oratione ibidem facta, benedictionem pari modo petant. Laicus eundem Ritum ſervet, atque Clericus; præterquam quòd incomitatus ſi Præpoſito videbitur, exire poterit. Quid quisque foris acturus ſit, & quo iturus, antè Præpoſito ſignificet. Si quid in via novi contigerit, poſt cum domum revertetur, ad illum referat. Abſente Præpoſito nemini detur egrediendi facultas, quam Præpoſitus ante non conceſſerit. Si neceſſitas contra poſtulabit, egrediatur de licentia illius, qui Præpoſiti locum tenebit, & poſtea res Præpoſito palam fiat. In aliam Civitatem, vel Regionem, in qua opus ſit pernoctare, nemo proficiſcatur absque Patris Generalis, aut Provincialis licentia. Si vero urgebit neceſſitas de Propoſiti ſui, & Patrum Capitularium, atque Viſitatorum viſitationis tempore, facultate proficiſcatur: tum Pater Generalis, aut Provincialis fiat certior. Nemo alicubi pernoctaturus absque ſui Superioris dimiſſoriis literis ejus ſubſcriptione, & Religionis ſigillo munitis, domo diſcedere audeat: eas ad Superiorem domus, quo ibit,

ſtatim

Digitized by Google

ſtatim legendas tradat. Sine his litteris, ſi quis quoquam venerit, graviter puniatur.

Si quis peregrè itutus fuerit, poſt recitatum Clericorum itinerarium ante Altare majus; deducatur ad januam domus, & cum benevolentia, & charitatis complexu dimittatur. Si fieri poterit, ſolus nemo abeat absque Comite, aut ex noſtris, aut ex ſæcularibus aliquo probatæ vitæ viro. Rectà autem quo tendit quisque pergat, diverticula, ſive in itinere moras ne faciat. Commendatitias dimiſſorias, patentes, commiſſionales, & hujusmodi cujuscunque formæ ſint, litteras, ubi primùm quis iis uſus fuerit, ad Superiorem deferat. Itidem faciat, ſi iis utendi nulla extiterit occaſio.

Nemini noſtrum Rheda per Urbem vehi unquam, aut cum quoquam liceat, niſi à Superiore facultas fiat, quæ tamen rarò, nec ſine gravi ratione concedatur. Quod ſi fortè accidat quempiam noſtrum à S. R. E. Cardinalibus, aut Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, ſive à proprio Civitatis Epiſcopo, ut ſecum Rhedam conſcendat, invitari, tunc ſi nullus erit excuſationi locus, obediatur, ac ſi fieri poterit incedatur demiſſis Rhedæ velis.

Caput XII.

De recipiendis Hoſpitio.

Expoſcit Fratrum tantopere à Chriſto Deo commendata dilectio, ut cum noſtrùm quisquam ab aliqua Regione, aut Civitate, ad eam, ubi nos degimus, domum ſe contulerit, omnia in eum humanitatis, & benevolentiæ officia perſolvamus. Ubi primum igitur adventus alicujus noſtrum per janitorem innotuerit, is qui peregrè advenit, ſtatim ad Altare Sanctiſſimi Sacramenti deducatur: cum ibi pauliſper oratum fuerit, omnes ad eum excipiendum, & cum charitate amplectendum occurrant: ad cellam ducant, veſtibus exuant viatoriis, lineas, & ſi quid prætera opus fuerit, exhibeant. Veſpere pedes lavent, per triduum ad cibos communes, alios adjungant. Caveant autem, ne charitatis ſpecie, quæ ſunt obſervanda negligant, ne ſilentium violent; ne detrahant de abſentibus. Poſt triduum communis menſa Hoſpiti ſit latis. Chorum frequenter, & Religionis regulas lervet.

Sæculares autem ne facilè, nec niſi per paucos dies (niſi Patri Generali, ſeu Provinciali aliter æqua de cauſa videatur) hoſpitio recipiantur. At recipi poterunt Eccleſiaſtici, & Religioſi viri: præſertim ſi adeo ſanctò vivant inſtituto, ut nobis bono eſſe poſſint exemplo. Superior Sacerdotem benè moratum, qui eos comitetur, & Miniſtrum, qui eis neceſſaria ſuppeditet aſſignet: cœteros cum illis verſari ſine bona cauſa ne ſinat.

CONSTITUTIONUM CLERICORUM REGULARIUM MINORUM

PARS TERTIA.

Caput. I.

De jure Suffragii.

Ad jus conſultivi Suffragii inter nos non datur electio, ſivè admiſſio. Statim enim ac quis noſtrum Sacerdos fuerit, & octo poſt profeſſionem annos expleverit facultatem hujusmodi Suffragii Conſultivi ipſo jure habere intelligatur; niſi fortè ob crimen, vel legitimum aliquod impedimentum ad jus iſtud inhabilis exiſtat. Licebit autem Capitulo Generali, etiam ante octo à profeſſione annos poteſtatem conſultivi Suffragii cuipiam tribuere: ſpatium verò octo annorum prorogare non licebit. Vocem activam, & paſſivam, & jus deciſivi Suffragii quilibet poſt peractum decimumſextum profeſſionis annum eo ipſo habeat dummodo ſit ſæcularium confeſſor: atque etiam liceat Capitulo generali, quando, vel inſignia Sacerdotis merita, vel Congregationis neceſſitas, aliave gravis cauſa id poſtularit, hanc utriusque voti facultatem alicui, ante tranſactum octavum profeſſionis annum conferre. Si verò contingat, quempiam, ſive ante, ſive poſtquam præſcriptum decimumſextum annum attigerit, indignum eſſe, vel incapacem aliqua cauſa, quæ tamen prius per duas ex tribus Capituli partibus probetur, is, vel ad tempus ſuſpendi, vel perpetuò inhabilis ab eodem Capitulo declarari poſſit. Et licèt ordinariè Jus Suffragii deciſivi, ut ſupra dictum eſt, à ſolo Capitulo generali tribuatur ante

per-

peractum decimomſextum profeſſionis annum, quandoque tamen, etiam a Capitulo Provinciali concedi poſſe ſtatuimus; videlicet, cum ejus Provinciæ Capitulares deciſivi ſuffragii, vel morte, vel alia ratione defecerint. Oportebit nihilominus, ot ii, quos ad jus deciſivi Suffragii fuerit viſum aſſumere, coofultivi Suffragii jam ante jus habuerint, atque electionem hujusmodi factam à Capitulo Provinciali, Præpoſitus Generalis, ſuique Adſiſtentes confirmaverint. Antequam autem electio confirmata foerit nullo modo publicetur, neve cuiquam pateſiat, niſi ſoli Generali, & ſuis Adſiſtentibus. Neque is, qui ad jus deciſivi Suffragii admiſſus fuerit, tam à Capitulo Generali quàm à Capitulo Provinciali (ut ſupra dictum eſt) antè transfactum decimumſextum annum cùm cæteris vocalibus ejus Domus, in qua eſt aſſignatus, Suffragium in Capitulo, atque ſententiam ſuam prius dicere poterit, quàm à Præpoſito Generali, io ſcriptis facultas ei facta fuerit, quæ ultra quartum à dimiſſione Capituli menſem absque voto, & conſenſu Patrum Adſiſtentium non poterit à Præpoſito Generali differri.

Antequam autem quis Suffragium ferat, jurejurando ſe obſtringat nihil ſe de iis, quæ in Capitulo acta, dictaque fuerior, ulla unquam ratione detecturum. Jurejurandum autem à cunctis Capitularibus conſultivi, ſive deciſivi Suffragii in hanc formam proferatur.

Ego N. N. promitto, & jurejurando affirmo, me nunquam ſententiam, ſuffragium, aut rem aliquam in Capitulo, ſivè locali, ſive Provinciali, ſive Generali tractaodam, & à me quovis modo illic audiendam ſcripto verbo, aut ſigno alicui perſonæ extrà Capitulum prolaturum, qood cuiquam præjudicium facere, vel diſſenſionem inter noſtros Religioſos, vel alios quoscumqoe parere poſſit, & præterea omne id quod Superior ſecreto tegendum iojunxerit, ſimiliter me celaturum promitto, & juro; Quod ſi formulam hanc meæ promiſſionis, & juramenti violavero, tùm perjurii reus, tùm etiam peccati mortalis pœna obnoxium me fore decerno, & volo. Ita me Deus adjuvet, & hæc Saocta Evangelia. Si qua verò in Domo aliquantiſper manſerit Pater Capitularis aliquis, cui oon fuerit adſignatus, Hoſpitis loco habeatur: ſuffragium ne ferat, neque ejus Domus regodæ jus ullum habeat.

Caput II.

De Capitulo Generali.

Ut noſtra Religio ritè, & ordinatè gubernetur, magni referre arbitramur, ſi ſtatuto tempore generale Capitulum, unde tanquam ex fonte adminiſtrationis ſeries derivet, celebretur. Igitur ſexto quoque anno, iremque quotiescumque Pater Generalis aliqua ratione defecerit, habeatur generale Capitulum, ſive Romæ, ſive Neapoli, ubi primum noſter Ordo ſumpſit initium. Singulis igitur Capitulis Generalibus ſtatuant Patres alterutram futuri Capituli Sedem. Præterquam his duabus Urbibus nullibi celebrari deinceps poſſit. Dies ad id inchoandum coоſtituta erit feſtum Sancti Lucæ Veſpertinis precibus recitatis, ſi ſexto vertente anno fiet; ſin aliàs, deficiente nimirum, vel morte, vel alia quavis ratione Generali Præpoſito, dies erit, quam Patris Generalis Adſiſtentes præſcripſerint. Qui poſt ſtatutum diem, cœptumque Capitulum venerint, ingrediantur illi, quidem; rata tamen erunt, quæ ante ipſorum adventum acta fuerint. Capitulum autem Generale hi ſoli ingredi poterunt, videlicet, Pater Generalis, Procurator Generalis, qui eo anno procurationem geſſerit, Quatuor Generalis Adſiſtentes. Duo Viſitatures, ii, ſcilicet, qui eo anno Romanam Provinciam viſitaverint, Patres Provinciales, ac ſiogularum Provinciarum bini Procuratores. Hi igitur conſtituta die ingreſſi locum Capituli, celebrata ſolemni Miſſa de Spiritu Sancto, & peractis ſacris ritibus, qui in libello de noſtræ Religionis Ritibus deſcribuntur, quisque locum ſuum teneat, juxtà dignitatis, vel profeſſiools Ordinem, videlicet, primum locum Pater Generalis, vel eo abſente Adſiſtentium primus: deinde Patres Provinciales: tùm duo Viſitatores: ProcuratorGeneralis, Procuratores Provinciarum, & quatuor Adſiſtentes profeſſioois loco ſedeant. Si vero Pater Generalis, aut Provincialis, quiſpiam impeditus fuerit mittat ſuo loco, quem voluerit, nempè Pater Generalis aliquem ex Capitularibus Italiæ; Provincialis verò ex Capitularibus ſuæ Provinciæ. Cœterorum nemini liceat Procuratorem, aut alium ullom ſui vice, ot Capitulo Generali ioterſit ſubrogare. Hi verò, qui loco Patris Generalis, aut Provincialis ad Capitulum venient locum habebunt ſuæ profeſſionis, non autem dignitatis eorum, quorum vices gerunt.

Acta Capituli Secretarius deſcribat. Ideo primus omnium Secretarius creetur aliquis, videlicet, ex iis Patribus, qui Capitulo interſunt: eligatur autem ſecretis Suffragiis; hoc enim modo tantum electiones omnes in omni Capitulo, ſive Generali, ſive Provinciali, ſivè locali ſit, fieri debere ſtatuimus. Ubi primum electus fuerit, è ſuo loco diſcedat, & poſtremus omnium ſedeat è regione, ſcilicet, primæ Sedis, vel ſeorſum, à cæteris, ut commodè munus ſuum obire poſſit, ei curæ ſit, ut litteras undelibet ad Capitulum datas recipiat, ac ſuo tempore Præſidis primo, deinde Generalis juſſa coram omnibus, vel perlegat, vel capita rerum proferat: Actorum omnium exemplum priusquam Capitulum dimittatur ſigillo publico obſignatum, & Patrum ſua cujusque manu ſubſcriptum relinquat. Quod quidem, ac cætera omnia decreta cujuslibet Capituli, à Secretariis noſtri Ordinis exarata vim inter nos publici Inſtrumenti habere volumus.

Electo Secretario cæteri Officiales hoc ordine Secretis Suffragiis eligantur. Primi omnium tres cauſarum Judices, qui cauſas ad Capitulum delatas cognoſcant, & ad Capitulum referant. Hi antequam alia pertractentur, dubitationes expediant, ſi quæ oriantur, cur quis Capitulo non debeat intereſſe. Ac initio quidem Capituli admittantur omnes cum proteſtatione, deinde jus ſingulorum brevi inquiſitione cognoſcatur, exeunte interim eo extra Capitulum, cujus cauſa agitatur. Quem compertum fuerit non debere intereſſe, is, niſi omnes inter ſe Patres, & quisque ex ſe adſentiat, admitti non poterit. Statim poſt, Præſes per ſecreta Suffragia eligatur. Qui Præſes creatus fuerit, in prima collocetur Sede: tum Pater Generalis ſi Capitulo interſit genibus ante Præſidem flexis munere ſe ſuo abdicet. Sigillâ ſtatim, & ſcripturas quamprimum poterit, tradat, humiliter fateatur ſe non optimè munus geſſiſſe ſuum: ejus abdicationem recipiat Præſes. Is verò habeat ſeſſum non in profeſſionis ſuæ loco, ſed proximè intra Præſidem: Deinde Patres Provinciales, & cæteri omnes muneri ſuo, ſinguli cedant, & culparum venia (ut aſſolet) petita, ad profeſſionis ſuæ locum ſe recipiant. Mox Pater Generalis ex Capitulo exeat, ut de eo liberius dicendi facultas fiat.

Præſes priusquam ad Patrem Generalem, vel creandum, vel per alterum tantum ſexennium confirmandum aggrediatur, videat, quotnam ſint ii, quibus usque ad aliud Capitulum Generale competat jus Suffragii, ſivè conſultivi, ſivè deciſivi. Item an aliquis videatur aſſumendus ante octavum à profeſſione annum ad jus conſultivi, & ante decimumſextum ad jus deciſivi Suffragii, ut ſupra dictum eſt, cum Patribus pertractet, & ſi majori parti Capituli aliquos admittere viſum fuerit, electio eorum fiat hoc modo: præmiſſa brevi ad Deum oratione, ſcrutentur Patres ſingulorum merita Sacerdotum. Ac primi de iis Viſitatores, mox Provinciales, demum Capitulares omnes quid de uno quoque eorum ſentiant ſigillatim, in medium proferant. Tùm is, in quem major pars Suffragiorum ſecretorum convenerit, electus habeatur. Idem fiat in Capitulis Provincialibus. Spectentur autem in Capitularibus eligendis, probitas, prudentia, eruditio, & in rebus gerendis dexteritas. Excludantur autem, qui nondum ſunt Sacerdotes, & Confeſſarii ſæcularium. Agat item de rebus aliquod, quæ quamprimum tractanda videbuntur. In dicendis autem ſententiis, in ſecretis Suffragiis ferendis, idem quo ſedetur, ſervetur ordo. Et ut vitetur confuſio, ac verboſitas, ſemel tantum ſinguli dicant, neque quidquam replicent: ſi tamen res aliqua magni ſit momenti, qui præeſt, iterum dicere petentibus, concedat, ſed non niſi poſtquam omnes ſententiæ dictæ fuerint. Breviter, ordinatè, diſtinctè, ac moderatè in loquendo, ſe quisque gerat: videtur pugnacitas, & vocis elatio. Patris Generalis electio fiat hoc modo. Præſes poſt habitum ſermonem de re agenda commodum, & abſolutionem ab eo, qui ſecundum ſe proximè ſedet receptam; det ipſe cæteris omnibus abſolutionem generalem à cenſuris omnibus Eccleſiaſticis ad hunc canonicè electionis effectum. Mox ad orationem mentalem ſe omnes ſubmittant in genua, ut Deus ipſis eam det mentem, quam ipſe ſcit optimam, ac Hymnum Spiritus Sancti, ac cætera juxtà Ritualis præſcriptum dicant. Poſt, ſua quisque profeſſionis vice ſervata, complicatam ſchedulam, ubi nomen, & cognomen ejus, quem electum velit, ſcripſerit, in urnam ſupra menſam in medio collocatam injiciat, & ad locum ſuum redeat. Tum duo, tresvè probi fratres ex iis, qui Capitulo non interſunt, accerſantur. Ii (maxima ipſis propoſita pœna, ſi quid, quod in Capitulo fiat, aliis ullo modo indicent) à Præſide quid faciant edocti, urnam aperiant, ſchedulas effundant, numerent, explicent, ſubmiſſa voce legant. Si major pars in cujusque electionem

con-

conſentit, jubente Præſide, clara voce, quis ſit pronuncient: ſin autem ſchedulas complicent. Patres ſuam quisque ſuo notatam ſigno reſumant: denuò in urnam ſchedulas conferant, & quod diximus, iterum, & tertio faciant, donec major pars Suffragiorum in aliquem conſenſerit.

Si verò nec tertia vice agitata Suffragia electionem perficient, inſpiciant ſcrutatores quisnam ex Patribus hac tertia vice plura, quàm cæteri Suffragia habuerit. Quod ſi multi ſint, qui Suffragia totidem, vel ferè totidem habuerint, videlicet, ſi in duos, aut tres Patres ſeptena Suffragia concurrerint, vel ſi in unum octo, in duos verò alios ſeptena Suffragia fuerint collocata, hi ſoli eligibiles erunt, cæterorum autem nemo, etiam ſi quis ex cæteris ad eum numerum Suffragiorum proximè, ſed tertio acceſſerit; utpotè ſi duo ſint, quorum alter habeat octo Suffragia, alter ſeptem; hi duo eligi poterunt: aliàs enim ſi quis adſit, qui ſex ſuffragia habuerit, eligi nullo modo queat. Omninò igitur hic ratio habetur de his ſolis, qui duos numeros Suffragiorum maximos habuerint: Cæteri omnes, qui in alterum horum numerorum maximorum non ingrediuntur. Quòd ſi neque horum paucorum aliquis eligetur prima vice, tunc creentur (ſecretis etiam Suffragiis) tres compromiſſarii, in quos jus omne eligendi conferatur; videlicet, ut is Pater Generalis legitimè electus habeatur, quem duo compromiſſarii electum velint ex iis ſolis, qui maximum numerum Suffragiorum, ut ſupradictum eſt, habuerunt.

Hic idem ſuffragandi modus, & iteratio ſervetur in cæteris omnibus electionibus, quæ ſecretis Suffragiis agitabuntur, tùm in Capitulo Generali, tùm in Provinciali, tùm in locali. Si verò per publica vota de re quapiam agatur, & ſententiarum hinc inde par fuerit numerus; id ratum eſt, ubi ſuperioris votum aderit: quod in omni item Capituli genere ſervetur, idque hoc loco ſemel dixiſſe ſufficiat.

Cum primum igitur Pater Generalis electus fuerit, omnes una Patres Capitulares, ac cæteri omnes Sacerdotes, Clerici, Laici, quos in ea domo adeſſe contigerit, ſigno dato, ad Eccleſiam primum, deinde ad ſacrarium conveniant, electio publicetur per Secretarium. ... ox Patrem Generalem, capitulares ... uo profeſſionè antiquiores ad Sedem in medio poſitam deducant: ac dicto Te Deum laudamus, ut in Rituali præſcribitur, ſinguli ordine ſubmiſſis genibus, ei manum oſculentur, & obedientiam polliceantur. Qui Præſes fuerat, niſi is idem Generalis factus ſit, ad profeſſionis ſuæ locum revertatur.

Qui fuerat Generalis, ſedeat ut ante, à Præſide, ita nunc à Generali proximus, vel è regione ad ſiniſtram. Neque ad locum profeſſionis redeat, niſi poſt dimiſſum Capitulum. Generalis cum Capitulo, quæ expedire videbuntur tractabit, ſtatuetque. Quæ decreverint Patres in Capitulo congregati, legitimè ſancita ab omnibus habeantur, & probè ſerventur. Eligantur item quatuor Generalis Adſiſtentes, deinde Diffinitores, quatuor. Demum diffinitorium ingrediantur Patris Generalis Adſiſtentes, & Diffinitores. Hi novem viri habita prius diligenti perſcrutatione perſonarum, quæ ad regimen aliquod aptæ videbuntur, & audita Viſitatorum; atque Patrum Capitularium relatione ſigillatim iis in Definitorium vocatis, & auditis eligant Præpoſitos locales per annum duraturos, & ſingulis poſtmodum annis, (ſi Provinciali videbitur) confirmandos, vel amovendos: Eligent item Provinciales in triennium duraturos. Viſitatores item, qui eo primo anno Provincias viſitent. Nam ſequentium annorum Viſitatores, non à Capitulo, ſed à Patre Generali, & ab aliis, ut ſuo loco dicetur, eligentur. His officialibus electis, & definitis omnibus, Patres Capituli una omnes ſigno dato, ad Capituli locum convocentur: habeat ad eos Pater Generalis ſermonem brevem: Officialium in Deffinitorio electorum nomina jubeat pronunciari per Deffinitorii Secretarium, qui nimirum eſſe debet unus ex novem Definitoribus: Tandem recitatis de more Pſalmis, & orationibus Capitulum dimittat. Decreta Capituli à Secretario deſcripta ſinguli Præpoſiti, & Provinciales in domos ſuas ſecum ferant, & quamprimum cæteris omnibus à Capitolo ſancita ſignificent, ut quisque quid ſervandum ſibi ſit cognoſcat; nemo autem iis, quæ à Capitulo ſancita fuerint repugnare, aut contradicere audeat, ſed rata, firmaque apud omnes per ordinem univerſum habeantur. Qui contrafecerit, aut oblocutus fuerit, graviter puniatur. Quod etiam de iis, quæ in inferioribus Capitulis decernuntur, cautum eſto.

Ad finem Capituli, ſcripta omnia de quavis re ad Ordinis adminiſtrationem ſpectantia, vel contra quoscunque acta fuerint, ad Patrem Generalem, & Definitores deferantur, neque apud ſe quiſpiam aliquid retineat. Tum in generali Capitulo decernant Patres quæ ſervanda, quæ igni tradenda videantur.

Caput III.

De Præpoſito Generali.

PRæpoſitus Generalis, penes quem primaria adminiſtrandi Ordinis univerſi eſt auctoritas ſex annos curam Religionis habeat, tanto videlicet ſpatio, quantum ab uno ad aliud Capitulum Generale interponitur. Confirmari vero idem in eo munere poſſit uns vice tantum per alterum ſexennium. Id tamen quod de temporali ſexennii, vel duodennii duratione Patris Generalis hoc loco ſtatuitur absque præjudicio privilegii perpetuum Generalem eligendi, quod nobis Summi Pontifices conceſſerunt, ſtatutum eſſe intelligatur: neque tamen ejus ceſſat auctoritas ſtatim atque primum, vel ſecundum ſexennium fuerit elapſum, ſed duret eo usque donec in Capitulo Generali muneri ceſſerit ſuo. Ejus domicilium ſit noſtra Romana Domus: Roma diſcedere nequeat excepta viſitationis cauſa, niſi duo ſaltem Adſiſtentes conſenſerint. Ex Italia nequaquam migret. Quod ſi Italiæ fines exceſſerit eo ipſo Generalatus officio, & dignitate privatus exiſtat. Si verò ad Italiæ Provincias viſitandas Urbe egrediatur, viſitationem ne ſolus obeat, [illegible] à cum duobus viſitatoribus ejus [illegible] aciæ, quam viſitaverit, quos pro primi anni viſitatione Capitulum Generale creaverit, vel quos, ut ſequentibus annis viſitent, Patres Provinciales ſuique Adſiſtentes elegerint. Quotiescumque autem Pater Generalis non ad viſitandas Provincias, ſed ad aliud quodpiam peragendum Roma diſceſſerit Pater Provincialis, & Præpoſitus, vel Præpoſito abſente vice-Præpoſitus ejus Domus, in qua res aliqua expedienda contigerit, vicem Adſiſtentium ſubeant, nè quid ſine conſilio facere cogatur. Si verò idem ſit Provincialis, & Præpoſitus, tunc vice-Præpoſitus, & Provincialis loco ſint Adſiſtentium, & Provinciali abſente adſiſtant Generali, Vice-Præpoſitus, & primus Capitularis illius domus, & cum his rem totam Pater Generalis expediet, ſi expedito ſit opus, & res differri minimè poſſit, alioquin expectabit dum Romam reverſus cum ſuis ordinariis adſiſtentibus deliberet, Patris Generalis ſuffragium ſimplex ubique ſit tam in rebus privatis ejus Domus, in qua deget, quàm in publicis. Si ſententiarum inter ſe pugnantium par ſit inter ſe numerus, ejus ſuffragium duplex eſto. Novitiorum Magiſtros ſolus quotannis poterit, vel confirmare, vel aliis electis amovere, vel iis mortuis alios in eorum locum eligere poteſtatem ſacros ordines ſuſcipiendi: Confeſſiones ſecularium audiendi (ſive hi viri ſint, ſivè mulieres) prævia ordinariorum locorum approbatione: Item concionandi (ſervata, quæ ſuo loco præſcripta eſt regula examinis de doctrina, & moribus) ſolus absque voto ſuorum Adſiſtentium Pater Generalis, cui volet impertiat. Patres Capitulares, Sacerdotes, Clericos, Novitios, fratres Laicos, Generalis absque conſultorum conſenſu transferre, de loco in locum poſſit, antea verò ſi commodè fieri poteſt Præpoſitos locales certiores faciat, Item ſolus ſuum vice Præpoſitum creet, eique quàm voluerit tribuat facultatem, augeat, minuat, auferat, ſed Patre Generale mortuo, vel amoto, ejus vice Præpoſitus cedit loco, & munere. Qui quidem vice Præpoſitus ante capitulares cæteros, ſed poſt quoſvis Præpoſitos, & viſitationis tempore poſt Viſitatores ſedeat; Solus etiam Generalis omnia alia facere poterit, quæ per has Conſtitutiones absque voto ſuorum Adſiſtentium facere ei non prohibentur. In rebus gravibus, quæ conſultatione indigeant, & ſi ad id non obligetur, conſulat tamen ſuos Adſiſtentes. Denique Patrem Generalem rem omnem ex ſe nullius requiſito conſenſu, vel ſuffragio ſtatuere, mandare, & exequi poſſe volumus; dummodo per has Conſtitutiones id expreſsè non prohibeatur, aut aliquo modo eis adverſetur, ſive etiam de ſententia ſuorum conſultorum, aut aliorum quorumlibet illi deliberandum, & ſtatuendum exprimatur, ut in cauſis in quibus agitur de pœna triremium, & traditione Curiæ ſæculari, & inhabilitate perpetus, absque conſultorum ſuffragio nihil ſtatuere, & deliberare poterit, quod ſi conſultorum major pars à Generalis voto diſſentiat in prædictis caſibus tunc ſedes Apoſtolica conſulatur.

Ad Patrem Generalem ſpectabit eligere Procuratorem Generalem. Eum Romæ ſemper degere, & Italum debere eſſe decernimus: ejus partes erunt univerſi Ordinis negotia gerere, ac diligenter expedire, neque quiſquam præter eum negotiis ullo modo ſe immiſceat

at abſque ſpeciali Patris Generalis facultate.

Procurator autem Generalis quodcumque ei negocium à quocumque ſive noſtrum, ſive aliorum nomine fuerit commiſſum antequam id ſuſcipiat, ad Patrem Generalem rem omnem ſimpliciter patefaciat; atque adeò quidquid in dies ſingulos geſſerit, ad eum, vel eo abſente ad ejus Locumtenentem referat Veſpere. Is nullo modo prætextu hujus officii quicquam Prælationis in cæteros, aut privilegium ſibi vendicet.

Noverit itaque ſe nihil inde, aut commodi, aut utilitatis relaturum, quin immò dùm ordinis univerſi Procurator extiterit, nullius interim gradus, aut officii capax erit. Sit ad nutum Patris Generalis amovibilis; tamen intra ſex menſes ante Capitulum Generale amoveri nequeat à Patre Generali, niſi ſui Adſiſtentes conſenſerint.

Cum ad aliud alibi domicilium collocandum evocati fuerimus; de ea re in Capitulis generalibus, ſive Provincialibus deliberetur; atque id denique ſtatuatur, quod ad divinam gloriam, & ad noſtri inſtituti incrementum ſpectare videatur. Sed ſi intra triennium (quod videlicet, ab uno ad alterum Provinciale Capitulum eſt intervallum) fundandi domicilii cujuſpiam adeo vehemens ſe præbeat occaſio, ut expectari Provinciale Capitulum nequeat; tunc Provincialis ejus Provinciæ, in qua domicilium fundandum deſignabitur, rem omnem Patri Generali per litteras impertiat, ejuſque beneplacitum expectet, quòd ſi quando Pater Generalis tam longè abſit, ut ab eo reſponſio nequeat expectari, Pater Provincialis una cum ſuis Adſiſtentibus, & Capitularibus domus ſuæ reſidentiæ, Domicilium, locumvè, aut accipiat, aut rejiciat. Cœterum Patri Generali amplior (ut par eſt) in re hujuſmodi facultas erit: poterit enim intra ſexennium à celebrato generali Capitulo Domicilium quodlibet ubique Terrarum erigere, & fundare, vel jam oblatum, erectum, ſive fundatum deſerere, & reſpuere: modo major pars ſuorum Adſiſtentium, & Provincialis, ac Viſitatorum illius Provinciæ, in qua Domicilium erigendum, ſive erectum fuerit, ſcriptis, vel pronunciatis ſuffragiis conſenſerit. Quòd ſi nullum in ea Regione noſtrum Domicilium extet, una cùm ſuis Adſiſtentibus, ac Romanæ Provinciæ Provinciali, habitis ab iis, qui abſentes fuerint ſcriptis ſuffragiis rem omnem ſtatuat.

Pater Generalis novas Conſtitutiones, aut leges condere non poterit, & ſi Adſiſtentes aſſentiant. Editas tamen Conſtitutiones, & decreta Capituli Generalis, ſi rei alicujus, vel perſonæ vehemens ratio id exigere videatur: aliquo modo immutandi, & in iis interdum diſpenſandi, non ſolus ipſe, ſed Provinciales, atque cæteri etiam Superiores, in ſuis quisque locis facultatem habeant. Illius tamen ſententiæ meminerint: ubi neceſſitas non eſt, nullo modo majorum inſtituta violentur. Videant itaque noſtri Superiores quid, cui, quamdiu, & qua ratione concedant; ne forrè prætextu diſpenſationum abuſus irrepant. Idcirco volumus ita eos neceſſitatibus ſubditorum occurrere, ut tamen nihil in univerſum à noſtris reguiis, & obſervationibus detrahant; ſed ſolum in caſu aliquo particulari pancis vicibus, & cùm aliquibus tantum, qui indigere videbuntur, diſpenſandum erit. Quod ſi quis erit, qui cum perpetuo diſpenſare opus ſit, cum hujuſmodi homine, ex certa, gravique ratione diſpenſandi, ſolus Pater Generalis, vel Provincialis habeat poteſtatem.

Studeat Pater Generalis verbo, & exemplo, ſubditos regere; Eandem cum cæteris ſervet normam diſciplinæ. Communi menſa, communi victu, communi veſtitu utatur: unam, vel ad ſummum duas habeat cellas, in eis nihil apparatus, nihil ornatus; non lectum, non ſuppellectilem, nihil denique habeat præcipuè præter cæteros. Ob negotia tamen plurima, quibus ſemper eſt diſtrictus, Laicum habeat unicum, qui ei, ubi opus ſit adminiſtret.

Si qua de cauſa (quod Deus prohibeat) ammovendus erit à munere, vel ſi infra ſexennium ſuæ adminiſtrationis morte decedat; Adſiſtens antiquioris profeſſionis, locum ejus, & vicem ſubeat: primus ſedeat, incedat, loquatur, jubeat. Quamprimum poterit Patribus cujusque Domus, obitum Patris Generalis ſignificet: Capitulum indicat die cum reliquis Adſiſtentibus conſtituta: modo ea dies ne ultra ſemeſtre ſpatium prorogetur. Coacto Capitulo procedant Patres eodem ordine, ac ritu, quem ſupra deſcripſimus; nempè, ut primo Capituli Præſes, deinde Patres Capitulares, mox Pater Generalis; demum cæteri officiales in Definitorio eligantur.

Cauſæ autem, ob quas ammoveri debet, & poteſt, hæ ſunt. Crimen hæreſis: Carnis incontinentia: Redditeum, aut magni precii rerum ſtabilium Religionis diſſipatio, ſivè ea in ſuum, ſivè in aliorum convertat commodum, uſumvè: atque adeò ſi peccato mortifero proprietatis in hujuſmodi diſſipatione delinquat. Si valdè remiſſus, & ſecors fuerit in rerum magni ponderis tractatione, & ſubditos in peccatis cum maximo Patrum ſcandalo inſordeſcere permiſerit; adeo, ut inde Ordinis noſtri labefactatio, & diſſolutio videatur imminere; neque in eo emendationis ſpes ulla appareat. Quod ſi id propter gravem corporis ægritudinem, aut ſenectutis debilitatem eveniat: tunc ei vicarius vel Coadjutor adhibeatur, qui Generalis fungatur officio. Prætereà depoſitione dignus exiſtimetur, ſi quod crimen commiſerit, quod per leges civiles capitali, vel per ſacros Canones depoſitionis pœna puniatur.

Primum cauſa criminalis contra dictum Patrem Generalem, quæ depoſitione, aut privatione, ut ſupra digna eſt, ab ipſo tantum Capitulo generali cognoſcatur, & terminetur; criminis verò inſtructionem Aſſiſtentes cum Provinciali Romano ſumere; ac proceſſum conficere valeans, quem Patribus Capitulo Generali intereſſentibus conſignent. Cæterum ne detur locus calumniis, ac falſitatibus in hujuſmodi cauſis contra Patrem Generalem agendis, ſivè ex officio, aut per inquiſitionem, ſeù denuntiationem, vel accuſationem, ſivè alio quovis modo procedatur, Teſtes ad informationem, vel inditia ſumenda contra eum niſi conteſtes, & bonæ converſationis, exiſtimationis, & famæ fueriot, non recipiantur, & ſi odio, temeritate, aut cupiditati aliquid depoſuerint, gravibus pœnis ipſorum Aſſiſtentium, & Provincialis arbitrio mulctentur, ut nullum paternæ famæ detractus fructum ſuæ capiant temeritatis. Si vero informationes veritate niti reperiantur generali Capitulo fideliter conſignentur, reſervata omnino eidem Capitulo ejuſdem cauſæ cognitione, ac definitione.

Adhibendus autem erit in eo deponendo modus talis. Simulatque Patribus Aſſiſtentibus crimen hujuſmodi aliquod Patris Generalis ſolidè exploratum fuerit, rem omnem præſentibus Provincialibus vicinioribus per Litteras à tribus ſaltem Aſſiſtentibus ſubſcriptas ſignificabunt, & ab eis quid ſentiant expoſcant; an ſcilicet cogendum Generale Capitulum videatur iis affirmantibus, atque adeò majore parte illorum Provincialium & Aſſiſtentium aſſentiente, Capitulum quamprimum convocetur. In illud Patris Generalis amovendus nè admittatur; ſed Patribus Congregatis, Primus Aſſiſtens cauſam proponat, exponatque ſimul etiam probationes, teſtificationeſque criminis producat. Deinde audiatur reus ſummaria, ac ſimplici defenſione conceſſa. Mox conſultationem ſuper ejus cauſam inchoabunt: ſique (reprobè cognita) duæ Patrum partes ex tribus eum amovendum judicaverint, citetur reus, eique ſententia depoſitionis ſignificetur, moneaturque poſſe Patres in eum ſententiam depoſitionis infligere; tamen rationem habere ejus honoris, nominiſque, quòd hoc modo ſi ſpontè ſe ſe abdicaverit, ſervatum volunt. Quocirca ſi ſua ſpontè cedat Generalis munere, id & ſibi commodum, & Patribus jucundum fore. Si Patris Generalis ſpontè ceſſurum ſe officio reſpondeat; annuant Patres, ejuſque abdicationem accipiant. Tùm omnibus, & ſingulis Patribus, primus Aſſiſtens in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiat, ut ſecretò celent quidquid de Patre Generali amovendo agitatum fuerat. Deinde publicetur Patrem Generalem ſuo munere ceſſiſſe. His actis ad novam Patris Generalis Electionem, eo quem ſcripſimus ordine, ritùque procedatur.

At ſi duæ ex tribus partibus Patrum Capituli, depoſitioni Generalis non conſentiant, aut ſi crimina in eum producta non ſatis probentur tunc Pater Generalis in Capitulum vocetur, eumque Primus Aſſiſtens graviter corripiat toto præſente Capitulo iis verbis, quæ in eum dicenda Capitulum ante ſtatuerit. Ne ſe Pater Generalis excuſet; ſed quidquid inflictum fuerit, humiliter audiat, ferat, & ſuorum erratorum emendationem divino fretus auxilio polliceatur. Hæc præcipuè, quæ in Generali admonendo, corripiendoque acta fuerint, ſecretò celent Patres. Atquè ne ſe nihil egiſſe, eo Capitulum fruſtrà coactum videatur, decernant quædam alia, quæ ad Religionis emolumentum, & diſciplinæ obſervationem cedant. Ita fiet, ut ob ea ſtatuenda, Capitulum ſe convocaſſe videri poſſit. Cæterum ſi Pater Generalis non ob crimen amovendus, ſed ob ſenectam, vel infirmitatem levandam coadjutor ei jungendus eſſe videatur, ab ipſomet Patre Generali, & ſuis Aſſiſtentibus, & Provinciali Romanæ Provinciæ, ſuiſque Aſſiſtentibus ſecretis ſuffragiis coadjutor eligatur. Quod ſi coadjutoris electio-

electionem Pater Generalis detrectaverit; Patres Aſſiſtentes de ſententia trium, quos, diximus Provincialium ſcriptis ſuffragiis coadjutorem quamprimum eligant. Is Patris Generalis vicem ſubeat, & una cum Aſſiſtentibus univerſum ordinem moderetur. Quæ tamen in Capituli Generalis tempus differri poterunt, differat.

Caput IV.

De Patribus Aſſiſtentibus.

PAtres Aſſiſtentes per ſexennium unà cum Patre Generali Religionis negotia expediant, eumque in regendo ordine ſedulo, fideliterque juvabunt: nam & ſi noſtræ Religionis univerſæ regendæ poteſtas ſit penes Generalem: ad res tamen graviores exequendas, Aſſiſtentium conſilium, votumque adhibeatur. Ideò eligi debent ad id munus viri quatuor, qui res, & perſonas ordinis probè cognoſcant; eorum unus tantum à Capitulo Generali confirmari poterit: alii de novo creentur. Jus Aſſiſtentibus cæteros præcedendi nullum ſit, donec in Romana domo commorabuntur, ſed in ſuo maneant profeſſionis loco. Cùm vero in domum alienam abierint, ſedeant quidem poſt vicarium, ſed præcedant cæteros omnes etiam profeſſione antiquiores, benedictionem à loci Præpoſito ne teneantur poſcere: tamen foras ituri, & licentiam petant, & comitem, & quo ſint ituri, & quæ acturi ſignificent. Idem dictum ſit de Aſſiſtentibus Provincialis. Provinciale, vel Aſſiſtente aliquo Patris Generalis, ſivè cujuſpiam Patris Provincialis defuncto, vel amoto, Pater Generalis unà cùm ſuis Aſſiſtentibus, ac vice Præpoſito per ſecreta ſuffragia, alterum ſivè Provincialem, ſivè ſuum Aſſiſtentem eligat, & ſubſtituat.

Caput V.

De Patribus Provincialibus, & de Capitulo Provinciali.

QUoniam aucto Clericorum noſtrorum, atque adeo Collegiorum, & Domorum numero facilius ordo univerſus regi poterit in Provincias diſtributus: idcirco iucunda videtur ratio, ut Congregatio per Provincias diſpertiatur; ſingulis Provinciis ſua, quæ videbuntur Collegia, Domosque attribuendo. Et ſingulæ ſingulis Præpoſitis Provincialibus regendæ tradantur: quæ verò loca, & quot cuique Provinciæ attribui, & ſubdi debeant, Capitulum Generale viderit, ejusque diviſioni omnino ſtetur. Provincialis in Capitulo Generali per triennium eligatur, ut ſupra dictum eſt. Provinciale verò Capitulum eundem Provincialem per alterum triennium confirmare non poterit, ſed alium aliquem de novo (ut infra dicetur) eligat. Quòd ſi intrà triennium obierit; Pater Generalis cum ſuis Aſſiſtentibus alterum in loco demortui ſubſtituat. Ubi primum quis Provincialis electus fuerit, per omnes Provinciæ ſuæ domos, & Collegia mentis oculos circumferat, ac pro ſuſcepti muneris officio in eam curam incumbat, ut Collegiorum, domorumque: adminiſtratio rectè fiat. Quo circa peracto poſt Capitulum Generale triennio, quisque Provincialis Capitulum Provinciale in eam Urbem, domumque convocabit, in quam convocandum eſſe Patres Capituli Generalis præfinierint. Dies ad id inchoandum erit Feria 2. ſecundæ hebdomadæ poſt Sanctiſſimum Paſcha: conveniant ad illud Pater Provincialis, quatuor ſui Aſſiſtentes, viſitatores item ii, qui proximo ante Capitulum anno, Provinciam viſitaverint: modo viſitationem expleverint. Quocirca ne infecta viſitatione, Capituli tempus ſuperveniat, ſtatuimus, ut viſitationem perficiant ante ſex menſes, quàm Capitulum inchoetur. Veniant item ad Capitulum Provinciale Præpoſiti omnes domorum, & Collegiorum ex Provinciæ ſuperiores item locorum, ſivè receſſus, ſivè Novitiatus, vel quovis alio nomine nuncupantur. Si quis Præpoſitorum Capitulum adire non poterit, mittat eo quempiam ex Patribus Capitularibus deciſivæ vocis ſuæ domus, quem ipſe volet. Capitulares quoque Patres ſinguli ex ſingulis domibus, locisve, qui ſecretis ſuffragiis à majori parte Sacerdotum profeſſorum electi fuerint. Eligantur autem hoc modo. Die Sancto Epiphaniæ, Præpoſitus, Sacerdotes omnes præſentes ſuæ Domus, ſivè Capitulares ſint (modo ne ſint Viſitatores, vel Aſſiſtentes: il enim in hujusmodi electionem non ingrediuntur) ſivè non ſint Capitulares, convocet: una convocatos moneat tempus eſſe eligendi ſacerdotem Capitularem deciſivæ vocis, qui nomine ſuæ Domus Capitulum adeat. Id ubi eis breviter ſignificaverit, foras exeat Præpoſitus, neque in re ulla alia ſe ſe immiſceat. Illi verò quinque dies habebunt integros, quibus Sacerdotes omnes, & Vicarius Domus deliberent. Iis diebus ſi nihil conficient; neminem electum, neque eligendum eſſe ſtatuimus. In ea autem Electione nemo ſibi-

met

met ſuffragium ferat, niſi in id omnes Electores aſſentiant, & ſinguli. Conveniant autem omnes, quos diximus; nemo ſe excuſet. Cùm verò electus fuerit Sacerdos hujusmodi, cæteris fratribus id palam fiat, ac locis Provinciæ ſignificetur per Litteras. Si ante tempus Capituli Sacerdos electus, aut morte fuerit ſublatus, aut impeditus morbo, eligatur alius, quo dictum eſt modo. A die Electionis usque ad Capitulum cuique liceat ad quemlibet Patrum, qui Capitulo ſunt interfuturi Litteras dare, easque Superior ne legat. Cùm verò Superior aliquis ad ſuum ſubditum ſcribet, in Epiſtolæ ſuperſcriptione nomen ſuum is, qui Litteras mittit ſuperior ſua manu ſcribat. Ità quis, ad quem ſcribat, prima Litterarum fronte patebit. Litteræ autem Communes ſuis ſubditis à ſuperiore ſcriptæ, omnibus, ad quos ſpectant vocatis, palam aperiantur, & legantur.

Ineunte Capitulo Provinciali, omnibus Capitulo interfuturis detur ab omnibus cenſuris abſolutio: cæteraque obſerventur omnia, quæ in Capitulo Generali ſervanda deſcripſimus: iis tantummodo exceptis, quæ Capitulo Provinciali accomodari nequeunt.

Capitulo Provinciali (modo intra fines Italiæ celebratur: extra enim Italiam Pater Generalis egredi nequit) præſideat Pater Generalis, ſi ibi adſit: ſi verò mittere aliquem velit, qui ſuo nomine Capitulo interſit, eum quidem mittere poterit non ſolum ad Capitula intra Italiam, ſed extra Italiam celebranda: abſente autem Patre Generali, præſideat, vel Pater Provincialis, vel primus Provincialis Aſſiſtens, donec in eo Capitulo, Capituli Præſes electus fuerit. Vice Præpoſitus item Romanæ domus ad Provinciale Capitulum Romanæ Provinciæ, vel ipſe adeat, vel eò ſuo nomine mittat, quem voluerit ex Capitularibus deciſivæ vocis ſuæ domus. Ipſe autem ſolus ex omnibus vice Præpoſiti ſive vicarii id facultatis habeat: cenſeaturque in hac re, ac ſi Præpoſitus eſſet; cæteri verò vicarii ad Capitulum ne accedant, niſi capitulariter electi fuerint.

Præter hos, quos enumeravimus, nemo ad Capitulum veniat: neque verò ad Civitatem, ubi Capitulum celebrabitur accedere licebit, niſi Pater Generalis, ſivè Provincialis ex graviſſima cauſa conceſſerit, & licentiam ſua manu ſcriptam dederit. Qui ſinè hujusmodi licentia venerit, puniatur ea pœna, quam in hos homines Capitulum infligendam æſtimaverit. Quòd etiam de accedentibus ad Capitulum Generale dictum ſit.

Qui Provinciali Capitulo præeſt, is inprimis cæteros Capitulo interfuturos brevi ſermunculo cohortetur ad ea cogitanda, quæ in Provinciæ commodum, divini nominis Gloriam, Regulæque obſervationem cedant. Deinde ſi Pater Generalis abſit, ejus vel alius ſuperioris ad Capitulum ſcriptæ Litteræ perlegantur; mox breviter à Præſide, ac cæteris diſpiciatur, an quis Capitulo nequeat intereſſe legitimè. Eligantur tres Judices, qui dubitationes ortas expediant. Hi viſitationis ejus Provinciæ, ubi Capitulum celebrabitur acta, ſcriptaque omnia perlegant, & ritè, & cauſa cognita, judicium ferant. Horum Judicium authoritas ſtante Capitulo, ſtabit, ceſſante ceſſabit. Interim quòd iis videbitur, verè judicandum, ſivè referre malint ad Præſidem, & ad quatuor Capituli Provincialis deffinitores, ſivè ad Patrem Generalem, quòd horum libuerit, faciant.

Agant item hujus Capituli Patres de jure ſuffragii deciſivi cuique concedendo, prout dictum eſt primo hujus libri capite. Eligant prætereà Patrem Provincialem, & duos Procuratores, qui ad Capitulum Generale una cum Patre Provinciali adeant, & negotia ſuæ Provinciæ cum eo proponant, pertractentque ſi verò ante Capituli Generalis tempus quis horum Procuratorum morte, vel alia ratione defecerit, Pater Generalis, & ſui Aſſiſtentes totidem ejuſdem Provinciæ ſecretis ſuffragiis ſubſtituant. Simulatque Pater Provincialis creatus fuerit, Præſes Capituli ceſſabit, niſi Pater Generalis Capitulo præſideat. Eligant inſuper quatuor diffinitores, qui rurſus una cum electo dudum Provinciale, ſtatim eligent quatuor Provincialis Aſſiſtentes. Hi poſtmodum una cùm Provinciali, & diffinitoribus eligant Præpoſitos Domorum, Rectores Collegiorum, locorumque omnium, ac viſitatores Provinciæ. In eligendis autem his quatuor Aſſiſtentibus, duo ſoli de integro creari poſſint: duo autem, nempè ii, qui ſuperiore anno antiquiores profeſſione inter Aſſiſtentes extiterint, per aliud item triennium in eodem officio reficiantur.

Do-

Domum, ubi deget Provincialis, nullus Præpoſitus regat, ſed is ipſe Provincialis: vice-Præpoſitum tamen habeat, ſicut, domus Romana, ubi degit Pater Generalis.

Quodcunque in Capitulo Provinciali ſtatuitur, ratum, firmumque eſto donec futurum Capitulum Generale irritum fortaſſe fecerit. In Capitulo Provinciali agi poterit de domibus, locisve admittendis, ſive jam receptis dimittendis. Nihil verò in eo ſtatuatur, quòd novas leges, moreſve inducat, præter cæterarum Provinciarum leges, moreſvè: nihil, quòd unam Provinciam in duas, pluresvè diſpertire valeant: nihil denique quòd Generalium Capitulorum, vel Præpoſiti Generalis ſtatuta, ſanctionesque infringat, aut modo aliquo labefactet. Hæc enim ad Capitulum Generale ſpectabunt, cui ſi videantur multiplicandæ Provinciæ, ſi mores aliqua ratione, legesvè mutandæ, aut novæ aliæ ſanciendæ, id quidem (quæ ſua eſt authoritas illi à Summis Pontificibus conceſſa) facere poterit, modo ex tribus Capituli partibus duæ concurrant.

Ad finem Provincialis Capituli, reſpondeatur Capitoli nomine per ſecretarium iis, qui ad Capitulum litteras ſcripſerunt. Deinde litteræ, aut ſcripta omnia, quæ minimè ſervanda Capitulum cenſeat, igni ſtatim traduntur: quæ verò ſervari debent, vel ad Patrem Generalem, vel ad Capitulum Generale ſuo tempore ſi opus eſt mittantur, vel in Provincialium ſcriptorum publicam arcam recondantur. His peractis, Capitulum Provinciale dimittetur cæremoniis, ritibusque ſervatis, quæ in libro de Ritibus deſcribentur mox in ſuam quisque domum migret, niſi Pater Provincialis aliam alicui aſſignet. Quam quidem Patrum Capitularium de loco in locum mutationem, & ſi infra triennium prout ipſi expedire videbitur facere poſſit, tamen per ſex menſes ante Capitulum Provinciale faciat niſi de ſuorum adſiſtentium voto. Poſtremo meminerit Pater Provincialis nihil, quòd momenti aliquid habeat ſe poſſe facere, niſi ſui Aſſiſtentes conſenſerint, præterquam ea, quæ his Conſtitutionibus exprimuntur.

CAPUT VI.

De Viſitatoribus.

Viſitatores bini in ſingulas Provincias, prout dictum eſt, eligentur. Per annum eorum munus duret. Primo Capitulum Generale Viſitatores eliget, deinceps quotannis à Patre Provinciali, ſuisque Aſſiſtentibus. Ii, ſi Pater Generalis voluerit viſitate Italiæ Provincias una cum eo intra Italiam id munus obibunt. Authoritate ſint pares, ſinè altero, alter nihil facere valeat: Senior tamen loco, & executione rerum præcedat, & itinetis impenſas ipſe faciat.

Extrà viſitationis tempus non in eadem, ſed in diverſis ſuæ Provinciæ Civitatibus habitent. Quotannis igitur Provinciam unà viſitent. Si viſitanda ſit Domus, cujus Præpoſitus primo, vel ſecundo gradu propinquitatis ſit Viſitatori conjunctus; alter Viſitator ſocium ſibi ſumat quem velit ex Capitularibus illius aliusve Domus. Itidem faciat ſicubi Viſitatorem alterum de altero oportebit cognoſcere, ſimulatque ad Domum viſitandam advenerint, viſitationem aggrediantur, & ſe quamprimum expediant: Fratres in quem placebit locum convocent. Antiquior profeſſione Viſitator ſermonem ad eos habeat de rebus agendis brevem.

Moneat omnes, ne odio, vel amore ducti quæ dicenda ſunt taceant, aut è contra jam emendata, & ſilentio premenda producant. Viſitationem à rebus ſacris auſpicentur. Tum ſingulos in ſenioris viſitatoris cellam accerſant, ac prudenter ſciſcitentur, ſuum ne omnes faciant officium. An Regulæ, & Conſtitutiones exactè ſerventur. An pax, & concordia inter eos vigeat. An cultus Divinus incrementum habeat. Quomodo Novitii educentur. Quomodo eruditioni, & devotioni ſimul ſcholaſtici vacent; & hujuſmodi cæteræ interrogationes pro loci, & perſonarum ratione prudenter fiant. Viſitentur deinde Cellulæ ſingulorum, ne quid fortè uſquam ſit ab Inſtituto noſtro alienum. Demum de ratione accepti, & expenſi cognoſcant, ſupputentque accuratè ubi cognoverint (ſi placuerit) ſubſcribant. Ipſi poſt diem tertium, quàm advenerint, communi victu ſint contenti. Munuſcula à fratribus, aut fratrum conſanguineis ipſorum opera erogata, & procurata ne accipiant. Itinerum impenſas è Domibus, quas viſitaverint, petent.

Cum jam (quæ par eſt) exploraverint de rebus, quæ occulta indigeant correctione, aut Præpoſitum, aut ipſos, penes quos culpa fuerit, moneant. Tùm palàm apud omnes ſermunculum habeant. Ubi quæ videbitur universè probent, aut improbent. De rebus levibus Generali, aut Capitulo nè renuncient: eas ipſi per ſe corrigant.

Si quid grave (quod Deus avertat) compererint, cui quamprimum adhibendum erit remedium, authoritate utantur ſua. Ante tamen quam quidpiam exequantur, cum Capitularibus, aut certè cum Præpoſito, prout rem cenſebunt poſtulare, communicent; poſteà referant ad Generalem, vel Provincialem, aut ſcribant. Quæ res videbuntur notatu dignæ, iis uterque ſubſcribant.

Caput VII.

De Præpoſito, & Patribus Capitularibus.

PRæpoſiti locales ita ſubditorum curam gerant, ut magis exemplo, quàm verbo præeſſe velint. Atque adeò omnibus ſe præbeant ſpeculum, formamque diſciplinæ. Chorum, menſam, communes operas, laboreſque libenter ſubeant. E converſo ei omnium ſollicitudinem gerenti viciſſim obediant omnes. Nemo autem Præpoſiti, aut alius Superioris auctoritatem in jubendo ſibi ſumat.

Eligantur autem Præpoſiti locales à Capitulo generali per annum dumtaxat: cæteris autem annis, qui à Capitulo ad Capitulum intercurrent, à Patre Provinciali, ſuiſque Aſſiſtentibus quotannis reficiantur. Poterunt nihilominus uſque in triennium in eodem iidem confirmari officio, ſi Provinciali, & Aſſiſtentibus videbitur. Itaque ſingulis annis, duobus menſibus ante feſtum Sancti Lucæ, Pater Provincialis Aſſiſtentes ſuos convocet: unà cum ipſis viſitationis acta, denunciationes, & id genus ſcripta omnia perluſtret. Mox deliberent, quis Præpoſitus amovendus à munere: quis in eodem firmandus: quis ad aliam regendam Domum transferendus. Quod ſi omnino amovendus quis videatur à Præpòſiti munere, id ante ne fiat, quàm Pater Provincialis, ſuique Aſſiſtentes unà cum duobus viſitatoribus Provinciæ, & vice Præpoſito ejus Domus, in qua Pater Provincialis aderit, ſecretis ſuffragiis amovendum eſſe judicaverint.

Adeat Præpoſitus (ut ſupra diximus) Capitulum Provinciale, vel eò in ſui vice mittat aliquem ex Capitularibus ſuæ Domus.

Eligat ſibi quiſque Præpoſitus ſuum, quem voluerit Confeſſarium, qui & ſe confitentem audiat, & errantem pro data ſibi authoritate fidenter moneat. Hunc ſubditi adire poterunt, ſi quando quidpiam Præpoſito ſignificare velint, nec tamen audeant.

Ad Patrem Provincialem quiſque ejus Provinciæ Præpoſitus de Domo, & familia ſibi commiſſa diligenter referat ſingulis ſemeſtribus: & Provincialis ad Generalem de tota Provincia.

In unaquaque Domo extet communis ſcripturarum Arca clavibus obſerata quas duo Patres à Præpoſito electi, ſinguli ſingulas habeant. Horum munus erit, omnium ſcripturarum indicem conficere: & quid ab ea arca accipiatur, quidvè in eam inſeratur diligenter adnotare.

Si quid grave, conſultationeque dignum accedat, convocatis loci Capitularibus, rem Præpoſitus proponat, diſcutiat, exque majoris partis voto concludat. Quodcumque decretum fuerit, ſivè per Capitulum locale, ſivè Provinciale, ſivè generale ſtatutum, id omne (quod ſemel hoc loco notaſſe ſufficiat) à Secretario excipiatur, & præſentibus omnibus Capitularibus diligentiſſimè ſcribatur, eorumque ſingulorum ſubſcriptione, antequàm Capituli locum exeant, firmetur. Si quis autem contra ſenſerit, nihilominus ſententiæ, quæ majori parti placuerit, ſubſcribere teneatur.

Secretarium autem, quem voluerit, Superior eligat ad nutum amovibilem. Ad hunc etiam ſpectabit ſcripto mandare quæ in quaque Domo acciderint notanda.

Si quem, dum Præpoſitum agit, intereà prædicare contingat, Domum nihilominus curet præcipuè, Choro quantum poterit interſit, & communi menſa victitet. Ad alias Civitates in Quadrageſima tantum, nec niſi de cauſa gravi, & de Patris Generalis, vel Provincialis licentia proficiſcatur.

Vicarium ſibi deſignet Præpoſitus ex Capitularibus deciſivi ſuffragii ſuæ Domus: is tamen ſit ad nutum Præpoſiti amovibilis. Poſt Præpoſitum, & Viſitatores viſitationis tempore ſedeat: abſente Præpoſito ejus vices gerat, dum adeſt, in nulla re ſe ſe ingerat, niſi quam ipſe Præpoſitus commiſerit. Si vicarius menſes aliquot Domo abſit, ne cogatur Præpoſitus alium Vicarium eligere: at ſi Vicarium, & Præpoſitum abeſſe contingat, priuſquàm abeant, deſignetur Vicarius. Ad Provinciale Capitulum ne accedat vicarius, niſi ab aliis Capitularibus fuerit electus. Si duo Domicilia in eadem Civitate conſtituantur, duo vicarii eligantur.

Nemo ferendi ſuffragii jus habeat, niſi eo modo, quo ſupra Cap. I. dictum eſt.

Ea de re Novitii ante ſumendum habitum præmoneantur. Capitulares autem, & ſi nullum ſit ipſis Jus præcedendi cæteros Sacerdotes, abſente tamen

Digitized by Google

men Præpoſito, & vicario, rem familiarem adminiſtrent, & Jura Præpoſiti, & quæ ad Regimen ſpectant, Capitulares tantum exerceant. Sacerdotes verò reliqui, abſentibus Capitularibus tam deciſivi, quàm conſultivi ſuffragii.

Qui ſuffragio caret deciſivo, eligi nequit Generalis, Præſes, Præpoſitus, Rector, Viſitator, Vicarius, Conſultor: neque ut ad generales Capitulum veniat. Nemo autem Pater Capitularis, etſi deciſivum habeat ſuffragium, poterit eligi Provincialis, niſi Præpoſitus extiterit, neque Generalis, niſi prius fuerit Provincialis. Liceat tamen Capitulo generali, ſivè Provinciali, Patri item Generali de voto ſuorum Aſſiſtentium quoſcunque aliqua ratione quos voluerint ad hos gradus promovere, etiam non ſervato hujuſmodi ordine.

Duo ſaltem Patres Capitulares, vel deciſivi, vel ſi ii haberi non poterunt, conſultivi ſuffragii præter Præpoſitum, aut Rectorem in unaquaque domo à Patre Generali, ſive Provinciali aſſignentur: expedit enim ut in quaque domo duo ſaltem Patres deciſivi ſuffragii aſſignentur. Quod ſi qua domus tales non habeat, totidem Patres conſultivi ſuffragiii profeſſione antiquiores ſufficiantur, quot Patribus deciſivi ſuffragii ea domus carebit, atque hi tùm in recipiendis, tùm ad habitum, & profeſſionem Novitiis admittendis, loco illorum, deciſivum ſuffragium ferant. Si qua autem domus unum ſolummodo habuerit Capitularem deciſivi, ſivè conſultivi ſuffragii, eique in admittendis ad Religionis ingreſſum, ad habitum, aut ad profeſſionem cum Præpoſito non convenerit, res ad Generalem, aut Provincialem integra deferatur, qui quid agendum ſit, reſcribat. Capitulares in ea domo, in qua non ſunt aſſignati, extranei cenſeantur.

Abſente Præpoſito Vicarius, vel Vicario abſente antiquior capitularis deciſivi ſuffragii Præpoſiti vicem gerat, tamen ea tantum exequatur, quæ in adventu Præpoſiti commodi differri nequeunt. Caveat autem nequid agat, quod à Superioris ſui voluntate cenſerit eſſe alienum. Is in Præpoſiti quidem loco ne ſedeat: ſed tamen ſi Præpoſitus, & Vicarius extra domum pernoctaverint, tùm in ſedendo, tùm in ambulando præcedat cœteros omnes Sacerdotes etiam profeſſione antiquiores, donec Præpoſitus, aut Vicarius domum reverſi fuerint. Sacerdotes Patribus Capitularibus loco, & profeſſione Superiores, ab inferioribus capitularibus benedictionem ne petant: tamen foras ituri licentiam petant, & comitem, & quorſum ſint ituri ſignificent.

Præpoſitus dum è domo ſua profectus, in aliena domo deget, ſi quid interim negotii eſt tractaturus, rem omnem ſignificabit Præpoſito loci illius, niſi Pater Generalis, aut Provincialis aliter diſpoſuerit. Domo ne exeat inſcio Præpoſito locali, à quo licentiam, & comitem obtineat; benedictionem tamen ne teneantur expoſcere. Poſt Præpoſitum localem ſedeat: eo abſente poſt Vicarium.

Præpoſitus convocet Patres Capitulares, cum quis eſt in Ordinem noſtrorum accipiendus; cum induendus habitu, cum admittendus ad Profeſſionem: item in magnis, atque extraordinariis ſumptibus faciendis, atque ut universè dicamus, in rebus omnibus gravioribus de Capitularium voto deliberet. Graviores autem minimè cenſentur, quæ ad quotidianum victum, & utenſilia pertinent. Nullum item Clericum etiam Sacerdotio conſecratum à Clericalibus operis, exercitiiſque eximat, præterquàm à Miſſæ ſervitio, niſi conſultis Capitularibus ad Generalem, aut Provincialem referat, ut iis, quos velit eximere pro ſua auctoritate reſcribat.

Nullum æs alienum (modo ne exiguum fuerit (niſi pro victu, & veſtitu neceſſario, neceſſaria ædificii reſtitutione, vel utilitate manifeſta, quæ differri non poteſt, ne Capitularibus quidem conſentientibus contrahatur. In eleemoſynis etiam erogandis adhibeatur modus. Præpoſitus pluſquam unum aurum in menſem ne largiatur, niſi cum Capitularibus rem ante communicet, atque illi aſſentiantur, communem pecuniam, aut clavem arcæ, in qua communis pecunia ſervatur; ipſe ne habeat. Itaque librorum accepti, & expenſi non quidem Præpoſitus, ſed Arcæ cuſtodes rationem viſitatoribus reddant.

Cùm Capitulares congregati aliquid tractant, liberè quidem dicere, quod ipſis libebit, ſinat; ii tamen, neque cùm Præpoſito, nèque inter ſe immodeſtè, moroſè, pugnaciter ſe gerant; qui auſus fuerit, in eum à Superiore animadvertatur. Quod ſi viſus fuerit arcendus à congreſſu cùm cæteris Capitularibus, res à Præpoſito cùm reliquis Capitularibus ante agitata, ad Provincialem deferatur, ejuſque reſponſum expectetur.

Præpoſitus rebus novis nuſquam ſtudeat; veteres Religionis Conſtitutiones ne immutet. Interdum de quotidianis erratis verba faciat: & bis in Menſes ſin-

ſingulos coram omnibus ſuis ſubditis in unum locum congregatis ſermonem habeat de profectu ſpirituali.

Elapſo anno ne cedat Præpoſitus ſuo muneri, neque curam domus ommittat, ſed in ſua adminiſtratione permaneat, quouſque alius Præpoſitus munus adierit.

Si quis Præpoſitus moriatur, vel deponatur ab officio; alius ſtatim, vel ad ſummum intra tres menſes à Patre Provinciali, & Conſultoribus ſufficiatur. Interim Vicarius, vel eo abſente Capitularis deciſivi ſuffragii profeſſione antiquior Præpoſiti vices agat, eique omnes obediant: tamen abſente Præpoſito, Præpoſiti locum, ſedemque ne occupet, neque ad Capitulum Provinciale, vel generale accedat, niſi à ſuis Capitularibus de more eligatur.

Caput VIII.

De Capitulo culparum.

UT per crebram, atque ſpontaneam culparum confeſſionem Regularis diſciplina magis, ac magis, vigeat, operæ precium erit tùm Novitios, tum etiam Profeſſos hujuſmodi humiles actus exercere. Itaque duplex in qualibet domo, in qua Novitiatus erit, hoc eſt Novitiis aſſignata ædes domui junctæ Capitulum habeatur: inter Profeſſos unum, alterum inter Novitios: illud ſemel in ſingulos menſes celebrabitur; hoc frequentius, prout Magiſtro Novitiorum expedire videbitur. Ad illud accedant Profeſſi omnes, imò aliarum domorum, tùm privatæ perſonæ, tùm etiam Superiores (Præpoſitis, Viſitatoribus, & Patris Generalibus, ac Provincialis Aſſiſtentibus exceptis) ſi poſt quintumdecimum diem in aliqua domo morabuntur. Ad hoc Novitii omnes, & præterea Profeſſi illi, qui inter Novitios detinentur.

Illi Profeſſorum Capitulo, Præpoſitus, ſive alius Superior præſit. Inſuper bis in menſe ſermonem de rebus ſpiritualibus ad ſubditos faciat; huic verò Magiſter Novitiorum (ut æquum eſt) præſideat, & antè, vel poſt Capitulum, ſuos Novitios pro ſermunculo cohortetur.

Caput IX.

De Canone Pænitentiali.

UT ii, qui virtutum amore tardè ducuntur, timore ſaltem pœnæ à regularis diſciplinæ violatione deterreantur, operæ precium fuerit hoc loco pœnas quaſdam decernere, quas pro libito quivis Superior in noſtrarum Regularum, & laudabilium obſervationum violatores poſſit infligere.

Ordinariè has pœnas, & harum ſimiles Superior adhibebit.

1. Deoſculari cujuſque fratris pedes.
2. Genibus flexis in Refectorio medio conſiſtere.
3. Vel extenſis, etiam in Crucis formam brachiis quouſque Superior ſurgendi ſignum fecerit.
4. Super menſam hujuſmodi ſtratam flexis genibus in Refectorio comedere.
5. Vel ad januam domus mendicum habere commenſalem.
6. Fratres ſingulos è Refectorio exeuntes, ut pro ſe orent genuflexum orare.
7. Se ſe noctu in Eccleſia flagellis, vel funiculis cædere.
8. Solo pane, & aqua jejunium ſolvere.
9. Cilicium ſuper nudum corpus induere.
10. Lances in coquina detergere.
11. In cubiculum aliquod per aliquot dies juſſu Superioris detrudi, & id genus alia.

Caveant autem Superiores ne ſordidum quid, quod nauſeam provocet, quodque Clericos dedeceat injungant.

Si autem (quod Deus avertat) graviori pœna plectendus ob aliquod patratum crimen quiſpiam noſtrum videatur, Patrem Generalem, vel Provincialem certiorem quamprimum faciat: interim nihil pœnæ irroget Superior, antequam reſponſum accipiat.

His autem certis pœnis, certæ quoſdam culpæ reos ſtatuimus puniendos, videlicet.

Primo, qui à regulari correctione appellare auſus fuerit, eo ipſo incurrat in privationem vocis activæ, & paſſivæ: quod ſi ſuffragiis jus nullum habeat, motus loco ſuo, poſtremus omnium Profeſſorum collocetur. Regularis autem correptionis vocabulo has omnes ſupradictas hujus Canonis pœnitentialis, & hujuſmodi cœteras pœnas comprehenſas eſſe intelligimus.

Secundo. Qui ad ſacros ordines; ad conciones habendas; ad confeſſiones audiendas; ad jus ſuffragii ferendi, ut promoveretur aliqua ratione ambiiſſe repertus fuerit: nullo modo deinceps ad has ipſas dignitates, & officia promoveatur; quouſque Patri Generali, vel Provinciali viſum fuerit.

Tertio ſi probetur quempiam vel per ſe, vel per interpoſitas perſonas Generalis Præpoſiti dignitatem ambiiſſe, de

Ca-

Capitulo ſtatim, ne cùm aliis interſit, moveatur, & per decennium activo, & paſſivo ſuffragio careat; neque ullo pacto pœna ejus remitti poſſit.

Quicunque noſtrum criminis cujuſcunque aut vitii, vel errati, etiam ſi diverſi generis fuerit, à Superiore, & à Capitularibus in eorum Conventu ter fuerit capitulariter admonitus, ac pœnis noſtris Conſtitutionibus præſcriptis mulctatus non reſipuerit, ea præmiſſa trina monitione (quæ abſque prævia licentia Patris Generalis, aut Provincialis fieri non poterit) incorrigibilis declaretur, & in domo, in qua deliquit, ſeu in alia Superioris arbitratu, in arcto tamen loco, ut in ergaſtulo, ſeu arcto cubiculo perpetuò pœnitentiam agat ità ut cum aliis non vivat, nec aliquam habeat conſuetudinem, atque omnis ſuffragii beneficio perpetuo ſuſpenſus ſit. Has pœnas omnes Pater Generalis remittere poterit, excepta pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ cujus remiſſio ad ſolum Generale Capitulum ſpectabit. Qui verò hac pœna mulctatus per annum non reſipuerit, per Capitulum generale expelli poterit extra Religionem tanquam pœnitus incorrigibilis. Qui verò è domibus aufugerit, aut quoquo pacto nulla Superioris impetrata licentia, receſſerit, vel temerè habitum dimiſerit, apoſtaſiæ criminis reus declaretur, nec non cum eo ad hanc præſcriptam formam agatur. Quoniam jure cavetur Prælatos ſollicitos eſſe oportere, fugitivos, & apoſtaſiæ vitio notatos ad regularem diſciplinam ſalubriter revocare, & inobedientes per ſententiam excommunicationis punire. Idcirco Nos. Te N. qui noſtræ Congregationi canonicè aſcriptus in magnum Regularis, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & honeſtatis dedecus evagatus es monemus, ut ad Congregationem tuam Clericorum minorum revertaris, aut aliam Religionem tuæ ſaluti idoneam ingrediaris, nec non tibi conceſſam ſecundum noſtræ Congregationis inſtituta tibi trium dierum ſpatio præfixo, in quos noſtram admonitionem fideliter, & efficaciter exequaris, quam temporis dilationem tibi pro prima, ſecunda, & tertia peremptoria aſſignamus. Quod ſi non feceris, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc in ſcriptis te ipſum ſententiæ excommunicationis ſubjacere decernimus.

Si reſipuerit, & Superioris præcepto obtemperare paratus ſit, à Superiore primum in Capitulo Patribus illius domus, à qua receſſerat, humi proſtatus veniam humiliter petat, ac ſalva Ordinis diſciplina in eadem domo, ſeu alia Superioris arbitrio ad agendam pœnitentiam recipiatur.

Qui jam noſtrum Ordinem profeſſus, ad aliam Religionem ſe contulerit, vel ſub quovis prætextu migraverit, ac deinde ad nos redierit; ſi Clericus ſit, loco ſuo, quem inter fratres habuerat, & activo, atque paſſivo ſuffragio, ſi quod poſſiderat ipſo facto privatus exiſtat. Inſuper per annum integrum, ac diutius ſi Generali viſum fuerit; inter Novitios degat, & veluti Novitius habeatur ſi verò ſit laicus, ſuo motus loco poſtremum omnium collocetur. Has pœnas, neque remittere hujuſmodi Religioſo, neque minuere Pater Generalis poterit, id enim ad ſolum Generale Capitulum pertinebit.

CONSTITUTIONUM CLERICORUM REGULARIUM MINORUM

PARS QUARTA.

CAPUT I.

De adminiſtrandis Sacramentis.

Qui ad Eccleſias noſtras adierint ad ſuſcipienda Sacramenta, iis Sacerdotes Confeſſarii præcipuam charitatem exhibeant: tem ſuam privatam, aut commodum ne ſpectent, animarum ſaluti magnopere ſtudeant. Qui in lectis graviter ægrotant, domi viſitari de ſuperioris licentia poterunt, & Sacramentum eis pœnitentiæ miniſtrari, piiſque monitis inſtrui, ac demum ad bene moriendum ut ſe diſponant, hortari. Caveant autem ne ad res temporales, ad facienda teſtamenta, ad eleemoſynas erogandas maximè ſi Religioni noſtræ velint relinquere, ſe admiſceant; ut avaritiæ non culpa tantum, ſed omni prorſus ſuſpicione careant.

Sacerdotum, qui confeſſionibus ſecularium audiendis exponantur, delectus habeatur: & quamvis peritus quis fuerit, & ad juſtam ætatem pervenerit, maturè

rè ſatis agatur, ne ad id munus admittantur, niſi qui idonei ſint reperti: nec niſi de licentia Patris Generalis, vel Provincialis. Antequam mittatur quis pro licentia obtinenda à locorum Ordinariis, ſivè ad recipiendos Ordines, ſive ad confeſſiones audiendas; domi prius à Præpoſito, & Patribus ad id electis, diligentiſſimè examinetur. Qui ità ad Confeſſiones audiendas admiſſi fuerint, ne prius accedant, quàm poteſtas à ſuo Præpoſito facta illis fuerit.

Ad mulierum Confeſſiones audiendas nè facilè Sacerdotes juniores exponantur, ſed qui ætate, & moribus ſunt maturi. Domos mulierum noſtri ne ſine rationabili cauſa adeant. Qui earum Confeſſionibus audiendis nondum ſunt expoſiti, ab earum viſitatione abſtineant: permitti tamen à Superiore poſſit, ut ab iis æqua de cauſa quandoque ſed rarò viſitentur. Qui earum Confeſſiones audire ſolent, póſſint quidem Superioris licentia illas quandoque viſitare, ſed id rarò admodum, & conſideratè fiat. Confeſſiones earum niſi in Eccleſiis non audiantur dum ne, vel gravis ægritudo, vel calamitas aliqua, vel alia quævis cauſa vehemens poſtulaverit; quæ ſi acciderit, ne ſolus cum ſola ſit, caveat, ſed comes ibi maneat, ubi poſſit conſpici. Cum earum Confeſſiones audierint, ne longius æquo ſermones producant, ne ve de his rebus agant, quæ ad pœnitentiæ Sacramentum pertinere minimè videantur. Virorum confeſſiones, aut in Eccleſiis, aut in locis ad id aſſignatis, audiantur.

Caput II.

De Concionatoribus.

EVangelicæ Prædicationis officium iis ſolummodo committatur, qui bonæ indolis præclaræque virtutis ſpecimen dederint, neque enim Chriſtianæ legis, verbique Divini Præcones minus debent bonis moribus, quàm facundia, & eruditione prodeſſe. Antè verò quàm publicè prædicent, de Superioris licentia privatis declamationibus inter communem refectionem, ſive aliàs alibi quaſi ſermonibus ad Populum declamitent. Facultatem quidem publicè concionandi ſolus Pater Generalis, ſivè Provincialis tribuat, nec niſi iis, qui Philoſophiæ prius operam dederint, & Sacræ Theologiæ lectiones ſaltem per triennium audierint: ſtudio item Caſuum conſcientiæ ſedulo incubuerint, deque iiſdem juſſu Patris Generalis, vel Provincialis a duobus vel tribus examinati, & approbati fuerint. Cæterum iis, qui iſtud munus nimis anxiè appetere viſi fuerint, nè facile concedatur. Qui in Quadrageſima prædicandi onus exequi minimè poterunt, quin cibis quadrageſimali jejunio vetitis urantur, ii concionari ne permittantur, niſi fortè morbus caſu accidat, vel ſi Pater Generalis, aut Provincialis ob gravem aliquam rationem; ne videlicet eximii cujuſpiam concionatoris Chriſtiano Populo fructus depereant, cum eo diſpenſandum arbitretur.

In concionando ei rei potiſſimum opera detur, ut Auditorum mores probè informentur, & ad Dei amorem, mundique contemptum excitentur animi, atque inflammentur. Ab affectatis verbis, & inutilibus rebus abſtineatur. Qui contrafecerint, eis prædicandi facultas ne fiat: quod ſi eam jam habuerint, & à Superioribus moniti non reſipuerint, à Generali, vel Provinciali Præpoſito concionandi facultate priventur.

In Civitatibus, ubi nos domicilium habebimus, æquum eſt, ut potius in noſtris Eccleſiis, quàm alibi noſtri concionentur. Quod ſi quis noſtrum ad aliam in ea Urbe Eccleſiam prædicatum mittatur, comitem habeat probum, & modeſtum; & ubi primum concio abſoluta fuerit, domum ad prandium una revertantur: niſi forte ea Eccleſia à noſtra domo longius abſit, quam ut commodè, & ſine magno labore ea hora reverti poſſint; vel ſi concionator adeò in concionando defatigetur, ut abſque ſalutis periculo nequeat præ laſſitudine remeare Domo paulò ante tempus prædicandi recta proficiſcatur, nec diflectat de via. Si verò quis noſtrum peregrè mittatur aliquò, aſſignetur ei ſocius, qui ei perinde, ac ſuo Præpoſito quavis in re obediat. Tùm verò viaticum à Patribus loci, ubi prædicaverit, ſolvatur. Nemo Eleemoſynam ſtipendii nomine petat, aut eo nomine oblatam, accipiat: neque verò accipiat ullam, niſi quæ mero eleemoſynæ nomine deferatur; quæ omnes (excepto viatico) illius domus, aut Collegii eſſe cenſeantur, in cujus Eccleſia ſivè Civitate prædicaverint, niſi fortè à ſecularibus nominatim alicui domui fuerint deſtinatæ. Quod ſi in Civitatibus, ubi nos domicilium non habemus prædicaverint, eleemoſynæ illius domus, erunt, ubi concionator eſt aſſignatus. Qui quotidiè concionem habuerint, Chori omnino ſint immunes.

CA-

Caput III.

De publicis Prælectionibus.

Quoniam, ut Sapiens ait, qui erudiunt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates. Nos ne tanti muneris ſpe fraudemur, & veluti noſtra ſponte privemur, ſtatuendum duximus hoc loco, licere noſtris de facultate Patris Generalis, ſive Provincialis, etiam ſecularibus ad noſtra Collegia confluentibus, ſcientiam quamlibet prælegere, & publicè docere, videlicet Rethoricam, Logicam, Philoſophiam, Theologiam, & cæteras Clericis congruentes, iiſque à Sacris Canonibus permiſſas.

Caput IV.

De ordine, & loco cujuſque inter ſe.

Provinciales poſt Patrem Generalem ubique primum locum habeant: poſt eos Præpoſiti, poſt Præpoſitos, Viſitatores, ſivè Ordinarii ſint, ſive delegati viſitationis tempore: nam extra viſitationis tempus ad ſuum profeſſionis locum redire debent; poſt Viſitatores Vicarii, poſt Vicarios Adſiſtentes, dum in aliena domo manſerint. Inter Adſiſtentes autem præcedant, qui Generali adſiſtunt, iis qui Provinciali: poſt Adſiſtentes Sacerdotes cæteri, ſive ii Capitulares ſint, ſivè non ſint. Tum Clerici Profeſſi, poſt hos Novitii. Tum Hoſpites, ac poſtremo fratres laici. Inter Provinciales autem, & Provinciales, Præpoſitos, & Præpoſitos, atque itidem inter cujuſque generis cœteros, profeſſionis ordo ſervetur. Si verò ex iis duo, vel plures eodem die profeſſionem emiſerint, ille præcedat, qui in antiquiore domo profeſſus fuerit. Hoſpites autem inter ſe ingreſſus ordinem teneant. Cœterum, licet ii, qui majoribus ordinibus initiati ſunt, præcedant eos, qui minoribus: his tamen ad eundem ordinis gradum evectis, non amplius ordinis, ſed profeſſionis ratio habeatur; niſi quis ſua culpa, & pro pœna ad ordines non fuerit admiſſus. Quod ſpeciatim de uno quoque erit declarandum.

Qui ſua culpa locum profeſſionis amiſerint, iis ſi pœna poſt aliquos annos remiſſa fuerit, in priſtinum profeſſionis locum reſtitui eſſe ne intelligantur: ſed poſt eos omnes, qui ſuperiores aliquos ordines ſuſceperint, maneant.

Poſtremo, ne cui conſcientiæ laqueus injiciatur, teſtatum volumus, nullam harum Conſtitutionum, neque aliarum deinceps faciendarum obligare nos ad culpam, ſed ad pœnam ſolummodo aliquam: culpæ vero ii ſolum erunt obnoxii, qui aut quidpiam ſubſtantialium Religionis vovorum, aut quod naturali, divina, ſive Eccleſiaſtica lege prohibeatur, auſi fuerint violare, aut præcepto in virtute ſanctæ obedientiæ à Superiore eis facto non obedite. Demum Capitulum Generale has Conſtitutiones immutare, aut infringere, niſi ex tribus Capituli Partibus, duæ concurrant non poſſe, volumus, atque ſtatuimus.

Nos Dominicos Tituli Sancti Pancratii S. R. E. Presbyter Cardinalis Gymnaſius ordini Sacræ Congregationis S. R. E. Cardinalium, quæ negotiis Regularium præeſt, vidimus, legimus & maturè perpendimus ſuprafcriptas Conſtitutiones, & Decreta Congregationis Clericorum Regularium Minorum, in quibus, cum nihil invenerimus, quod pietati, ac rectè morum diſciplinæ, & regulari inſtituto, optimæque adminiſtrationi, & Religioſæ vitæ regimini minus conveniat, id ejuſdem Congregationis Illuſtriſſimis Cardinalibus retulimus, quæ Sarcta Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatio eaſdem Conſtitutiones, & Decreta cenſuit confirmandas, & approbandas, prout tenore præſentium ex certa ſcientia approbavit, & confirmavit, illaſque ab omnibus, ad quos id ſpectat attendi, & obſervari voluit, & mandavit, ac perpetuæ firmitatis robore munivit, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, vel quavis firmitate alia roboratis, & aliis quibuſcunque &c. Datum Romæ, die xi. Menſis Octobris, 1605.

Dominicus Card. Ginnaſius.

Imprimatur ſi placet R. P. Mag. Sac. Palatii.
Berlingerius Gypſius Viceſg.
Imprimatur Fr. Io. Maria Mag. Sac. Pal. A.

PAU-

PAULUS PP. V.

AD perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quæ pro Religioſorum quorumlibet proſpero regimine providè ſtatuta ſunt, ut perpetuo inviolatè obſerventur, apoſtolicæ confirmationis robore communire, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius noſter Dominicus tituli Sancti Prancratii Presbyter Cardinalis Gymnaſius de ordine Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium ſuper conſultationibus, & negotiis Epiſcoporum, & Regularium deputatorum, Conſtitutiones, & decreta Congregationis Clericorum Regularium Minorum viderit, legerit, & maturè perpenderit, ac in illis nihil invenerit, quod pietati, ac rectæ morum diſciplinæ, & Regulari inſtituto, optimæque adminiſtrationi, & religioſæ vitæ regimini minùs conveniat. Ideò Nos cupientes, ut conſtitutiones, & decreta hujusmodi a prædictis Clericis Regularibus, ut in regularis diſciplinæ obſervantia, ut decet, conformes, exiſtant, & de ceterò ſub ſuavis Religionis jugo gratum Altiſſimo famulatum exhibeant, perpetuò inviolatè obſerventur, ex eorumdem Cardinalium dictæ Corgregationi Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum voto, & ſententia, conſtitutiones, & decreta hujuſmodi, quarum, & quorum tenorem, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur, præſentibus pro expreſſo haberi volumus, auctoritate apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac in prædicta Congregatione ab illius Superioribus, & Clericis univerſis, prout quempiam eorum concernunt, perpetuò obſervari debere ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ prædictis Superioribus, & Clericis quibuſcunque nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut conſtitutiones, & decreta hujuſmodi in perpetuum obſervent, & obſervari curent, & faciant. Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut quovis modo infringi, annullari, vel retractari nullatenus poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio noſtro in Alma Urbe Vicario nunc, & pro tempore exiſtenti, ut præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, per ſe, vel alium ſolemniter publicans faciat auctoritate noſtra conſtitutiones, & decreta hujusmodi in prædicta Congregatione perpetuò inviolatè obſervari; Contradictores quoſcumque, & præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibusvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ad ejusdem Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, & Clericis, ſeù quibuſvis aliis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda eſſet, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ceterisque contrariis quibuſcunqe. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die xxv. Octobris M. D C V. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

AD-

ADDITAMENTUM XLIII.

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM S. PAULI DECOLLATI,

QUI VULGARITER BARNABITÆ NOMINANTUR.

OBSERVATIO CRITICA.

POſt Clericos Regulares Theatinos, recte ſuccedunt Barnabitæ, ſive Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati, ſic quidem nuncupati, quod S. Paulum gentium Apoſtolum prædicando & inſtruendo ubique rudem populum imitari propoſuerint, parati pro Chriſti nomine omnia corporis tormenta & ipſam capitis decollationem pati; nec aliunde dicti Barnabitæ, niſi quod prima illorum Eccleſia S. Apoſtolo Barnabæ dedicata fuerit. Horum Clericorum Regularium Congregatio originem ſuam debet nobiliſſimo ſimul ac piiſſimo Viro Antonio Mariæ Zachariæ, qui ex primaria gente Zachariorum apud Cremonenſes ortus & liberaliter educatus, contemptis mundi illecebris ſtatum Eccleſiaſticum amplecti voluit, arctiſſimas leges Eccleſiaſticas ſibi obſervandas proponens. Nam Mediolanum accedens, cum duobus ſociis nobiliſſimis ac piiſſimis Viris Bartholomæo Ferrario & Jacobo Moriga Mediolanenſibus Presbyteris, hujus Congregationis fundamentum ibidem poſuit, anno MDXXVI. Dum enim illis temporibus tota Lombardia & præſertim Mediolani civitas maximis anguſtus oppreſſa detineretur, atque bello, peſte & fame dilaceraretur, ad ſublevandos miſeros & afflictos omnem operam impendere voluerunt Presbyteri illi ſanctiſſimi; quibus magnum auxilium præbuit Dominus Seraphinus Firmanus ejusdem civitatis Canonicus Regularis, cujus ope ad inhabitandum acceperunt oratorium S. Barnabæ, olim ad Canonicos Regulares ſpectans: quem locum tanquam Ordinis ſui Caput, & ſedem conſtituerunt; à quo & Barnabitæ vulgariter appellati ſunt, ut ſupra diximus. Cum igitur prænominati Piiſſimi Presbyteri in unam Societatem congregati, eximia Chriſtianæ Charitatis opera ubique exercerent, atque publice prædicando, populúmque rudem inſtruendo ad pœnitentiam & peccatorum Confeſſionem perducerent, Chriſtiana Doctrina pueros ubique imbuerent, pauperos & ægrotos frequenter viſitarent, omnibusque miſeris & afflictis ſolatia ſpiritualia, & temporalia ſolerter impertirent; ad eorum pium Conſortium fruendum concurrerunt & alii Sacerdotes, quod tandem eximiam Congregationem conſtituere viderentur, inter quos merito numerantur duo optimi Presbyteri Franciſcus Lucco, & Jacobus Caſeo.

Cum vero piiſſimi hujus Congregationis ſocii intenderent non ſolum alios inſtruere, & ad tramitem juſtitiæ perducere, ſed & ſe ipſos ad culmen perfectionis Chriſtianæ obtinendum dirigere voluerunt, amplectendo tria ſolemnia vota Religioſa; & ſic ſeſe, ſuasque omnes actiones ſoli Deo, & Chriſti Eccleſiæ conſecrabant, & ut hanc ſuam piam intentionem ſecurius perficerent, Romam petere decreverunt, ut à ſummo Pontifice licentiam obtinerent ad propagandam novam ſuam Congregationem, quam inſtituerant juxta Regulas Religioſas vitæ activæ & contemplativæ. Et quidem facile talem licentiam obtinuerunt à ſummo Pontifice Clemente VII. qui anno MDXXXIII. ſequentem Bullam emanavit; qua horum Clericorum Regularium Congregationem approbavit.

BULLA CLEMENTIS PAPÆ VII.

Confirmans Ordinem Clericorum Regularium S. Pauli, ſeu Barnabitarum.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis Filiis Bartholomæo Ferrario, & Autonio Mariæ Zachariæ Presbyteris Mediolanenſi & Cremonenſi ſalutem in Domino ſempiternam. Vota, per quæ vos in humilitatis ſpiritu perennis vitæ præmiis digniores effici, veſtræque, & aliorum auimarum ſaluti conſulere poſſitis, libenter ad exauditionis gratiam admirtimus, eaque proſequimur favoribus opportunis. Expoui ſiquidem nobis feciſtis, cum tribus aliis veſtræ voluntatis ſociis, ur liberius Divinis beneplacitis inſiſtere, & quæ Dei ſuut, perquirere poſſitis, cupitis profeſſionem trium Votorum ſubſtantialium Religionis in manibus Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Mediolanenſis, ſeu ejus in ſpiritualibus Vicarii Generalis emittere, & inſimul in aliquo loco Civitatis, ſeu Diœceſis Mediolanenſis per vos eligendo, morari, & permanere. Quare nobis feciſtis humiliter ſupplicari, ut piæ veſtræ intentioni hujusmodi paternæ annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos hujuſmodi ſupplicationibus Inclinati, vobis, & veſtrûm ſinguiis, ut profeſſionem ipſam ejusmodi Archiepiſcopi ſeu Vicarii; qui vero de cætero ad vos voluerint, in alterius veſtrûm, ſeu Præpoſiti veſtræ Congregationis pro tempore exiſtentis manibus profeſſionem trium Votorum eorundem emittere, & inſimul, ſub obedientia tamen ordinarii loci, in ipſo loco per vos eligendo cohabitare, ac in communi vivere. Nec non pro veſtro, & rerum veſtrarum ſalubri ſtatu & directione quæcunque ſtatuta, & ordinationes, rationabilia, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria concedere, & facere, illaque, ut vobis pro temporum qualitate expedire videbirur, mutare, & in totum tollere, aliaque illorum loco de novo facere, libere & licite valeatis. Apoſtolicis, ac in provincialibus ſynodis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, apoſtolica auctoritate tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ concedimus, & indulgemus, eisdem præſentibus futuris perpetuis temporibus valituris. Datum Bononiæ ſub annulo Piſcatoris, die 18. Februarii, anno 1533. Pontificatus anno 10.

Per hanc igitur Bullam Pontificiam ſacer hic Ordo confirmatus eſt ſuprema Eccleſiæ Catholicæ auctoritate, ſed jurisdictioni Epiſcopali ſubjectus, prout ipſimet piiſſimi Fundatores ardentius optabant, qui Mediolanum reverſi, ad manus Archiepiſcopi vota ſua Religioſa ſolenniter depoſuerunt. Nec ſane Illorum inſtitum ad publice prædicandum DEI verbum, & ad Sacramenta ægrotis & miſeris adminiſtranda ordinatum ſeu cum paucis ſociis ab ordinarii Epiſcopi jurisdictione eximi permiſit; quamvis poſtea creſcente ſociorum numero, & in aliis civitatibus ad Eorum uſum plura collegia capta ſint, ſucceſſores Pontifices eandem Clericorum Regularium Congregationem ſub ſua ſpeciali protectione aſſumpſerint, variáque Privilegia aliis Congregationibus Religioſis conceſſa impertire voluerint, prout mox monſtrabimus. Interim Venerabilis Inſtitutor Antonius Maria Zacharia, *ſocios ſuos jam Viros vere Religioſos, adeo ad perfectionis Chriſtianæ culmen perducere conatus eſt, ut plures ſub Ejusdem diſciplina vivere, & DEO militare anhelarent. Etiamſi enim in priori Bulla* Bartholomæus Ferrarius *primo loco poſitus ſit per favorem Fratris ſui Uterini Baſilei Ferrarii, quia tunc à ſecretis ſummi Pontificis erat, certum tamen eſt,* Antonium Mariam Zachariam *extitiſſe primum hujus Ordinis Auctorem, ſimúlque conſtitutum fuiſſe primum Præpoſitum Generalem. Conſtitutus ergo novæ Congregationis Præpoſitus Generalis, ad inhabitandum procuravit domum juxta* Oratorium S. Barnabæ *ſitam, ubi cum ſociis ſuis arctiſſimam vitam Religioſam duxit jejuniis, orationibus & vigiliis carnem domans, atque prædicationi verbi Divini, & Sacramentorum adminiſtrationi ſedulo intentus. Raro enim hujus Congregationis Inquilini carnis comeſtionem admittebant, ſed herbas ſale conditas, & legumina in deliciis habebant, aliquando paucos piſciculos vel caſeum ad menſam permittere ſolebant. Si dein habitum Eorum contemplemur, & illum ex rudi panno confectum reperiemus. Incedere enim ſolebant longa toga nigri coloris induti, quemadmodum & Reliqui Presbyteri ſæculares; caput redimiculo rotundo tegebant nigro, & ſupra humeros portabant crucem magni ponderis; ſæpius etiam in plateis publicis geſtabant funem à collo pendentem, præſertim quando publicas conciones, & preces,*

preces, coram frequenti populo exercebant, ut rudem plebem ad veram pœnitentiam & morum Converſionem ardentius excitarent, & quia horum Clericorum Regularium continuum exercitium erat Epiſtolas S. Pauli Apoſtoli publice legere, & populo explicare; atque ad Salutaria conſilia in eiſdem contenta homines adhortari; ſic & communiter nuucupantur Clerici S. Pauli decollati, utpote ſemper parati pro Fide Chriſti cum Doctore gentium decollari, vel obtruncari.

Dum igitur piiſſimi illi Clerici Regulares S. Pauli decollati, per ſuum auſterum vivendi modum, & fervidas conciones, ac perpetuas preces populum Mediolanenſem ad meliores mores perducerent, atque ipſum Clerum reformare contenderent; invidiam quorundam Clericorum incurrerunt, à quibus ob quandam in moribus novitatem coram Archiepiſcopali tribunali accuſati, ſed innocentes reperti, ad priſtinas laudabiles conſuetudines libere exercendas dimittuntur, atque deinceps ob intaminatos mores, & arctæ diſciplinæ obſervantiam ab omnibus bonis Viris ſummo in honore erant habiti; Interim fama tantarum virtutum Romam perveniens, atque novus Ordo ubique extra territorium Mediolanenſe creſcere incipiens, ſummum Pontificem Paulum III. excitavit, ut hos Clericos Regulares ſub ſua immediata protectione ſuſciperet, illóſque Clericos Regulares S. Pauli decollati nominaret. Adeóque idem Pontifex anno MDXXXV. ſolemnem Bullam edidit, & ad Antonium Mariam Zachariam, ſimul ac Bartholomæum Ferrarium direxit, per quam non ſolum hos primarios novi Ordinis Fundatores, omnéſque Socios præſentes, & futuros ſub immediata Romanæ Eccleſia protectione ſuſcepit, ſed & ipſos ubique ab omni Juriſdictione Epiſcopali liberos declaravit, prout dicta Bulla in Bullario Romano tom. 1. pag. 705. teſtatur.

Per hanc quoque Bullam Pontificiam non ſolum conceſſa à Clemente VII. Papa privilegia confirmantur, ſed & omnes aliæ libertates cæteris Clericorum Regularium Congregationibus datæ ipſis permittuntur, atque privilegia Canonicorum Regularium Lateranenſium elargiuntur, quæ quidem etiamſi ad quinquennium ſolummodo duratura erant, tamen poſtea & anno MDXLIII. idem ſummus Pontifex eadem privilegia in perpetuum permanſura ordinavit per aliam Bullam in prædicto Bullario immediate primæ ſubjectam. In hac vero ſupra laudata Bulla pontificia adeſt forma abſolutionis Sacramentalis ab hujus Congregationis Confeſſoribus concedenda omnibus propriis Sacerdotibus rite confeſſis & contritis, quam ob ſuam ſingularitatem hic exhibere lubet: Dominus noſter JEſus Chriſtus Te abſolvat, & Ego Auctoritate ipſius, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli mihi commiſſa, abſolvo ab omni excommunicationis majoris vel minoris, Suſpenſionis & interdicti, præterquam Apoſtolica Authoritate latæ vel lati; nec non ab omni irregularitate, præterquam occaſione homicidii, aut ex cauſa à beneficiis Eccleſiaſticis quocunque modo dependente, & reſtituo Te SS. Sacramentis Eccleſiæ, unionique & participationi fidelium. In Nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti.

Talibus ergo privilegiis donati, atque ſub protectione ſedis Apoſtolicæ conſtituti mirum in modum creſcere cœperunt hi Clerici Regulares S. Pauli decollati; ...æſertim poſtquam Miſſiones per reliquas Lombardiæ civitates inire voluerunt, ...orum reformationem ubique introducentes. Ad quorum fervidas admonitio...s multi utriusque ſexus homines ad Deum converſi, non ſolum per veram pœ...tentiam in tramitem juſtitiæ reducti ſunt, ſed & plures, tam viri, quam ...ulieres contempta mundi pompa ad culmen Chriſtianæ perfectionis tendere conati ...t, per tria ſolemnia Religioſa vota ſeſe DEO conſecrantes. Hinc multi ... & docti Viri hunc novum Religioſum Ordinem ſunt ingreſſi, ad quorum ex...lum & aliæ Religioſæ Fœminæ idem inſtitutum amplexæ ſunt; Poſtquam le...ſima Matrona Ludovica Forelli comitiſſa Guaſtallæ eximium Monaſterium pro ...ctimonialibus fœminis in ſua civitate erexerat, quarum curam piiſſimis hu... Ordinis Patribus demandaverat, quemadmodum & ipſa jam vidua, con...ntiæ ſuæ & morum Directorem elegerat Religioſiſſimum Antonium Mariam ...chariam tunc horum Clericorum Regularium Præpoſitum Generalem, & pri...m Fundatorem.

Atque hæc eſt prima Origo Sanctimonialium fœminarum, quæ appellantur ...gelicæ, & Guaſtellanæ primam denominationem ab Angelorum puritate

alteram vero à ſua piiſſima Fundatrice Guaſtallæ comitiſſa *deſumentes, quæ tandem in eximiam Sacrarum Virginum Congregationem creverunt. Poſtquam enim prædicta illuſtriſſima Comitiſſa comitatum* Guaſtallæ *ampliſſimum vendiderat* Ferdinando Gonzagæ, *& acceptas pretio pecunias ad magnificum Moſterium in civitate Mediolanenſi erigendum impenderat per* piiſſimum Antonium Maiam Zachariam, *horum Clericorum Regularium Præpoſitum Generalem; à ſummo Pontifice obtinuit confirmationem novi Ordinis ſacrarum Virginum ab ipſo inſtituti. Nam circa Annum MDXXXVI.* Paulus III. Papa *ipſis ſacris Virginibus conceſſit licentiam vivendi ſecundam* Regulam Auguſtinianam *& Conſtitutiones* Clericorum Regularium S. Pauli decollati, *Illáſque à jurisdictione Archiepiſcopi Mediolanenſis exemit. Verum quamvis ſacræ illæ Virgines ab exordio ſtrictam clauſuram non obſervaverint, ſed cum piiſſimis illis Clericis Regularibus Miſſiones ad inſtruendum ſequiorem ſexum exercerent; attamen poſtea arctam diſciplinam Monaſticam obſervabant, ad modum Sanctimonialium Ordinis S. Dominici viventes, quarum habitum & mores imitantur, niſi quod funem à collo pendentem ſupra ſcapulare portare ſoleant.*

Sed ad ipſos Clericos Regulares revertamur, quos quidem piiſſime gubernavit ſæpe laudatus Antonius Maria Zacharia, *qui & ſalutares Conſtitutiones ad rectum Illorum Regimen conducentes condidit, quas tamen varie augmentatas hic exhibemus; Nam anno MDXLII. celebratum eſt Capitulum totius Ordinis, in quo ſub præſidio Legoti Apoſtolici, ſancita ſunt nova ſtatuta, & vetera confirmata. Dein anno MDLXXIX. in alio Capitulo Generali, Conſtitutiones omnes ſacri Ordinis in unum volumen collectæ ſunt, & approbatæ à ſummo Pontifice Gregorio XIII. quas etiamnum hodie ſtricte obſervant pro Regula vitæ ſuæ, ſimulque retinent* Regulam Auguſtinianam. *Interim defunctis piiſſimis Fundatoribus primis, qui ſucceſſive, tanquam Præpoſiti generales, novam Congregationem optime rexerant, mirifice propagari cœperunt Clerici illi Regulares.*

Nam Sanctiſſimus Archiepiſcopus Mediolanenſis Carolus Borromæus *intaminatis Eorum moribus, atque ferventi in adminiſtrandis Sacramentis ſtudio captus maxime favere voluit: Et cum* Ordo Humiliatorum *apud Mediolanenſes in magnam morum laxitatem lapſus fuerit, neque prodigi Monachi ad Diſciplinæ Regularis obſervantiam perduci potuerint, Auctoritate ſummi Pontificis* S. Pii V. *totus ordo eſt ſuppreſſus, atque optima Monaſteria per Lombardiam diſperſa,* Clericis Regularibus S. Pauli decollati *ſunt conceſſa; Nec ſane in ſola ampliſſima Lombardiæ Provincia, ſed etiam in omnibus aliis Italiæ civitatibus domicilia ſumptuoſa pro ipſis conſtruebantur. Atque tandem anno MDCVIII. in Gallias vocati ab Henrico IV. Rege apud Bearniæ provinciam prædicando & Catechizando rudem populum plurimos Calviniana hæreſi infectos ad gremium Eccleſiæ Catholicæ perducere meruerunt, tanquam veri Miſſionarii Apoſtolici. Quorum pios labores proximi Epiſcopi percipientes, in ſuas Diœceſes invitabant, ut modo nulla ſit civitas per ampliſſimum Galliæ Regnum, in qua non poſſideant aliquod domicilium; poſtquam nimirum Ludovicus XIII. Rex per publicum edictum ſancivit, ut in omnes Civitates introducerentur. Notum quoque eſt, quod Ferdinandus II. Imperator in ſuas terras hæreditarias eosdem Clericos Regulares introduxerit; ubi etiamnum hodie ampla poſſident Monaſteria, præſertim Viennæ in Auſtria, & Pragæ in Bohemia.*

Denique per Hiſpaniam & Belgium diſperſi concionando, & rudem populum ubique inſtruendo, plurimos ab erroribus in rectam juſtitiæ tramitem perduxerunt, atque ipſos hæreticos ubique in gremium Eccleſiæ Catholicæ attrahere conati ſunt, quorum proin indefatigabilem zelum plurimi Scriptores deprædicant. Nolo ego Hiſtoriam integram hujus ſacri Ordinis contexere, ex quo prodierunt multi Præſules, aliiſque Viri pietate & eruditione præſtantes. Atque ubicunque hodie Monaſteria poſſident, ob intaminatos mores, & ſtrictiſſimam ſequentium Conſtitutionum obſervantiam ſummis laudibus extolluntur, quas libris quatuor comprehenſas & hic exhibere juxta exemplar nobis tranſmiſſum placet.

CON-

CONSTITUTIONUM LIBER PRIMUS.

Caput. I.

De Conſtitutionibus.

1\. Cor. 14. 9. Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fieri debere, præcipit Sanctus Paulus Apoſtolus. Hanc Apoſtolicam Doctrinam ſecuti majores noſtri: & ſanctas quoque imitati ſocietates; naſcenti huic Clericorum Regularium Congregationi opportunas ſcripſere Conſtitutiones. Nam cum ii perfecta quadam vitæ ſpiritualis via ingreſſi eſſent; quæ ferè veterum illorum Patrum inſtituta repræſentans, ad abſolutum mundi contemptum, plenàmque mortificationem deduceret: ſimul & divinum cultum, religioſamque vivendi rationem, quam temporum calamitate non mediocriter labefactatam viderent; ſacris potiſſimum ſermonibus habendis, ſanctorúmque Sacramentorum frequentatione introducenda; reſtituere, & quantum poſſent, propagare conarentur; pluribus in dies, ad eorum diſciplinam, divina favente clementia, ſe convertentibus, Clericorum Regularium Congregationem, in qua perpetuo ejusmodi pia, ſanctáque ſtudia vigerent, ſummis Pontificibus approbantibus, conſtituerunt. Atque cùm iidem præcipua quadam obſervantia, & cultu erga ſanctum Apoſtolum Paulum affecti eſſent, libentérque ejus Epiſtolis volutandis, publicéque interpretandis ſe exercerent, ejusdem Apoſtoli nomine illam honeſtari, & muniri curarunt; & eo quaſi Duce, Deo militare ſunt profeſſi, eo inquam decollato; cùm ita eorum ſtudia poſtularent; quæ non ad doctrinam tantum; ſed ad paſſiones etiam Apoſtoli imitandas ferebantur. Et ut omnia, quemadmodum diximus, honeſtè & ſecundùm ordinem inter eos perpetuò ſe haberent; quales ea initia deſiderabant, ſibi conſtitutiones ſcripſêre. Num autem Congregatione per plures civitates, Deo propitio, jàm deducta, aucta, in diésque creſcente; cum novis Conſtitutionibus ei opus eſſe, nos eorum licet indigni, ſucceſſores viderimus; non enim, quod naſcenti ſatis erat, etiam adultæ ſufficere potuit; ut quæ ab eis facta, & conſtituta ſunt, quantum poſſumus, imitemur, ſtudióque atque opera proſequamur; quippe qui eundem intuemur ſcopum; ut ſcilicet ſæculo renunciantes, totósque nos Deo dedicantes, animarum ſaluti de ſerviamus: ad hoc opus faciendum, ex conceſſione Apoſtolica, ſumus aggreſſi. Quod quidem ita diſtribuemus; ut poſtquam de Conſtitutionibus ipſis, & de perſonis, ex quibus Congregatio conſtituitur, primo libro egerimus: quæ præcipua ſunt ipſius congregationis, vota ſcilicet, divinum cultum, ſacras & ſpirituales exercitationes, nonnulláque ad rectam diſciplinam pertinentia, tractemus. Mox tertium librum de munerum functionibus, ad proximorum ſalutem præſtandis; & ſi quid conjunctum fuerit, conſtituamus. Quarto libro, quæ ad ejus adminiſtrationem pertinent, complectamur.

Licet autem ad eorum, quæ conſtituuntur, auctoritatem confirmandam, & ſanciendam; tum parendi neceſſitas imponenda; tum pœna iis, qui non pareant, conſtituenda ſit; ideoque ideoque idem nobis in hiſce Conſtitutionibus ſcribendis ſequendum duxerimus: confidentes tamen, omnes, qui in diſciplina noſtra perfectiorem vitæ rationem ſecuti fuerint, ea omnia ſtudioſè, promptóque animo præſtituros, quæ ad ejusmodi diſciplinam, perfectionémque pertinere intelligent; abſolutè, neque parendi neceſſitatem cum peccati obligatione imponere, neque pœnas irrogare, viſum eſt; ſed tantum hac adhibita moderatione.

Pœna quidem aliqua, ſive in Conſtitutionibus, vel Ordinationibus expreſſa ſit; ſive canonum pœnitentialium deſcriptione contineatur, nemo teneatur; niſi cùm erratum commiſerit, etiam ſpecialiter ei injuncta fuerit; idque niſi ipſo facto irrogari conſtituatur.

Peccati verò vel mortalis, vel venialis vinculo, nemo qui contra Conſtitutiones, vel Ordinationes aliquas fecerit, obligetur; niſi aliàs votorum, vel contemptûs cauſa, aut alio nomine, jure ſit obligatus; aut verò præceptum interveniat.

Præceptum autem facere ad Præpoſitum Generalem pertineat, conſenſu Aſſiſtentium adhibito: etenim res ejusmodi eſt, quæ neque facile, neque levibus de cauſis fieri debet.

Poterit etiam talem poteſtatem, cum eorundem conſenſu, aliis Præpoſitis quandoque communicare, maximè Provincialibus, cùm fuerint; quod tamen paſſim non faciat; ſed gravi tantùm

tùm de cauſa; puta ob locorum diſtantiam, vel aliquorum contumaciam; habita etiam ratione perſonæ, cui communicet. Viſitatoribus, quoque poterit communicare. Qui tamen Præpoſiti; & Viſitatores præceptum faciant cum conſenſu quatuor ex majoribus officialibus, vel Senioribus Patribus collegii, in quo præceptum faciendum ſit; aut verò cum conſenſu eorum, qui in ſcripto conceſſionis numioati fuerint.

Præceptum quicunque faciat, ſcripro faciat, cum ſubſcriptione ſua, & eorum, de quorum conſenſu ſuprà diximus, idque formula præſcribenda.

Omnes aliæ Conſtitutiones, ac Ordinationes cujuſcunque generis, harum ſanctione, antiquatæ intelligantur.

Conſtitutioues omnes plene ſerventur, ſed aliquando tamen, neceſſitate, vel juſta cauſa urgente, aut majore utilitate poſtulante diſpenſari, ſeu venia dari poterit: modo ſpecialiter conſtitutionibus ipſis, ordinatione Capituli Generalis, aut Superiorum juſſione prohibitum non ſit.

Præpoſiti locales in iis, quæ ad quotidianam communis vitæ diſciplinam, uſúmque pertinent, cum Collegialibus ſuis, & etiam alienis, quos eo loco morari accidat, & ſecum ipſi, diſpenſare poterunt. Sed ejuſmodi veniam perennem alicui darc non debebant; verùm renovandum, prout opus fuerit: neque etiam tot collegio, niſi forte ex magna cauſa. Atque in his tum ſuperius poſitas cauſas, tum ſimul Conſtitutionis ſcopum, hoc eſt ſalutem animarum, ſpectabunt; ſervabuntque, quod eis generaliter præſcriptum eſt; ut in gravioribus, Præpoſitum Generalem, vel Provinciales, ſi ſint, conſulant.

Ceſſante cauſa diſpenſationis, ceſſet quoque diſpenſatio.

Ut autem harum Conſtitutionum obſervantia maneat, Apoſtolica præſertim auctoritate nitentium; ſimul, ut cupiditatibus, & malis tentationibus aditus ioterccludatur, conſtituimus, ut qui contempta, vel prætermiſſa eorum, quibus talium rerum facultas commiſſa eſt, authoritate, abrogationem, derogationem, aut diſpenſationem impetrare circa illas, aut aliquam earum conatus fuerit; is dignitate, & gradu, quem fortè tunc obtineat; & item voce activa & paſſiva, ſi obtinet; & ſi non obtinet, jure eam conſequendi, ipſo facto privatus ſit: idque præter graviores etiam pœnas arbitrio Capituli Generalis, vel Generalis Præpoſiti ſubeundas. Habita tamen, eorundem arbitrio, gravioris, vel levioris culpæ ratione.

Si quid in his conſtitutionibus, vel in aliis ex harum præſcripro condendis, interpretatiooem, aut declarationem poſtulare viſum fuerit; ad Capitulum Generale id muneris referatur; & qund major pars, tribus tractatibus diverſis diebus habendis, ſenſerit, id ratum, firmúmque ſit. Quòd ſi ante Capituli rempus præſenti remedio opus ſit, Præpoſitus Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium, quid interim fieri debeat, decernat. Et tamen ad Capitulum Generale, cùm primum habebitur, res deferatur; ut, vel quod actum eſt, probet, vel aliter pro arbitrio ſuo conſtituat.

Novæ conſtitutiones, oiſi magna de cauſa ne fiant. Et cùm de tali negotio conſultandum fuerit; prius diligenter conſideretur, num poſſit aliqua alia ratione proviſum eſſe intelligi; aut interpretatione provideri. Et ramen ſi nova conſtitutione opus eſſe perſpiciatur, ea tribus Capitulis Generalibus, diverſis annis celebrandis, tanquam conſtitutio à majori parte Capituli approbetur: cum declaratione amen, ut poſt primam Approbationem, ea tanquam ordinatio Capituli ſervetur: ſed non niſi poſt tertiam conſtitutio habeatur.

Idem fiat, ſi agatur de cooſtitutione aliqua in totum, vel ex parte abroganda.

Cùm quiſque ea, quæ illi ſervanda ſunt, ſcire perfectè debeat, ſtudeant ſinguli, quatenus ad ſe pertinet, Conſtitutiones cognoſcere: quod ut ſingillatim & in univerſum efficiatur, Superiores omninò curent. Ut autem univerſi cognoſcant, hac ratione utantur, ut quoties aliquid grave agendum eſt, de quo Conſtitutio habeatur, niſi fortè ob nimiam frequentiam aliquando intermittendum ſit, ea Conſtitutio coram iis, qui intereſſe debent, legatur.

Prærerea ſingulis annis integre, coram omnibus ſimul Congregatis legantur; ſingulis ſcilicet libris, per ſingula ſacra tempora diſtributis. Si quid verò ex eis, eorum cauſa, qui latinas litteras neſciunt, in vernaculam linguam vertendum ſit, ſtatuat Capitulum Generale.

CA-

Caput II.

De recipiendis in Congregationem.

Quoniam verò Conſtitutiones omnes perſonis deſcribi perſpicuum eſt, ex quibus Congregatio conſtat: de illis recipiendis hoc loco rectè agi poſſe videtur. Primum autem omnium in hoc recipiendorum Fratrum negotio, illud certo nobis perſuadere debemus, aliorum quoque exemplo edocti: ex cura & diligentia in hoc genere præſtanda Congregationum conſervationem potiſſimum pendere: & perfacile eas ab inſtituto diſcedere, ſi res ejuſmodi inconſideratè agatur.

Cùm quis igitur admitti petit, Præpoſitus loci cum Diſcretis ſuis (niſi aliquis ſit petentis cognatus, vel affinis; vel fortè de nimia propenſione alia ratione ſuſpectus; quo caſu ejus loco primum ex cæteris Profeſſis adhibebit) ejus voluntatem inveſtiget; & omnem tam in iis, quæ ad Corpus, quàm quæ ad animum pertinent, conditionem, & ſtatum diligenter exquirat; ut quo ſpiritu ducatur, & an ſit Congregationis inſtitutis aptus, cognoſci poſſit. Atque cùm quilibet, aut inter Clericos, aut inter converſos numerari debeat; quod attinet ad functiones in Congregatione exercendas; in illis litteræ, & ingenium conſiderandum erit; in his judicium, & artificium: in utriusque valetudo, & corporis vires, cuique generi accomodatæ; ſecundùm tamen inferius explicanda.

Si nihil primo impedire videatur, quo minùs recipi poſſit; ejus voluntatem Præpoſitus commendabit: & ad Spiritum probandum alicui ex Patribus, quaſi in diſciplinam tradet; quem is ſæpè adeat; cui peccata confiteatur, & à quo de regulari vita, & de noſtris inſtitutis, Congregationisque ſcopo doceatur, quid ſcilicet præſtandum, quid tolerandum, quorum munerum functiones exercendæ; ut vel in benè ſuſcepto conſilio confirmetur, & ad regularem vitam inſtruatur; vel ab eo, quod minus benè ſibi propoſuerat, utiliori conſilio declinet, eodem verò tempore de negotio Præpoſitum Generalem vel Provincialem, ſi fuerit, certiorem faciat.

Interim verò, tum eodem, quæ ſupra tetigimus, de ejus ſcilicet conditione, & de vita præterita diligenter etiam per extraneos, & longinquos, ſi opus ſit, inveſtigandum erit: Tum illud inprimis odorandum, ſi rectè de omni Catholica doctrina ſentiat, idque prout conditio perſonæ poſtulet.

Quod ſi aliquibus, aut fortè plerisque de collegio is cognitus ſit; tamen ad ipſius quoque probationem ſpatium detur; quo ardentiùs à Deo lumen in re tam gravi impetrare aſſiduis precibus, & frequenti Sacramentorum uſu contendat.

Hæc ponere viſum eſt, quæ recipiendis impedimento ſint.

Si quis futurus Clericus decem & octo annis ſit minor: ſed tamen non prohibetur etiam recipi minores, modo ſaltem decimum ſextum annum attigerint, idque ſi in cæteris valde probandi appareant. Quadraginta item annis major ne facilè recipiatur: ſed ex magna cauſa, puta ob virtutem, vel ſcientiam.

Si futurus ex Converſis, minor ſit decem & ſeptem annis, vel major triginta quatuor.

Si quis hæreſim abjuraverit; aut de hæreſi probabiliter ſit ſuſpectus.

Si Schiſmaticus fuerit.

Si ea irregularitate teneatur, in qua raró, aut difficile diſpenſari ſoleat.

Si alterius Congregationis, aut Monaſterii habitu, licet exiguo ſpatio, indutus fuerit.

Si cui id morbi, vitii, vel impedimenti ſit, ut noſtris præſtandis muneribus ſit impar; aut inſtitutis minus aptus.

Omninò autem cautè, & conſiderate agendum in iis recipiendis, qui humanum aliquid in conſilio ſuo ſpectant, non autem ſolam vitæ perfectioris rationem. Qui pertinacis, contumacis, ſuperbi, faſtidioſi ingenii eſſe videantur. Quorum conſuetudo graviter peccandi inveteraverit, qui infamia aliqua laborent; præſertim in loco, ubi recipi petunt. Qui ſatuitatem præſeferant. Qui inſigni aliqua deformitate vitioſi ſint. Qui adhuc literarum rudimentis egeant; præſertim ſi jam adoleſcentiæ fines egreſſi ſint; aut tardi ſint ingenii. Qui valde infirma valetudine, aut gravi morbo laborant. Cautè etiam agendum in iis, qui de legitimo matrimonio nati non ſunt. Item in iis, qui quandoque Eremitæ fuerunt. In iis quoque, qui vel ære alieno ſunt obſtricti, vel perſonas aliquas, quarum ſuſtentatio ad eos aliquo modo pertineat, relicturi. Atque omnia hæc ad rationem inſtitutorum noſtrorum, utilitatem Congregationis, charitatisque normam perpendenda erunt; incommoda cum commodis comparanda; idque ſequendum, in quo minus

nus periculi ſit. Cùm autem hæc dubia incident, ad Præpoſitum Generalem referantur, qui cum conſenſu Aſſiſtentium conſtituat.

Quod ſi quis interrogatus (de omnibus autem interrogari debet) aliquod ex primis impedimentis ad ætatem, hæreſim, ſchiſma, irregularitatem, habitum alterius Religionis; item ad natales, morbo, vitam Eremiticam, æs alienum, perſonarum ſuſtentationem pertinentibus occultaverit, ſi poſtea reſciatur; liberum ſit, pro rei gravitate, vel illum minimè adhuc profeſſum miſſum facere; vel ſi ſit Profeſſus, aut inter converſos ponere; aut jure ſuffragii perpetuo, vel ad tempus privare; aut ordinibus ſacris interdicere; aut, ſi converſus ſit, viliſſimis miniſteriis addicere; aut illi inter converſos ultimum locum perpetuo aſſignare, aut alio modo punire, prout Præpoſitus Generalis ſtatuerit de conſenſu Aſſiſtentium; ſtatuere autem debet ſecundum culpæ & impedimenti occultati gravitatem. Atque hoc decretum cuilibet antequam veſtiatur; item antequam profiteatur teſtato denunciandum erit.

Cùm tantum temporis tranſierit, quantum ad ejusmodi probationem ſatis eſſe Præpoſitus cum Capitulo ſuo exiſtimaverit, nihilque emerſerit, quam ob rem ille recipi non poſſit, aut Congregationi minus aptus ex cauſis numeratis poſſit exiſtimari; ea item conſtantia & moribus eſſe viſus ſit; ut in ſuſcepto conſilio ſit permanſurus: iterum inſtituta, ratioque diſciplinæ noſtræ per Præpoſitum & Diſcretos loci ei explicentur; &, ſi litteras ſciat, & intelligens ſit, Conſtitutiones etiam legendæ tradantur; & de voluntate, & propoſito ſuo mox per eosdem iterùm interrogetur. Si perſeveret, Præpoſitus Capitulum de ejusmodi negotio habeat: rem ad Præpoſitum Generalem perſcribat, ſeu ad Provincialem, ſi Provinciæ fuerint: omnia in eo negotio ante peracta narrans; & quid Capitulum ſuum ſentiat aperiens. Generalis autem cum conſenſo Aſſiſtentium conſtituat, an recipi ille debeat, accerſito etiam eo, de cujus receptione agitur; vel miſſo aliquo probatæ fidei Patre, qui præſens de negotio cognoſcat; prout magis expedire in Domino judicabitur. Quod ſi fuerit Provincialis, eodem modo ſtatuat cum conſenſu Capituli localis, ubi ipſe domicilium habuerit; & præterea etiam, ſi opus ſit, ipſe ad rem perfectius cognoſcendam proficiſcatur. Receptus ſtatim ad locum Noviciatus mittatur, obi veſtitu ſuo, ſed modeſto, & humili tamen, cum Noviciis ſit: & in eorum diſciplina, virtutum, rerumque ſpiritualium exercitationibus, & humilium Miniſteriorum functione probationis ſuæ tempus traducat.

Atque in hoc primo ingreſſu quilibet generalem omnium peccatorum Confeſſionem faciat; & præterea per quindecim, aut viginti dies, arbitrio Magiſtri, vacet contemplationi ejusmodi, qua humanum ſtatum, peccati mala, hominis noviſſima, Dei beneficia, Domini noſtri JEſu Chriſti vitam, regularis vitæ conditionem, & ſimilia perfectè cognoſcat; quæ quidem contemplanda Magiſter articulatim digerat, prout quisque capere valeat, horasque pro unoquoque articulo aſſignet; efficiatque, ut per eos dies ita ejusmodi contemplationi ſit addictus, ut ne colloquio quidem alicujus ex fratribus, aliquo modo à ſuis cogitationibus avocetur. Idque ut ad quem finem, & quibus viis, vitam ſuam omnem dirigere debeat, perfectius intelligere poſſit. Quæ exercitatio ab unoquoque etiam fiat, cum profeſſurus eſt; & item à Profeſſis, cùm Subdiaconatus, & Præsbyteratus Ordinem ſuſcepturi ſont. Hæ autem ſpirituales exercitationes aliquibus mandentur diſtinctæ deſcribendæ, & præſtentur deinde ad deſcriptam rationem.

Si tamen de laudata aliqua, & inſigni perſona agatur, de cujus conſtantia non videatur dubitandum; tesque ita ſe habeat, ut ad Præpoſitum Generalem ſeu Provincialem ſcribendi ſpatium ſumi non debeat; Capitulum loci poſſit eam, quando ei videatur, in domo admittere, à Collegialium tamen communitate ſeparatam, & tanquam hoſpitem. Atque ita inveſtigationes præſcriptæ fiant, & tempora expectentur. Scribantur tamen quamprimum ad Præpoſitum, ùt ſuprà dictum eſt.

Illud hoc loco monemus, ut in hoc recipiendi negotio, quantum fieri poſſit, affectus omnis, nimiúmque deſiderium caveatur, ſive Congregationis augendæ, ſive viri etiam excellentis acquirendi: ſed omni ſollicitudine in Deum projecta, ad cujus honorem Congregatio inſtituta eſt; à præſcripta ratione non diſcedatur: præſertim cùm in homine judicando ob varias multiplicesqúe naturas facilimè labi poſſimus; ut inde mali pluri‗mum proficiſcatur; unde multum boni profecturum, ſpes eſſe videretur.

CA-

Caput iii.

De veſtiendis, & veſtitu.

POſtquam eo veſtitu, Clericus futurus, duorum vel trium menſium ſpatio inter Novitios verſatus fuerit, ſi progreſſus in regulari diſciplina faciendi, humilitate potiſſimum, ſpem oſtendat; Præpoſitus Novitiatus de eo habitu noſtro induendo cum Capitulo ſuo deliberet, eodem rurſus de propoſito ſuo, & perſeverandi voluntate, interrogato: & ſi nihil impedire videatur; ea de re Præpoſitum Generalem, vel Provincialem, ſi fuerit, conſulat; quid ipſe in eo ſentiat per litteras aperiens. Quod idem faciant cæteri vocales Sacerdotes, eodemque modo, ſi forte dimittendus videatur.

Idem fiat de converſis: ſed antequam iis veſtitus noſter concedatur; ad ſex menſes in ſuo veſtitu permaneant.

Præpoſitus Generalis, vel Provincialis ita conſultus, quid faciendum ſit, cum conſenſu eorum, de quibus paulò ſuperiùs in receptionis negotio expreſſum eſt, ſtatuat; quod ſi ad Provincialem pertineat, ad rem cognoſcendam, & habitum tradendum, ſemper ad locum Novitiatus concedere debebit.

Veſtientur vel publicè in Eccleſia, vel in Oratorio aut etiam in Domo præſentibus cæteris fratribus, cum Orationibus: & Cæremoniis certo libro habendis. Quæ actio referatur in certum librum, ad hoc ibi habendum, cum adſcriptione diei: Nominis, & ætatis Novitii; temporis, quo in domo ſuo veſtitu fuerit; & nominis item Præpoſiti, à quo indumenta tradita ſint.

Veſtitus Clericorum ſit, tunica talaris, & exterior veſtis, collo connexæ. Capitis tegumentum crucis ſpeciem exhibens more pariter aliorum clericorum. Pluvio tamen, vel hyberno tempore, in itinere, aut etiam ruri, pallium, ſive mantellum loco exterioris veſtis adhiberi poterit.

Converſorum veſtitus; tunica ad medium crus demiſſa ſuper eam, pallium eodem modo demiſſum. Capitis tegumentum rotundum more ſolito.

Habitus Novitiorum ab habitu Profeſſorum differat, ſecundum ſolitam manicarum aſſuendarum rationem.

Antequam habitum quis ſuſcipiat, niſi aliter ex cauſa Præpoſitus Generalis, vel Provincialis, ùt ſuprà, concedat; rerum ſuarum curam, & adminiſtrationem deponat.

Quæcunque ſecum attulerit, ſive pecuniam ſive veſtimenta, aut quid aliud; deſcribantur, & aſſerventur ad Profeſſionis tempus; niſi ſi quid in ejus uſum conſumptum ſit.

Caput IV.

De Novitiorum loco, diſciplina, & Magiſtro.

NOvitii omnes nunc quidem Modœtiæ habeantur. Cùm verò Provinciæ fuerint, in unaquaque earum ad arbitrium Capituli Generalis, Novitiatus, in oppido Modœtiæ non diſſimili conſtituendus erit: ubi omnes per eam Provinciam recepti inſtituantur. Sed & antequam Provinciæ ſint, commodo collegii alicujus à Mediolanenſi valde diſtantis, Novitiatus conſtitui poſſit, arbitrio Capituli Generalis, vel, ſi longè ſit ejus tempus, & non videatur differendum, arbitrio Præpoſiti Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium.

Præpoſitus autem Collegii ejus loci, idem ſit Magiſter Novitiorum. Habitent ibi duo alii Sacerdotes vocales, aut plures pro qualitate loci: qui ut ſanctitate, & omni bona diſciplina; ita etiam per valetudinem, vel Corporis firmitatem, omnibus ſecundùm noſtra inſtituta præſtandis, Novitios anteire poſſint. Iidem opportunis muneribus ad proximorum ſalutem more noſtro fungantur.

Quotcunque autem fuerint ibi vocales Sacerdotes, in iis & Præpoſito, nomen Capituli ſtabit.

Omninò, quatenus fieri poſſit, eadem, qua cætera Collegia, Adminiſtrationis ratione, hoc quoque utatur.

Duò Converſi præterea, aut etiam plures, ſi multitudo Novitiorum poſtulet, ad eandem rationem, quatenus ad eorum ſtatum pertinet, accomodati: ut in omnibus, Novitii, tum doctrina, tam exemplis ad vitæ ſanctitatem informentur. Sufficiat verò unum Profeſſum ibi eſſe: ſi ex non Profeſſis ibi exiſtentibus, neceſſitatibus ſatisfieri poſſit.

Quoniam verò in omnibus ferè evenit, ut quemadmodum ſe dant principia, ita cætera ſequantur; permagnique momenti eſt, ſine dubio ad regularem virum conſtituendum, ipſius vitæ regularis tyrocinii diſciplina: ad ejuſmodi Novitiorum inſtituendorum munus,

Ne fondentur item, niſi habeant adjunctns redditus ex quibus ſaltem tredecim perſonæ ſecundum vitæ noſtræ tatinnem, & modum ſuſtentari pnſſint; & niſi tum Eccleſia tum ædes ad habitandum exiſtant; aut ſuppetat, unde extrui pnſſint.

Suppetant etiam petſnnæ; quæ ibi ad diſciplinam nnſtram, & inſtituta tuenda; & ad fünctiones erga proximos ſecundùm eadem inſtituta præſtandas; collncari oprtuerit, quod quidem videndum etit, ut ſine aliorum collegiorum detrimenro fieri poſſit.

Negntium fundandi Collegii, aut loci accipiendi ad fundatinnem oblati, referatur, ſi commodè fieri poſſit, ad Capitulum Generale; ſi non pnſſit, Præpoſitus Genetalis, cum Aſſiſtentium Conſenſu, illud ſuſcipiat, & conficiat.

Collegia cum animarum cutatione adjuncta, ne recipiantur; neqne etiam cum aliis conditionibus, obligatinnibus aut nneribus; præſertim ſi perpetua ſint, aut ab inſtitutis nnſtris aliena, aut muneribus conſuetis abeundis impedimento futura. Quod tamen, an, & qunmodo, quandoque ex cauſa temperari poſſit, judicium ſit Capituli Genetalis ſolius.

Quæ Cnllegia detrimento Congregationi eſſe perſpiciantur, diſſnlvi poterunt, ſi detrimentum ſit tanti: hoc verò ſnlum Capitulum Generale judicet.

CONSTITUTIONUM LIBER SECUNDUS.

Caput I.

De Obedientia.

CUM Regulatis vitæ fitmamentum, & rnbur in Tribus votis Obedientiæ Caſtitatis, & Pauperatis, poſitum eſſe, dubium non ſit; poſtea, quæ de Conſtitutionibus ipſis, perſonis decreta ſunt; ante nmnia de illis dicendum videtur. Neque tamen hic neceſſe habemus in expiicandis hujusmodi virtutum laudibus, quæ ſine dubin egregiæ & præclariſſimæ ſunt, commorari: ſed neque etiam prolixinte nratione eorum nbligationem demonſtrare, qul ad eas colendas voti vinculo ſe adſtrinxerunt. In promptu ſunt & Baſilii, & aliorum Sanctnrum tum veterum, tum recentiorum Patrum ſcripta, quæ ejusmodi doctrinam abunde ſuppeditabnnt; ad quam perſectè percipiendam frattes noſtrns etiam atque etiam cohnrtamut. Sed ut tamen, quantum huic loco cnnvenit, In hoc genete dicamus, & conſtituamus primo de obedientia hæc habeantur.

Superiorum juſſis & præſcriptionibus, ſive ſcripto cnntineantur, ut Conſtitutiones, Ordinatinnes, & alia ejusmodi, cujuscunque ſint generis; ſive voce tantum; omnes plene nbedite ſtudeant: immò eorum nfficium erit, etiam in iis, de quibns nihil expreſſum eſt, id ſequl, quod Superiorum vnluntati magis conſentaneum exiſtiment. Neque ſolùm majnribus, ſed minoribus quoque officialibus in iis, quæ ad eorum officia pertinent, obedientia præſtanda erit: quando etiam Superiores invicem arbitrari à S. Paulo duce, & Patrono noſtro docemur

Si quis difficilem ſe ad obediendum præbuerit; vel arbitrin Superioris non cnntentus, alicujus favote, vel Auctnritate, ad cupiditatem ſuam explendam, uſus fuerit; aut verò pro alin hoc cnmmiſerit; quod in homine Regulari nefas videtur; ſevetè pro mndo culpæ puniatur. Phil. 2. A.

Quæcunque eis faclenda occurtent omnia cum Superiote communlcare debebunt.

Nemo negotium nllum curamve ſuſcipiat, licet ad pietatem exercendam pettineant, ſine Superiotis conceſſu.

Pariter nullus ſibi quidquam paret, vel dari, ant parari curet, aut etiam accipiat, ſive à dnmeſticis, ſive ab extraneis, etiam ad valetudlnem tuendam, ſine Superioris, vel cettè eorum, quibus talis cura cnmmiſſa eſt, conceſſu.

Nemo littetas, ad allquem det, aut ab alio acceptas apperiat, antequam eas Superiori nſtendetit: & qui reddendas accipit, prius ad Superinrem afferat, quam ei reddat, ad quem datæ ſunt. De literis Superiori oſtendendis. vide Declarat. factam in Cap. Gen. anno 1582.

Si contigerit ab aliqun, ſecnndum tamen Conſtitutiones, vel ordinationes noſtras, cutam aliquam, ſive negntium extra Cnngregationem ſuſcipi: quæ ad illud pertinebunt cum Superiore ſno communicet; quod ſi quis impedire velit, potius curatio illa erit relinquenda.

Nemo accipiat aliquid reſtituendum ſine conceſſu Superinris. Nihil pariter ſine ejusdem conceſſu quisquam petat, aut acciplat ln eleemoſinas erngandum. Etogatio item ipſa, & reſtitutio, cùm li-

libera eſt ad ejuſdem arbitrium referatur; Quia in re cavendum erit: ne quid periculi ſigillo confeſſionis injiciatur. Pecuniam hac de cauſa datam, ſi aliquantiſper retinenda neceſſariò ſit, apud ſe nemo habeat: ſed in arca communis pecuniæ reponatur.

Licentiam itineris facendi, localis Præpoſitus dare poſſit, ſi triduo tantum quis ſit abfuturus, aut ſi quis negotiorum domeſticorum cauſa ad loca poſſeſſionum collegii profecturus ſit: alioqui Generalis illam dare: vel Provincialis, ſi fuerit, ſed neque Provincialis dare poſſit, ſi quis Provinciæ fines ſit tranſiturus. Quamdiu autem Provinciæ non erunt, videat Generalis, num alicui locali Præpoſito majorem facultatem concedere expediat. Habeat quilibet in itinere litteras Superioris ſui commendatitias, ſine quibus in aliis Collegiis non accipiatur. Quodſi quis in aliquo collegio moraturus ſit, ea de re litteras quoque habebit.

Domo pariter nullus exeat, niſi à Superiore facultatem, & comitem cum benedictione prius petierit, quo iturus ſit aperiens: neque alio divertens: quacunque autem occaſione quis domo exeat, quantum fieri poſſit, habeat ſocium.

Apud extraneos, præſertim ſæculares, ubi collegium Congregationis ſit, nullus comedat, niſi fortè aliquando, id alicui concedere, Superiori expedire pia de cauſa videatur.

Ad eandem obedientiam pertinet, ut quilibet promptus ſit ad officia, conventus, miniſteria, & ſi quid aliud eſt, ſtatim ut ſignificatio, vel campana, vel alio modo data fuerit.

Hæc generaliter ita de obedientia ſtatuiſſe ſufficiat, cætera, quæ quis fortaſſe hic deſideret ſuis locis habebuntur: nam alioqui omnes regulæ, & præſcriptiones ad obedientiam referuntur: quæ hujus Inſtituti caput eſt.

1 Reg. 15. Ecclef. 4. 2. Meminerint autem fratres noſtri: hanc eſſe, ut Spiritus ſancti voce nobis teſtatum eſt, omni victima Deo gratiorem meminerint, illud à Domino pronunciatum de iis, qui ſecundum De- Luc. 10. C. um præſunt, qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: ut merito dux, & Patronus noſter Paulus Rom. 13. a. Deo reſiſtere illos dicat, qui conſtitutæ à Deo poteſtati reſiſtunt. Hortamur igitur illos, quantum poſſumus: ut quanto hæc virtus præclarior eſt, cæteris- 2. Cor. 9. 6. que, quas profitentur excellentior: tanto ardentius ad ejus laudem incendantur. Nihil levi exiſtimantes, in quo obedientiæ meritum conſequi poſſint: prompto animo obedientes, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, hilarem enim Datorem diligit Deus: non habita difficultatis aliquius aut laboris ratione: Dominus enim noſter factus & obediens uſque ad mortem. In ſimplicitate Phil. 2. 6. cordis, & ſinceritate Dei juſſa excipientes, non curioſe diſcutientes: non ea 2. Cor. 1. c. devitantes ſolum, quæ contra voti obligationem apparent: ſed ea quoque, quæ tam præclaræ virtutis laudem minuere poſſint.

Caput II.

De Caſtitate.

Quanti ſit hæc virtus facienda, ſine Hom. 19. qua nullum bonum eſſe aliquid, ſanctus Gregorius ait: tum eximiæ laudes declarant, quibus illa à ſacris Au- Eph. 5. A. ctoribus ornatur, utquæ hominum vitam Angelicæ ſimilem reddat; tum contrarii vitii turpitudo, quod ne nominari quidem inter Chriſti fideles patitur Paulus noſter: Itaque ſumma diligentia Fratres noſtri aditus omnes præcludere debent, quibus ad hujus virtutis candorem vel leviter maculandum Dœmonum malitia ingredi poſſit: corda, oculos, aures, oraque ita ab eis cuſtodienda erunt; ut neque hæc labem aliquam contrahant; neque majori malo occaſionem præbere poſſint.

Mulierum collocutionibus extra Pœnitentiæ Sacramentum, quam maximè poſſunt, abſtineant. Pariter, niſi neceſſitas, vel gravis cauſa urgeat, eas domi ne conveniant; maximè non conſanguineas: quod cùm evenerit, ſocius ſit præſens, etiam ſi modo commode fieri poſſit, Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandum ſit, cubiculi certè oſtium eo caſu pateat.

Caput III.

De Paupertate.

Sequitur tertium votum, quod ad paupertatem pertinet; quam omnes perfectioris vitæ ſtudioſi, libentiſſime amplectentur; ſi illa Domini noſtri memi- Luc. 6. d. nerint: Beati Pauperes quia veſtrum eſt regnum Dei. Væ vobis divitibus, qui habetis conſolationem veſtram; aliaque multa nobis in eodem genere tradita. 2. Cor. 8. a. Etſi, quale nobis exemplum ipſe reliquerit, & ſancti illius, quorum altiſſima paupertas abundavit in divitias ſimplicitatis eorum, memoria teneant.

Hic autem eſt gradus paupertatis noſtræ, ut, licet communia bona communiter poſſidere poſſimus, quibus vitæ, inſtitutique noſtri neceſſitatibus ſa-

In Novitiatu quilibet moneat anno poſt Profeſſionem, & præterea etiam quamdiu Præpoſitus Generalis arbitretur.

Converſi ibi ſint & ipſi, ſaltem anno; niſi Præpoſitus Generalis, vel Provincialis aliter ex cauſa ſtatuat.

Qui de Novitiatu educuntur; ſi ad locum ſtudiorum non mittantur; non quibuscuoque collegiis ſine delectu adſcribendi ſunt: ſed iis, ubi ſuſceptam diſciplinam perſectiùs tenere poſſint. Ubi etiam ad quadriennium morantes à Novitiorum inſtitutis qnatenùs commodè fieri poſſit, non diſcedant. Idque niſi ob maturam ætatem aliter Præpoſitus Generalis, vel Provincialis decernat.

Quod attinet ad diſpoſitionem bonorum ante Profeſſionem faciendam; nihil omnino innuatur, quo minus liberè quidque cui velint, diſtribuant.

Si renunciatio aliqua facienda ſit, aut qnid Congregationi dare velit; videatur, ne adverſus Tridentini Concilii ſanctiones fiat. Seſſ. 25. de reg. c. 16.

Caput V.

De Profeſſione.

ANno à ſuſcepto habitu lapſo, Præpoſitus Generalis, ſeu Provincialis habito Præpoſiri Novitiatus, & Vocalium, ac de veſtitu dictum eſt, & item Viſitarorum, Teſtimonio; de uniuscujusque Profeſſione facienda, cum eorundem conſenſu, quos in receptionis negotio conficiendo adhibendos conſtituimus, decernat: & ad certiorem cognitionem Provincialis in rem præſentem veniat, & actui Profeſſionis interſit; aut etiam Generalis, ſi Provinciæ non ſint, & commode poſſit. Prius tamen idem Præpoſitus Novitiatus profeſſurum diligenter ad illus voluntatem plenè cognoſcendam, interrogabit: ſpirituali exercitatione puta ea, qua alicui errata ſua demonſtrantur, ſpecialiter ad eum actum præparabit; & actione aliqua ad mortificationem pertinenre, de eo non ſemel periculum faciet.

De Viſitatorum Teſtimonio. Vide declarationem factam in Cap. Generali anno 582. 85. & 614.

Si ad Profeſſionem quis poſt annum admittendus non videatur, quod fortè, quaotum ſatis ſit, virtutis ſpecimen ad id tempus non dederit; & ſpes tamen aliqua maneat; conſentiente Præpoſito Generali, vel Provinciali cum cooſenſu, ùt ſuprà, Profeſſio poterit diſferri etiam ad alterum annum; quo finito vel ad Profeſſionem admittatur, vel dimittatur.

Profitendi ratio erit; ut Novitius coram Generali, aut Provinciali, aut alio, ſi neceſſe ſit, ab alterutro delegato, in Eccleſia publicè cæteris fratribus præſentibus, riru & formula præſcripta; tria vota, Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis, emittat. Formula autem Profeſſionis erit.

Ad laudem ſanctiſſimæ Trinitatis, Ego N. de in ſæculo nominatus N. filius N. ex Urbe N. ſive oppido N. Diœceſis anno ætatis meæ habitu hujus Congregationis ſuſcepto promitto Deo omnipotenti, & tibi N. Præpoſito Generali Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati.

Vel, Tibi N. vice Præpoſiti Generalis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati, Locum Dei tenenti: me perpetuam caſtitatem, paupertatem, & obedientiam ſervaturum, ſecundum dictæ Congregationis Conſtitutiones. Et ita ſolemniter voveo, & Profeſſionem facio die menſis anni in feſto in Eccleſia ſancti N. oppidi, ſive urbis.

Hanc formulam profeſſurus ipſe ſcribat, & ita deſcripta præſentibus fratribus pronunciet: & poſtquam pronunciaverit, ſtatim in libello ad hoc parato iterum ſcribat, & ſubſcribat; quod ſi ſcribere neſciat, alius ejus nomine id præſtat. Atque ejusmodi Profeſſionum Codex diligenter aſſervetur; & ei, ſi caſus eveniat, fides habeatur.

Poſt Profeſſionem extra ſolemnem tamen actum, juret ſtatim Clericus Profeſſus, verbis ita conceptis.

Idem N. teſtem invoco Deum, quod neque Præpoſiti dignitatem, neque aliquod officium, quod hujusmodi dignitati ex Conſtitutionibus in Congregatione præferatur, mihi mandari curabo. Neque item aliquam dignitatem, eodem modo, extra Congregationem quæram, aut ſine præcepto Summi Pont. accipiam.

Quam juramenti formulam eodem libro poſt ſcriptum Profeſſionis, propria manu ſcribat, & ſubſcribat.

Caput VI.

De dimittendis & iterùm recipiendis.

IN dimittendis iis, qui ſemel recepti ſunt, prudenti admodùm deliberatione, inprimisque orationis ſubſidio opus erit, intereritqne, utrùm quis adhuc veſtitu ſuo in Congregatione ſit, an Con-

Digitized by Google

tis fiat ; nullus tamen aliquid proprium habere poſſit.

Quidquid quisque attulerit ; aut legato, donatione, vel quæcunque hominis, vel juris diſpoſitione acquiſierit, id omne ſtatim commune intelligatur, ut nullo caſu unquam jus aliquod, ſivè proprietatis, ſive uſus, in eo competere iiii poſſit : Commune, inquam, intelligatur totius Congregationis ; & Præpoſitus generalis, de conſenſu Aſſiſtentium, prout magis expedire in Domino videbitur, alicui Coliegio, vel pluribus attribuat ; idque niſi teſtatorum, vel aliter diſponentium voluutas ſecus ſe habeat.

Cùm autem rerum aliquarum uſus cuique concedendus ſit ; talis conceſſio referatur ad arbitrium Superiorum; ita, ut nullus re aliqua uti poſſit, ſine eorum conceſſu ; multoque minus de iis diſponere, quæ utenda accepit, quæ quisque ita habeat, ut paratus ſit ſingulis momentis, eorundem nutu, relinquere.

Quidquid offerri contigerit, Superiori primum detur, & ejus diſpoſitioni liberum relinquatur ; quodſi certæ perſonæ contemplatione datum fuerit; ita Superior illi utendum concedat, ſi placet : ut contra communes, puta veſtitus, vel ſimiles regulas propterea uon fiat.

Diſpenſatiouis ratio ita ſe habeat ; ut cùm nihil cuiquam ſuperfluum ſit ; nihil etiam neceſſarium deſit, ut nullus locus cuiquam relinquatur alia via, quàm ex communi diſpenſatione, aliquid eorum deſiderandi, quæ illi pro ratione Inſtituti uoſtri, vel fortaſſe ſuſcepti muneris, opus ſint ; ſive ea ad victum, ſive ad veſtitum, ſive ad ſtudia, ſive ad valetudinem,ſive ad ſuppellectilem quamcumque pertineant. Qua in re miniſtri etiam non interpellati diligenter, & cum charitate ſe gerant.

Suppeliex ſingulorum cubiculorum, quæ quidem & ipſa, niſi ex neceſſitate, uniusmodi eſſe debent ; hæc fere eſſe poſſit : Imago Chriſti Domini noſtri crucifixi ; & altera item imago, ad pietatis affectus, inſpicientis animo moventis accomodata. Libri, quos Superior pro religione, & ſanctitate colenda, & pro ratione ſtudiorum, & munerum conceſſerit. Veſtimenta pro tempore, & item uſu domo prodeundi, neceſſaria : communi enim loco alia relinqui debent. Præterea quæ ad cubandi uſum, & tales opportunitates pertinent, pro neceſſitate arbitrio Superioris. Omninó verò nihil eſculentum, aut poculentum : non lectus plumeus, aut conopeo ornatus ; non parietes veſtiti : quibus omnibus æqualitatis conſervationi ſemper conſulatur : Superiorèsque hia, ſicuti aliis omnibus conſtitutionibus, & ordinibus obtemperando cæteros anteire ſtudeant.

Generaliter autem, & in iis, quæ communiter, & in iis, quæ ſingillatim, ut ſuprà habentur, illud ſpectetur ; ut nihil ſuperfluum ſit ; nihil materia, aut artificio vaide pretioſum ; nihil inane, vel quod delitias præſeferat ; & præſcriptam moderationem domi, foris, in itinere, & in omni actione, & loco adhibere omnes ſtudeant.

Quæ ſint prohibitæ. vide decler. factam à Cap. Gen. anno. 1585.

Ædes quoque eadem regula contineantur ; tum urbanæ tum ruſticæ ; neque aliquid amplum, vel magnificum, vel nimio artificio elaboratum in eis admittatur ; etiam ſi id hoſpitum accipiendorum nomine faciendum dicatur. Picturæ ne ſint, niſi in cœnaculo, aut certis locis communibus ad pietatem excitandam, non ad curioſorum oculos paſcendos accomodatæ. Sed & ſupra Januam cujusque coliegii effigies ſancti Pauli Apoſtoli recte collocabitur. Ipſe ædium ambitus, numeros cubiculorum, locorum capacitas, ad eorum numerum, qui in eis babitaturi ſunt, tantum accommodentur. Cubicula ad ſingulorum habitationem in quolibet larere ſeptem communium cubitorum Mediolanenſium menſura conſtent. Quæ tamen ædificia jam extructa ſunt, & quæ forte in congregationem devenire contingeret à præſcripto modo aliena ſine mutatione poſſunt haberi, uiſi quid à moribus congregationis ita alienum Præpoſitus Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium judicet, ut omninó ſit dituendum, vel dimovendum.

Victus ſit ſimplex ; non pretioſus, non exquiſitus, aut delicatus : veſtitus item ; in quo omninò nihil ſericum unquam admittatur : de cætero ſervetur, quod ſuis tabeiiis, ſive uotis definitum Auctoritate Capituli Generalis ; prout generaliter, vel ſpecialiter definiri commodum fuerit.

Non ſolum autem privatim ſibi in hoc genere caveant ; ſed etiam communiter ; ut ſcilicet etiam in rebus communibus quocuuque modo curaudis, quantum poſſunt, moderaté ſe gerant, idemque in neceſſitatibus coliegiorum, cum ita opus eſt, alicui ſignificandis.

Superiores apud ſe pecuniam ne retineant : ſed accepta, ſtatim ea loco ſuo deponatur.

Quos etiam obteſtamur in viſceribus JEſu Chriſti ; ut quando nos nihil aliud poſſumus, quam proprietatem

uſum-

Digitized by Google

uſumque ſuperfluum generaliter prohibere; & quando res ad uſum concedendæ, earumque uſus, ita ad amuſſim per nos definiri non poteſt; ut per negligentiam fortè, vel per cupiditatem, fictione aliqua, ſeu interpretatione, paupertatis, & communis vitæ puritas quoquo modo violari non poſſit, ſincerè, ſanctèque provideant, ne prava aliqua conſuetudo irrepat, qua aliquis apud ſe, vel apud alios ita aliquid habeat, ut qui ea, quibus utitur, aut modum utendi, vel diſponendi ſpectet; verius proprietarium, vel unum ex abundanti-
Pſal. 72. 6. bus in ſæculo; quam pauperem, aut communibus rebus utentem appellare debeat.

Caput IV.

De Confeſſione, & Communione.

Ad hæc vota facilius, perfectiusque perſolvenda: ad has & omnes alias virtutes adipiſcendas, quæ in homine Regulari deſiderantur; maximum, Sanctiſſimæ Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta, momentum habere, dubium non eſt.

Studeant itaque fratres noſtri divina hujusmodi remedia, præſidiaque animæ ſuæ frequenter, pieque adhibere, atque ad ſanctiſſimam Dominici Corporis Communionem ſingulis dominicis, aliiſque feſtis diebus, qui Eccleſiæ præcepto celebrantur, unusquisque eorum, qui Sacerdotes non ſunt, accedat.

Si quis aliquando abſtinendum ducat, aut verò velit frequentiùs accedere; id faciat cum conſenſu Confeſſarii & item Superioris, ſi ipſe non ſit ejus Confeſſarius, qua in re cujusque devotionis, & progreſſus ratio habeatur.

Qui Confeſſarii munere fungetur, diligenter communicaturos doceat, præſertim à Novitiatu recentes, imprimisque Converſos, de dignitate tanti Sacramenti; de præparatione adhibenda, & de fructibus ex eo capiendis, exquirat item, quid quisque utilitatis inde reportarit.

Prius autem quàm ad Communionem accedant, peccata ſua confiteantur: & id ſibi etiam ſtatis diebus à ſuperiore & confeſſario cum benedictione concedi magna cum reverentia poſtulent.

Quod ſi ex ſuperiorum voluntate, ut hic præſcribitur, non communicent, ſingula tamen hebdomada pœnitentiæ Sacramentum non omittant.

Præpoſitus localis omnium in collegio morantium, etiam ſi ſint Aſſiſtentes Præpoſiti generalis confeſſarius ſit. Sed & alium ipſe eligat, ſpectatæ vitæ, & gravitatis Sacerdotem, à generali tamen approbandum: cui quoque iidem omnes ordinariè confiteri poſſint. Confeſſarius verò ipſe, vel Præpoſito, vel Vicario confiteatur, qui quidem Vicarius ordinarius confeſſarius numquam ſit.

Poſſit tamen Præpoſitus quisque ſpecialem confeſſarium alicui, ad tempus, aliquando aſſignare; ſi forte intelligat ſpirituali adjumento id illi fore: & ſi ei ſecundum Deum expedire videatur.

Nulli autem alii, ſive Regulari, ſive ſæculari; ſive ex noſtris, ſive de extraneis cuiquam confiteri liceat; de quo etiam litteris Apoſtolicis exprimitur; ſine Superiorum conceſſu.

Cùm autem ad majorem ex peccatis dolorem concipiendum, & ad pietatem, devotionemque excitandam non mediocriter valere compertum ſit; ſi quis præter frequentiores confeſſiones multi etiam anteacti temporis memoriam recolens peccata ſua, & negligentias iterum, quantum recordatione conſequi poſſit, recognoſcat: ſæpeque fiat, ut quod fortaſſe per ſe conſideratum leve viſum eſt, aliis coacervatum grave eſſe perſpiciatur; & cùm paucorum dierum negligentia non valde quis ſit commotus, longioris temporis otioſè tranſacti recordatione, afficiatur: utile in Domino viſum eſt, hoc loco fratres noſtros hortari; ut præter confeſſionis tempus ſupra expreſſum, ſexto quoque menſe conſcientiam ſuam de ſex anteactis menſibus examinent, & generalem confeſſionem pro toto eo tempore faciant. Quod quidem omnino præſtetur ab iis, qui profeſſuri, & Ordines ſuſcepturi ſunt.

Caput V.

De Divinis Officiis.

Sed & preces, divinaque officia publicè celebranda ad regularem vitam ſtabiliendam valde pertinere dicenda ſunt, magnumque illius eſſe decus, & ornamentum.

Miſſam igitur celebrent, & Horas canonicas recitent fratres noſtri ad præſcriptum Miſſalis & Breviarii Pii Quinti juſſu editi. Unumquodque tamen collegium duplici officio celebret Patroni loci feſtum cum Octavis.

Qui Sacerdotes ordinantur, ante celebrare non permittantur, quam Ceremonias ad præſcriptum ejusdem Miſſalis adhibere ſciant; in quibus etiam omnes unam ſtudeant ſervare rationem. Primam autem Miſſam dicant ſine ſolemnitate.

Nul-

Nullus Sacerdos Miſſam aliquo die celebrare omittat, niſi Superior cauſam probarit.

Miſſam celebraturi, prius id à Superiore ſibi concedi cum benedictione petant: & item à Confeſſario, quando confitentur

Frequenter autem ante confiteantur, puta ter, vel bis ſaltem ſingula hebdomada.

Clerici & converſi omnes; item ſi quis ſacerdos forte non celebret, Miſſæ quotidie interſint: & qui Miſſæ inſervire debent, prius cæremoniis rite inſtruantur.

Horæ canonicæ ex inſtituto noſtræ Congregationis voce uniſona, non flexionibus variata; moderata in pronunciando tarditate; cum pauſa ad verſiculi punctum; ſine productione vocis ad punctum, & ad finem verſus; & devotè, quantum Deus dederit, recitentur; cereis accenſis, ad omnes horas in Altari collocatis.

Eadem ratio in Miſſa ſolemni ſervetur; cùm ex præſcripto tabellæ conficiendæ erit celebranda.

In Matutinis, & officiis defunctorum brevior ſit, de more pronunciatio; apta tamen, diſtincta, & cum aliqua pauſa ad punctum; & eodem modo in ferialibus diebus.

De divinis off. & Miſſæ celebr. vide declar. factam Cap. Gen anno 1582. In iis omnibus, muſicus cantus, etiam qui firmus vulgo dicitur, aut muſica inſtrumenta ne admittantur, ita ut diſpenſari hac in re non poſſit.

Vide declarationem Cap anno 1591. Extranei, niſi Religioſi, ſeu Clerici tempore divinorum officiorum in choro non admittantur: neque intra ſepimentum Altaris, cùm Miſſa celebratur.

Ab Officii divini publica recitatione nemo abſit, niſi juſta aliqua cauſa, Superioris arbitrio, impeditus; exceptis iis, de quibus in his conſtitutionibus exprimetur. Iique maximè adeſſe ſemper ſtudeant, quorum functio aliqua propria, vel officium ſit in choro: qui abfuerit, curet tamen in choro officium dicere, aut eo certè loco, & modo, qui ſacræ precationi conveniat, & mentis evagationi occaſionem non præbeat.

Hora Matutini officii, hyeme ante lucem, æſtate ſit primo diluculo; exceptis ſcilicet iis diebus, quibus ſolet Eccleſia Matutinum Veſperi præcedente recitare.

Miſſa quotidie pro Congregatione in unoquoque collegio fiat.

Cùm, qui ex fratribus noſtris morietur, in collegio, cui adſcriptus tunc fuerit, pro eo officium defunctorum, cum tribus nocturnis, & Veſperis dicatur, tribus diebus; & ſacrificia iiſdem diebus pro eo, ritu pro defunctis uſitato offerantur: alibi vero ſinguli Sacerdotes ſemel ſacrificium offerant. Reliqui Clerici pro eo privatim dicant officium defunctorum, Itidem cum tribus nocturnis, & Veſperis. Converſi verò, Roſarium quod dicunt, idque integrum de cætero pro libito ei quiſque ſuffragetur. Nunc de Congregatione univerſa intelligimus; at cùm fuerit diviſa in Provincias, de ea Provincia tantum intelligatur, in qua illud Collegium fuerit. Moriente tamen Generali, id præſtetur in tota Congregatione, quod pro moriente in propria Provincia præſtatur.

Quæ ut præſtari poſſint, Superior collegii illius, in quo quis moritur, ſtatim ea de re, quos oportuerit, certiores faciat.

Pro omnibus autem defunctis fratribus, & fratrum conſanguineis; item pro benefactoribus, & benefactorum conſanguineis, & iis, qui in Eccleſiis noſtris fortè ſepulti ſint, ſingula hebdomada, officium defunctorum dicatur; ſi dies ſcilicet in ea fuerit officio novem lectionum non impedita: & excepta hebdomada ſancta, & tempore paſchali; eademque die pro iiſdem ſacrificia offerantur, quod ſi nulla dies non impedita fuerit; ſacrificia tamen offerantur. Eadem die Converſi coronæ precationem adhibeant. Vide decl. factam à C. G. an. 1588.

Quoniam verò pia eorum liberalitas, qui collegia fundant, poſtulat; ut eorum memores ſimus, & quibus poſſumus, pietatis officiis, gratiam referamus; cùm primum collegii poſſeſſio Congregationi tradita fuerit, Præpoſitus Generalis univerſæ Congregationi denunciet, ut quilibet Sacerdos ſacrificium offerat pro fundatore.

Idem fiat, ut primùm illum defunctum eſſe, cognitum fuerit.

Præterea ſingula hebdomada Miſſa celebretur in unoquoque Collegio pro fundatore ſuo; ſive vivo, ſive defuncto, & item ſingulis annis eo die, quo in collegii poſſeſſionem ventum fuerit, ſacrificium pro eo unuſquiſque collegii ſacerdos offerat: quibus diebus, qui Sacerdotes non fuerint, & ipſi coronæ precatione orent pro illius ſalute.

Quod ſi univerſitas fundarit; pro iis, qui de ea ſint, & fuerint, id præſtetur.

Si quis non omnino fundator Collegii dici poſſit; ſed ejuſmodi pii fundationis officii ſit particeps, præter id, quod ejus tanquam benefactoris à nobis memoria conſervabitur; ſtatuat etiam

Præpoſitus Generalis, quid eorum ſuffragiorum illi impertiatur.

Poſtremo conſtituimus, fundatores quosque à Fratribus noſtris recipiendos ad participandum meritum omnium bonorum operum, quæ, Deo dante, in tota Congregatione fient.

Benefactores quoque ejusdem communicationis meriti officio, charitateque proſequimur. Et ut hæc omnia rectius efficiantur; hic addere viſum eſt, ut tum Fundatorum, tum Benefactorum nomina in ſingulis collegiis diligenter notentur; adjecta breviter cauſa.

Præcipue verò illud Superioribus omnibus curæ ſit; ut etiam præter ſacrificia, de quibus ſuperius diximus pro
2. Cor. 3. 6. Congregatione orationes Domino fiant, ex quo omnis ſufficientia noſtra eſt.

Ut divinorum officiorum ratio, atque ordo recte, riteque ſe habeat, in omnibus collegiis conſtituatur Præfectus, tum chori, tum cæremoniarum, qui ad præſcriptam officii ſui formulam id muneris exerceat, & cui omnes in eo genere obediant.

Præterea ad diverſitatem cavendam, & ad rituum ſacrarum cæremoniarum, & decentiæ rectam rationem tenendam, Capitulum generale aliquibus id muneris mandet; ut omnia ad divina officia, ſacrum cultum, ſuppellectilis ſacriſtiæ, & Eccleſiarum munditiam, & decentiam pertinentia, quatenus opus eſſe videatur, ad normam eorum, quæ in hoc genere Eccleſiæ Rom. auctoritate præſcripta ſunt: & ex aliis etiam ejusdem generis ſcriptis, probatis deſcribant. Quæ ab eodem Capitulo generali, aut ab iis, quos elegerit, approbata in tota Congregatione ſerventur.

Converſi, qui manu, atque opera inter nos Deo famulantur, ad rationem Horarum canonicarum preces ſuas dicant. Loco Matutini dicant orationem Dominicam; & ſalutationem Angelicam vicies, & quater; Pro laudibus, quinquies; Pro Veſperis, duodecies; Pro reliquis ſingulis horis, ſepties. Præterea Matutino, & orationi illi conjunctæ interſint; precationi & ipſi modo ſuo incumbentes.

Conditiones, vel onera Miſſarum, aut divinorum officiorum, perpetua, legatis, vel ſimilibus diſpoſitionibus adjecta, niſi valde gravi de cauſa, à Capitulo generali ſolum examinanda, non accipiantur in iis etiam, quæ ad tempus ſunt, accipiendis, habeatur ratio functionum, & inſtitutorum noſtrorum, ut non impediantur; & item onerum jam ſusceptorum: neque accipiantur ſine cauſa gravi, à Præpoſito generali, & Aſſiſtentibus approbanda.

Capellæ, etiam ad tempus cum obligatione extra Eccleſias noſtras celebrandi, ne accipiantur.

Obligationes, ſive conditiones officiorum, & Miſſarum; quæ non in perpetuum, neque ad tempus; ſed in dies deferuntur, parcè admodum accipiantur. In Miſſis hoc amplius ſpectetur, ut, quantum fieri poſſit, Miſſa ab officio diei non diſcordet, ſecundum regulas Rom. Eccleſiæ auctoritate traditas. Omninò autem nullus Præpoſitus has obligationes accipiat, cui talem facultatem Præpoſitus generalis non conceſſerit. Facilius verò ii audiendi erunt, qui illud tantùm in genere petierint, ut pro certis perſonis oretur.

Sepultura nemini in poſterum in Vide decl.
Eccleſiis noſtris concedatur ſine conceſſu factam à C.
Præpoſiti generalis: qui quidem, niſi G. an 1581.
piis, gravibusque de cauſis non concedet. Multo verò reſtrictius in iis Eccleſiis, ubi adhoc à noſtris ſepulturæ De Miſſa ſolemni pro
locus datus non eſt. Et cùm aliquis mortuis &
apud nos ſepelitur, officium circa ca- oſt circa ca-
daver ne fiat: neque obligatio of- daver &
ficii dicendi niſi ſine Miſſa ſolemni, tum- tumba vide
bis, & ſimilibus, accipiatur. ùt ſuprà
Hæc officia potius curent noſtri ad decl anno
Parochos deferenda prout in Domino 1582.
expedire viſum fuerit.

Caput VI.

De Oratione mentali.

Ante Matutinum Officium, vel poſt illud, Superioris arbitrio, omnes in choro tacite, menteque orent, per dimidiæ horæ ſpatium; quod tamen Superior poſſit, cùm illi ex cauſa videatur, ad alteram dimidiam protrahere: ſed ante fratribus id denunciare debet.

Poſt Veſpertinum quoque per dimidiam horam, eodem modo oretur, quæ quidem veſpertina oratio hyeme præſertim differri poſſit, arbitrio Superioris: ut fiat ante refectionem pariter veſpertinam: quo caſu veſperarum hora anticipetur, ut longius intervallum intercedat, ſtudiorum, aliarumque ſpiritualium functionum commodo.

Antequam cubitum eatur, eadem orationis functio per quartam horæ partem præſtetur. Ad conſcientiæ examen faciendum: poſtquam omnes aqua benedicta de more aſperſi cum ſilentii lege in Nomine Domini, ſe quàm primùm conferant ad quietem.

Au-

De oratione mentali. vide decl. factam à c. Gen. 1582. & 1585.

Hujos autem mentalis orationis, fratres noſtros valde ſtudioſos eſſe vehementer optamus: tanti enim eſt, ut ſine ea regularis, atque adeo ſpiritualis vita, nullo modo conſiſtere poſſe videatur.

Caput VII.

De Jejunio & aliis Corporis afflictionibus.

CUm autem ad orationis exercitationem, & omninò ad ſpiritualem vitam ſtabiliendam, maximè curandum ſit, ut corporis impedimento, ſalutares animi motus qoam minimum retardentur: quod ea ratinne maximè contingit: ſi qois cibi, potúſque abſtinentia, aliiſque afflictiooibus corpus ſuum maceret: Fratres noſtros ad ejusmodi virtutum ſtudia incumbere valdè optamus. Nos tamen in iis hæc taotùm conſtituimus, præter ea, quæ ex Eccleſiaſticis ſanctionibus præſtare tenentur.

Quadrageſimale jejunium in ſecunda feria poſt quinquageſimam incipiant.

Adventus tempore, ſecundum Romanum ritum quadrageſimali abſtinentia & jejunio utantur.

Sexta quaque feria jejunent, Paſchali tempnre excepto: & item Natali Dnmni, ſi incidat, in quam feriam, ſi Feſtum incidat ex præcepto celebrandum, jejonium fiet die præcedenti ejusmodi Feſto non occupata. Quod ſi hebdomada aliam diem habeat, in qua ſit jejunandum, jejunium ſextæ feriæ omittatur.

Quarta quaque feria carnibus abſtineant, excepto pariter Natali, ſi inciderit: non prnhibendo tamen, quin quid exttaoens liceat edere, quæ apponuntur.

Item jejonent in Vigilia Sancti Titularis propriæ Eccleſiæ: & in aliis vigiliis ſequantur conſuetudinem loci.

1. Cor. 9. b. De reliquo autem curent omnes Imitatione Sancti Pauli noſtri caſtigare corpus ſuum, & in ſervitutem redigere, ut ſpiritui impedimento non ſit, ſed ſerviat: atque ita Deo exhibeant corpora ſua hoſtiam viventem maximè autem ad Paſſinnis Domini noſtri memotiam renovandam, eos commendamus: qui, puta ſingula hebdnmada flagella diſciplinæ nomine ſibi adhuibuerint: quod tamen, cùm facere vnluerint, à Superiore ſibi concedi, petant, & ut ille præſcripſerit, ita faciant: qui cuique pro ejus conditione conſulet.

Rom. 12. a.

Maximè vero, Superiores ad talia fratres hortari potuerunt, cum publica Eccleſiæ totius, aut fortaſſe Congregationis: aut populi pericula: calamitates: aut quæcunque mala poſtulare videbuntur: & quandoque etiam communiter, aut privatim cum conſenſu Diſcretorom indicere.

Caput VIII.

De Eccleſiis, & Eccleſiaſtica Suppellectile.

ECcleſiæ cum divino cultui exercendo deſtinatæ, & Domus Dei ſint, non temerè, ſed certis tegulis fabricaodæ videntur, ideo eorum formæ adhibitis peritis, & exercitatis Architectis, prius ſtabiliantur: deinde à Præpoſito Generali cum conſenſu Aſſiſtentium approbentur. In quo illud ſpectari debebit, ut rerum divioarum decori, diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & functionibus noſtris commode obeundis ædificium ſit accommodatum. Et ſerventur præterea regulæ, & ſerventur præterea regulæ, & inſtructiones, quæ in hoc geoere ad fabricæ, & ſuppellectilis Eccleſiaſticæ uſum probatæ habentor. In poſterum autem Eccleſiæ noſtræ S. Pauli Apoſtoli nomine conſecrentur, niſi fortè aliud velit Fundator: & ſit tamen in eis ſaltem altare ei dicatum.

De Picturis tamen, ex Decreto Seſſ. 25. c. de Innoc.
Concilii Tridentini, hic exprimere viſum eſt; ut ſummopere caveatur, ne quid profanum, inane, laſcivum; aut omninò à loci ſanctitate alienum fiat, item, ut Sanctarum imaginum vultus, veſtes, ornamenta, & cætera hujusmodi, Sanctorum ipſorom, quos referunt, modeſtiæ, & ſanctitati reſpondeant; nihilque ab hiſtoriæ veritate diſcordet.

Item de Altaribus; ut non extruantur, niſi quot neceſſaria ſint; in quibus vel muoiendis, vel ornandis ſerventur deinde regulæ, & inſtitutiones, quas diximus.

Curetur omninò illud obſervandum, quod acceptum à majoribus adhuc quidem retinemus, ut ædes ipſa, & ejus partes omnes, parietes, pavimentum; nedum Altaria, & alia, quæ ſunt majoris momenti; item Secretarium, ſive Sacriſtia; & omnis ſuppellex divino cultui dicata; munda, pura, integra, incorrupta omni ſtudio conſervetur. Deniqoe operam, qui rebus ejusmodi præfecti ſuot, ut in ſuo miniſterio nihil unquam appareat incuriæ, vel negligentiæ; maximè ſecundùm miniſterii ſui regulas, quæ deſcribentur.

Caput IX.

De Ordinandis.

UT omnia, quæ ad divinum cultum pertinent, rectè, ſanctèque peragantur, ſumma cautio adhibenda erit in admittendis ad ſacras ordinationes fratribus.

Itaque ad Præpoſitum Generalem pertineat, Ordinum quorumcunque ſuſcipiendorum poteſtatem dare; quam facultatem, etiam Provincialibus, cùm fuerint, mandare poterit. Habeat tamen prius à Capitulo locali bonum, de vita, & moribus ordinandi Teſtimonium. Non enim cuiquam, niſi ſpectata Religione, devotione & mortificatione tantæ rei facultas danda erit. Tres autem ante menſes unusquisque moneatur, quam ei Ordines ſuſcipiendi ſint.

De litteris quoque, & ſcientia periculum fiat, antequam ad examen quis mittatur per viros idoneos à Præpoſito Generali ad eam rem eligendos: qui in eo Tridentini Conc. Canones ſequentur: & præterea formulam eis præſcribendam. Qua in re etiam interſtitia ſacris Canonibus præſcripta ſerventur, niſi aliter expedire forte viſum fuerit.

Seſſ. 23. de reform. cap. 4. 11. & ſeq.

Intrà triennium à Profeſſione, ne quis ad Ordines ſacros admittatur; niſi alicujus ætas, aut virtus aliud poſtulare Præpoſito Generali videatur.

Qui ut converſi recepti ſunt, ad Ordines poſtea unquam admittantur: ſicuti neque ad habitum clericalem.

Caput X.

De Collationibus, & quibusdam Capitulis.

PRoſequamur nunc nonnulla alia, quæ ad diſciplinam regularem conſervandam valde pertinere, uſu compertum eſt. Retineat igitur unusquisque Præpoſitus in Collegio ſuo illarum collationum inſtitutum; quod à veteribus Patribus cum vocabulo acceptum Majores noſtri ſanctè obſervarunt: ut fratribus omnibus uno in loco congregatis ipſe aliquid ad ſpiritualem progreſſum faciendum proponat; veluti de virtutibus comparandis; de vitiis evellendis; de iis, quæ detrimentum, de iis, quæ adjumentum regulari diſciplinæ importent; de orationis, ſanctæque meditationis ratione; de notis veræ obedientiæ, Caſtitatis & Paupertatis, de mortificationis gradibùs, veraque ſui ipſius abnegatione; de curanda ſalute proximorum. Interrogati verò, non tanquam ſcholaſticè diſputantes; ſed ad vitam, & uſum quotidianum accommodatè reſpondeant.

Poterunt & ex collationes ita haberi; ut Præpoſitus Orationum, meditationúmque quaſi rationem à ſingulis exigat. Certè ut meditationum materiam certis diebùs, præſertim ſolemnibus, proponere; ita earum rationem poſcere debebit; nunc quidem una ab univerſis in collatione habenda; nunc verò à quibusdam ſeparatim; & quandoque etiam per alium, prout expedire judicaverit. Ut etiam, qui tardioris fortaſsè ingenii ſunt, rectius in via Domini inſtruantur.

Uſitata quoque Congregatio habeatur, quam dicimus Capitulum culparum, in qua omnes, ùt diximus congregati, quæ in officiorum functione, vel alias adverſus domeſticæ diſciplinæ regulas commiſerint, ſingillatim fateantur.

Hæc duo genera Congregationis ita diſtribuantur, ut ſingula hebdomada unum ex eis habeatur: ordinariumque uniuscujusque ſpatium ſit horæ.

Aliud quoque genus pariter ex noſtris veteribus inſtitutis aliquando loco eorum habebitur; quod quidem, quoniam ad ſui ipſius Cognitionem magno cuique adjumento eſſe poteſt, & mortificationi exercendæ valdè eſt accommodatum, cupimus à fratribus noſtris ſpiritualis progreſſus deſiderio appeti, eſtque ejusmodi; ut aliquo præſertim, ſi is humiliter poſtulàrit, in medio conſtituto, cæteri, quos Præpoſitus voluerit, ejus vitia percenſeant, emendationique rationem demonſtrent. Quod tamen ita præſtetur; ut ea ſolùm dicantur, quæ extrinſecus in conſuetudine quotidiana omnibus apparent, aut certe levia ſunt: idque ea modeſtia, & ſinceritate, ut à ſola charitate proficiſci nemo dubitare poſſit: reprehenſus autem inducat animum, aliis potius credere, quàm ſibi; cùm perfacilè eveniat, ut omnes in judicio de nobis ipſis habendo fallamur.

Atque ejusmodi Capitula materiam dabunt, ut de erratorum cauſis, & remediis, prout Præpoſito viſum fuerit, diſſeratur. Locum etiam dabunt Præpoſiti monitionibus, ad animarum, quæ ei concreditæ ſunt, ſalutem faciendis.

Præ-

Præterea quater in anno omnes Profeſſi (niſi fortè aliquando expedire videatur, ut adſint ſoli Vocales eodem modo conveniant, ut unuſquiſque, qua in re diſciplina relaxetur; conſtitutioneſque, Ordinationes, & Regulæ non ſerventur, in memoriam redigat; quo in conventu illud ſimul agatur, qua ratione commemoratæ corruptelæ tolli debeant. Commodum verò erit uno tempore, hoc agi, & ipſas Conſtitutiones, ùt ſuprà, legi.

Caput XI.

De Correctione fraterna.

CUm in omnibus oportet illud Domini præceptum memoria tenere, & omni ſtudio amplecti, ut invicem diligamus, ſicut ipſe dilexit nos; in hoc enim cognoſcent omnes, quia Chriſti diſcipuli ſumus, ſi dilectionem habuerimus ad invicem: tum in eo nullo modo prætermittere, ut quibuſcunque rebus poſſimus, ſaluti fratrum noſtrorum conſulere, & eorum ſpiritualem progreſſum adjuvare ſtudeamus. Quod quidem in officio fraternæ correctionis à Domino ſpecialiter præceptæ ſanctè præſtatur. Joan. 13. d. 16. b. Eph. 5. a.

Itaque fratres noſtri, tum illud generaliter curent, quacumque ratione ſe ab errore viciſſim avocare; qui enim converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum; tum officio fraternæ correptionis, ubi opus eſt, piè, ſanctèque ſecundum ſacrorum Doctorum regulas utantur; ut ſcilicet, quem peccare cognoverint, loco, & tempore opportuno, modóque ad emendationis fructum accommodato ſecreto moneant: ſi perſeveret, alterum aut tertium adhibentes iterùm moneant, eiſque oſtendant; ut vel eorum monitione moveatur, vel certè eorum teſtimonio, ſi negaverit, convincatur. Quod ſi adhuc perſtet, ad Superiorem deferant, ut ſecundùm diſciplinæ regulas coërceatur. In ſecunda autem monitione Seniores, vel auctoritate graves adhibeantur; ut id plus ponderis habeat ad fratris emendationem. Jac. 5. d.

Si tamen aliqua peccata viderint magno detrimento Collegio, aut multis futura, niſi denuncientur, neque monitionis fraternæ tempus ſit, aut locus; vel ſi ſit, ſpes tamen futuræ emendationis non oſtendatur; prætermiſſa monitione ad Superiorem referant, modò certò ſciant: Neque ſolùm in gravioribus, & ubi præcepto tenentur, hac ratione fratres inter ſeſe adjuvent; ſed in levioribus quoque ſibi invicem conſulere ſtudeant, ſive monentes, ſive nota aliqua ſignificatione erratum indicantes. Nam neque parva negligenda ſunt, ne, quod facile ſit, ex eis in majora incidamus. Eccl. 19. a.

In quo quidem officio ea moderatio ſervetur, præſertim ab iis, quibus ætas, vel recens converſio minorem conciliat auctoritatem; ut ſine arrogantia, aut ſtomacho id fiat. Manſuetos enim eſſe ad omnes nos oportet, docibiles, patientes, & cum modeſtia corripientes etiam eos, qui reſiſtunt veritati: ſpiritúque lenitatis uti, conſiderantes nos ipſos, ne & nos tentemur. 2. Tim. 2. a. Gal. 6. a.

Caput XII.

De Correctione, quæ Superiorum eſt.

SUperiorum partes erunt, ut primum ſive ex delatione alicujus, ſive alia via cognoverint, peccata nullo modo negligere: ſed pro qualitate eorum, periculo impendente, & conditione perſonæ, quid agi opus ſit, ſtatuere. Aliquando enim erratum diſſimulandum eſt, vel ad tempus tolerandum; aliquando puniendum; & quandoque tantum reprehendendum. Al qui etiam leniter reprehendendi, aliqui verò vehementius increpandi. Sed & aliqui etiam ſtatim convenienti pœna ſunt coërcendi. Aliter enim faciles, dictoque audientes habendi ſunt: aliter contumaces, & ſuperbi, qui enim erudit deriſorem ipſe injuriam ſibi facit. Spectandum item nunquid occultum ſit, aut manifeſtum: & quod exemplum ex alicujus facto proficiſci poſſit: ut etiam ædificatio cæterorum promovetur: propterea dixit Apoſtolus, peccantem coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Prov. 9. b. 2. Tim. 5. c.

Illud tamen regulare, & ordinarium videtur, ut prius peccans ſecreto moneatur, aut increpetur: iterum autem coram Senioribus, vel Diſcretis: & ſi adhuc perſeveret, coram omnibus objurgetur: Poſtea verò convenienti animadverſione coërceatur: ut primò amoris ſignificationem experiatur: deinde erubeſcat: poſtremo, ſeveritatem ſentiat: eámque tanto majorem, quanto contumacia magis creverit.

In animadverſionibus, aut pœnitentiis ordinarie Præpoſitus localis ſtatuat, in iis tamen, quæ graviores ſunt: veluti quæ tertio ordini in canonum pœnitentialium deſcriptione ſunt adſcriptæ, con-

ſulat generalem, vel Provincialem: Generalem verò omninò, ſi de perpetua pœna agatur. Idque dictum ſit, tam de iis pœnitentiis, & pœnis irrogandis, quæ conſtitutione, vel ordinatione aliqua expreſſæ ſint, quam de aliis ſtatuendis: quæ quidem ad canonum pœnitentialium normam dirigendæ ſunt.

Quando verò aliquo à correctione, vel emendatione abhorrente ad id veniendum ſit: ut ſicuti ex Apoſtolo habetur auferendum ſit malum ex nobis ipſis, ne modicum fermentum totam maſſam corrumpat, Capitulum Generale vel Præpoſitus Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium ſtatuat: quod juri conſentaneum ſit. 1.Cor. 5.d. Gal. 5.6.

In objurgationibus, Superiores à nimia accerbitate, contumelia, & omni perturbatione caveant: quando neque aliis ea ratione afferent medicinam, & ſibi malè facient. Medicos imitentur, qui morbum removere ſtudent: Ægro autem non iraſcuntur: præſertimque id præſtent, ſi forte in eo peccatum ſit, ut ipſi condemnantur: ne non tam peccatum punire quàm ſeipſos videantur ulciſci.

Sicuti miſericordiam, clementiam, & manſuetudinem amare & ſequi debent: ita ne in nimiam incidant facilitatem, & indulgentiam valde caveant: ne dum lenitatem ſequuntur, muneris ſini commiſſi obliviſcantur: Ipſique in crimen tanquam Heli incurrant: perdantque, quibus parcere ſibi ſtultè videbantur: Scriptum eſt enim, qui parcit virgæ, odit filium. Neque quod quiſque contriſtetur, ipſos pœniteat: gaudeant potius, quoniam contriſtatio eſt ſecundum Deum, quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: aliorum quoque ædificationi hoc modo conſulitur, mulctato enim peſtilente, ſapientior erit parvulus. 1.Reg. 2.c. Prov. 13 d. 2.Cor. 7.e. Prov. 21.b.

Patienter autem, atque humiliter monitiones, & reprehenſiones ab omnibus accipere; & pœnitentias ſubire unuſquiſque debet; remittens aliis, tanquam ægrotus Medici peritiæ, omnem morbi ſui, & medicinæ cognitionem. Punienti vel ei, qui ejus culpam detexerit, non iraſcatur; neque ſe, aut alium conetur defendere: quando etiam ſponte, emendationis deſiderio propria peccata proferre debet. Imò in eo, quod animæ ſuæ videt ſalutare remedium adhiberi, non mediocre agnoſcat curationis beneficium. Quod cùm in remediis, quæ corpori afferuntur, faciamus; in iis, quæ animæ adhibentur, multo magis facere debemus. Meminerint, quod qui ſapiens eſt, diligit arguentem; & qui odit increpationes, morietur: illud item, quod Dominus noſter humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem: & omninò non eſſe condignas paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Prov. 9. b. 15. b. Phil 2. a. Rom. 8. d.

Omninò autem Superiores, & cæteri in fratris ſalute, & ſpirituali utilitate curanda oratione nitantur. Orate, inquit Sanctus Jacobus, pro invicem, ut ſalvemini: multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. Jac. 5. d.

Ad hujuſmodi verò Superiorum officium, de quo hic agimus, etiam pertinet; immoderatas quaſdam affectiones, cùm eas apparere viderint, reprimere; neque ſolùm malefacta punire, ſed prudenter etiam, ne fiant, providere. Si quem igitur viderint in cibo capiendo immodeſtum: Si in veſtitu, aut quacunque ſuppellectili, quædam ſuperflua, aut delicias quærentem; ſicuti etiam negligentem, & diſſolutum: ſi in ſomno intemperantem: ſi in loquendo nimium, vel quid inſolentis præſeferentem: aut aliis ejuſmodi affectionibus obnoxium: hæc omnia commodè, & diſcretè corrigere ſtudeant, majoribus vitiis, quæ ex ejuſmodi propenſionibus oriri poſſent tempeſtivè occurrentes. Pariter ſi quem aliquo modo ſuperbientem, vel ex aliqua cauſa, puta ex amicitiis, ex ſcientia, ex fama, vel exiſtimatione, aut etiam, ut humana fere miſeria ex alicujus muneris ſacri functione ſe efferentem animadverterint; aut ea conditione, & natura eſſe, ut in ejuſmodi vitium facilè incidere poſſit; eam rationem ineant, qua opportunè & prudenter ejus, de quo agitur, ſaluti conſulatur, & Congregationis utilitati proſpiciatur; in qua mortificatio conſervari debet: elatio verò & ſuperbia opprimi & deleri.

CAPUT XIII.

De Concordia, & Æqualitate.

Ad eandem dilectionem invicem ex Domini præcepto habendam pertinet, ut Congregatio univerſa concordi quadam, & conjuncta charitate ſe ipſam complectatur: & cum una ſit inter omnes vitæ, victûſque ratio; omnium ſit etiam una mens, una voluntas, atque idem deſiderium; ut ſecundùm Apoſtoli doctrinam, Corpus unum efficiatur, multis inter ſe membris coag- Rom. 12.b

men-

mentarum. Quod quidem & Chriſtianis, præſertim Regularibns viris, maximè convenit, & ad tranquillitarem, conſervarionemqúe Congtegationis, nberioresque ſructus in quærenda proximorum ſalute edendos permagni referre dubium non videtnr. Ad hujusmodi autem concordiam tuendam tnm ſingulorum officiis opus eſt, tum cura Superiorum.

Itaque ſinguli ita mores ſuos conſormare ſtudeant; ut fratrum voluntari non adverſentnr; & propriæ voluntati nimium nnn indulgeant; ſed omnes dignè ambulent vncatione, qua vocati ſunt cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patienria ſupportantes in-
Eph 4. 2. vicem in Charitate, ſoliiciti ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Idem ſapianr, eandem Charitatem habentes, nnanimes, id ipſum ſentienres; nibil per contenrionem, neque per inanem gloriam; ſed in hnmilirate, Superiores invicem arbitranres, non qnæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea, quæ aliorum.

Nullns propriè aliquid faciat, quod ad ſeveriorem vitæ ratinnem pertineat ſine conceſſn Superioris, qui in ea re rum ſingulorum, tum multo magis univerſi Corporis utiliratem ſpectabit.

Nullus item ſibi plus tribui, quacunque in re poſtulet, quam cuilibet alii: nec verò idem, quod ſortaſſe alii concedi videt, ſibi quoque poſcat: ſed cùm, qnòd ſibl fortè opus ſit, qua decet modeſtia, & reverentia, Superiori ſignificaverit; in illius arbitrio acquieſcat; quem moderatorem Congregationi, vel Collegio divinitus datum, credere debet, quod quidem facile cuique ſuerit, ſi, ut Chriſtiana pieras poſtulet, in id propriæ infirmitatis, & inopiæ conſideratione omni ſtudio incumbet, ut ſua omnia parvi pendat, ſeque verò animi judicio nbjiciat; quod ſanctæ humilitatis officium eſt.

Superiores autem ita ſe comparent, ut neminem præcipuo dignum amare ſtatuant: niſi quem moribus, & virtute cæteris præſtare viderint.

Ita quoque communem vivendi rationem moderentur, ut æqualitas in omnibus ſervetur, perſonarumque acceptio, quæ apud Deum locum non ha-
. 2. b. bet, penitus excludatur; ſed omnes in
3. d. Domino unnm habeantur. Quare in victus, veſtitus, ſuppellectilis, cubiculorum, & ſi quid aliud eſt ad communem viram pertinens, modo, menſura, aut ratione qnavis æqualitas ſervetur: qnamvis æqnalitas non ita accipienda ſit, ut eadem menſura, vel quantitare cuilibet tribuatur; hoc enim in multis æqualitati repugnaret: ſed proportionis, & ejus, quod cuique opus ſit, habita ratione. Quocirca ætas, valetndo, Corporis conſtitutio; Officium item, & muneris functio, & ſi quid ſimile eſt, conſideretur; ut in quibuscùnque rebus opus ſit, in diſpari quoque ratinne æqualitati conſulàtur.

Neque ſolùm in hnjnsmodi viræ opportunitatlbus ſed in cæteris quoque omnibus curandum erit; ut nihil, quantum fieri poſſit, diverſitatis in Congregatione appareat; præſertim in divinls officiis, omnibus ad divinum cultum pertinentibns.

Præterea, cùm diverſa functionum, officiorum, ſtudiorúmque genera in Congregatione partim neceſſaria, partim ùtilia ſint; in illis aſſignandis, & diſtribuendis, qnali quisque natura, ingenio, & propenſione ſit, conſideretur. Hoc enim ad concordiam pariter, & pacem in Congregatione conſervandam mnltum valebir. Hilariori animo nnusquisque Deo ſerviet: & major fiet in omni genere progreſſus. Quo in genere tamen ita quisque, ut humilitas poſtulat, animum inducere debet, ut proprio judicio, quod fallaciſſimnm eſt, non credar; ſed quod Patres de eo ſtatnere voluerint, id tanquam à Deo ſalutis ſuæ cauſa conſtitutum, accipiat.

Caput XIV.

De Sermone, & Silentio.

Cum ex Sanctorum Teſtimonio, & ipſo nſu ſatis conſter, ad vitam ſanctè degendam moderationem lnquendi maximum momentum habere; diligenter atrendendnm erlt; quid & quando, & quo modo item loqui expediat; ne quis otioſa verba effutiat, ſcurrili, nimis libero, ſonoro, aut pngnaci loquendi genere ntatur; alicujus famæ per loquacitatem vel leviter detrahat; de ſe dicat, quæ ad inanem gioriam ſpectent; verba fnndat, quæ diſcordiarum ſemina eſſe poſſint; aut rebus novis nunciandis curioſitati ſerviat: quæ omnia cavenda ſunt; vel qnod per ſe mala ſint; vel cerrè qnod animum à Luc. 10. g.
ſæculo abductum & ſpiritualibus exercitationibus intentnm; cogitationésqne in illud, quod unum neceſſarium dixit Dominus, collectas diſturbare, & diſſipare poſſint. Omninò enim Religioſi hominis ſermo de iis ſemper eſſe debet,

quæ

quæ ad animam expoliendam, & in perfectionis gradu collocandam pertinent.

Silentio autem omninò uti debemus certis horis, & locis, quæ noſtris inſtitutis continentur; veluti in choro, in Capitulo, ſeu Congregatione, in cænaculo tempore refectionis; & à finita oratione, quæ fit ſub tempus cubitum eundi usque ad datam mane loquendi facultatem; quibus locis & horis, ſi quid dictu opus ſit, perenda erit facultas. Sed & certis temporibus parcius erit loquendum, puta in quadrageſima & adventu.

Vide declar. factam à cap. Generali anno 1582.

Huc pertinet, ut mos ille ſervetur, quo poſt horam à prandio ſigno dato, quisque ſtatim in cubiculum ſe recipiat. Item ut nullus, præter officiales majores, alienum cubiculum ingrediatur, ſine licentia Superioris. Sed ſi quis alium in eo velit alloqui, pulſato oſtio; quod ordinariè clave extante claulum habere quisque ſolet, niſi cum contingit aliquem alium ſimul eſſe in cubiculo; in limine manens alloquatur.

In ſermonibus cum extraneis, à quibus conveniuntur, habendis, eò etiam diligentius vanitatem, & omne peccatum cavere debent, quo faciliores ad talia homines ſæculares plerumque eſſe ſolent; & quo majus inde ſcandali periculum imminet. Quamlibet igitur inſtitutam collocutionem ad honorem Dei, & ſalutem animarum dirigant, ſive convertant: & omnino caveant in hoc genere tempus fruſtra conterere.

Caput XV.

De privatis litterarum ſtudiis, & aliis quibusdam.

Quorum librorum lectioni unusquisque operam det, Præpoſitus animadvertat; & quarum item rerum ſcriptioni; ne fortè fruſtra quis tempus conterat, aut propterea à propoſito aberret, & inanibus cogitationibus, vel deſideriis implicetur; cùm potius divinæ contemplationis ſpiritualisque cognitionis ſtudium inde adjuvare debeat. Certè nullus in cubiculo ſuo libros habeat, quorum notulam Superior non probarit. Curent autem Superiores locorum, & pro ea, quæ ſuppetit, copia, enitantur in collegio inſtructam Bibliothecam communem habere; & iis præſertim libris pro numero habitantium abundantem, quorum uſum, ex functionibus noſtris præſtandis frequentiorem eſſe neceſſe eſt.

Pro hac autem parte, quæ ad diſciplinam pertinet, concludenda hæc quoque ita attingere ſufficiat: primò ut certa horarum diſtributio pro varietate dierum, opportuna diſcretione adhibita fiat: quibus officia, functiones, omnesque actiones communes tam ad corpos, quàm ad animum, & divinum cultum pertinentes, ordine, & certa regula præſtentur: quam quidem diſtributionem in tota Congregatione obſervandam, Capitulum Generale faciendam mandet. Quod ſi opus fuerit eam in aliquo Collegio, pro ratione loci, perſonarum, aut functionum mutari: Provincialis ſaltem, ſi fuerit, alioqui Generalis, conſulatur. Deinde, ut ſacra lectio, ut ſit, in menſa, benedictio, gratiarum actio adhibeatur: ut ordine poſt refectionem matutinam, in Chorum gratias agendu eatur: ut à prima menſa nullus ſine licentia abſit: ut munditiam, non tamen nimis exquiſitam, quilibet, in cubiculis, veſtibus, & ſi quid aliud eſt, adhibeat: ut omnes invicem ſine levitate, & fuco, honorem habeant: ne in immodeſtiam perſtrependo, cachinnando, aut nimio vel incompoſito corporis motu incidant: ne quis otioſe per domum vagetur: Sed libenter, qui aliàs non ſunt occupati, & qui ex debita Officii cura domum abire non debent, in cubiculis permaneant, etiam extra horas præfinitas: ne alieno corpori manus quis admoveat: ne aliqui nimis frequenti conſuetudine, ſeorſum ab aliis ſimul ſint, ut libenti animo miniſteriis, quibuscumque ex præſcripto, & cùm opus ſit vacent: ne quis in alienum officium, aut miniſterium ſine licentia ingerat. Quæ quidem ita ſummatim poſuiſſe ſufficiat, ut omnibus rectæ, & perfectæ diſciplinæ ſcopum ſpectandum perſuadeatur.

CONSTITUTIONUM LIBER TERTIUS.

Caput I.

De Confeſſionibus extraneorum audiendis.

Cum majores noſtri in hujus Congregationis inſtitutione, ùt ſuprà tetigimus, non tantum proprium ſpiritualem progreſſum: ſed proximorum etiam ſalutem, valde ſpectarint; eorum viam, quantum poſſumus, ſequi cupientes, de quibusdam Officiis hoc loco dicemus,

quæ

quæ nobis proximorum cauſa ſuſcipienda ſunt.

Primum autem, de ſanctiſſimis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis agamus, quæ cùm ad ſpiritualem vitam, & efficiendam, & conſervandam mirificè valeant: ſummopere ſtudendum nobis erit, ut quam plurimi ad eorum frequentem uſum inducantur.

Curetur itaque tum ab omnibus, ad quos ea res pertinere poteſt: tum à Præpoſito Generali imprimis: ut Confeſſarij probati, tam ad virorum quam ad mulierum Confeſſiones numero pro loci opportunitate convenienti in Collegiis non deſint.

Approbatio Confeſſariorum ſit Præpoſiti Generalis, qui prius Teſtimonium Capituli localis de vita, & moribus approbandi ſumat: & præterea illum viris idoneis à ſe eligendis examinandum aſſignet: graviſſimum etenim munus illud eſt: & quod homines ſanctitate, judicio, doctrináque inſtructos poſtulat. Poterit autem hanc approbationem etiam Provincialibus, cùm erunt, mandare.

Approbati in eo negotio tamen Superiori ſuo obediant.

Maxime cautio adhibeatur in iis, qui fœminarum Confeſſiones audire permittendi ſunt: quæ Provincia minoribus triginta annis non mandetur.

Confeſſarii nihil à pœnitentibus ſuis accipiant; neque etiam nimiam conjunctionem cum iis habeant.

Audientes Confeſſiones in Eccleſia Superpelliceo, & Stola utantur.

Generaliter autem hoc munus ſuum, quam poterunt, perfectè exercere conentur. Cohortationibus & omni accommodata ratione animarum ſaluti conſulere ſtudentes. Imprimiſque meminerint, ſe eſſe hac in re Epiſcoporum adjutores, & ideo ex omni parte ita ſe comparare debere, ut eorum curam, & adminiſtrationem diligenti ſtudio proſequantur, & adjuvent: decretaque, & præſcriptiones eorundem, quantum ſit in eis, tueantur.

Caput II.

De Prædicatoribus Verbi Dei.

Concionandi quoque magnum certè, & in Eccleſia Dei, neceſſarium opus ſummo pietatis ſtudio à noſtris amplectendum cenſemus.

Præpoſiti Generalis ſit ejus rei facultatem dare; quam poteſtatem poterit etiam Provincialibus, cùm fuerint, communicare, ſed prius tamen approbandi mores, virtuteſque cognoſcere diligenter ſtudeat, præſertim à Capitulo locali: & item, num eruditione, quantum ejuſmodi munus poſtulat, inſtructus ſit: ut doctrina, pietate; pietas, doctrina corroboretur: quas ambas, ſi quis officii gravitatem, & momentum conſideret, non mediocres deſiderari intelliget.

Approbati in eo tamen genere Superiori ſuo obediant.

Curetur ad fidelium ædificationem, ut in ſingulis collegiis, diebus feſtis concio, vel ſermo habeatur, tum mane tum veſperi; aut ſemel ſaltem.

Nihil Concionatores accipiant; niſi forte eis extra Collegium propter hujuſmodi munus ex neceſſitate morantibus victus, Præpoſito loci approbante, ſit præbendus.

In diſciplinæ domeſticæ obſervandæ cura eorum ratio habeatur, quatenus, ſi illis opus ſit, ad præparandam opportuno tempore futurarum, puta Adventus, vel quadrageſimalis temporis Concionum materiam, otium ab aliis officiis ſuppetat. Qua in re valde caveatur, ne, quod datur neceſſitati, uſurpetur ad vitæ licentiam; cum alioqui tali officio fungentes omnibus aliis ad benè, & canonicè vivendum exemplo eſſe debeant. Si mane Concionem habent, Matutino, & aliis horis, quæ manè dicuntur, ſi veſperi, horæ Veſperarum, & Completorio intereſſe non teneantur.

Diligenter cognoſcere ſtudeant, quidquid Eccleſiæ ſanctionibus, Ordinariorum decretis, regulis, inſtructionibus, præſcriptionibus obſervandum, cavendúmve, illis præſinitum eſt, quippe quibus etiam valde enitendum ſit, ut ipſorum Ordinariorum curam juvent; ad ejus opportunitatem Concionum ſuarum materiam, rationemque accommodantes, cum proprie, in eo concionandi officio ipſorum ſint adjutores.

Graviter præterea, quantum poſſumus, illos monemus, pro eo, quanti munus Apoſtolicum faciendum eſt, quo Spiritus ſanctus ad fidelium animos informandos, uti ſolitus eſt; ne inanis gloriolæ cupiditate ducti rem tam ſanctam aliquo modo violent, & à modeſtia Chriſtiana recedant. Proinde ſcientiæ oſtentationem fugiant, potiúſque ad cæleſtis regni beatitudinem, impiorum ſupplicia; virtutum pulchritudinem; turpitudinem vitiorum prædicandam, ſtudia ſua conferant, inflatam & fucatam Orationem, devitent; graviores commotiones non trahentes, ſed quantum Spiritus dederit, ſequentes; & alia id ge-

genus obſervantes, ratione ad Chriſtianam gravitatem, & modeſtiam; item ad naturam, propriáſque vires accommodata.

Qui maximè admoniti diverſam viam ſequi perſeverabunt; aliquo modo, præſertim Concionum interdictione arbitrio Præpoſiti Generalis, aut Provincialis, ſi fuerit, in eos animadvertatur.

Caput III.

De viſitandis Ægrotis & Afflictis.

Matth. 25. d. SEquitur aliud pium, valdeque à Domino commendatum opus, quod omnibus noſtris cordi eſſe valde cupimus; maximè Præpoſitis: ut amici, qui morbo, aut calamitate aliqua affliguntur; & qui in hoſpitalibus ſuſtentantur; & etiam qui detinentur in carceribus, cùm expedire Superiori viſum fuerit, viſitentur; conſolatione leniantur; & ad ſancta remedia inducantur. Maximè verò pietas exercenda in illos erit, qui in mortis periculo conſtituti ſunt, animamve agunt. Sed & iis, qui ultimo ſupplicio damnati ſunt; arbitrio ejusdem Superioris ſubveniendum erit. Quæ Officia, cui committat, diligenter Superior videat; non enim ad omnia omnes valent.

Caput IV.

De aliis quibuſdam Functionibus.

Seſſ. 24. c. 4. de refor. PRæter hic enumerata functionum genera, aliqua alia etiam erunt; quibus animarum utilitati deſervire noſtri poterunt, veluti fidei rudimentorum ſecundum Concilium Tridentinum doctrina; irarum, atque odiorum placatio, & ſi quid aliud operis eſt, ad charitatem pertinens à nobis non prohibitum, aut regulari diſciplinæ minimè periculoſum. Enumerata ſumi poterunt cum licentia Præpoſiti localis, reliqua cum licentia Generalis, niſi aliter expreſſum ſit.

Monialium tamen, Seminariorum, Societatumque quarumlibet cura ne ſuſcipiatur. Sed ideo non prohibetur, Seſſ. 25. c. 10. de regular. quin aliquando liceat, ſive ad extraordinarias Confeſſiones ſecundum decretum Concilii Tridentini; ſive ad viſitandum; ſive ad concionandum, Ordinariis petentibus, aliquem ex noſtris dare. Neque prohibetur, quin iis duobus Monaſteriis, quibus hactenus dari conſuevit, Confeſſarius, etiam Ordinarius dari poſſit; qui tamen præter Sacramentorum adminiſtrationem eorum curæ nihil aliud ſuſcipiat. Neque item prohibentur Congregationes illæ laicorum, quæ in domibus noſtris haberi feſtis diebus ſolent; quæ tamen ſine conſenſu Capituli localis non inſtituentur. Qui contra hoc fecerit, ipſo facto jure ſuffragii, & dignitate, ſi obtinet, ſit privatus.

Ne item ſuſcipiatur litium componendarum munus. Ne alicujus familiæ adminiſtratio. Ne alienæ pecuniæ cuſtodia, aut depoſitum: niſi fortè ita exigente charitate aliquando horum aliquid concedere Præpoſito Generali viſum fuerit. Præterea ne quis in aula Principis vel Prælati quovis nomine morari permittatur; niſi fortè per breve ſpatium, puta duorum, vel trium menſium, idem concedat Præpoſitus Generalis. Vide declar. factam à Cap. Gen. anno 1582.

Caput V.

De ſtudiis Litterarum.

QUoniam verò horum munerum functiones, quæ ad proximorum utilitatem ſupra præſcripſimus ſine litterarum ſtudiis præſtari non poſſunt ſimul, quod Regulari vitæ accommodatiſſima videtur litterarum occupatio, ſi modus, certaque regula ſtatuatur; hac de re nunc agendum eſt.

Itaque harum omnium diſciplinarum ſcholæ eſſe poterant; Grammaticæ, Rhetoricæ, Logicæ, Philoſophiæ, Theologiæ, & eorum, quos caſus conſcientiæ vocant: & item græcæ, & hebraicæ linguæ: & ſi quam aliam diſciplinam ad Sacræ Scripturæ intelligentiam valere Præpoſitus Generalis arbitratus fuerit.

Hæ autem ſtudiorum exercitationes non per quæcunque Collegia ſint diſperſæ; ſed nunc quidem Ticinum eligimus; quò ex aliis Collegiis ſtudiorum gratia omnes, qui electi fuerint, confluant. Cùm verò Congregatio Provinciis diſtincta fuerit: poterit Capitulum Generale quatenus expedire illi videbitur, Scholas, etiam in unaquaque Provincia loco opportuno, & apto conſtituere: ſcilicet ſi aut Magiſtri inter nos non deſint, aut ſaltem facultates ſuppetant ad extraneos tum doctrina tum moribus probatis conducendos. Etenim ad publicas ſcholas noſtri tanquam Ordinarii auditores, ne accedant, niſi fortè Theologici ſtudii cauſa, Magiſtro apud nos deficiente, ad ſcholas alicujus univerſitatis Eccleſiaſticæ eatur. Scholæ autem, quas diximus, juſtis, piiſque de cauſis benè erit, ut in publicis Gymnaſiis, ſi fieri poſſit, conſtituantur.

In

In aliis tamen Collegiis quoque ſpecialiter litterarum ſtudio non deſtinatis, ſcholæ eſſe poſſint; præterquam Logicæ, Philoſophiæ, & Theologiæ Scholaſticæ, qua de re Capitolum generale, vel Præpoſitus Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium ſtatuat, ſi opus ſit.

In ſingulis Collegiis poſtea Caſus conſcientiæ explicentur ab eo, quem Præpoſitus Generalis, vel Provincialis, ſi fuerit, eliget. Vel certè ea exercitario habeatur: ut omnes certa hora ſimul collecti de præpoſita materia, quæ viderint, & meditati ſint, ordine proferant.

In Collegiis ubi Scholæ fuerint, idem ſit Præpoſitus & Præfectus ſtudiorum: & ideo in ejusmodi Præpoſiti electione ad officiom ab eo præſtandum reſpiciatur: ut ſcilicet moribus, & eruditione; & adoleſcentum curationi; & Scholis moderandis aptus ſit. Ibidem habitent ſaltem tres; vel quatuor Sacerdotes ſpectatæ vitæ ad functiones proximorum cauſa præſtandas.

Cùm aliquis ad ſtudia applicandus videbitur, Præpoſitus loci ea de re ad Præpoſitum generalem ſententiam ſuam ſcribet; aut verò ad Provincialem, ſi Provinciæ fuerint: qui perſonæ conditione diligenter ex Capitulo locali, prout opus fuerit, perſpecta & cognita, quod in Domino viſum fuerit, id ſtatuet.

In admittendis autem ſpectetur; quem quisque progreſſum, in vita ſpirituali, & regulari fecerit: ne cui forte ſcientiæ poteſtas tamquam ſuperbiæ, malitiæ, levitatis, aut vanitatis inſtrumentum, vel præſidium fiat. Item ſpectetur ingenium, ætas, vires: & quod magis animarum ſaluti, & utilitati Congregationis in Domino accommodatum viſum fuerit, id fiat.

Præpoſitus, & idem Præfectus una cum Collegii Confeſſario, efficiat, ne diſciplina ſpiritualium exercitationum, humiliumque functionum, quatenus per ſtudiorum occupationem liceat, relinquatur. Maximè verò eorum diligentem curam gerat, qui à Novitiatu ſunt recentes, præſertim ſi adoleſcentes ſint: qui quidem, quatenus per ſtudia fieri poſſit, eadem, quia Novitii, inſtitutione tractentur, Confeſſarii tanquam magiſtri ſui, curæ commiſſi ſi de aliquo evenerit, ut inſolens, vel à recta diſciplina alienus evadat, Præpoſitus in eum animadvertat: & ſi opus fuerit, ea de re Generalem, vel Provincialem certiorem faciat, qui eum caſtiget: Etſi expedire judicet, à ſtudiis ad corporeas, vel alias exercitationes retrahat.

De Studiorum temporibus hos in univerſum præfinitum ſit: ut ſcilicet annus Logicæ tribuatur: tres Philoſophiæ, quatuor Theologiæ, reliquis quantum ſatis judicaverit Præpoſitus cum conſenſu Diſcretorum. Poſſint tamen, & hæc præfinita tempora ab iis contrahi, qui ſcholas ut infra recognoſcent: ſi fortè ingeniorum facilitas, aut eruditio alibi comparata, vel ſimilis ratio poſtolet. Quin & ipſos, qui ad ſtudia admiſſi fuerint, valdè hortamur, ut quam citius ea abſolvere ſtudeant, ut ad labores in Vinea Domini ſuſcipiendos ſe conferant.

Curet Præpoſitus ut in ſtudiis præſertim humanitatis, nullus liber adhibeatur, ex quo moribus periculum aliquod immineat.

Eos libros adhibendos in unaquaque ſcientia curet, & quibus ſolida doctrina habetur, & qui ſunt ſcientiæ illius fontes, non autem, quaſi rivuli, ab ipſo capite accerſiti.

Philoſophia ita tractetur, ut Theologiæ ſerviat, & in quo catholicis dogmatibus repugnet, prudenter & piè refellatur; ſeu caveatur. Concil. Later. ſub Leo. 10. ſeſſ. 8.

Multitudinem librorum, quæ ſæpe ingenia perturbat, ab uſu diſcipulorum removebit.

Eum quoque morem à Scholis arcebit; ut quis immoderato quodam ſtudio, aut certo Auctori, aut certæ doctrinæ, ſive parti adhæreat, ſed rationem auctoritatem, & Spiritus Sancti ductum liberè ſequatur.

Dum quis in ſtudiorum curſu permanet, abſtineat ab aliis occupationibus, quantum fieri poſſit; puta etiam concionandi & confeſſiones audiendi: ſed poſſit tamen Præpoſitus aut concionem habendam, aut confeſſiones audiendas, quibus ei videatur, committere.

In Magiſtris conſtitutionibus non ſolum ingenii, & eruditinnis, ſed etiam diſciplinæ, & mortificationis ratio habeatur, ut ab eodem, tum ſolida, piaque doctrina, tum bona quoque exempla proficiſcantur.

Magiſtri Theologiæ, ac Philoſophiæ, quibus diebus bis lectionem ordinariam habent, obligatione conveniendi in chorum exempti ſint: aliquando etiam, ſi ſemel tantum, cùm pro materiæ tractandæ difficultate Præpoſito videatur. Diſcipuli autem conveniant: ſed tamen in tempore divinorum Officiorum conſtituendo ſtudiorum & lectio-

num ratio habeatur. Idem fiat in omni reliquo tempore diſtribuendo, ut ſcilicet, quatenus fieri poſſit, ſtudiorum commoditati ſerviatur.

Quinta quaque feria à Scholis vacetur: idque niſi dies feſtus ex præcepto celebrandus incidat in ipſam hebdomadam, modo non in feriam ſecundam. Vacetur etiam à Feſto Sancti Thomæ, ad Epiphaniam, à Dominica Palmarum, ad tertiam Paſchæ feriam; & à Calendis Auguſti ad Cal. Octobris; ſed liceat quoque Præpoſiti arbitratu, ante ipſas Calendas Auguſti ob immoderatos æſtus; aliquid remittere de conſuetis laboribus. Vacationis autem tempore non omnino ceſſandum erit; ſed tum præparandis ſequentis anni lectionibus; tum rerum ante perceptarum confirmationi, etiam vacandum erit.

Cùm quis ſtudii curſum confecerit Axiomata, ſive Concluſiones proponat, publiceque defendat, prout à Præpoſito ei præſcribetur.

Diſputationum quoque exercitatio ad acuenda ingenia, progreſſuſque ſtabiliendos, ſingula hebdomada habeatur: item opportunæ lectionum repetitiones.

Quotannis, menſe Auguſto, Scholæ recogooſcantur, ſingulorumque progreſſus. Cui recogoitioni, præter Præpoſitum & Magiſtros, etiam Provincialis interſit, ſi fuerit; alioqui alius à Generali electus, ii de omoibus etiam cognoſcant, & conſtituant, quæ circa ſtudia facienda aut providenda eruot, & de mutationibus, quæ faciendæ videbuntur, tam circa diſcipulos, quàm Magiſtros: & quæ opus erit, cum Præpoſito Generali, communicent.

Obſerventur verò etiam in ejusmodi locis Regulæ, quæ circa ſtudia, Magiſtros, diſcipulos, & vitæ eorum rationem, fuſius deſcribentur.

Poſtremo noſtros omnes, ſtudiis operam daturos, quantum poſſumus, per Chriſti Domini humilitatem hortamur: primum ut humanam intelligentiam, præ divinarum, naturaliumque rerum difficultate, & obſcuritate, infirmam, & perexiguam eſſe ſemper memoria tenent; excellentiumque ingeniorum caſus recordentur; ne fortè in reconditarum rerum contemplatione, nimium ſibi arrogent, deinde ut humilitatis, cæterarumque virtutum ornamenta ad beatæ vitæ adeptionem neceſſaria eſſe cogitent; magnarum, obſcurarùmque rerum ſcientiam, non item. Ita fiet, ut neque aliquo modo efferantur, neque alios contemnant.

Libri cujusvis generis non edantur, niſi facultate à Præpoſito Generali impetrata: qui libros ejusmodi, viris ex Congregatione in eo genere eruditis; perlegendos & conſiderandos tradet: & ex eorum ſententia facultatem concedat, aut neget. De ipſis verò Geoeralis libris, eadem ratione ſtatoat major ex Aſſiſtentibus.

Munere poblice in Scholis interpretandi, ſeu legendi, nullus ex noſtria fuogatur.

CONSTITUTIONUM LIBER QUARTUS.

Caput I.

De Adminiſtratione Congregationis in univerſum, & jure ſuffragii.

Cùm nullum Societatis genus, ſine certa gubernatione, diu conſervari poſſit: poſtulat & ea res à nobis, in hac ſcriptione locum ſuum: neque illom certè in poſtremis. Itaque ut totius rei primo ſummam quamdam proponamus Congregatioois adminiſtrationem, tum ad plures ſimul, tum ad ſingulos quosdam referimus. Etenim imprimis penes primarios in unum certis temporibos collectos, qui Capitulum Generale conſtituunt. Summa poteſtas erit: & ab uno præterea Congregatio regetur: qui erit Præpoſitos Generalis. Cui ad commodiorem, ſolidioremque adminiſtrationem quatuor viri ſemper aſſiſtent, ex eoque Aſſiſtentes dicentur, & erunt præterea, eadem de cauſa, qui proprio officio ſingula loca obeant, & viſitent; diſciplinæ obſervantiam ubique procurantes, quæ verò ratio in toto corpore ſervatur, ea ſimili modo in membris ſervabitur: ut ſcilicet in ſingulis Collegiis etiam Præpoſiti ſint & Capitola, quæ ad præſcriptum modum particularem habeant adminiſtrationem. Quod ſi Congregationem eo devenire Domino placuerit: ut propter locorom multitudinem expedire videatur, eam in Provincias diſtriboere, quibus plura loca contineantor: Provinciales quoque Præpoſiti conſtituentur, & Capitula Provincialia certis temporibus habenda; quibus commodius Congregatio gubernetur, & ad diſciplinam tuendam otilios.

Quilibet autem ex noſtris adminiſtrationis particeps erit, hoc eſt, jus ſuffragii habebit: quod vocalem eſſe,

ſeu

ſeu vocem activam & paſſivam habere dicimus; ſed quatriennio demum poſt Profeſſionem completo: item ſi ſit Sacerdos: neque ad id factus inhabilis & ſalvis etiam inferius conſtituendis. Atque in hoc decreto diſpenſari non poſſit, niſi fortè evidens utilitas Congregationis ad ejuſmodi diſpenſationem, Capitulum Generale aliquando impellat.

Caput II.

De Capitulo Generali congregando.

Nunc omnia explicate tractaturi à Capitulo generali incipiemus: quod & majus eſt, & omnis reliquæ adminiſtrationis fons & caput.

Imprimis hi tantum in Capitulo generali adeunt. Præpoſitus generalis: ejus Aſſiſtentes, Procurator generalis, de quo inferius dicetur: Viſitatores: & Præpoſiti locales: atque ſinguli Præpoſiti locorum: ubi tamen ſaltem quatuor Vocales ſint, præter Præpoſitum. Octo, antequam ad Capitulum proficiſcantur, diebus: una cum Capitulo ſuo eligent ſibi ſocium ex Vocalibus, qui tamen ſit annos triginta natus: qui cum eo ad Capitulum conveniat, & cui prætet Præpoſitum in Capitulum referenda mandari poſſint. Agatur verò etiam in Capitulo, ſi quid communiter ſit referendum. Quidquid autem quiſquis referri voluerit, id ſcriptura conſignet: & nomen proprium ſubſcribat: quod poſſit tamen ſigillo ſuper impreſſo, tegere: alioquin non accipiatur. Quod item communiter referri mandatum fuerit, Capituli litteris teſtatum ſit. Non ideo tamen prohibetur, quin & per alium quis poſſit, quæ velit, curare ad Capitulum referenda; aut litteras ſcribere, ſive Capitulo, ſive alicui ex congregatis, modo eadem ratione.

Vide declar. factam à Cap. Gen. an. 1593.

Vide declar. Cap. anno 1011.

Vide declar. Cap. anno 1601.

Cùm autem Congregatio in quatuor ſaltem Provincias diviſa fuerit; ad Capitulum conveniant Præpoſiti Provinciales tantum, & cum unoquoque eorum duo ſocii, qui in Capitulo Provinciali ante Generale proximè celebrato ex eorum numero, qui ad illud convenerunt, electi eſſe debent: quibus ut ſupra mandari poſſit.

Si contingat Aſſiſtentem, vel Viſitatorem ſimul eſſe Præpoſitum localem; ipſe conveniet, ut Aſſiſtens, vel ut Viſitator, & Præpoſiti loco conveniet Vicarius illius cum ſocio.

Si Socius electus fuerit Vicarius Præpoſiti localis, & ipſi Præpoſito eundum ſit ad Capitulum: antequam è ſuo Collegio diſcedat, ſibi Vicarium ſubſtituat ex Vocalibus, qui ad novi Præpoſiti adventum, pro Præpoſito regat, nihil tamen innovando. Quod & Præpoſitus loci obſervabit, in quo Capitulum Generale habebitur. Idem faciat Præpoſitus, cujus loco, cum ipſe majorem perſonam ſuſtineat, Vicarius ad Capitulum convenire debet.

Præter hos verò nullus ad locum, ubi Capitulum celebratur, accedat ſine licentia Præpoſiti Generalis.

Cùm ad Congregationis tranquillitatem, & commodum pertinere videatur, Capitulum Generale rarò celebrari; ordinariè, tertio quoque anno celebretur; tum ad Præpoſiti Generalis, & aliorum Officialium electionem; tum ad ea tractanda, quæ ad Congregationis regimen, diſciplinam conſervandam; aut ſi ex aliqua parte remittatur, reſtituendum pertinent.

Sed & extra Ordinem aliquando convocandum erit; puta ſi Præpoſiti generalis electio ob mortem alterius vel ob inhabilitatem, Vicarii Generalis creatio facienda ſit, aut verò graviſſima aliqua alia cauſa incidat, & talis ut futuri ordinarii Capituli tempus expectari debere non videatur.

Quod attinet ad ordinarium Conventum; tertio quoque anno conveniant omnes, qui intereſſe debent, & adſint feria ſecunda poſt Dominicam ſecundam poſt Paſcha abſque aliqua denunciatione.

Extraordinariè Præpoſitus Generalis, re ita exigente, Capitulum per litteras, de Aſſiſtentium conſenſu convocare poterit. Quæ tanto ante Capituli diem reddantur; ut ſocii, ut ſuprà, eligi poſſint. Verùm etiam tanto ante litteræ reddantur; ut & litterarum ipſarum reſponſiones, & item reſponſionum explicationes reddi poſſint, & tamen, ſi id temporis ſpatium datum non fuerit; non ideo minùs valeant, & firma ſint, quæ in Capitulo fient. Atque hæc ratio ſervetur etiàm cùm ab alio, quam Præpoſito Generali ſecundùm ea, quæ infra conſtituentur, Capitulum fuerit convocandum.

Si tempore ordinarii Capituli aliquod impedimentum incidat; quamobrem Capitulum celebrari non poſſit, officium Præpoſiti generalis, & reliquorum omnium, qui in Capitulo generali eligi debent, prorogatum cenſeatur, donec Capitulum habeatur; & quod celebrari non poſſit; judicent unà cum Præpoſito generali, & Aſſiſtentibus Præpoſiti locales; aut ſi ſint Provinciæ, Provinciales; ita, ut majoris partis eorum judicio, & ſententiæ, quæ per litteras

teras habeatur, ſtetur. Si ejuſmodi impedimentum nimis diu duraturum videatur, iidem, quos modo diximus, per litteras eodem modo conſtituant, quid agendum. Impedirì verò Capituli conventum propterea non intelligatur, quod omnes convenire non poſſint; modo duæ partes ex tribus poſſint.

Si quis juſtam non veniendi cauſam prætendat; illam ita tempeſtive Præpoſito Generali, aut alii Capitulum convocanti per litteras tutò perferendas ſignificet, ut ab eo reſpondeti poſſit, num illam probet; & ſi non probet, ipſe in tempore adeſſe queat.

Locus, ad quem conveniatur, ſit Collegium Mediolanenſe; niſi quandoque aliud Capitulum ipſum ſtatuerit.

Caput III.

De Orationibus Capituli cauſa faciendis.

Capituli tempore in omnibus Congregationis locis, eò orationes dirigantur; ut omnia in Spiritu ſancto tractari, & peragi Deus concedat: & Miſſæ de Spiritu ſancto, quantum fieri poſſit, celebrentur.

Quo die primùm Patres congregandi erunt, ante quilibet ex congregandis Miſſam itidem de Spiritu ſancto faciat.

Prima Congregatio ita incipietur, ut hymnus, Veni Creator, ab omnibus una dicatur: poſtea, & item in aliis Congregationibus, confiteum & præſcriptum precationis genus.

Caput IV.

De Congregatione legitima conſtituenda.

Cùm dies conſtituta præterierit: ſi duæ partes ex tribus eorum ſcilicet qui debent, & poſſint, & etiam non recuſent intereſſe: non adſint: differatur celebratio Capituli, donec venerint. Cùm autem convenerint, Præpoſitus Generalis, aut alius, qui major inter congregatos fuerit, proponat, num plena, & legitima Congregatio ea habeatur. Tunc videndum erit, qui abſint ex iis, qui venire debuerunt; & prout major pars præſentium judicaverit, de abſentibus exſpectandis ita ſtatuetur.

Videndum erit, num aliquis ex præſentibus ſit inhabilis: & de eo excludendo, aut habili reddendo deliberetur.

Socii Præpoſitorum oſtendant litteras Capitulorum, à quibus electi ſunt: ut ita de eorum legitima electione conſtet.

Jus ſuffragii, quod habet, nemo alicui mandare poſſit, etiam legitimè impeditus.

Qui ſecundum locum inter Congregatos tenet, abſolvat ante alia Præpoſitum generalem, ſive alias majorem, ut ſupra hac formula.

Auctoritate Dei omnipotentis mihi licet indigniſſimo per Sedem Apoſtolicam conceſſa, Ego te abſolvo ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, & à quibusvis aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis, & tecum ſuper quavis Irregularitate, & impedimento diſpenſo, quatenus poſſum, & tu indiges: ad hoc tantum, ut quæcunque per te fient in Congregationibus præſentis Capituli tempore habendis, rata, & firma ſint. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti; Amen.

Deinde ipſe Præpoſitus, ſive ut ſupra eodem modo abſolvat cæteros omnes, verbi ita conceptis.

Auctoritate Dei omnipotentis mihi licet indigniſſimo per Sedem Apoſtolicam conceſſa Ego vos omnes, hic congregatos, & item omnes, durante hoc Capitulo nobiſcum congregandos ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis & Interdicti, & a quibusvis aliis ſententiis, & cenſuris, & pœnis abſolvo; & cum iiſdem ſuper quavis irregularitate, & impedimento diſpenſo; quatenus poſſum, & vos, & illi indigetis: ad hoc tantum, ut omnia, quæ in Congregationibus præſentis Capituli agentur, rata, & firma ſint In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: Amen.

Valeat vero hoc etiam ad ſupplendum, & diſpenſandum in quibuscunque defectibus, per quæ Congregatio ſeu Capitulum faciendum oppugnari poſſet. Et ideo per hæc, datur illis omnis-

nis auctoritas, quæ noſtræ Congregationi quocumque modo competit, ad hoc plenè efficiendum.

Caput V.

De Officialibus Capituli.

Vide declar. factam à Cap. Gen. anno 1602.

Vide declar. Cap. Gen. anno 1593.

Congregatinne ita conſtituta: ante alia eligatur Præſes, & deinceps quatuor Promotores; qui Generalis & Aſſiſtentium loco ſint. Præſidem tamen, ne illum faciant, qui eſt Præpoſitus Generalis. Qua electione facta, Præpoſitus Generalis pauca ante ſacram imaginem ad ſui accuſationem veniamque petendam, ex propriæ infirmitatis cognitione dicens deponat Officium ſuum, & eodem modo reliqui officiales omnes. Ordine & celeriter.

De eligendo præſide & Promotoribus. Vide declar. factam à Cap. Gen. anno. 1588.

Hi autem quinque ita electi, qui quidem ex diverſis Collegiis, aut etiam Provinciis ad majorem rerum notitiam eligendi erunt: & ex gravioribus item, & magis laudatis Patribus, ſimul eam curam gerent: ut omnia in Capitulum referenda, ſive à ſociis Præpoſitorum allata, ſive ab aliis; & litteras quoque ad capitulum datas accipient. Quæ omnia ſcriptura ut dictum eſt, conſignata ſint: Nominum etiam ſuperſcriptionibus adjectis: & quæ ita ſe non habebunt: eorum nulla habeatur ratio. Poſſint etiam ejicere, quæ referenda non videantur: & tamen ſi is, qui præpoſuit, noluit eorum judicio conſentire, referant.

Vide declarationem Cap. anno 1602.

Qui litteras ſine ſuperſcriptione, aut cum falſa miſiſſe, vel ſciens attuliſſe, deprehenſus fuerit (diligenter autem inquirendum erit, ut deprehendatur) graviter puniatur. Nomina eorum, qui ſcripſerunt, poterunt non aperiri, maximè, ſi illi ita petierint, niſi aliud Capitulo videatur.

Iidem Patres in eo rerum proponendarum negotio tractando, diligenter obſervant, quid detrimenti Congregatio patiatur. Quid mali irrepſerit, quid periculi impendat: ex quo intelligant, quaſi Præpoſito ad ſubveniendum, inſtaurandum providendum opus ſit. Quæ cùm intellexerint, ſcité, & breviter deſcribant, ob talem corruptelam aut tale periculum, talem vitum deſiderari; idque generaliter ſine certæ perſonæ demonſtratione. Quod Electoribus ſuo loco proponent.

Quod ſi tale Capitulum ſit, ut non ſit opus Præſide & Promotoribus, quod in extraordinario eveniet: eligantur tamen quinque Patres ùt ſupra, qui rebus proponendis præficiantur.

Eligatur poſtea Cancellarius Vir gravis, qui omnia decreta, & acta ab initio ad finem Capituli, ordine deſcribat, cui, ſi opus ſit, detur ſocius ad ejus deſcriptionis commoditatem.

Item eligatur, qui ante novi Præpoſiti Generalis electionem, ſi facienda erit, ſermonem habeat, de bona electione facienda: ſine tamen certæ perſonæ demonſtratione.

Hi omnes ex iis eligantur, qui Capitulo intereſſe debent: adhibita ea ſchedularum, & calculorum ratione, quæ in electione Præpoſiti Generalis & Aſſiſtentium deſcripta eſt; niſi quod eum, qui ſermonem eſt habiturus, eliget Præſes ſolus, atque in his Electionibus ſcrutatores ſint tres Profeſſione antiquiores.

Caput VI.

De Reliqua Capituli Ratione.

Ante ſingulas Congregationes, ſive collectiones detur ſignum parva campanæ: cujus ſonus ab iis, qui congregandi ſunt, exaudiri poſſit: quo audito omnes ſtatim ad locum Congregationis conveniant.

Quæ gravia fuerint, die ante proponantur, quàm tractentur.

Ad ſententias, quæ in Capitulo dicuntur, ſtabiliendas, ſuffragia adhibeantur ſecreta, & conſueta Calculorum ratio. Illudque ordinarium ſit etiam in omni alio tractatu extra Capitulum Generale: niſi contra expreſſum ſit: ut quod major pars ſenſerit, id ſtatuatur, major inquam, non comparatione minorum partium: ſed totius numeri. Quod ſi contingat paria eſſe ſuffragia, iterùm dentur: & ſi adhuc paria ſint, dentur tertiò; & Superior, vel major Capituli, ſive Congregationis duos calculos ponat. Scrutatores autem ſint in Capitulo quidem generali, ſi in eo ſit Præpoſitus Generalis, & Aſſiſtentes; Ipſe Præpoſitus, major Aſſiſtens, & Cancellarius Capituli: ſi non ſit; Præſes, Promotor antiquior, & Cancellarius: in aliis caſibus duo Profeſſione antiquiores: Unus verò, ſi numerus Vocalium minor ſit novem, cum Cancellario Capituli.

Poterunt etiam negotia, & cognitiones certis tantùm perſonis à Capitulo mandari, in quas major pars conſenſerit.

Semel tantùm ſinguli dicant: neque quidquam replicent. Si tamen res aliqua ſit magni ponderis; qui præeſt, iterùm dicere petentibus concedat; ſed poſt tamen, quàm omnes ſententiæ dictæ ſint.

An-

Antequam de ſententia aliqua ſtabilienda ſuffragia ferantur, Cancellarius eam ſcribat, non tamen in libro, & recitet; ut intelligant omnes, num ita ea ſententia ſe habeat. Et cum ſuffragiis firmata fuerit, nullo modo mutetur, etiam nomine melioris compoſitionis, aut elegantiæ.

Si ratio adminiſtrationis, ita cenſente Capitulo, reddenda ſit; eligantur ab eodem Capitulo; qui ſeorſim id peragant, & Capitulo referant.

Eo autem ordine ſedebunt, ut poſt Præſidem & Promotores, cæteri ſequantur tempus Profeſſionis: & cùm celebratur Capitulum, vel Congregatio, in quo officia durent; hic ordo ſit; Præpoſitus Generalis; Aſſiſtentes; Viſitatores; Procurator Generalis; Præpoſiti Provinciales; ſi ſint; Locales; Socii. Inter eos autem, qui ſunt ejuſdem gradus, præferantur antiquiores Profeſſione.

Vide declar. factam à Cap. Gen. an. 1582. 1596. & 1608. vide declar. factam à Cap. Gen. an. 1585 & ſuprafcr. de Viſitatoribus. Vide declar Cap. Gen. an. 1614.

Atque hic ordo etiam in aliis omnibus ſervabitur; niſi quod Viſitatores, extra actum Viſitationis, cedent Præpoſitis locorum, ubi habitabunt; Pariterque Procurator Generalis cedet Præpoſito Romano: excepto quoque, quod Sacerdotes præferendi ſint iis, qui non ſunt, etiam prius Profeſſis: & item quod quilibet Præpoſitus localis ea modeſtia uti debet; ut loci prærogativam tantum cuilibet alii Præpoſito in collegio ſuo concedat.

Caput VII.

De diſciplina & modeſtia in Capitulo ſervanda.

Matth. 18. c.

Nihil efficacius ad religioſè ſanctèque in hiſce ſacris Conventibus verſandum videri poteſt, quàm ſi quiſque ea Domini verba memoria teneat: ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum; ita enim quilibet ſe comparabit, ut nihil tanta præſentia indignum in ſe admittat; idque inomni te ſpectabit, quod DEO gratius Congregationique in Domino utilius fore intell get, hæc verò etiam ita conſtituta ſint.

Ita res ab aliis acceptæ proponantur; ut qui proponit, nihil de ſuo addat; neque in quam partem ipſe propendeat, patefaciat.

Circuitiones verborum devitentur, neque prolixiori, quis oratione utatur, quàm opus ſit.

Unuſquiſque loco ſuo, ordine ſupra præfinito, ſententiam dicat; nunquam verò niſi petita ante facultate, & benedictione ab eo, qui præeſt.

Sedatè loquatur, neque altiori voce, quàm pro loci amplitudine opus ſit.

Oratio ſit modeſta; neque aculeos in aliquem habeat, geſtus item omnis, nulliusque contemptum præſeferens.

Caveat ùnuſquiſque, ne cùm aliquid contra ſententiam ſuam decretum fuerit, adhuc ramen adverſetur; dictitève ſibi eam rem non probari: quod enim plures ſenſerint, id rectum eſſe ſibi perſuadere debet.

Dicentem nullus interpellet, neque quidquam fiat, quò minùs liceat liberè loqui.

Nulli inter ſe, licet ſummiſſima voce, colloquantur.

Nullus recedat, etiam à loco ſuo, niſi id impetrarit prius.

Atque ex his paucis regulis, cætera quoque Capitula modeſtiæ ſervandæ ſtudeant.

Caput VIII.

De electione Præpoſiti Generalis.

Peractis aliis, quæ tractanda in Capitulo fuerant, ſi faciendæ ſint electiones, jam ad eas veniendum erit, primoque ad electionem Præpoſiti Generalis.

Fiat igitur Congregatio, mane; in qua legatur caput Conſtitutionum, de electione Præpoſiti Generalis, & item caput de Præpoſito Generali.

Deinde Patres ad propoſitionum negotium delegati notationem eorum proferant, quæ Præpoſitus eligendus habere debet, ex inveſtigatione ſtatus Congregationis deſcriptam.

Poſtremo Præſes Capituli, hortando aliqua verba faciat, ad electionem faciendam in Domino pertinentia & ſimul, ad inquiſitionem ſanctè faciendam, ùt infra.

Et quoniam magnum negotium eſt, quod faciendum ſequitur; in eoque maxima ſunt ad Congregationis ſtatum, momenta; nihil aliud agant, uſque ad electionem poſtridie faciendam; ſed quod intercedit temporis ponant in imploranda Spiritus ſancti ope; & in ea conſideratione, quæ ad virum idoneum eligendum eos deducat. Conentur autem Patres electuri, ita ſe ab omni alia cogitatione, & affectione, abſtrahere; ut in ejuſmodi re, Dei honorem ſolum, Congregationiſque in Domino utilitatem, ſibi ante oculos ponant; neque ſolùm omni ambitione vacui ſint; quod quidem, præſertim in Chri-

ſti

ſti miniſtro, & in homine regulari nefariam vitium eſt; ſed diligenter etiam animo ſuo reputent; num fortaſſe majori propenſione in aliquem; aut alienatione ab aliquo ducantur, quàm ad quietum, rectumque judicium opus ſit; neque quis apud ſe tanquam certum ſtatuere facilè debet, quem electurus ſit, dum ad meditandum aliquid datur ſpatii: majori enim lumine illuſtrari poteſt.

Interim autem, dum ita meditantur; probe teneant, tum quæ Patres illi pro præfectis Congregationis neceſſitate in Præpoſito eligendo requiri judicaverint; tum quæ in Conſtitutionibus in eo genere ſcripta ſunt. Atque ex ea regula, & norma cùm apud ſe; qui idonei eſſe poſſint, cogitaverint, de iisdem etiam ab aliis, modo de electoribus ſint, ipſi, & non per alios exquirere poterunt; idque eo tantum ſpatio ad orandum, & conſiderandum dato. Modus autem in hoc exquirendi negotio is adhibeatur; ut eatenus id fiat; quatenus ad cognitionem alicujus viri neceſſe ſit, idque ex ea tantum parte, qua idoneus, vel minus idoneus videri poſſit ad Præpoſiti munus obeundum, atque ita ſe quisque tum interrogans, tum reſpondens comparare debebit, ut cùm animum induxerit, nihil ex iis tacendum, quæ propter honorem, & gloriam Dei ad præſentem neceſſitatem pertinent; nihil quoque prorſus attingat, quod extra eam ſit. Qui interrogat, breviter deſcripta in manibus habeat, quæ ad regulam ſupra dictam articulatim interrogaturus eſt. Qui interrogatur, adeo tantum, quantum ſatis ſit ſimpliciter, & ſincerè reſpondeat absque aliqua amplificatione, ſeu tacita hortatione; Dei gloria & animarum ſalute ſolùm propoſita. Prout quidque tenet, ſive ſciens, ſive ſuſpicans, itaetiam proferat. Præter ejusmodi interrogationem deſcriptam, & ad interrogata ſimplicem reſponſionem nullum verbum de hujusmodi electione inter ſe faciant: caveantque in reſpondendo, & interrogando, ne certum aliquem ſe electuros ſignificent, nemo item non interrogatus, ſe ingerat. Qui contra hæc fecerint, ad Præſidem deferantur. Qui ejusmodi inquiſitione non indigebunt, tanto magis eo ſpatio orationi vacare debebunt. Verùm cùm hujusmodi inquiſitio ad neceſſariam tantummodo notitiam perſonarum, quæ eligi poſſint, permittatur: cùm in præſentia, ea opus eſſe non videatur; ne fiat; niſi cùm id Capitulum Generale neceſſarium judicabit; puta cùm congregatio in Provincias diviſa fuerit. Idem, de inquiſitione ante aliorum Officialium electionem facienda dictum ſit; præter eam ſcilicet, quæ de Præpoſitis fiet. Quod ſi etiam is quandoque fuerit Congregationis ſtatus, ut ad talem notitiam, & inquiſitionem plus temporis opus eſſe judicetur, Capitulum Generale ſtatuat. Sed præcipue tamen DEI miſericordiæ confidere debent; & ab eo lumen impetrare conari, qui lux eſt hominum, & ſine quo nihil poſſumus. Jo. 1. a. Jo. 15. a.

Ut autem ambitioni quantum fieri poſſit, occurratur; ſi quis ejusmodi Præpoſiti Generalis dignitatem ſibi, vel alii mandari, per ſe vel per alium curarit; privetur jure ſuffragii in perpetuum; vel graviori etiam pœna, arbitrio Capituli Generalis, puniatur. Qui autem ità aliquem curare cognoverit, deferat quamprimum ad eum, qui Præpoſiti Generalis loco ſit: alioqui eadem pœna teneatur; niſi Capitulo Generali videatur aliquando minuenda. Quam Conſtitutionem ad eos quoque producimus; qui aliam Præpoſiti dignitatem; vel Aſſiſtentis, Viſitatoris, aut Procuratoris Generalis officium; immò etiam dignitatem aliquam extra Congregationem eodem modo quæſierint. Sed & generaliter omnes, quodcunque officium per ambitionem quærentes, graviter puniantur, ut cæteris exemplo ſint, & ejusmodi malum omni ſtudio arceatur. Quod ſi quis fortè tamen adverſus hæc quæſierit, & obtinuerit, is præter dictas pœnas dignitate, aut officio obtento privetur; aut ejus uſu, illi, quantum in nobis ſit, interdicatur: & contra hoc decretum ne diſpenſetur.

Poſtridie igitur, ut diximus, Miſſa de Spiritu Sancto ſummo mane à Capituli Præſide præſentibus omnibus, qui de Capitulo, & Collegio ſunt, celebrata, ſumpta ab omnibus, qui electioni intereſſe debent, ſanctiſſima Euchariſtia: iidem omnes, quibus Crux præferatur Ordine ab Eccleſia ad locum Capituli accedant dicentes hymnum: Veni Creator: quò cùm ventum fuerit; reliqui ad Eccleſiam, vel oratorium redeant, ubi litanias recitent, orationique viciſſim vacent, donec electio peragatur. Qui verò de Capitulo ſunt, genuflexi ante Crucifixum, in eodem loco ſuper menſa ad hoc præparata collocatum eundem hymnum repetent.

Deinde Pater ille, ut ſupra, electus habebit ſermonem ſuum de bona electione facienda generaliter agens; non certam perſonam ſignificans.

Poſtea per dimidiam horam mente oreot; qua finita electionem aggrediantur.

Præſes, Promotor antiquior profeſſione, & Cancellarius jam electi ſuffragiorum curam gerant; quales diximus Scrutarores.

Poſt orationem Cancellarius pronunciet, In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ad nominationem, & ſuffragia ordine veniatur. Tum Præſes ſurgeos, & ad menſam Crucifixi; quæ ab oculis omnium ſatis remota eſſe deber, accedens, genuflectat ante Crucifixum, & ſigno crucis ſibi adhibito, juret in hæc verba, teſtem invoco Deum, quod neque meipſum, & unum, una ſchedula nominabo. Deinde ad menſam conſiſtens ſumat unam ex ſchedulis, quæ ibi præparatæ eſſe debent; & in ea ſcribat oomen, & cognomen ejus, quem nominare vult; eámque plicatam, duobus digitis tollens, nt videatur, in urnam quæ eodem loco erit conjiciat. Poſtea ad locum ſuum revertatur, & eodem modo alii omnes faciant. Primo Promotores, deinde cæteri, ſecundum Ordinem Profeſſionis. Quod cùm omnes feceriot, Præſes, Promotor ille antiquior, & cancellarius ad menſam accedant: ſed prius genuflexi ante Crucifixum jurant ſinguli verbis ita conceptis, teſtem invoco Deom, quod ſuffragiorum, quæ pro unoquoque lata fuerint, verum numerum enunclabo: licet alicujus manum agnoſcam, eum alicui non pateſaciam: & in hoc toto Scrutatoris munere me fidelem & ſine dolo præſtabo, Cancellarius ſchedulis eductis, deſcribat omnes nominatos: imprimis eos ponens, qui à pluribus nominati fuerint: & ex iis quibus par numerus cooſentit, eum inprimis, qui ſit profeſſione antiquior, quod quidem generaliter erit ſervandum in omnibus nominationibus, & ſcrutiniis, iis nominibus pronunciatis, ita ot omnes audiant: diſtribuat ſingulis binos calculos, ſeu pillulas: alteram, ſcilicet affirmationem: alteram vero negationem ſignificantes: quæ qnidem ibi non plures haberi debent, quam ut electoribus ipſis ſufficiant. Nominet deinde eum, quem primum ſcripſerit, & eodem Ordine omnes ad menſam accedant ad pillulas in vaſa conjiciendas. Is autem ne accedat, de quo ſuffragia dantur: idque generaliter ſervetur in omnibus ſcrutiniis. Cùm omnes acceſſerint, Scrutatores videant, quot ſuffragiis ille ſit electus: & ſi quidem duas, ex tribus ſuffragiorum partes, tulerit: Præpoſitus ille ſit cæteris omiſſis: ſi noo tulerit: alii ordine nominentur, & de illis ſingillatim ſuffragia feraotur: ita, nt qui primo duas, ex tribus, partes tulerit, reliquis omiſſis Præpoſitus ſit. Si nullus tulerit prononcietur uniuscujusque ſuffragiorum numerus, qui quidem Ordioe ſcriptus eſſe debet: & iterùm, eodem modo dentur ſuffragia iisdem regulis ſervatis: & prout cuique major numerus ſuffragiorum obtigerit, ita de eo primò ſuffragia ferantur, quod, ſi nihil adhuc conficiatur: tertio idem fiat: hac tameo conditione, nt ii excluſi ſint, qui in præcedentibus ſcrutiniis plus tribus ſuffragiis electi non fuerint: ſi neque in eo res perficiatur, fiat quarto, eos excludendo, quibus plus qnatuor ſuffragiis non obvenerit: niſi forte omnes ſint in eodem caſu. Tunc enim nullus eſt excludendus. Quod ſi neqne in eo duæ partes alicui acceſſerint: is electus ſit, qui plura, quàm alii ſuffragia tulerit: modo tamen tulerit majorem totius numeri partem. Si verò, quod non putamus, neque ita res peracta ſit, eodem modo ſcrutinium repetatur.

Electione facta, Cancellarius conficiat decretum in hæc verba: *In legitima Congregationis die mensis anni habita, ſecundum præſcriptam rationem, electus fuit N. Præpoſitus Generalis Congregationis S. Pauli Decollati*, quod Præſes recitet; aut ſi is electus ſit, Promotor antiquior, ut ſuprà; & ei Scrutatores ſubſcribant; & ſigillo Congregationis ſignent. Schedulas autem nominationis nemo præter Scrutatores, inſpiciat, & ſtatim comburantur: quod idem fiat in aliis Caſibus.

Qui electus fuerit, ſicuti etiam poſtea reliqui officiales, ſine aliqua recuſatione, onus officii ſubeat, apud ſe cogitans; quòd quemadmodum à Domino ſibi illud impoſitum eſt; ita ab eodem ſatis virium dabitur ad ſuſtinendum.

Simul atque Præpoſitus denunciatus eſt, omnes præſentes ad eum cum debita reverentia ſalutandum primò Præſes, poſtea Promotores, cæteri deinceps Ordine accedant. Deinde ſigno parva Campana dato, Collegiales ad fores loci Capituli conveniant cum Cruce & ordine ad Eccleſiam procedant, recitando canticum Benedictus Dominus Deus Iſraël; & in Eccleſia hymnum, Te Deum Laudamus: & Hebdomadarius ter addat verſum Confirma &c. & dicat pro gratiarum actione præſcripta

pta

pta egreſſum Eccleſia reliqui poſtea ſalutabunt, ut ſuprà.

Caput IX.

De Electione Aſſiſtentium, Viſitatorum, & Procuratoris Generalis.

ANtequam ad reliquas electiones veniatur; tantumdem ſpatii temporis relinquendum erit, quantum ante electionem Præpoſiti Generalis datum eſt; ut Capitulum ad electiones ſe præparare poſſit, meditando, orando, & etiam inquirendo ad rationem tantùm ibi præfinitam. Jam verò Præſes Capituli, & Promotores amplius non erunt. Et Præpoſitus Generalis, cum eo, qui fuit Præſes; aut ſi electus ſit, cum eo, qui fuit Promotor antiquior, & cum Cancellario, Scrutatorum officio, jurati, ut ſupra, fungentur.

Spectandæ erunt eædem Congregationis neceſſitates, quæ ex ſuprà præſcriptis obſervationibus cognitæ fuerint, eademque ob oculos habenda, Dei ſcilicet honos ſolùm, & Congregationis, in Domino utilitas: & omnes item affectus deponendi, qui animos ad diverſa impellere poſſent: permagni enim refert ad Conſervationem Congregationis, quibus hæc officia mandentur, cum univerſæ Congregationis adminiſtratione, adeo conjuncta.

Ante electiones, quæ de ſingulis Officialibus, aut Officialium generibus faciendæ ſint, legantur, quæ de eorum Officio, & electione in Conſtitutionibus habentur. Quæ quidem generalis regula ſit.

Primò fiat nominatio per ſchedulas cum juramento, ut de Præpoſito Generali dictum eſt. Omnes autem Aſſiſtentes nominentur eadem ſchedula; & juramentum ita concipiatur, Teſtem invoco Deum, quòd quatuor & non plures, neque meipſum, nominabo. Deinde eodem modo ſuffragia ferantur, primo ſcilicet, de iis, qui à pluribus fuerint nominati; ut ſupra; ii autem quatuor, qui primum, majorem partem ſuffragiorum tulerint, ſint electi, cæteris nominatis amiſſis. Quod ſi prima vice, aut nullus, aut non quatuor majorem partem tulerint: iterùm dentur ſuffragia: Primò ſcilicet de iis, qui pluribus nitantur: & eadem regula ſit. Etſi adhuc quatuor ex Patribus major pars non obvenerit; ii cenſeantur electi, qui propius ad talem numerum acceſſerint: & in pari numero præferatur antiquior Profeſſione. Similis ratio ſervetur in Viſitatoribus, & Procuratore, mutatis mutandis. Atque hæc ratio nominationis: Ordinis: juramentorum: ſuffragiorum; majoris partis: & repetendi ſcrutinii: ita ut ſi major pars nulli obveniat, eligatur, qui propius acceſſerit: & ratio item in pari numero ſtatuendi, ſervetur in omnibus aliis electionibus, quas fieri quacunque occaſione accidat, niſi contra exprimatur.

Caput X.

De Electione Præpoſitorum.

ELectioni Præpoſitorum localium, &, ſi Provinciæ fuerint, Provincialium, Præpoſitus generalis, Aſſiſtentes, Viſitatores, Procurator generalis, & Cancellarius tantum interveniant. Et ſi quis ex his abſit, Capitulum alios ſubſtituat, eos ſcilicet, ſi fieri poſſit, qui in tali officio quandoque fuerint. Scrutatores erunt, Præpoſitus Generalis, Procurator, & Cancellarius, jurati, ut ſupra: qui, ſi ad aliquod ex dictis officiis electus ſit: Alius de Capitulo à Præpoſito generali ſubſtituatur; quod quidem locum habeat etiam in Superioribus electionibus.

Detur ſpatium, ut ſupra, ad conſiderandum, orandum, & inquirendum. Inquirant autem ii novem tum inter ſe, tum ex iis, qui Præpoſiti proxime fuerant: idque ad eandem rationem ſuperius præfinitam: & tum de neceſſitatibus Collegiorum, aut Provinciarum, tum de perſonis, quas non ſatis norint. Debent autem eum inquirendi modum rectè tenere; ut ea omnia caveantur, quæ ibi nota ſunt: & neceſſariæ tantum cognitioni, aut notitiæ conſulatur; tum quærendo, tum reſpondendo: & notulam item omnium vocalium habere paratam.

Eadem ratio nominationis, & ſuffragiorum ſervetur. Et ad ſingula Collegia, aut Provincias nominatio fiat, & ſuffragia dentur: non autem ſimul.

Atque in eorundem electione ea ratio habeatur, ſi per idoneorum hominum numerum fieri poſſit: ut, qui Præpoſitus fuit, viciſſim vacationem habeat.

Is Ordo ſervetur, ut prius ii Præpoſiti creentur, quorum cura majoris momenti eſſe ſolet, arbitrio Præpoſiti Generalis. In primis autem eligatur Præpoſitus Novitiatus; deinde Scholarum; deinde alii.

Officialium electiones Cancellarius ſcripto proponat & evulget.

Caput XI.

De Aſſignatione locorum, Decretis, & fine Capituli.

Quoniam verò plerumque expedit locorum aliquam mutationem fieri; & alium alii locum habitandum aſſignare; poſtremum erit, ut iidem novi Patres, modo commemorati; auditis ſeparatim iis, qui proximè fuerunt Præpoſiti, & Socii, ſi quid habeant in hoc genere pro locorum neceſſitate, vel opportunitate ſuggerendum, conſideraris ſpiritualibus locorum negotiis, perſonis, facultatibus, & ſi quid tale eſt; prout opus judicaverint; mutationem locorum decernant, animarum ſalutem, Congregationiſque ſecundùm Deum utilitatem ſpectantes.

Si quæ collegia ſint, in quibus tredecim perſonæ habitare non poſſint; ad ea Seniores, ſi ſuppetant, mitti debebunt: & qui naturæ pacatioris videntur: & item Converſi profeſſi.

Videndum verò etiam, ne Collegia nimis numero perſonarum operentur.

Mutationes decretas Cancellarius proponat, & evulget.

Si quis autem ſibi juſtam excuſationem habere videatur, quò minus locum mutet; ut primùm audierit, eam Præpoſito Generali ſignificet; & quod illi viſum fuerit, in eo acquieſcat.

Sed & aliàs, quandocunque Præpoſito generali videatur, ex cauſa eiusmodi mutationes decernat.

Migrationis verò ſumptus ad illud collegium ſpectet, quò quis migrat.

Quæcunque Capitulum decreverit, ſive circa electiones, ſive circa alia, omnia Cancellarius proprio libro ordine perſcribat; unumquodque ſcilicet, poſtquam de eo ſuffragia lata fuerint.

Vide declar. factam à Cap. Gen. anno 1582.

Decreta capituli, ſive ordinationes ad ſequens tantùm capitulum valeant: in quo, niſi confirmatæ fuerint, earum nulla ratio habeatur.

Qui Capitulo interfuerint, in eo tractata vulgare debere non videtur. Et licet res ſint promulgandæ, vel fortè promulgatæ; tamen quæ in decernendo diſputata fuerint, narranda non ſunt. Quæ certè dici prohibita ſint; item, quæ vulgata Congregationi, aut certæ perſonæ detrimento eſſe poſſunt, ne dicantur.

Omnibus jam peractis rite Domino gratiæ agendæ erunt, ut per quem ea actio cœpta eſt, per eum finiatur. Dicant verò tam qui de Capitulo ſunt, quàm qui de collegio, una omnes in Eccleſia hymnum, Te Deum; & preces, ex ritu in fine Congregationis dicendas. Et ita dimiſſum ſit Capitulum. Prohibitum tamen ne ſit, quin, ſi ita res exigat, etiàm poſt electiones, aliquid in Capitulo tractari, & decerni poſſit. Quod tamen Capitulum eo caſu ex iis tantum perſonis conſtet, ex quibus & prius ante electiones.

Quam quisque Miſſam primò poſt finitum capitulum fecerit, ea ſit pro gratiarum actione, ſi per ritum liceat; alioqui ut primùm licuerit.

Cura verò ſit Præpoſiti Generalis, ut quæ decreta executionem poſtulant, & in uſum inducenda ſunt, ex libro Actorum Capituli Generalis, fideliter per Cancellarium excerpta, promulgentur, præſentibus etiam collegialibus, & quàm primùm deſcripta, ſeu typis impreſſa ad Collegia, prout opus fuerit, mittantur. Ejusdem quoque cura ſit, ut qui diſceſſuri ſunt, præſertim Præpoſiti, quamprimum diſcedant.

Caput XII.

De Præpoſito Generali.

Hic jam locus videtur, ut qualis debeat eſſe Præpoſitus Generalis, deque ejus officio, aliquid agamus.

Præpoſitus Generalis is eligatur, qui fuerit aliquando ex Aſſiſtentibus, vel Viſitatoribus, vel Procurator generalis, vel certè Præpoſitus Provincialis, aut ſaltem localis; ſivè ex iis ſit, qui ad Capitulum convenere, ſive ex aliis.

De cætero autem talis eſſe debet, qui tum valetudine, & ætate, tum virtute ejusmodi muneri non ſit impar. Spectetur, quæ in eo ſit ſanctitas; quæ diſciplinæ omnis obſervantia; quis rerum uſus; quæ eruditio; quæ prudentia; quæ vigilantia; quæ in Congregationem univerſam propenſio, & amor. Atque cùm cæteris omnibus præponatur; reliquos etiam omnes, ornamentorum, ſubſidiorumque omnium præſtantia antecellere debet: ut in ejus vitam alii intuentes perfectæ cujusdam diſciplinæ exemplar, propoſitum habeant; & quicunque ſub illius cura fuerint ad eum tum amandum, tum reverendum moveantur. Tit. 2. 6. Quare eò ſpectent electorum animi; ut ejusmodi munus tali viro mandent; qui ſi non omnia, quæ deſiderantur, habeat; proximè tamen, quantum fi-

eri

eri poſſit, accedat; eas potius dotes ſequendo, quæ magis neceſſariæ ſint; veluti ſanctitatem, prudentiam, uſum & alias ſimili ratione.

Cognoſcat verò Præpoſitus munus; & quæ ſuæ ſint partes, aſſiduè meditetur. Conſideret animarum regendarum curam, difficilem ſane, atque ar-
Heb. 13. c. duam rem, illi impoſitam; de omnibuſque, quotquot illæ fuerint, ſibi reddendam rationem ante tribunal Chri-
Matth. 20. d. ſti: datum ſe à Domino potius, ut proſit, quàm ut præſit; ea conditione ſe eſſe aliis præpoſitam, ut eorum ſit miniſter. Meminerit dicta omnia, factaque à ſe, non ſine parvo momento, proficiſci; ut vel bona proſint, vel minus bona, multùm noceant: eſt enim in fractum omnium oculis, atque conſpectu. Hortari, & docere, pro opportunitate, ne
Pſal. 39. e. omittat; ut dicere poſſit cum Propheta, juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo; veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Quo in genere pro opportunitate materiam ex Conſtitutionibus, quarum cuſtos, & conſervator eſſe debet, ſumere poterit. Ita verò faciat, ut quæ propoſuerit dicendo, faciendo demonſtret. Videat diligenter, quid cuique pro naturæ, intelligentiæ, morùmque diverſitate opus ſit, omniumque ſaluti ſe accommodans, arguat, obſecret, increpet, prout cuique judicaverit expedire. In aliis
2. Tim. 4. a. manſuetudinem & obedientiam foveat, & complectator: contumaciam in aliis, cordiſque duritiem frangat, & caſtiget. His ſeverum magiſtrum; illis pium ſe præbeat patrem. Errata ne diſſimulet; ſed in ipſo ſtatim ortu emendare ſtudeat: in aliis quidem, puta, ſi intelligentes facilioribuſque moribus ſint; ſemel atque iterum verbis; in aliis verò, ut ſi ſuperbi ſint, atque aſperi, caſtigatione ſtatim, & coërcitione. Hæc verò ita ſequatur; ut eam virtutem, quæ in compatiendo poſita dicitur, quantum debet, re-
Tit. 2. 6. ſpiciat.

Hæc ita hoc loco paucis attigiſſe ſufficiat. Et quemadmodum Præpoſitus Generalis exemplar quoddam eſſe debet; ad cujus ſimilitudinem alii ſe comparent; ita ex his, quæ illi hic propoſuimus, reliquorum Officialium inſtitutio habeatur.

Univerſæ Congregationis ſtatum probe tenere, & quem admodum ſe res in dies habeant, cognoſcere ſtudeat. Quomodo Præpoſiti, & reliqui officiorum cura implicati, ſe gerant; à quibus etiam, cum conſenſu Aſſiſtentium, rationem gubernationis exigere poterit, licet ea res ordinarie ad Capitulum Generale referenda ſit: num aliquo loco, vel modo ratio diſciplinæ immutetur, aut remittatur; præſertim ubi Scholæ habentur, & ubi inſtituuntur Novitii: num Conſtitutiones, Decreta, & omnes ordinationes ſervandæ, quo decet ſtudio, obſerventur. Quæcunque graviora in Congregatione agentur, præſertim quamdiu non erunt Provinciales, ad cognitionem & approbationem ſuam revocet. Atque in his omnibus, ne quid aliquo loco ad conſervationem, ſeu reſtitutionem diſciplinæ aut morum correctionem deſideretur, provideat memor ſibi reddendam rationem Villicationis ſuæ coram DEO, quodquidem præcipuum Luc. 16. a.
eſt, & horribile; ſed & coram Capitulo Generali, ſi opus fuerit.

Ita bonorum, rerúmque temporalium curam gerat; ut præcipue tamen munus ſuum circa ſpiritualia, animarúmque ſalutem verſari agnoſcat. Vide declar. factā à Cap. Gen. anni 1599.

Quo verò pondus adminiſtrationis ſuæ melius ſuſtineat; hoc etiam adminiculi illi ſit; ut habeat, qui pro rerum opportunitate, judiciique ſui gravitate illum moneat; cùm quid non benè ſe habere in ejus adminiſtratione adverterit: iſque ſit Aſſiſtens antiquior Profeſſione.

Atque, ut omnia perfectius cognoſcere, emendare, & ſtabilire poſſit; præter id, quod Viſitatores in hoc genere præſtabunt; ſingulis annis omnia collegia, ſaltem intra fines Lombardiæ poſita, viſitet: alia verò ſemel ſaltem, toto officii ſui triennio. Quod ſi non poſſit eodem modo per alium à ſe eligendum viſitet. Ipſe autem proficiſcatur comitato uno ex Aſſiſtentibus, & Cancellario ſuo tantùm. Viſitatio, quæ generaliter in exquirenda diſciplinæ, mortificationiſque ratione; in ſtudiorum, curationis domeſticæ, prædiorúmque ſtatu, & conditione cognoſcenda verſari, definiri poteſt; ad rationem tamen, etiam latius præſcribendam, fiat.

Eligat ſibi ex Vocalibus Cancellarium, hominem fide, intelligentique judicio præditum, & ad uſum, laborémque ſcribendi peritum, & exercitatum; cujus opera in variis ſcriptorum generibus, prout opus fuerit, utatur. Iſque alio officio, ſi fieri poſſit, non implicetur.

Capitulo Generali valde tribuendum eſt; ita ut quæ magni momenti inciderint, ad illud ſemper referantur: ſed quia tamen multa incident, quæ differri, aut non poterunt, aut non debebunt; aliqua, quæ rectius fuerit, à Præpoſito expediri, quàm deferri ad Capitulum: quoniamque omnia diſtincte definiri non poſſunt; ita ſe gerat Præpoſitus, ut ea ſibi non ſumens, quæ proprie Capitulo aſſignata ſunt; cætera ita ſuſcipiat; ut, & quantum Capitulo tribuatur, meminiſſe ſe oſtendat, & tamen univerſæ Congregationi ſe eſſe Præpoſitum non videatur oblitus.

De Præpoſiti Generalis decretis, ſive ordinationibus declaratum eſt, uti decretis Cap. Gen. quæ declaratio habetur in Cap. Gen. 1582.

Quemadmodum in ea cura diligens eſſe debet, ut quæ conſtituta, vel decreta ſunt, obſerventur; ita ipſe in ordinationibus faciendis parcus ſit; & à rebus novis alienus. Quæ tamen ordinaverit, ad finem officii illius tantùm durabunt.

Caute admodum, & parcè cenſoris utatur, cùm id neceſſitatis remedium videatur.

Cùm proficiſcitur, puta Viſitationis causâ; poſſit relinquere Vicarium, vel unum ex Aſſiſtentibus, vel alium de Collegio, ubi ipſe habitat, modo ſit Vocalis. Videat tamen; & hoc, & aliis caſibus, cui poteſtatem ſuam mandet; & quàm plenam, & item intelligat, ſe præter neceſſitatem à loco domicilii ſui diſcedere non debere. Quod & ab aliis Superioribus, ſervandum curet.

Vide declar. factam à Cap. Gen. an. 1585.

Caſus aliquos, prout ad diſciplinam conſervandam utile ei videbitur, cum conſenſu Aſſiſtentium, ſibi reſervare poterit; eorumque facultatem, cui volet impartiri.

Mediolani ejus habitatio ſit, quo in Collegio, non tamen ad aliquam ejus poteſtatis, vel prærogativæ eo in loco imminutionem; localis Præpoſiti officio fungetur alius, qui etiam ob penuriam fortè hominum idoneorum poſſit eſſe unus ex Aſſiſtentibus. Et nihilominus tamen Collegium Mediol. Viſitatorum etiam Viſitationi ſubjectum ſit; exceptis tamen ipſo Præpoſito Generali, & Aſſiſtentibus.

In victu, veſtitu, ſupellectili, omnique vitæ opportunitate ea moderatione utatur, ut quidquid illi, plus quàm alii fuerit; id videatur, neceſſitati officii, non ſplendori, aut deliciis tributum. Unum habere tantum poſſit, qui ei inſerviat; & à communis diſciplinæ, & vitæ regula ne diſcedat.

Illius officium triennio duret, tanto ſcilicet ſpatio, quantum ab uno ad aliud Capitulum generale relinquitur; jus tamen illud retinendo, quod apoſtolica auctoritate Congregationi conceſſum eſt; ut ſcilicet brevius etiam tempus, vel ut in ipſis litteris continetur, ejusmodi officio præſtitui poſſit, & præterea illud quoque; ut ſi aliquando ejusmodi generalem adminiſtrationem, mandare perpetuam Congregationi, puta ex ejus augmento, in Domino utile eſſe videretur; id fieri poſſit; modo tres, ex quatuor, ſuffragiorum partes eligendus obtineat; ad eam ſcilicet rationem, quæ in capite de electione Præpoſiti Generalis ordinata eſt. Non tamen facile ad hanc electionem perpetuam veniatur, donec Congregatio quatuor ſaltem Provincias non habeat. Quod ſi hoc quandoque factum fuerit, reliqua tamen adminiſtrationis, & electionum ratio maneat.

Si Præpoſitus Generalis, extra ordinarium tempus celebrandi Capituli, decederet; interim quidem Aſſiſtens antiquioris Profeſſionis locum ejus teneat, etenim hæc regula Generalis ſit, ut deficiente Præpoſito Generali, ille ſemper pro eo adminiſtret ſub nomine Vicarii Generalis. Sed quamprimum, Vicarius ipſe, ratione ſupra conſtituta, Capitulum convocabit. Quod ſi forte convenire non poſſit, ſervetur ratio ſupra itidem deſcripta; ipſo Aſſiſtente interim tenente Præpoſiti Generalis locum, qui eodem modo tribus reliquis utatur Aſſiſtentibus.

Si verò in eum corporis, vel animi morbum Præpoſitus Generalis inciderit; ut ejusmodi perſonæ ſuſtinendæ idoneus non eſſet, nimiſque longum eſſet, expectare ordinarium Capituli Generalis Conventum; Aſſiſtentes ea de re ſcribant ad Præpoſitos locales; vel ſi fuerint Provinciæ, ad Provinciales; & inter ſe ſtatuant, quid agendum; ita ut majoris partis ſententiæ ſtetur. Si in id conſenſerint, ut conveniendum ſit; convenient, ut ſupra, & de Vicario ipſi Præpoſito Generali dando tractabunt: illum verò eligent, ea ſuffragiorum ferendorum ratione, quæ ſupra in electione Præpoſiti Generalis præfinita eſt. Quod ſi unus ex Aſſiſtentibus electus fuerit, alium in ejus locum ſufficiant; & eodem modo, ſi quis ex aliis officialibus fuerit electus. Major verò ex Aſſiſtentibus, ejusmodi Congregationi præerit.

Is autem Vicarius eiſdem Aſſiſtentibus utatur : & omnem poteſtatem habeat : ſed erga Præpoſitum tamen ita ſe gerere debebit ; ut ei tanquam Præpoſito Generali honorem habeat ; & aliqua etiam cum illo communicabit, pro modeſtia, & prudentia ſua.

Liceat tamen etiam (ſi habita omnium ratione ita rectum videatur) non decernere Vicarium, ſed ejus tantum poteſtatem ita circumſcribere, ut nihil grave ſine Aſſiſtentium conſenſu agere poſſit ; ita ut quaſi quinque virorum conſilio conſtituto, quod majori parti eorum viſum fuerit, id ratum ſit.

Si verò etiam (quod nunquam fore ſperamus) in aliquod ex his enumerandis criminibus Præpoſitus incideret ; antiquior Aſſiſtens quamprimum cum aliorum Aſſiſtentium conſenſu Capitulum convocet ; & Congregatione habita, cui idem Aſſiſtens præſit, illum deponant ; novumque eligant ; qui ad Capitulum proximum maneat. Crimina autem ſunt, Hæreſis, carnis copulatio, verſio bonorum Congregationis in rem, vel propriam, vel aliorum ; modo tamen res ſit magni momenti, arbitrio Capituli. Item omne crimen, quod jure civili pœna mortis ; vel Canonico, pœna depoſitionis punitur.

Si fortè, cùm Præpoſitus moritur, tempus ordinarium Capituli, minus ſex menſibus, longè ſit ; tunc tale Capitulum omnino habeatur, quale ordinario ſuo tempore haberi ſolet, & novæ electiones omnium officialium fiant, qui ſequenti triennio etiam maneant ; ita ut ordinarium Capitulum proximo conſueto tempore non fiat. Alioqui electio Præpoſiti Generalis tantùm fiat ; qui quidem ad proximum tempus ordinarium Capituli tantum maneat : & ad hanc ſolam electionem conveniant omnes, qui ſupra ſuo loco commemorati ſunt. Idem intelligatur de aliis duobus caſibus : morbi ſcilicet, & criminis.

Caput XIII.

De Aſſiſtentibus.

Cum vix evenire poſſe credendum ſit, ut unius regentis oculos multa non fugiant, aut providenda, aut emendanda ; ſæpeque tot ſint gubernationis partes, ut pluribus adjutoribus uti, plurimum habeat commoditatis : & omninò ea ſit humanæ naturæ imbecillitas, ut vix bene poſſit rem gerere, qui aliorum conſilio non utitur ; ſcriptura

Eccl. 2. d. item monente : Omnia fac cum Conſilio ; & poſt factum non pœnitebis ; valde utile viſum eſt, quatuor viros Præpoſito Generali tanquam Aſſeſſores, aut Conſiliarios, de quorum electione ſupra egimus, dare ; quibus & ad ſpeculandas omnes Officii ſui partes, & ad negotia gerenda, & ad Conſilium capiendum utatur : ex quo & ipſi facilior, & ad aliorum ſalutem perfectior eveniat adminiſtratio.

Il ea ſanctitate, virtute, ornamentiſque præditi ſint ; quæ tale munus cum ſumma Congregationis adminiſtratione & Præpoſiti Generalis officio adeo conjunctum, requirit.

In horum electione illud præſtetur, ut duo ſemper ex iis, qui Aſſiſtentes præterito triennio fuerunt, maneant ; niſi fortè, quandoque etiam omnes confirmari expediat.

Præpoſitum ea lege non adſtringimus ; ut ei eorum ſententias ſequi neceſſe ſit : ſed hortamur tamen ; ut eorum opera, & conſilio libenter utens à talium virorum ſententia temere non diſcedat : multo namque facilius unus errat, quàm plures. In iis tamen, quæ facienda cum eorum conſenſu expreſsè conſtituimus : eos ita adhibeat ; ut quaſi quinque virorum conſilio conſtituto, id ratum ſit, quod majori parti eorum placuerit. Quod ſi aliquando neceſſe ſit conſenſum eorum adhibere, & tres tantum ſint ; ea pars prævaleat in pari numero, à qua Præpoſitus ſtet : quæ cum hujuſmodi conſenſu facienda conſtituta ſunt ; ſcripto fiant, ſubſcriptionibus adhibitis.

Si utrum ex eis accideret, aut mortem obire, aut inhabilem reddi, aut in aliquod crimen incidere, nondum finito officii circulo : Præpoſitus Generalis de alio ſufficiendo ; ſive eo ob crimen privando cum conſenſu reliquorum ; & item Præpoſitorum localium ; vel Provincialium, ſi Provinciæ fuerint, per litteras habendo, agat, & eam ſententiam ſequatur, quæ majori parti placeat. Idem fiat, ſi aliquem ex eis fortaſſe à ſe diutius abfuturum ablegare velit. Poſſit tamen Præpoſitus Generalis eorum officium ex cauſa cum conſenſu reliquorum ad tempus ſuſpendere. Aſſiſtentes, quantum fieri poſſit, rebus ab officio ſuo alienis, occupari non debeat : ſed tamen, ſi ita expedire viſum fuerit, poſſit eorum aliquis, etiam Præpoſiti Collegii, in quo habitat, officio fungi.

De Aſſiſtente in mortui locum ſufficiendo. Vide declar. fac. à cap. gen. anno. 1585.

CA-

Caput XIV.

De Viſitatoribus.

Vide declar. Cap. Gen. anno 1582. De jure ſuffragii in Capitulis.

AD regularis diſciplinæ, propriorum inſtitutorum conſervationem, & ad rectam totius gubernationis ordinationem pertinet, idoneos viros eſſe conſtitutos, qui ei tantum officio ſint addicti; ut loca ſingula obeuntes omnem vitæ rationem ſingillatim recognoſcant; ne quid forte per malitiam, negligentiam, aut etiam aliquorum imprudentiam, illabatur, regulis, atque inſtitutis à nobis obſervandis contrarium: & ſi quis immoderata libertate, & licentia utatur; habeat etiam, unde efficacius reprimatur. Et licet Viſitatio ſit etiam Præpoſiti Generalis, tamen id ita frequenter præſtare non poteſt.

Itaque duo Religioſi, prudentesque Patres in Capitulo Generali, loco ſuperius demonſtrato eligendi erunt: qui graviter & cum auctoritate id munus exequantur.

Bis in anno ſingula Collegia viſitent: ſed ea ſemel tantum, in quibus Præpoſiti Generalis ipſius viſitatio fiet: & quæ valde longinqua ſunt arbitrio Præpoſiti Generalis.

Diligenter rerum omnium ſtatum, tum ſpiritualium, tum temporalium inveſtigent, ſingulorumque mores; ad formam tamen, ut ſupra diximus, deſcribendam.

Ambo ſimul viſitent, nullum alium ſecum adducentes: ipſorumque ſit viſitationis acta conſcribere. Quod ſi alter non poſſit, alterum eligat Præpoſitus Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium.

Donec loca viſitanda pauca fuerint, poſſint ſimul eſſe Præpoſiti locales: non tamen loci, ubi ſit Novitiatus, aut Scholæ. Et eo caſu Præpoſitus Generalis duobus aliis Viſitationes Collegiorum, quibus illi præſint, committat. Si verò tot loca eſſent viſitanda; ut majorem anni partem in viſitatione conſumere neceſſe eſſet, Præpoſiti, Viſitatores eſſe non poſſint.

Si Congregatio in Provincias diviſa fuerit; augendus erit numerus Viſitatorum, arbitrio Capituli Generalis; quo munus ſuum, ut præſcripſimus præſtare poſſint.

Sumptum in Viſitatione faciendum Collegia ipſa, quæ viſitabuntur, ſuppeditent.

Auctoritatem eorum, qui præſunt, tueantur; & executionem eorum, quæ decreverint, per eos fieri curent, per locales ſcilicet Præpoſitos, vel Provinciales, ſi fuerint, prout res ad Collegium, vel Provinciam pertineat.

Si Superiores negligentes deprehenderint, aut aliàs corrigendos, ad Præpoſitum Generalem deferant; qui id præſter, loco, & tempore opportuno.

Iidem faciant, ſi quid gravius conſtituendum fuerit, ut cum Præpoſito Generali prius communicent.

Confecto Viſitationis ſuæ curſu, ſemper Præpoſito Generali per eos acta referant.

Caput XV.

De Procuratore Generali.

CUm autem ad multas opportunitates expedire judicatum ſit, eſſe aliquem ex nobis, qui res univerſæ Congregationis, prout uſu venerit Romæ, ubi Summi omnium Paſtoris ſedes eſt, univerſæque Eccleſiaſticæ adminiſtrationis Caput, procuret: eligetur, loco ſuperius demonſtrato, qui religione; fide; prudentia; & rerum uſu, earum præſertim, quæ ad Congregationem pertinent; ejuſmodi munus ſuſtinere, & exequi poſſit.

Procurator Generalis appelletur, & Romæ ſemper habitet; non tamen in Collegio Romano Præpoſitus ſit; poſſit verò eſſe unus ex Diſcretis ipſius Collegii. Is omnem Congregationis ſtatum probè tenens; adeo omnia attentus ſit, quæ ad utilitatem illius in Domino pertinere videbuntur: & frequenter de rerum ſtatu, quatenus ad eandem pertinebit, ſcribat ad Præpoſitum Generalem.

Quæcunque litteræ, vel Conceſſiones à Sanctiſſ. D. N. pro Congregatione, Collegio, vel perſona impetrandæ ſint: quidquid etiam cum Illuſtriſſ. Protectore ſit agendum, hæc omnia ipſe, & non alius procuret. In iis, quæ ad univerſam Congregationem, & ad Conſtitutiones ſpectant, habeat facultatem à Capitulo Generali: ad cujus tempus, ſi res differri nullo modo poſſit; ſufficiat facultas Præpoſiti Generalis, Aſſiſtentium, Viſitatorum, & ipſius Procuratoris Generalis. In aliis ſatis ſit ipſius Præpoſiti Generalis, & Aſſiſtentium conſenſus, qui contra hæc fecerit, graviter puniatur.

Caput XVI.

De Provinciis, Præpoſitis, & Capitulis Provincialibus.

SI Dominus voluerit Congregationem noſtram, ut adhuc voluit, in dies au-

augeſcere, & progredi: Collegiis multiplicatis evenier, ut ſub uno Generali, & particularibus Præpoſitis tantum, ita commode adminiſtrari non poſſit; & medium quiddam deſideretur; ut & illius partes ſuppleantur; & horum gubernatio majori aliqua authoritate; quæ illis propius immineat, confirmetur. Quare illa ratio, uſitata tamen, ineonda erit; ut Congregatio in Provincias dividatur plura Collegia continentes; eæque ſingulæ Præpoſitis Provincialibus regendæ tradantur.

Quando, & qua ratione hæc partitio facienda ſit, relinquitur Capitulo Generali judicandum.

Provincialis ipſe; niſi fortè ob penuriam eorum,qui proficiſci poſſint,vel ratione paocitatis collegiorum, quæ ſub ejus cura eſſe accidat; localis Præpoſiti officio ne fungatur, ſed alios: neque id ad aliquam imminutionem ejus poteſtatis, aut prærogativæ in Collegio, ubi habitabit.

Ad omnes Provinciæ ſuæ partes attentos oculos teneat; ut omnia ſecundum Deum, Conſtitutiooes, inſtitutáque noſtra peragantur.

Singulis menſibus de ſtatu Provinciæ ſuæ Præpoſitum Generalem doceat; & cum eo, quæ gravia incident, communicet.

Viſitet omnia Collegia ſub cura ſua conſtituta ſemel in anno; & omnia exequens, quæ ad regularem diſciplinam, conſtitutiones, regulas, inſtituta ſervanda pertineot: & ea item, quæ à Præpoſito Generali, aut Viſitatoribus ordinata fuerint. Unum habeat in eo negotio comitem ab eo eligendum, qui tamen ſit vocalis.

Quæcunque in viſitatione, vel extra ordinaverit, à Præpoſito Generali tamen approbanda erunt.

Ejus Officium triennio duret; & eligatur, ùt ſupra in Capitulo Generali.

Habitet in loco, quantum fieri poſſit, omnibus Provinciæ Collegiis commodo, ad arbitrium Generalis. Si Præpoſitus localis ſit, habitatio illius eo loco erit.

Si moriatur, inhabilis reddatur, aut in crimen incidat; provideat Præpoſitus Generalis, cum conſenſu Aſſiſtentium, & Provinciæ conſulat.

Capitulum Provinciæ ſuæ ordinarie habere incipiat die quinta menſis Novembris, Capitulum Generale proximè antecedentis: ot de iis, quæ ad Capitulum Generale, ad Dei Gloriam, & Congregationis utilitatem, refeteoda ſint, agatur; Sociique cum Provinciali profecturi eligantur.

Poſſit tamen etiam extraordinarie convocare, ſi res poſtuler, cum conſenſu Præpoſiti Generalis. Et ea convocatio fiat per litteras tanto ante diem Capituli dandas, ut reſponſio, & item replicatio reddi poſſit.

Locus erit, ubi Provincialis habitaverit, vel ubi ipſe conſtituerit, cum eodem conſenſu.

Convenient ad illud Præpoſiti locales, Socio vocali ſingulis adjuncto, à Collegiis eligendo.

Excuſantium ſe rationes Provincialis probet, vel rejiciat.

Si Capitulum ex ordinaria cauſa, vel extraordinaria haberi non poſſit, Præpoſitus Generalis conſulatur.

Habeatur & in hoc Capitulo Cancellarius, qui acta Capituli cooſcribat.

Ex ſe autem hoc Capitulum nihil conſtituat; ſed ſi quid ſecundum Deum utile in medium proferatur, ad majorem poteſtatem deferatur.

Quæ ejus nomine mittentur, habeant ſubſcriptionem Cancellarii, & ſigillum Provincialis; & item nomina eorum, qui interfuerint Capitulo.

Suffragiis excipiendis detur alius, præter Provincialem, & Cancellarium.

Rebus proponendis, item ut in Capitulo Generali aliqui præponantur; ſint vero duo tantum ex Patribus.

Caput XVII.

De Præpoſitis, & Capitulis localibus, & omni locorum adminiſtratione.

Dicendum eſt nunc de ſingulorum Collegiorum Admioiſtratione. Præpoſitus igitur in unoquoque loco conſtituendus, ex eo localis dicetur.

Eligantor ejuſmodi Præpoſiti in Capitulo generali ſecundum ea, quæ ſuperius conſtituta ſunt, & io eo officio triennio permanere poſſint; usque ad ſequens ſcilicet Capitulum.

Verùm Præpoſitus Generalis ſub finem cujuslibet anni à Capituli tempore incipiendi onà cum Aſſiſtentibus ſuis conſultet de novis Præpoſitis eligendis: & rebus omnibus circumſpectis, ubi viſum fuerit cum eorundem Aſſiſtentium conſenſu novos conſtituat; reliqui verò cenſeantur confirmati. Non tamen facile mutandi erunt Præpoſiti in loco Novitiorum, & in loco, ubi ſint Scholæ.

Hi locales Præpoſiti omnium, qui ſibi commiſſi ſunt, diligentem curam gerant; ex iis maximè, quæ dicta ſunt, Heb. 13. c. cùm de Præpoſito Generali ageremus: pro iis enim Deo rationem reddituri ſunt, ſed & Superioribus ſuis. Atque eò perfectius rebus, quæ ad Spiritum pertinet, vacare poterunt; quòd in reliqua cura illi adjutores, non deerunt, ut inferius dicetur.

Studeant verò ipſi in omni diſciplina, & quæ Conſtitutionibus, & ordinibus debetur, obtemperatione cæteros anteire; æqualitatis regulam, niſi quatenus officii neceſſitas poſtulat, non egredientes.

Omnia ſervanda etiam in Collegiis parvis ſervari curent: ſi quid verò difficile videatur, conſulant Præpoſitum Generalem.

Bis aut ter in anno, domum, omnia cubicula, & loca, unà cum Diſcretis; de quibus infra, ex improviſo perluſtrent; ne quid uſpiam deſit, vel ſuperfluum ſit; aut quid contra diſciplinam committatur: commode etiam, & diſcrete quibusdam propenſionibus immoderatis occurrentes ſive in cubiculis, ſive in aliis rebus habendis.

Diligenter exquirant, & agnoſcant Ephef. 5. d. Coloff. 4. a. quomodo unusquisque horas ſuas collocet, curentque, ut omnes ambulent in ſapientia tempus redimentes.

Opportunas monitiones, publicè vel privatim ne prætermittant: maximè, ſi qua in re diſciplinam remitti videant, Ezech. 34. a. ut quod confractum fortè ſit, alligent, quod infirmum conſolident. Suméntque ſæpius ex aliquo Conſtitutionum loco materiam, prout judicaverint expedire.

Singulis menſibus de Statu Collegii ſui; & item de perſonis, quibus præſunt, ſi quid opus ſit, ſcribant ad Præpoſitum Generalem: & de iis, quæ gravia judicaverint, eum conſulant: quod ſi Provincialis fuerit; ad eum ſcribere ſufficiat.

Si quis eorum moriatur, reddatur inhabilis, vel in crimen incidat: ejus Diſcreti ſcribant ad Provincialem, ſi fuerit; illéque ad Generalem: alioqui illi ad Generalem, qui cum conſenſu Aſſiſtentium gubernationi Collegii, de quo agitur, conſulat.

Habeat unusquisque Præpoſitus ex gravioribus Collegii ſui quatuor quidem, ubi duodecim Vocales ſint; duos ubi minor numerum; quorum Conſilio, atque etiam opera in Adminiſtratione ſua utatur, iique appellentur Diſcreti.

In gravioribus verò negotiis convocet Capitulum ſuum, in quo omnes interveniant, qui ſecundum ea, quæ ſupra conſtituta ſunt, jus ſuffragii habeant.

In eo monendo, ſi quid opus ſit, major ex Diſcretis charitatis Officium præſtet.

Conſtituatur in unoquoque Collegio Præpoſiti Vicarius, qui poſt Præpoſitum primum locum teneat, Præpoſitique vices gerat, præſertim eo abſente. Quæ ad victum; veſtitum; Officiorum diſciplinam, & ordinem; & demum ad neceſſaria communiter, vel ſingulis ſuppeditanda; & ad omnem curam domeſtiam ſpectant, ad ejus officium pertineant: ſed ejus curatio intra domeſticos parietes tantùm contineatur; & de curatione ſua frequenter cum Præpoſito communicet; maximè in iis, quæ graviora ſunt, & in ea adjuvetur à Diſcretis. Vide declar. factam à Cap Gen. anno 1582. & 1596.

Quocirca Procurator quoque conſtituatur, qui foris temporalia omnia procuret. Ejus ſit cura prædiorum, redditum, creditorum, debitorum: ad eundem pertineat emere, vel quovis modo parare, & importanda, condendaque curare, quæ domui neceſſaria fuerint; prout Vicarius ei præſcripſerit. Rationes autem ſingulis menſibus reddat Præpoſito, Diſcretis intervenientibus: Et præterea quoque, in fine cujuslibet anni: & item Generali, ſeu Viſitatoribus, in viſitatione poſcentibus.

Bonorum tamen ſtabilium venditiones, emptiones, permutationes, emphyteuticæ locationes, & conductiones; & omnes omnino alienationes, vel acquiſitiones, deferantur ad Præpoſitum Generalem; vel Provincialem, ſi fuerit, & talem habuerit à Generali facultatem; qui ejusmodi contractuum facultatem concedat.

Fabricari item, inſtaurari, aut dirui ædificia non poſſint ſine conſenſu Capituli localis; & ſi de re magni momenti agatur, conſulatur Præpoſitus Generalis, vel Provincialis.

Cancellarius præterea ſit, qui Inſtrumentorum, diplomatum, & ſimilium ſcripturarum omnium curam gerat.

Si fuerint lites (quæ tamen tranſactionibus, compromiſſis, & ſimilibus remediis terminari, & quantum ſine reprehenſione læſæ Eccleſiæ fieri poſſit, caveri debent) ipſe procuret, & cum Procuratore communicet.

Quæ in Capitulo agi contigerit, quantum opus ſit, ipſe ordine ſcribat.

Inventarium bonorum omnium cum deſcriptione Corporum ſingulorum, & cohærentium; jurium item omnium, actionum, & obligationum tam ſpiritua-

li-

lium, quàm temporalium, cùm nominibus debitorum, & creditorum; diſtinctè, atque ordine una cum Procuratore conficiat.

Inſtrumenta, quæ ad jura Collegii conſervanda pertinent, Authentica ſibi edi iidem curent; reliquorum omnium commemoratio certo libro fiat.

Edicta publica, quæ aliquomodo ad Collegium pertinere poſſunt, comparet, & aſſervet.

Notet præterea idem Cancellarius quæcunque notatu digna, & ad Collegium pertinentia occurrent; puta Eccleſiarum, vel Altarium conſecrationes; ordinationes Clericorum, & alia item, licet non tanti momenti. Ejusmodi ſcripturas omnes in Archivio aſſervet, & ipſe illius curam gerat.

Hunc verò, & Diſcretos eligat Præpoſitus localis cum Capitulo ſuo: ad Officium verò Vicarii ipſe eligat duos, mittatque Generali, ſeu Provinciali, ſi fuerit, ad alterum eorum approbandum: In electione autem Procuratoris, cùm judicetur graviſſimum eſſe hujusmodi officium, tum ob pecuniæ tractationem, tum ob ejus neceſſariam in poſſeſſionibus commorationem, cujus rationem vitam quoque Miniſtri poſſeſſionum ſpeculari debent, id ſervetur, ut Procuratoris nominatio poſt electum Vicarium, & ante alias electiones à Capitulo locali quidem fiat, ſed nomina à Præpoſito mittantur ad Præpoſitum Generalem, ut unum ex eis eligat cum Patrum Aſſiſtentium conſenſu ita tamen, ut ſecreto habeantur, quot nominationibus unusquisque in Capitulo fuerit nominatus. Et ii omnes ſint Vocales. Singulis verò annis de iis mutandis, vel confirmandis eodem modo agatur. Hæc autem officia omnia, licet finito anni curſu, apud eosdem ſint, donec nova electio facta fuerit. Idem dictum ſit de officio Præpoſitorum; niſi cùm in Capitulo Generali, officium deponant ex Superius conſtitutis.

Spectetur verò in ejusmodi electione, num prudentiæ, induſtriæ rerúmque agendarum peritiæ ſatis ſit is, qui ad talia officia eligendi ſunt. Spectetur etiam valetudo, & Corporis habitudo, ad labores ſuſcipiendos; in iis præſertim, qui in rerum domeſticarum cura foris verſari debent: & quod Caput eſt, num ii tales ſint, qui in rebus agendis ſine ſuo, vel aliorum ſcandalo verſari poſſint. Qui quidem, quantum fieri poſſit, mercatibus, foris, tribunalibus, publicisque ejusmodi locis abſtineant; curantes potius, quantum res patiatur, aliorum opera uti; etiam ſi id forraſſe contra utilitatem quandóque eſſe videatur. Cùm verò in iis verſari neceſſe erit, ne tamen diviſos, ut Apoſtolus ait, ſe præſtent, ſed à Domino non disjungantur; & in omnibus ita modeſtæ ſtudeant; ita à ſæcularibus moribus, cupiditate, calumniis, aut juris opicibus alienos ſe demonſtrent; ut aliis ſemper ædificationi ſint non ſcandalo: quam rem Præpoſiti curæ ſpecialiter etiam aſſignamus. 1. Cor. 7. f.

Pecuniæ, cujusvis generis, in arca aſſerventur, commodo loco habenda: cujus duæ claves: una apud Præpoſitum vel quem ipſe voluerit, qui & ipſe rationes de pecuniis conficiat; altera ſit apud Procuratorem.

Caput XVIII.

De reliquis officiis, ſeu miniſteriis Collegiorum.

PRæter principalia officia, de quibus ſupra egimus, alia quoque in unoquoque Collegio neceſſaria ſunt, quæ ut omnia ordine fiant certis perſonis commiti ſolent, & debent. 1. Cor. 14. f.

Primo namque ægrotorum curationi aliquis præficiendus eſt; qui charitate, diligentia, aſſiduitatéque ejusmodi munus rectè exercere poſſit. Is præterea ſit Corporis viribus; ut ægrotis in neceſſitatibus ſuis quocunque tempore præſto eſſe poſſit. Quòd ſi unus non ſufficiat, plures erunt ei officio deſtinandi. Sit etiam ea in infirmorum cibis & medicinis parandis peritia; ut ægrotis, prout opus, fuerit ſatisfacere valeat.

Hic infirmis obſequia præſtet, perinde ut ipſi Chriſto. Dixit enim infirmus eram, & viſitaſtis me. Item, amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Quæ verba infirmorum miniſtro cordi eſſe perpetuo debebunt: quin etſi fortè ægrotus quandoque aliquo modo moleſtum ſe, aut difficilem præſtet; patienter ferre debet; cùm inde majus præmium ſit conſecuturus. Matth. 25. d.

Alicui præterea ex Patribus ea cura à Capitulo mandanda erit; ut de iis, quæ ad hanc curam pertinent, diligenter cognoſcat: animadvertat, an infirmorum miniſtri omnia, quæ ad officium ſuum pertinent, rectè præſtent; & an quidquam infirmis deſit: omníque charitatis officio, quantum poſſit, curationem infirmorum proſequatur.

Sed & Præpoſiti, & Vicarii Charitas eisdem nullo modo deſit; quin libenter & citò medicos pro neceſſitate acceſſiri, & ea omnia parari curent, quæ ad eorum medicamenta, & curationem, miniſteriaque circa eos adhibenda pertinebunt; Illud etiam præter modò dicta memoria tenentes, prout vultis; ut faciant vobis homines & vos facite ſimiliter illis. Luc. 6. c. Eorum igitur omnino talem curam gerant, ut ad morbum ea etiam afflictio jacentibus non accedat, deſtitui ſe opportunis remediis; recordationéque, & deſiderio opportunitatum fortaſſe in ſæculo relictarum, non perturbentur: & ita corpori, & animæ detrimentum afferatur.

Sed & ipſi ægroti memores ſint, amore Dei ſibi miniſtrari; morbosque ab homine Chriſtiano, præſertim regulari, patienter ferendos: & ideo miniſtros moroſitate, vel nimium flagitando conturbandos non eſſe: Imò Fratres patientiæ exemplo ædificandos.

Iidem eorum quoque curam gerent, qui licet ægroti non ſint; tamen vel ob ingraveſcentem ætatem, vel ob aliquod morbi genus, vel ob ſtomachi, aut quamcunque corporis imbecillitatem, communem vivendi rationem in omnibus ferre non poſſunt.

Aliquis etiam vel plures, prout opus ſit, eligendi erunt, qui ad fores aſſiſtant, aperientes, & claudentes. Atque hæc curatio parvi pendenda non eſt; nam multum refert, quali fide ſit, qui januam cuſtodit: quali etiam modeſtia, & patientia; ne forte hominibus non ſatis firmi judicii ſcandalum injiciatur; ſi quid forte liberius, vel acerbè reſponſum ſit.

Hoſpitum quoque excipiendorum munus, ſi forte id contingat, idoneæ perſonæ erit mandandum; qui quidem neque ſine conſenſu Superioris, & ſecundum paupertatis ſtatum benignè excipiantur: imprimisque in ejusmodi munere id ſpectetur, ut bonum exemplum præbeatur, & conſulatur ſaluti animarum. Nemo tamen accipiatur, qui in domo noſtra fortaſſe quietis, vel ſpiritualis progreſſus gratia habitare cuperet.

Rei veſtiariæ, & lineariæ; penoris item, ſive eorum, quæ ad eſum, ſive quæ ad potum pertinent: item ſumptuum minuatim faciendorum cura certis perſonis mandanda erit; qui quidem poſtremus Procuratori quotidie ferè rationes reddat.

Atque hos omnes, & ſi qui alii ſunt præficiendi, Præpoſitus ipſe ſive ex converſis, ſive ex aliis eligat cum Conſilio Diſcretorum ſuorum; illud ſemper intuens, ut tumquam bonus artifex, ad quemcunque uſum apta adhibeat inſtrumenta; Converſos præcipue ad ea officia applicans, quæ manuum exercitium requirunt; cæteris, Clericos, cùm animarum ſit curator, illarum ſalutis præcipue habeat rationem, & cùm Congregationi proſpicere illius officii ſit, curet quoque in omnibus conſilia ſua ad illius utilitatem in Domino accommodare.

Retineatur quoque illud noſtrum inſtitutum, ut quilibet, quicumque is ſit, certis domeſticis, & vilibus miniſteriis viciſſim fungatur.

Quibus in rebus omnibus, virium habitudinis, valetudinis, ætatis ratio habeatur; & item quibus quisque occupationibus ſit implicatus, ſecundum charitatis normam, & prout in Domino melius, & utilius eſſe appareat.

Caput XIX.

De omnium officiis fuſius deſcribendis.

HÆc ita de Officiis omnibus conſtituiſſe, hoc quidem libro ſufficiat. Cæterùm ut omnia optima, quantum fieri poterit, ratione ordinentur; Officia majora & minora prout Capitulum Generale expedire judicaverit, fuſius deſcribantur, & articulatim diſtinguantur; ut minus unusquisque in gubernatione, vel curatione ſua hæſitet; eámque faciliorem ſentiat magisque expeditam. Eligat verò idem Capitulum Generale, qui ejusmodi deſcriptionem conficiant; & confectam ad ſuam revocet Approbationem.

CANONES POENITENTIALES.

QUamvis pœnitentiarum, animadverſionúmque ratio teſtimonio Sanctorum Patrum pro culparum varietate, facti cujusque Conditione, & circumſtantiis, ea ſit; ut arbitrio, & judicio Superiorum relinquendæ magna ex parte videantur; neque certus modus pœnitentiæ cuique culpæ nominatim aſſignari poſſit: aliquem, tamen modum, quatenus fieri poſſet, ſaltem generaliter hac in re præfinire, utile viſum eſt. Itaque præter aliquas pœnas, quæ in Conſtitutionibus, aliquibus peccatis ſpecialiter adjunctæ ſunt; multarum etiam culparum, & pœnitentiarum numerus deſcriptus eſt, & in tres ordines digeſtus; qui invicem ſibi reſponderent; ut ſaltem generatim, cuique culpæ ſua videatur tributa pœnitentia, per quæ tamen, alia quæ-

quævis fortiora remedia non excludantur, quæ ex juris præſcripto quandoque adhibere expedire videretur.

Cùm autem innumerabiles aliæ culpæ accidere poſſint: ad ſimilitudinem earum, quæ hic ſunt expreſſæ, illæ habendæ erunt.

Hoc etiam habendum erit; culparum modum, aut gradum haud ita definitum eſſe, ut vel quæ in minoribus Ordinibus adſcriptæ ſunt, ex circumſtantiis inter graviores cenſeri non poſſint; aut quæ ſunt inter majores numeratæ, ex iisdem cauſis leviores quandoque non ſint judicandæ: qua in re æquo Superioris judicio, & prudentia opus erit.

Pœnitentiæ quoque pro loco, tempore, iteratione, & ejusmodi conditionibus ſæpè diverſo ordine haberi debebunt; & leviores aut graviores erunt exiſtimandæ, quàm ex ordine in præſentia conſtituto. Quæ quidem eodem judicio erunt moderanda.

Plures etiam aliquando erunt conjungendæ.

Aliquando novæ imponendæ, maximè ad aliquem contraria ratione caſtigandum; puta vel interdictione eorum, quæ malè amavit, aut ſecutus eſt; vel eorum impoſitione, quæ malè reſpuit, aut refugit.

Habenda erit in his, vel aliis irrogandis ſcandali, & ædificationis ratio; & item famæ peccantis, ut vel publicè vel ſecreto, multis vel paucis ſcientibus, pœnitentia imponatur.

Spectanda erit naturarum diverſitas; ut vel eæ, quæ affligunt corpus; vel quæ tantum ad erubeſcendum valent, injungantur.

In primo igitur ordine has, & ſimiles culpas ponimus: ſi quis loquendo, aut ridendo immodeſtè ſe geſſerit. Si in cænaculo tempore refectionis, in Capitulo, in Choro, & horis ſilentio datis, ſine Superioris conceſſu locutus fuerit. Si in Choro riſerit, aut indecenter ſe habuerit. Si quis fratrem illuſerit, & momorderit. Si acerbe reſponderit. Si vagari per domum otioſus, aut ſtrepere ſolitus ſit. Si in Capitulo aut conventu non petita facultate, aut non ſuo loco locutus fuerit. Si loquentem obſtrepens aut etiam aliud agens in iisdem locis impedierit: & ſi, licet ſummiſſa voce, cum alio locutus fuerit: ſi in alienum officium, aut Miniſterium ſe ingeſſerit, ſine licentia; aut vero ea, cùm ad eum pertinerent, licet humilia neglexerit. Si eadem ſine oratione inceperit, aut poſt factum gratias non egerit. Si vas aut ejusmodi aliquid fregerit. Si vocatus voce, aut campanula tamen cunctatus ſit. Si poſt examen conſcientiæ ſtatim ſe cubitum non contulerit. Si ad ſolitum campanulæ ſonum ſe in cubiculum non receperit. Si alieno corpori manus admoverit. Si domo exiens ſignum conſuetum non appoſuerit, aut rediens non amoverit; & ſi utroque tempore ad januam genuflexus non orârit. Si cùm domo exiiſſet per malitiam ad alia loca divertit, de quibus Superiori non ſignificaverit. Si domum reverſus ſtatim Superiorem non adierit. Si à prima menſa ſine conceſſu abfuerit. Si ſordidum ſe præſtiterit in cubiculo, aut indumentis. Si alienum cubiculum ingreſſus fuerit. Si fuerit in cubiculo clave foris non apparente. Si modicum aliquid præter conceſſum in cubiculo habuerit. Si quidquam ad ſeveriorem vitam pertinens ſine conceſſu fecerit. Si in ſacris cæremoniis erraverit. Si non petita facultate, & benedictione Miſſam Sacerdos celebraverit; aut alius ad Sanctiſſimam Communionem ſtatis diebus acceſſerit. Si divinum officium indecenter recitârit. Si mortuorum Fratrum, aut aliorum ſuffragia diſtulerit. Si à divinis officiis ſine conceſſu abfuerit, aut ſerò affuerit.

In ſecundo ordine has collocamus: Si quis alicui detraxerit. Si inſolenter erga Fratrem ſe geſſerit: aut in eum injurius fuerit. Si ſuperbè Superiori reſponderit. Si importunè ab eodem quidquam flagitarit. Si litteras dederit, aut ad ſe, vel ad alium acceperit, & Superiori antequam aperiat, vel obſignet, non oſtenderit. Si negotia, curationes, aut alia ejusmodi, ſine conceſſu ſuſceperit; aut de ſuſceptis non communicarit; hoſpitem in domo receperit; domo exierit; apud extraneos comederit; quid ſibi parari curârit; extra communem refectionem ederit, aut biberit, & hæc omnia ſine Superioris conceſſu, ſi iis, qui certis officiis præfecti ſunt, præſertim Cæremoniis, & Choro parere noluerit. Si à conſueta indumentorum ratione receſſerit. Si quis Veſperi ad ſignum ſalutationis B. Virginis domum ſe non receperit. Si oſtio clauſo cum aliquo in cubiculo fuerit; aut verò adoleſcentiores in aliqua remota domus parte ſimul fuerint. Si quis in aliena domo cum muliere locuturus à ſocio ſe ſubtraxerit. Si quis libidinoſe aſpexerit, aut quid obſcænum dixerit. Si de rebus communibus diſpoſuerit. Si aliquid propria autori-

tate in uſum ſuum converterit. Si quid ab extraneis acceperit, & ad Superiorem non detulerit, etiam reſtituendum, aut in eleemoſynas erogandum. Si pecuniam apud ſe retinuerit. Si officiis Præfecti negligenter ſe habuerint; ut eorum culpa alicui neceſſaria maximè infirmis deſuerint. Aut quid corruptum ſit, aut perditum, vel in periculo fuerit. Item ſi in conſuetudine extraneorum ſæculari modo, aut ſcandaloſe, ſe geſſerint. Si de eorum officio cum Superiore communicare noluerint. Si quis à Confeſſione, aut à Miſſa, aut à communione, ſtatis diebus, ſine conceſſu abſtinuerit; & ſi frequentiùs, quàm conſuetum ſit pariter ad communionem acceſſerit. Si alicui præter præſcriptam rationem confeſſus fuerit. Si Miſſæ, Sacerdos eo die non celebrans, aut alius non interfuerit. Si Converſus Matutino, & Orationi matutinæ, & veſpertinæ non interfuerit. Si quis ſine conceſſu jejunia, aut abſtinentiam Conſtitutionibus præſcriptam violàrit.

Tertio ordini hæc adſcribimus. Si quis obedire contumaciter recuſaverit. Si detrectans obedientiam Superiorum ad extraneos, & extraordinaria remedia confugerit. Si quis convicium, aut injuriam Superiori fecerit, aut ei maledixerit. Si pœnitentias injunctas ſubire, & ſi miniſteria humiliora abire contumaciter recuſarit. Si iter ſine conceſſu fecerit; Ordines ſuſceperit; in aula alicujus Principis viri moratus fuerit. Si caſtitatem reipſa violarit, vel violare conatus fuerit; aut tactu aliquo contra pudicitiam fecerit. Si proprium habere deprehenſus fuerit. Si diſcordiam inter Fratres inducere voluerit. Si aliquem ad aliquid contra diſciplinam, aut obedientiam Superiorum faciendum inducere conatus fuerit. Si quis privati alicujus conventiculi conſcius non patefecerit; & ſi omninò, cùm aliquid ſciret, quod detrimento univerſæ Congregationi, aut Collegio futurum eſſet, non indicarit. Si ſciens aliquem de fuga, aut abitu cogitare Superiori non dixerit. Si per malitiam protulerit, quod Congregationi, aut Collegio detrimento eſſe poſſet. Si Fratrem quis percuſſerit. Si falſo accuſaverit. Si in inſolentia, & ſuperbia perſeveraverit. Si officialis in officio ſuo fraudem commiſerit. Si invito Superiore quid facere auſus ſit. Si Scrutator in ſuffragiorum, aut nominationis negotio fraudem commiſerit. Si quis ſeipſum in electionibus, aut plura nomina, quam præſcriptum ſit, nominaverit. Si quis dum electionum cauſa exquirit, ant exquirenti reſpondet; ſignificaverit de certa perſona eligenda; aut alio modo à præſcripta in eo genere ratione diſceſſerit. Si quis dignitatem, aut officium, ut in Conſtitutionibus expreſſum eſt, pro ſe, vel pro alio, per ſe, vel per alium in Congregatione, aut extra illam quæſierit. Si per alium quàm per Procuratorem Generalem, & omninò alia ratione quàm præſcriptum ſit in Conſtitutionibus aliquid in curia Romana procurarit. Si quis ſine conceſſu Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrârit. Si à pœnitente aliquid acceperit. Si ſine conceſſu Concionatus fuerit. Si quid ea de cauſa acceperit. Si Converſus precationes ſuas ſciens omiſerit.

Pœnitentiæ autem culparum eſſe poterunt. Primi quidem ordinis: ſolum oſculari. In cœnaculo, aut alio Conventu coram aliis ſe accuſare, fune quandoque collo circumdaro; aut fortè appenſo eo, quod fregerit. Privari obſonio, aut vino, partim, aut in totum, ſemel aut ſæpiùs, humi aut ſtando comedere. In Choro brachiis extentis aliquo ſpatio manere: & etiam eodem tempore aliquid recitare. Recitare aliquem ex Pſalmis pœnitentialibus, aut omnes, corona orare ſemel, aut ſæpius. Genibus flexis aliquo ſpatio manere, & Dominum pro commiſſa culpa orare. Humilioribus Miniſteriis aliquibus vicibus addici.

Secundi Ordinis: Flagellis ſe cædere juberi. Loqui aliquo temporis ſpatio, aut exire domo prohiberi. Menſa communi interdici; interdum omni extraneorum congreſſu, quandoque charo, aut oratione communi, Miſſa, aut Communione; ſi modo quis ejuſmodi caſtigationum ſit capax deſtinari ad certum tempus ad inſerviendum alicui ex Fratribus, qui egeat. Juberi jejunare ſemel, aut ſæpiùs, & interdum pane & aqua tantum utendo.

Tertii Ordinis: Interdici Ordinibus ſuſcipiendis ad tempus, vel in perpetuum: interdici omnibus divinis; privari officio, aut jure ſuffragii: aut ad eadem inhabilem judicari ad tempus, vel in perpetuum; relegari in certo Collegio; aut etiam in cubiculo; interdici omni collocutione, & conſuetudine Fratrum ad certum tempus.

AD-

ADDITAMENTUM XLIV.

REGULA ORDINIS S. SPIRITUS DE SAXIA.

OBSERVATIO CRITICA.

I*Nter præcipua Charitatis Chriſtianæ officia, haud minimum Religioſum munus reputatur Hoſpitalibus inſervire, atque curam ægrotorum gerere, aliorúmque miſerorum hominum neceſſitatibus ſuccurrere; Unde omni ævo excitavit Deus Viros tanta miſericordia præditos, ut proximis ſuis tam ſanctum Miniſterium exhibere plurimi haud dedignati ſint. Inter plures igitur Ordines Religioſos ſæculo XII. & ſequenti erectos, non nulli dicti ſunt* Hoſpitalarii, *ad hoc pium officium obſervandum ſpecialiter deputati, prout præſens ſacer Ordo inſtitutus erat, & adhuc ampliſſimum totius Eccleſiæ Catholicæ Hoſpitale ſub ſua directione poſſidet, cujus ortum miraculoſum Reverendiſſimus Aſcanius Tamburinus olim Abbas Generalis* Vallis-Umbroſæ, de jure Abbatum, Tom. 2. diſput. 24. quæſt. 4. pag. 314. *quamvis alii aliter originem proferant.*

Verum ante alios Auctores audiamus laudatum Tamburinum de ortu hujus Ordinis ſic loquentem: Sancti Spiritus in Saxia Ordo, ſeu Congregatio litteris Apoſtolicis ſub Regula S. Auguſtini ſic nuncupata, mirabile quidem habuit principium ab Innocentio III. ſummo Pontifice. Huic enim oranti facta eſt vox de cælo dicens: Innocenti! vade piſcatum ad Tiberim fluvium. Re cum S. R. E. Cardinalibus communicata ad Tiberim ſe contulit, & laxatis retibus, prima vice octoginta ſeptem, ſecunda vero trecentos, & quadraginta extraxit infantes abortivos, ab impiis Matribus ſuffocatos & in Tiberim projectos. Non defuit piiſſimo Pontifici remedium divinitus revelatum. Congregatis enim quam plurimis piis hominibus, eos ad curam Hoſpitalis Sancti Spiritus, quod Romæ circa annum 1201. conſtruxit, præfecit. Eorum cura eſt Peregrinos & infirmos ſuſcipere & curare, ac pueros & Infantes alere. Vocantur autem Fratres S. Spiritus à collegio certe magnifico ſub Tutela & patrocinio S. Spiritus ædificato. In Saxia autem vel quia Collegium eſt ſub Saxo ſeu Caſtro Neronis; vel quia Saxones Germaniæ populi ibi olim habitavere.

Interimſunt nonnulli, qui hujus Ordinis ortum longe antiquiorem eſſe volunt, aſſerentes, illum à S. Lazaro fratre ſanctiſſimarum Virginum Marthæ & Mariæ exortum fuiſſe, qui apud Maſſiliam in Galliis appulsus ibidem Ordinem Militarem & Eximium Xenodochium in honorem S. Spiritus erexiſſe fertur. De quo fabuloſo exordio plura inferius dicenda ſunt, cum ſuſtinendo tales nugas, inter hujus ſacri Ordinis inquilinos, præſertim Italos, & Gallos diræ exortæ ſint contentiones. Alii dein Scriptores æque inaniter Ordinis principium à quodam S. Cyriaco *ſive* Juda Quiriaco *deſumere volunt, prout Tritemius in Chronico Hirſaugienſi part. 1. fol. 527. ſcribit; quorum etiam ſententia omnino rejicienda eſt, cum nullæ veritatis fundamento innitatur. Nunquam enim primis Eccleſiæ ſæculis reperimus aliquem determinatum* Hoſpitalariorum *Ordinem inſtitutum fuiſſe, & S. Cyriacus Ille nec Hieroſolymitanus Epiſcopus extitit, tempore inventæ S. Crucis, nec ſub Juliano Apoſtata ſedem illam occupare potuit, prout pluribus doctiſſimi ſocii Bollandiani docent tom 1. Maji ejusdem*

acta ad diem quartum dicti Menſis eruditis notis exornantes, *quem quidem Judam Quiriacum nominant.*

Nec deſunt ſcriptores, *qui hujus Ordinis exordium ſummo Pontifici* Innocentio III. *non denegant*, *ſed volunt Illum non inſtitutum fuiſſe ſub protectione*, *&* *invocatione* S. Spiritus, *donec Piiſſimus* Montiſpeſſulani Comes Guido *conſtitutus eſt Archihoſpitalis Romani primus Magiſter. Et quidem in confeſſo eſt apud omnes*, *hunc Montis-Peſſulani Comitem paulo ante* Innocentium III. *in ſua civitate erexiſſe inſigne Hoſpitale*, *illudque ſub invocatione & protectione* S. Spiritus *inſtituiſſe*, *qui tamen poſtea ab ipſo ſummo Pontifice Romam vocatus*, *& Archihoſpitalis Romani conſtitutus eſt primus Magiſter*, *atque utrumque Xenodochium ſub invocatione* S. Spiritus *gubernavit*, *quod quidem ex mox dicendis clarius patebit.*

Adeoque agnoſcere debemus Innocentium III. Papam *æque ac* Guidonem Comitem, *pro hujus ſacri Ordinis Inſtitutoribus*, *ſed ſub diverſo reſpectu*, *cum ſummus Ille Pontifex auctor fuerit Archihoſpitalis*, *ſub cujus jurisdictione omnia reliqua dependebant; Piiſſimus autem Comes erexit primum Xenodochium*, *alteri tamen ſubjiciendum. Parvi enim refert*, *an ab initio*, *ſacri hujus Ordinis Inquilini*, *ſub uno vel altero nomine ægrotis inſervierint*, *& DEO militaverint*, *cum inter utriusque Hoſpitalis erectionem pauci tantum anni interceſſerint. Ac ſane piiſſimus Ille Pontifex per ſolemnem Bullam anno MCCIV. datam*, *& eidem Guidoni utriusque Xenodochii Magiſtro directam*, *exerte dicit*, *hoc Archihoſpitale Romanum ab ipſo erectum eſſe in loco*, *qui dicitur* ad S. Mariam in Saxia, *prout ipſa Bulla in Bullario Romano tom.* 1. *pag.* 58. *edita*, *quam & hic exhibere lubet.*

Bulla Innocentii III Papa confirmans erectionem Archihoſpitalis Romani, Ejusque unionem cum Hoſpitali Montis Peſſuiani.

INnocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei Guldoni Magiſtro Hoſpitalium S. Mariæ in Saxia & S. Spiritùs in Monte-Peſſulano, Ejusque fratribus tam præſentibus, quam futuris, Regularem vitam Profeſſis in perpetuum. Inter opera pietatis, quæ ſecundum Apoſtolum promiſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt pariter & futuræ, hoſpitalitatem nobis ſpecialiter & frequenter divina ſcriptura commendat, utpote quæ illa omnia comprehendit, propter quæ Dominus in ultimæ diſcuſſionis examine renunciarurum ſe bonos, & malos aſſerit puniturum. Hæc enim paſcit eſurientes, ſitientes potat, colligit hoſpites, nudos veſtit, & non ſolum infirmos viſitat, ſed Eorum in ſe infirmitates aſſumens, Infirmantium curam agit, in carcere poſitis ſubvenit, & quibusvis vivis in infirmitate communicat, participat in ſepultura defunctis. Per hanc quidem Angelis receptis hoſpitio placuêre, cum Abraham & Loth hoſpitalitati vacantes Angelos meruerint hoſpitari, per quos Abraham jam ſenex futuræ Sobolis promiſſionem accepit, & Loth fuit de incendio Sodomæ liberatus. Duo quoque Diſcipuli, qui JEſum hoſpitio coëgerunt, quem in expoſitione ſcripturæ non noverant, in panis fractione noverunt. Per hanc ſuperflua Divitum, quæ congregata forte ſervarentur ad Mortem, in neceſſitates Pauperum erogantur ad vitam. Per hanc terrena in cœleſtia & tranſitoria in æterna felici commercio commutantur, dum per manus Pauperum theſautizamus in Cœlis, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur, & facimus nobis de Mammona Iniquitatis amicos, qui cum defecerimus, In æterna tabernacula nos admittant. Hæc igitur attendentes non ſolum pro noſtra, ſed Prædeceſſorum & Succeſſorum & Fratrum noſtrorum Epiſcoporum, Presbyterorum atque Diaconorum Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, tam Vivorum, quam etiam Defunctorum ſalute, apud S. Mariam in Saxia, locum utique ſatis idoneum ad Hoſpitalitatis officium exercendum, Eleemoſynis Eccleſiæ Romanæ venerabile conſtruximus Hoſpitale, In quo futuri temporibus, dante Domino, recipiantur, & reficiantur Pauperes, & Infirmi, & exhibeantur alia opera pietatis. Statuentes, ut Regularis Ordo, qui ſecundum Deum, & inſtitutionem Fratrum Hoſpitalis S. Spiritus in eodem loco per nos inſtirutos eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Hoc autem adjecto, ut in eadem Eccleſia quatuor ſemper ad minus ſint Clerici Regulam Ejusdem Hoſpitalis profeſſi, qui pro nobis & Prædeceſſoribus, ac Succeſſoribus & Fratribus

noſtris vivis pariter & Defunctis ſpecialiter orantes, omnia ſpiritualia libere adminiſtrent, & ſuper iis nullius niſi Romani Pontificis correctioni ſubjaceant. Ad quem, quoties expedierit, monitione præmiſſa, Charitativa fiat à fratribus proclamatio propter Deum, ut ipſe cognita veritate decernat, quod ſuo prudenti conſilio duxerit providendum. Ipſi autem victu & veſtitu contenti, quem ſecundum eandem Regulam præcipimus exhiberi, Divinis vacent officiis, & intendant Eccleſiaſticis Sacramentis, ita, quod de aliis Hoſpitalis negotiis, præter conceſſionem Magiſtri, ſe nullatenus intromittant, ſed omnia diſpoſitione tua Fili Magiſter, & Succeſſorum tuorum, vel Eorum, qui per Te vel ad Eos adhoc fuerint deputati, ſine contradictione ac murmuratione relinquant. Cœterum quoniam in Hoſpitali S. Spiritus diebus noſtris per Dei gratiam Hoſpitalitas valde viget, illud iſti, & iſtud illi, de conſilio Fratrum noſtrorum unimus. Ut & iſtud Illi tanto utilius munimenti impendat, quanto vicinius nobis exiſtens, defenſionem noſtram illi facilius poterit implorare, Illudque Iſti tanto commodius ſubveniat in Miniſtris, quanto Perſonæ converſantes in illo ad Hoſpitalitatis ſunt officium aptiores. Ita tamen, ut per hanc unionem, prædictum S. Spiritus Hoſpitale jurisdictioni Magalonenſis Eccleſiæ minime ſubtrahatur, Illa duntaxat conſtitutione ſervata, quam inter eandem Magalonenſem Eccleſiam, & prædictum S. Spiritus Hoſpitale decrevimus obſervandam. Statuimus inſuper, ut unus tantum Magiſter Hospitalibus præficiatur ambobus, qui utrumque viſitet annuatim, & quæ ſtatuenda, vel emendanda viderit, ſtatuat, & emendet, & transferendi fratres, ubicunque fuerint, prout melius viderit expedire, liberam habeat facultatem. Qui ſi forſan apud urbem, vel ubilibet citra montes viam fecerit, univerſæ carnis ingreſſus, Fratres Hoſpitalis S. Mariæ in Saxia, Fratribus Hoſpitalis S. Spiritus, ejus non differant obitum nunciare. Illique Romam duos vel tres de Fratribus ſuis mittant, qui cum Fratribus Hospitalis S. Mariæ in Saxia electionem celebrent regularem. Quodſi forſan apud Montem Peſſulanum obierit, vel ubilibet ultra montes, per Fratres S. Spiritus, Fratribus S. Mariæ ipſius obitus nuncietur, qui, ut prædiximus, duos vel tres de Fratribus ſuis Montem Peſſulanum transmittunt, ad electionem regulariter celebrandam. Cæterum, cum Eccleſia S. Mariæ in Saxia, & Hospitale conſtructum ibidem, ad nos nullo pertineant medio (: Salvo, quod Clerici ejusdem Eccleſiæ debent ex noſtro mandato Baſilicæ Principis Apoſtolorum in ſcrutinio, Baptismo, & Lætania :) ne diſparis conditionis homo præferatur Eidem, & ſervus, qui alii Domino ſtet, aut cadat, præponatur Hoſpitali prædicto, quod noſtræ tantum eſt jurisdictioni ſubjectum, perſonam tuam Fili Magiſter, & Succeſſorum tuorum à quorumlibet Prælatorum eximimus poteſtate. Ut nullus in Te vel eos interdicti vel excommunicationis ſententiam, ſine mandato Apoſtolicæ Sedis audeat promulgare. Quam, ſi aliter prolata fuerit, decernimus non tenere. Licet autem prædicta Hoſpitalia uniamus, ne tamen hujusmodi unio confuſionem inducat, cum etſi unio Deo ſit placita, diſcretio tamen Ei nihilominus accepta privilegio præſenti ſtatuimus, ut Fratres, qui colligendis Eleemoſynis pro Pauperibus Hoſpitalis S. Mariæ in Saxia fuerint deputati, tantum Italia, & Sicilia, & Anglia, & Hungaria ſint contenti, Fratres autem Hoſpitalis S. Spiritus in Monte-Peſſulano libere in Provinciis aliis Eleemosynarum ſtatuant Collectores, ita, quod utrique ſuis terminis ſint contenti, nec invadant alteri terminos aliorum. Nec Eleemoſynæ, quæ pro Hoſpitali S. Mariæ in Saxia collectæ fuerint, ad Hoſpitale S. Spiritus transferantur, nec, quæ fuerint Illi fidelium devotione collatæ, occaſione qualibet deferantur, ad iſtud. Si qui vero Fratrum veſtrorum, qui deſtinati fuerint ad Eleemoſinas colligendas in quamlibet civitatem, Caſtellum vel vicum advenerint, ſi forte locus ille à Divinis fuerit officiis interdictus, pro omnipotentis Dei reverentia, in eorum adventu ineundo, ſemel in anno pulſatis Campanis aperiantur Eccleſiæ, ut ſuper Eleemosynis acquirendis verbum exhortationis ad populum in Eccleſia proponatur. Decernimus inſuper, ut Receptores fraternitatum, ſive collectarum veſtrarum, ſalvo jure Dominorum ſuorum in B. Petri & noſtra protectione conſiſtant, & pace in terris in quibus fuerint, potiantur. Simili etiam modo ſancimus, ut, quicunque in veſtra fuerit fraternitate receptus, ſi forte Parochialis Eccleſia, cujus tempore Parochianus extiterit, à Divinis fuerit officiis interdicta, Eumque mori contigerit. Ipſi ſepultura Eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicatus, vel nominatim fuerit interdictus. Decimas autem de terris & vineis, quas ad opus Infirmorum, & Pauperum propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium, ſeu de fructibus hortorum veſtrorum, nullus exigere, vel extorquere præſumat. Liceat autem vobis in Domibus veſtris, quas in præſentiarum habetis, vel in futurum eritis habituri ad opus veſtrum, & familiæ veſtræ,

ſtræ, nec non Infirmorum & Pauperum ibidem manentium, Oratorium & cæmeterium ſine impedimento cujuslibet contradictionis habere. Chriſma vero, oleum Sanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diæceſanis ſuſcipietis Epiſcopis; ſiquidem Catholici fuerint, & Communionem ſacroſanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea vobis ſine pravitate aliqua voluerint exhibere. Alioquio liceat vobis quemcunque malueritis adire Antiſtitem, gratiam & Communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui veſtra fretus Authoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Cum autem Generale Interdictum terræ fuerit, liceat in Eccleſiis veſtris, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, Divina officia celebrare. Liceat quoque Votis liberas, & abſolutas Perſonas à ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum, poſt factam in locis veſtris profeſſionem, fas ſit absque Magiſtri ſui licentia inde diſcedere, niſi arctioris Religionis obtentu. Diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus penitus audeat retinere. Si quis verò Fratrum veſtrorum, poſt factam profeſſionem turbatores Religionis veſtræ, vel inutiles fuerint fortaſſis inventi, liceat Tibi Fili Magiſter, & Succeſſoribus tuis eos cum aſſenſu, & conſilio ſanioris partis Capituli amore, ipſisque dare licentiam ad alium Ordinem, ubi ſecundum Deum vivere valeant, tranſeundi, & loco eorum alios ſubrogandi, qui unius anni ſpatio in veſtra ſocietate probentur. Quo peracto, ſi mores eorum exegerint, & ipſi utiles fuerint ad ſervitium Hoſpitalis inventi, Profeſſionem faciant Regularem. Ad hæc diſtrictius inhibemus, ne a Te Fili Magiſter vel ſucceſſoribus tuis & Fratribus Hoſpitalium eorundum exigat ulla Eccleſiaſtica, ſæcularisve Perſona fidelitates, homagia, juramenta, vel ſecuritates reliquas, quæ à Laicis frequentantur. Poſtremo decimas, quas conſilio, & aſſenſu Epiſcoporum à Clericis vel Laicis potueritis obtinere, illasque, quas conſentientibus Diœceſanis Epiſcopis & Clericis, ad quos pertinent, acquiretis, Authoritate Apoſtolica vobis confirmamus. Null. ergo.

De cætero Succeſſores noſtros obſecramus & obteſtamur in Chriſto JEſu, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut loca veſtra cum Perſonis & rebus ad Hoſpitalitatis officium deputatis, tanquam ſpeciales Patroni, ſpecialiter foveant, & defendant. Quoniam etſi cæteris piis locis teneantur ex Apoſtolicæ ſervitutis officio providere, huic tamen Hoſpitali, quod de bonis Eccleſiæ Romanæ fundamentum eſt & dotatum, & tam noſtris, quam ſucceſſorum noſtrorum diebus credimus ampliandum, curam debent impendere ſpecialem. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Datum Lateran. per manum Joannis S. R. E. Subdiaconi & Notarii XIII. Kal. Julii. Indictione VII. Incarnationis Dominicæ Anno 1204. Pontificatus vero Domini Innocentii III. Anno VII.

Hoc igitur Xenodochium Romanum tempore erectionis nuncupabatur Hoſpitale S. Mariæ in Saxia, *& forſan ab ipſis Saxonibus-Anglis, nomen ſumpſit, utpote in eodem loco erectum, ubi olim* piiſſimus Ina Saxonum Orientalium in Anglia Rex *Eccleſiam anno DCCXV. in honorem* S. Mariæ Deiparæ Virginis *excitari curaverat. Hic quippe Rex piiſſimus, poſtea & circa annum DCCXVIII. Romam accedens ad viſitanda loca ſacra, ibidem inſigne Xenodochium erexit, illúdque ampliſſimis redditibus auxit ad ſuſcipiendos ſuos Saxones Orientales loca ſacra viſitantes. Sic etiam ad* Inæ *pium Exemplum* Offa Mediterraneorum Saxonum ſive Marciorum Rex, *ibidem Hoſpitale Regiis donis locupletavit, quod tamen deinceps ad incitas penitus redactum eſt. Nam anno DCCCXVII. tantis flammis inceditur, ut illæ non niſi miraculo extingui potuerint; poſtquam nimirum piiſſimus Pontifex* Paſchalis I. *cum Miraculoſa Deiparæ Virginis Imagine proceſſionaliter concomitante Clero, & populo ad locum accedens ignis extinctus eſt. Atque etiamſi anno DCCCXLVII. in cineres redactum, illud pietate ſummi Pontificis* Leonis IV. *ac liberalitate Regum Angliæ iterum reſtauratum ſit, attamen ſæculis XI. & XII. reperimus, illam partem civitatis Romanæ, ubi ſitum erat, adeo devaſtatam per* Guelphorum, *&* Gibellinorum *factiones ut tempore* Innocentii III. *Papæ anno MCXCVIII. Cathedram S. Petri occupantes vix illius Hoſpitalis* Orientalium Saxonum *memoria ſuperarit. Unde merito piiſſimus Pontifex* Innocentius III. *illius verus Reſtaurator, & Fundator nominari debet, quamvis locus à Saxonibus antiquis habitatoribus denominationem ſumpſiſſe videatur, cum etiamnum hodie de Saſſia vel in Saxia nuncupatus ſit.*

Ve-

Verum quod miraculoſum exordium attinet , etiamſi ſummus ille Pontifex in ſua laudata Bulla nullam ejus memoriam faciat , ut ſupra dictum eſt ; attamen Ejusdem ſucceſſores , Nicolaus IV. *&* Xiſtus IV. *in ſuis Bullis exerte de Illo agunt ; atque in ipſo ſumptuoſiſſimo Hoſpitali adeſt antiqua tabula depicta totam Hiſtoriam mirabilem repræſentans , quæ quidem omnia ſatis piam traditionem denotare poſſunt. Utut hæc ſint , reperimus quoddam veſtigium hujus miraculoſi exordii apud ipſas piiſſimi Pontificis* Innocentii III. *Epiſtolas à clariſſimo Baluzio editas , quando Epiſt.* 112. *concedit indulgentias illis , qui Meretrices in legitimas Uxores ducerent , cum per talia proſtibula , committi ſoleant talia frequentia infanticidia. Eſt autem Epiſtola talis tenoris :* Univerſis Chriſti Fidelibus , ad quos litteræ iſtæ pervenerint. Inter opera Charitatis , quæ imitanda nobis Authoritate Sacræ paginæ proponuntur , ſicut Evangelica teſtatur Authoritas , non minimum eſſe errantem ab erroris ſui ſemita revocare , ac præſertim mulieres voluptuoſe viventes , & admittentes indifferenter quoslibet ad commercium carnis , ut caſte vivant , ad legitimi thori conſortium invitare. Hoc igitur attendentes , præſentium Authoritate ſtatuimus , ut omnibus , qui publicas Mulieres de lupanari extraxerint & duxerint in Uxores quod agunt , in remiſſionem proficiat peccatorum. Datum Romæ apud S. Petrum , tertio Kalend. Maji , Pontificatus noſtri anno primo.

Cum igitur immediate poſt electionem ſummi Pontificis Innocentii III. *factam fuiſſe cæleſtem revelationem dicant non nulli ; ſic optime inferri poteſt , & hoc decretum circa meretricum connubia ineunda illum edidiſſe , ſimúlque hoc hoſpitale condidiſſe ad ſuſcipiendos & nutriendos tales Infantes expoſitos , ut deinceps crimen Infanticidii ceſſaret.*

Cum igitur hoc celebrrimum Xenodochium perfectum fuerit anno MCCI. & ſic ante conceſſam laudatam confirmationis Bullam ejusdem Magiſter conſtitutus erat Guido Montis - Peſſulani Hoſpitalis Fundator , atque tandem Hoſpitale S. Spiritus *nominari cœpit. Hinc vera origo* Canonicorum Regularium Ordinis S. Spiritus *deduci debet , ab utroque Hoſpitali denominationem ſumens. Gerra enim ſunt & inanes næniæ , quas proferunt non nulli circa quemdam* Ordinem Militarem S. Spiritus *jam à primis Chriſtianæ Religionis annis à S. Lazaro , ejusdemque ſanctiſſimis ſororibus Martha & Maria erectum , prout ſupra diximus , atque ſæpe laudatus* Hyppolitus Ellot *in ſua Religioſorum Ordinum Hiſtoria , tom.* 2. *cap.* 30. *ubi quidem erudite refutat fabuloſum illum Ordinem Militarem , quibusdam commentitiis legendis ſolummodo ſuffultum. Nullam enim aliam Authoritatem* Milites S. Spiritus *pro ſua fabuloſa Antiquitate adducere valent , niſi quoddam legendum ex Breviario aliquo circa annum MDLIII. impreſſo deſumptum , ubi in Lectionibus S. Marthæ hæc verba leguntur :* Dum autem Magdalena devotioni & contemplationi ſe totam exponeret , Lazarus quoque plus militiæ vacaret , Martha prudens , & Sororis & Fratres partes ſtrenue gubernabat , ac famulis , & Militibus ſedulo miniſtrabat. *Nolo Ego hic totam illam hiſtoriam de S. Lazaro & ſanctiſſimis Sororibus ſuis invertere , cum Viri eruditi & Catholici ſatis eandem à fabuloſis mendis purgarint , & ipſa verba hujus legendi valde ſubleſtum Argumentum inferant pro Antiquitate talis Ordinis Militaris ſtabilienda.*

Interim relictis his anilibus næniis ad certiora argumenta adducenda progrediamur , quæ verum exordium & antiquum ſtatum hujus Ordinis denotare poſſunt , qui Ordo apud Italos vocatur Sancti Spiritus in Saxia , *& apud Gallos S. Spiritus de Monte - Peſſulano nuncupatur. Imprimis igitur certum eſt , primum hujus Ordinis adhuc florentis ſub protectione & præſidio S. Spiritus Authorem extitiſſe præfatum Guidonem , qui labente Sæculo XII. apud Montem - Peſſulanum , pro ſuſtentandis ægrotis , & pauperibus ampliſſimum Xenodochium condiderat , & ab* Innocentio III. Papa *vocatus Romam , curam novi Hoſpitalis ab ipſo ſummo Pontifice erecti* ad S. Mariam in Saxia *geſſit , quod deinceps deſignari cæpit Hoſpitale S. Spiritus in Saxia ; poſtquam utrumque in unum adunare voluit prædictus ſummus Pontifex. Deinde denegari nequit , quod ab exordio hoc ſalubre Inſtitutum pluribus Laicis , quam Eccleſiaſticis Perſonis combinatum fuerit. Hospitalarii enim Montis - Peſſulani , nullis Sacris Ordinibus initiati erant , atque ſummus Pontifex* Innocentius III. *per ſupra adductam Bullam decrevit , ut in Archihoſpitali Romano adeſſent tantum quatuor Clerici Regulam*

ejusdem Hoſpitalis ad amuſſim obſervantes & Sacramenta Infirmis adminiſtrantes independenter à Magiſtro, aliisque Fratribus Ordinis, ac ſoli ſummo Pontifici ſubjecti, prout verba Bullæ declarant.

Atque hæc eſt vera & ſincera origo Sacri Ordinis Canonicorum S. Spiritus de Saxia; qui etiamſi magis à Laicis, quam Clericis gubernaretur, tamen ejusdem inquilinis piiſſimus Pontifex præſcripſiſſe videtur Regulam Auguſtinianam pro communi norma vitæ Regularis, adjectis quibusdam Conſtitutionibus, quas & hic adjicimus. Ex quibus conſtitutionibus conſtat Regula præſens ab omnibus Fratribus ſtricte obſervata, qui per illam aſtringuntur, non ſolum expoſitos Infantes diligenter nutrire & inſtruere, verum etiam omnes ægrotos, & Infirmos advenientes ſuſcipere, illisque omni meliori modo inſervire. Et quamvis piiſſimus Pontifex hæc duo Archixenodochia, nimirum Romanum, & Montis-Peſſulanum ſub uno Magiſtro conjunxerit, & hoc iſti ſubmiſerit, attamen voluit quandam Bonorum ſeparationem obſervari. Hinc ſtatuit, ut omnes Eleemoſynæ per Italiam, Siciliam, Angliam, & Hungariam collectæ ad Romanum pertinerent, quemadmodum & ampliſſimi Redditus in ipſa Urbe, & vicinia ſiti; ad Montis-Peſſulani Xenodochium pervenirent reliquæ Eleemoſynæ per Gallias, Hiſpaniam, & alias Europæ partes collectæ. Poſtquam autem ſummus Pontifex Honorius III. hanc unionem diſſolvere voluit, atque Gallis ſuum Magiſtrum Generalem conceſſerat, tunc & ſacer hic Ordo quodammodo diſſipari cæpit. Licet enim à primævo Inſtituto Laicis & Clericis mixtus extiterit, tamen ipſi Laici ſemper Hoſpitalariorum temporalem jurisdictionem retinentes, tandem non tanquam Magiſtri Regulares ſeſe geſſerunt, ſed ut Præceptores Sæculares & perpetui Commendatarii vivere voluerunt, in ſuos uſus Patrimonium Pauperum convertentes, nec Magiſtro Generali obedientiam præſtantes.

Ex quibus exorti ſunt Milites S. Spiritus, quamvis ſub nullo Ordine Militari extiterint, nec unquam ſicut alii Militarium Ordinum Inquilini ad ſacra bella ineunda vocati fuerint, prout omnes Hiſtorici fatentur, & ex jam dictis de fabuloſa Eorum Origine à S. Lazaro omnino patet. Nolo Ego hic referre diras rixas olim ventilatas inter hujus Ordinis Clericos & ſuppoſititios illos Milites, cum de Illis ſatis fuſe agat ſæpe laudatus Hyppolitus Eliot, quem Lectores conſulere poſſunt. Non enim integram hiſtoriam hujus Sacri Ordinis exhibere intendimus, ſed ſolum adducimus Illa, quæ ad meliorem ſequentium Conſtitutionum notitiam conducere poſſunt, quæ quidem non pro Gallis, ſed pro Italis conditæ videntur. Neque hic ſermonem facimus de celeberrimo equeſtri Ordine S. Spiritus adhuc apud Gallos florente, qui ab Henrico III. Rege inſtitutus, nunquam cum Montis-Peſſulani Hoſpitalariis commercium inivit, nec inter Ordines Religioſos numerari ſolet.

Verum ad ſacrum Ordinem S. Spiritus in Saxia redeamus, qui late ſe extendebat, non ſolum apud Italos, & Siculos, ſed etiam per Angliam, Germaniam, Hungariam & Poloniam diſperſus eſt; atque tandem ſub Pontificatu Nicolai IV. iterum unionem cum Italis inire voluerunt Hoſpitalatii Montis Peſſulani, ſubmiſſionem quamdam Magiſtro Generali Romano facientes, in cujus agnitionem eidem exſolvere promiſerunt annuatim tres florenos aureos, prout ex ejusdem Pontificis Bulla anno MCCXCII. data eruimus. Sunt tamen non nulli Scriptores, qui volunt Gregorium XI. Papam, MCCCLXX. electum Hoſpitalarios Montis-Peſſulani in priſtinam libertatem ab Honorio III. Ipſis conceſſam reſtituiſſe, cuius tamen Bullam, tanquam ſuppoſititiam rejiciunt alii Auctores, præſertim Launierus hujus Ordinis Hiſtoricus, & Archihoſpitalis Romani Superior, cum Illa directa ſit Berengario Gioni Generali Archihoſpitalis Militiæ S. Spiritus primum mortuo anno MCCCCLXXXVI. vel ſequenti, qui proin Generalatum ultra centeſimum annum protraxiſſe debuit, quod aſſerere ridiculoſiſſimum foret. Interim ex his, aliisque adductis monumentis, omnino conſtat hunc ſacrum Ordinem S. Spiritus in Saxia manſiſſe Clericis & Laicis repletum, per aliqua ſaltem ſæcula, nec proprie Religioſum extitiſſe, cum Laici Illi, quibus ſubjiciebantur Clerici nullis ſolemnibus votis Religioſis aſtricti fuerint. Hinc exorti tot abuſus & Eleemoſynarum dilapidationes, dum quilibet Xenodochii Magiſter, tanquam Commendatarius ſæcularis viveret, & Patrimonium Pauperum in ſuos uſus converteret, prout ſupra dictum eſt. Ideoque haud ante annum MCCCCLVIII. hic Sacer Ordo veram rationem

Re-

Religioſi Ordinis *induit*, *quando ſummus Pontifex Pius II. prædicto anno electus*, *omnes Illos Magiſtros Commendatarios ſuppreſſit*, *& novo ſuo* Ordini Militari de Bethleem *ſuppoſititias illas commendas adunavit*, *prout Bulla illius teſtatur*, *quam exbibet Clariſſimus Leibnitius in ſuo* Codice Juris gentium. *Ex quo tempore*, *ſacer bic Ordo vere* Religioſus *incepit exiſtere ab omnibus Laicis Magiſtris vel Superioribus liberatus*, *& à ſolis Religioſis Viris gubernatus. Sic enim ſummus Pontifex* Xiſtus IV. *per ſolennem Bullam anno MCDLXXVI. mandavit :* ſtatuentes ac etiam decernentes, quod ipſius Ordinis Hoſpitalia, Præceptoriæ, Membra & loca nulli cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis fuerit, præterquam ipſius noſtri Hoſpitalis Fratribus, & Ordinem ipſum expreſſe profeſſis, eis tamen pro ſolo nutu dicti Præceptoris exiſtentis, & pro tempore ad Clauſtrum, quoties expedierit, revocaodus, in titulum vel commendam conferri valeant, ſive poſſint.

Ex bac etiam Autbentica Bulla in Bullario Magno Romano relata tom. 1. *pag.* 406. *diſcimus*, *quosdam tranſalpinos Præceptores vel Magiſtros*, *& præcipue in Gallia mandatis ſummorum Pontificum* Pii II. *&* Pauli II. *non obtemperaſſe*, *ſed talia Hoſpitalia in ſuos uſus convertiſſe*, *& Generali Magiſtro Romano debitam obedientiam denegaſſe*, *nec tanquam Religioſos Viros*, *ſed potius quaſi ſæculares Commendatarios ſeſe geſſiſſe*, *quos proin acriter bis verbis perſtringit omnem rerum proprietatem ab ipſis auferens :* Cum itaque, ſicuti accepimus diſplicanter, non nulli in ipſius Hoſpitalis Fratres, etiam Præceptorias, Hoſpitalia, Membra, & loca pia ab ipſo Hoſpitali in Saxia dependentia, obtinentes, ambitione & cupiditate cæca inducti, & ſub terminis non contenti temeritate propria ſe Generales Præceptores dicti Ordinis præcipuè Ultra montanes nominare. &c. *Adeoque omnes* Milites Commendatarii *bujus Ordinis ſunt ſuppreſſi*, *& Autboritate Apoſtolica reliqui omnes Præceptores & Hoſpitalarii ubique ſubjiciebantur Magiſtro Generali Romano*, *ſic enim ibidem præcipitur :* Quinimo omnes & ſinguli dicti Ordinis Præceptores, Hoſpitalarii, & Religioſi, quos eidem Præceptori noſtri Hoſpitalis in Saxia pleno jure ſubeſſe volumus, & tanquam ſuo Superiori obedienriam, & Reverentiam congruam exhibere, ac ſalva hojus ſedis Authoritate in omnibus ſicuti unico eorum Præceptori, obtemperare teneantur, & debeant.

Ab bujus igitur Bullæ Pontificiæ promulgatione, *etiam apud Gallos*, *omnes Præceptores*, *& Hoſpitalarii S. Spiritus*, *ſub juriſdictione Magiſtri Generalis Romani vixerunt*, *& per tria ſolennia vota facti ſunt veri Religioſi*, *uſque ad exordium ſæculi XVII. Nam anno MDCXIX. ſummus Pontifex* Paulus quintus *conceſſit Gallis Vicarium Generalem*, *ſed à Romano Generali Ordinis quodammodo dependentem*, *&* Gregorius XV. Papa *conſtituit*, *ut talis Vicarius*, *& Viſitator Generalis emitteret tria vota ſolennia Religioſa*, *& babitum Ordinis indueret. Adeóque non niſi anno MDCXXV. ſummus Pontifex Urbanus VIII. ad inſtantiam Ludovici XIII. Regis*, *Magiſtrum Generalem Xenodocbii Montis-Peſſulani*, *aliósque Præceptores*, *Hoſpitalarios per Regna Galliæ & Navarræ diſperſos reddidit liberos à juritdictione Magiſtri Generalis Romani. Hinc exorta eſt omnis Diſciplinæ Regularis relaxatio*, *& in illis partibus*, *Præceptores & Magiſtri Commendataris iterum recrudeſcere cæperunt*, Suppoſititium Militarem Ordinem *ubique introducere conantes. Et quamvis talibus uſurpationibus acriter reſtiterint zeloſiores*, *& magis pii Præceptores ; attamen nibil effecerunt*, *donec anno MDCC. magnanimus Galliarum Rex Ludovicus XIV. bunc Ordinem S. Spiritus in Saxia declaravit*, *debere æſtimari verum* Ordinem Regularem, *atque ut Præceptores illi ſæculares & Commendatarii ſupprimerentur. Sed tandem ad frequentes quorundam Magnatum aulicorum importunitates*, *conſtitutus eſt Magiſter Generalis bujus Ordinis per Gallias quidam ex prima nobilitate Regni*, *ſub cujus directione omnes Religioſi & Fratres Laici vivere debent*, *& ubique Hoſpitalitatem in omnibus Xenodocbiis rite obſervare*, *qui ideo* Magiſter Ordinis S. Spiritus de Monte-Peſſulano *nominatur.*

Interea, *reliqua bujus Sacri Ordinis Xenodocbia per alias Regiones extra Italiam & Siciliam erecta ſub jurisdictione Arcbiboſpitalis Romani manſerint*, *quorum Inquilini Regulam ab Innocentio III. Papa præſcriptam rite obſervant. Hujus rei inſigne præbet exemplum* Memmingenſe Hoſpitale *in civitate imperiali ejusdem nominis ſitum*, *quod etiamſi à Lutberano Magiſtratu quoad tempora-*

lem juriſdictionem dependeat, attamen Religioſi Hoſpitalarii publicum Catholicæ Religionis exercitium obtinent. Nam illis integrum eſt in propria Eccleſia pulſatis campanis rem Divinam diu, noctùque ſolenniter celebrare, Sacramenta adminiſtrare, ſanctiſſimam Euchariſtiam ad ægrotos, etiam in domibus Lutheranorum decumbentes ritu Catholico cum Campanula & lumine deferre, mortuos publice ſep lire, omnéſque alias ceremonias apud Orthodoxos Chriſtianos uſitatas cum debita reverentia peragere. Erat etiam olim in eodem Sueviæ Circulo, apud Wimpinam urbem Imperialem, eximium hujus Ordinis Xenodochium, quod tempore mutatæ Religionis ad incitas eſt redactum, ſed Illud circa medium ſæculi XVII. Religoſi Memmingenſes reſtaurare laborabant, & quamvis ampliſſimos redditus nunquam recuperare potuerint, ſuis tamen expenſis quosdam Religioſos ſuſtentare ſolent. Pro his duobus Hoſpitalibus in Germania ſitis, Præceptor Xenodochii Memmingenſis, in recognitionem ſubjectionis Archihoſpitali Romano debitæ, annuatim exſolvere ſolebat ſeptem Bizantinos aureos, prout ex antiquis monumentis urbis Memmingenſis eruitur.

Nec ambigere licet, quin reliqua ampliſſima Xenodochia per varias Catholici orbis provincias diſperſa, hoc idem præſtiterint, prout plurima, quæ per Hiſpaniam, Belgium, Hungariam, Poloniam ſuperſunt, etiamnum hodie debitum ſuum penſum annuatim huic Archihoſpitali Romano tanquam totius ſacri Ordinis ſupremo Capiti perſolvunt, & ejusdem Præceptorem tanquam ſupremum Magiſtrum Generalem omnium Hoſpitalariorum S. Spiritus agnoſcunt. Et quidem hoc Archihoſpitale Romanum adeo late patet, ſuperbis ædificiis inſtructum, ac ampliſſimis redditibus cumulatum, ut grande Caſtellum repræſentare videatur, plura pal tia variis ſpatiorum intervallis diſtincta continens, in quibus degunt varia hominum utriusque ſexus genera. In uno autem palatio morantur ultra centum nutrices, quæ lactant Parvulos expoſitos; ibidem enim ſuſcipiuntur tales infantes tam legitimi, quam illegitimi, ne fame pereant. In altero autem habitant pueri Adoleſcentiores numero circiter quingenti, qui à piis Præceptoribus inſtruuntur in doctrina Chriſtiana, aliisque diverſis artibus & ſcientiis. In tertio dein Palatio degunt totidem numero puellæ, quæ à Sanctimonialibus fœminis ejusdem Ordinis in omni virtutum genere inſtruuntur, ſicut in Regulari aliquo Monaſterio. In quarto denique Palatio duo ſunt longiſſima ambulacra, ita, ut quodlibet mille lectis ſit impletum: unum quidem continet infirmos Viros, alterum autem ægrotas fœminas &c. Aſt præter hæc omnia & plura alia ſuperba ædificia pro Infantibus expoſitis, & ægrotis perſonis etiam peregrinis advenientibus ordinata, adeſt ibidem Magnificum Cœnobium à Religioſis Viris inhabitatum, qui diu, noctúque Divinis laudibus intenti Regularem vitam ſub Regula S. Auguſtini & ſequentibus Conſtitutionibus degunt, ubi etiam Magiſter Generalis totius Ordinis habitare ſolet. Atque in hoc Archihoſpitali in uſum Infirmorum expenduntur annuatim ſupra ducenta Millia ſcutorum Romanorum computando unum annum cumaltero.

Sed redeamus ad ſequentes Conſtitutiones exhibendas, quas anno MDLXIV. Romæ edidit Reverendiſſimus Dom. Bernardinus Cyrillus Aquilanus, totius Ordinis præceptor & Generalis Magiſter; Illáſque nominat Regulam ſacri Ordinis ſancti Spiritus in Saxia. Quæ quidem Conſtitutiones cum Bulla ſummi Pontificis Innocentii III. cùm omnino conveniant; ſic haud ambigere licet, quin piiſſimus Ille Pontifex hunc Ordinem inſtituens eadem ſtatuta Religioſis utriusque ſexus præſcripſerit; quamvis & Illis etiam Regulam Auguſtinianam aliis Hoſpitalariis communem pro norma vitæ tradiderit. Attamen quisquis has Conſtitutiones vel leviter perluſtret, facile percipere poteſt, non omnia ſtatuta hic exhibita ab exordio Ordinis fuiſſe uſitata, ſed ſucceſſu temporis plura ex Illis fuiſſe ſuperaddita.

Cum enim omnino conſtet à primæva inſtitutione hunc Sacrum Ordinem fuiſſe à ſæcularibus potius, quam Religioſis Perſonis gubernatum, ſic ſuppreſſis illis ſæcularibus Præceptoribus vel Magiſtris, neceſſe omnino erat, non nulla condere nova ſtatuta, omnibus utriusque ſexus Religioſis communia. Interim præſentes Conſtitutiones ad gubernanda, & regenda Xenodochia maxime ſalutares ſunt. Omnesque utriusque ſexus homines, præter tria ſolennia vota Religioſa etiam ad gerendam ſpecialem curam ægrotorum & Infantum expoſitorum aſtringuntur. Hinc plurimis gaudent privilegiis, & eximuntur à Juriſdictione omnium Ordinariorum, omniaque aliorum ſacrorum Ordinum privilegia ipſis ſunt conceſſa. Quod autem Religioſi hujus Ordinis aveant ſe nominare Canonicos Regulares, hoc tantum evenit ex illo tempore, quo veram Regularem vitam ducere cœperunt juxta Regulam S. Auguſtini, & poſtquam quædam Congregatio Cano-

no-

nonicorum Regularium S. Spiritus *per Gallias & Lotharingiam diſperſa illi aſſociata eſt. Nunquam tamen habitu Canonico incedere ſolent; Illorum enim habitus idem prorſus eſt cum illo Clericorum ſæcularium, niſi quod ad diſtinctionem ſupra habitum nigrum debeant geſtare crucem albam ad pectus aſſutam, dupliciter transverſam, quarum prima minor eſt, prout refert Tamburinus ſupra laudatus. Sequitur jam Ipſius Regulæ tenor, prout nobis in MS. fuit communicatus.*

REGULA S. ORDINIS SPIRITUS IN SAXI.

Fratribus Ordinis ſancti Spiritus in Saxia ubilibet conſtitutis. Bernardinus Cyrillus Aquilanus ejuſdem Ordinis Præceptor, & Generalis Magiſter.

REgulam Ordinis noſtri, & veterum noſtrorum inſtituta Patrum, fratres dilectiſſimi, denuò vobis oſtendimus; ad quorum obſervantiam omni vos, quo poſſumus, officio, & affectu hortamur. Ut per ea nos Deus omnipotens dirigat in viam ſuam, & Sancti ejus Spiritûs munere, veſtrisque precibus, ſi quid noſtro in Ordine infirmum ſit, cæleſti ope ſolidetur, ſanetur ægrotum, alligetur confractum, reducatur abjectum, & pia charitatis affectione, deperditum quæratur. Ejusdèmque Spiritus Sancti virtus ſoletur inter nos, puſillanimes; & ſi qui ſint inquietos corripiat; projectos, languentesque, & loca noſtra ſua dextera tueatur, & protegat. Mihi inſuper (qui pro vobis omnibus, & me ipſo rationem reddere teneor) ejus dono, veſtrisque orationibus, compati & misereri dignetur. Valeat quis veſtrum in Domino, & ejus in timore ipſius mandata, & regularia hæc præcepta ſervet. Romæ in ſacra Hoſpitali æde Sancti Spiritûs. Kal. Aprilis. M. D. LXIV.

Ejusdem ſacri Ordinis ſancti Spiritûs Fundamentum.

Lectio S. Evangelii ſecundum Matthæum. Cap. 25.

IN illo tempore, dixit JEſus Diſcipulis ſuis. Cùm venerit Filius in majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus cum eo, tunc ſedebit ſuper Sedem Majeſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eas ab invicem, ſicut paſtor ſegregat oves ab hœdis. Et ſtatuet quidem oves à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt. Venite Benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare. Sitivi, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus & cooperuiſtis me. Infirmus, & viſitaſtis me. In carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei Juſti dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pavimus? ſitientem, & dedimus tibi potum, quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? & reſpondens Rex dicet illis. Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris ejus erunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare. Sitivi, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus & non cooperuiſtis me. Infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non miniſtravimus tibi? Tunc reſpondebit illis dicens. Amen dico vobis: quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.

Stephanus divina miſeratione tituli S. Mariæ trans Tiberim Præsbiter, & Rainerius S. Mariæ in Coſmedin Diaconus, Cardinales: dilectis filiis, Magiſtro, & Capitulo Domus S. Spiritus de Urbe Romana, & univerſis Rectoribus, Fratribus, & Sororibus aliarum domorum ſub ipſius ordine & Magiſterio commorantibus, ſalutem in Domino. Hæc & Regula, quam de mandato & authoritate Sedis Apoſtolicæ vobis obſervare præcipimus, & à Summo Pontifice ſcilicet Domino Innocentio Papa III. data fuit, & omnibus ſacroſanctæ Eccleſiæ Cardinalibus confirmata, quæ ſic incipit.

CA-

Caput I.

Sancti Spiritus adſit nobis gratia.

IN nomine Domini, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Omnibus Fratribus & Sororibus tam præſentibus quàm futuris totius Ordinis S. Spiritus præcipiendo mandamus, ut ſub obedientia, in caſtitate, & ſine proprio vivant, ad curam & ſervitium pauperum principaliter intendendo.

Caput II.

De promiſſione Novitiorum.

EGO N. offero, & trado meipſum Deo, & Beatæ Mariæ, & ſancto Spiritui, & Dominis noſtris infirmis, ut omnibus diebus vitæ meæ ſim ſervus illorum. Promitto caſtitatem, cum Dei auxilio ſervare; & ſine proprio vivere, & tibi N. & Succeſſoribus tuis obedientiam tenere, & bona ipſorum pauperum fideliter cuſtodire. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.

Et offerat ſe cum libro ad altare, &c.

Caput III.

De Receptitione Novitiorum.

PER promiſſionem, quam Deo feciſti, & Beatæ Mariæ, & ſancto Spiritui, & Dominis noſtris infirmis recipimus te, & animam Patris tui, & Matris tuæ in Miſſis, Matutinis, jejuniis & orationibus, eleemoſynis, & in cunctis benè factis, quæ fiunt, & fient in Domo ſancti Spiritûs: út Deus talem partem tibi retribuat, qualem unusquisque noſtrûm habere expectat. Et Domus Sancti Spiritûs panem & aquam tibi promittit, & veſtem humilem dabit.

Quo finito ſi Præceptori ſive Magiſtro, & Capitulo videtur, Præceptor ſive Magiſter, vel Prior accipiat mantellum: & oſtendit ei crucem, & ponat ad collum ejus dicens:

Per hoc ſignum Crucis fugiat à te omne malignum, & Chriſtus te perducat ad regnum æternum. Amen.

His dictis proni in terra preces pro eo faciant ad Dominum: & Prior, ſive Magiſter, vel aliquis Sacerdos incipiat Pſalmum ſcilicet: Deus miſereatur, cum Gloria Patri: deinde dicit Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuêre eum.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Protege Domine famulum tuum (vel famulam tuam) & gratiæ tuæ dona in eo multiplica: ut ab omnibus tueatur offenſis, & à temporalibus non deſtituatur auxiliis: ſed ſpiritualibus ſempiternis gaudeat inſtitutis. Per Chriſtum.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: & famulum tuum, quem delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſolvat. Per Chriſtum.

Deus, qui Apoſtolis tuis ſanctum dediſti Spiritum: concede famulo tuo piæ petitionis effectum: ut cui dediſti fidem, largiaris & pacem. Per Dominum noſtrum.

Caput IV.

Qualiter Societas noſtra petentibus detur.

CUM aliquis ſocietatem fratrum petit, & orationibus eorum voluerit ſe commendare, in Capitulo, proſternatur in terra. Et hic incipiat Prior vel Sacerdos hos Pſalmos: Levavi oculos meos. De profundis. Ecce quàm bonum. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuêre eum.
℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi Orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum, ℟. & cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui es fons totius miſericordiæ, ſpes & conſolator lugentium, vita & ſalus ad te clamantium: Exaudi preces populi tui, & illorum, qui ſe in noſtris orationibus commendant: ut eum tuæ potentiæ dextera protegat, & de-

defendat: qui quatenus tibi ſoli Domino ſecura mente valeat deſervire, atque ab omni tentationum moleſtia liberatus, tranquilla pacis ſalute pietati tuæ continuas agere gratias mereatur. Per Dominum.

Alia Oratio.

Deus, qui es juſtorum gloria & miſericordia peccatorum: pietatem tuam humili prece depoſuimus: ut famulum tuum N. benignè recipias, & pietatis tuæ ei cuſtodiam impendas, ut ex tota mente tibi deſerviat, & ſub tua protectione conſiſtat. Et quando eis extrema dies advenerit, ſocietatem Sanctorum percipiat: cum quibus inenarrabilem gloriam ſine fine poſſideat. Per Chriſtum.

Alia Oratio.

Precamur te Domine, ut intercedente Beata Virgine Maria cum omnibus Sanctis tuis, famulo tuo N. indulgentiam tribuas peccatorum, opus ejus perficias in bonum, miſericordiam & gratiam tuam ei concedas: fide, ſpe, & charitate eum repleas: mentem ejus ad cœleſtia deſideria erigas, & ab omni adverſitate defendas eum; & ad bonam perſeverantiam perducas. Per Dominum.

Poſt hæc detur illi cum libro & ſtola, petita ſocietas:, Priore, vel Sacerdote ita dicente:

Damus tibi (vel vobis) Societatem noſtram ex participatione orationum noſtrarum, & beneficium eleemoſynarum noſtrarum. Et dicitur Deo gratias.

Poſtea oſculetur à fr[illegible]bus, & ſcribatur in libro confratern[illegible]s, & illud etiam, quod dare promiſerit in unoquoque anno: & cum defunctus fuerit, conſcribatur in Kalendario.

Caput V.

Quando aliquis offertur in pueritia in devotione paterna.

Domine Deus omnipotens, qui es incomprehenſibilis & immenſus, qui tuum plaſma vocatione ſancta eligere dignatus es: concede huic famulo, vel Puero, vitam honeſtam, converſationem ſtudioſam, orationem placabilem, quatenus dignus efficiatur ſocietate ſanctorum. Per te qui es benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Caput VI.

Quid Fratres ex debito quærere debeant & non amplius.

Nullus ſuum aliquid præſumat dicere: ſic de primis Chriſti Diſcipulis dictum eſt. Erant illis omnia communia. Procurator verò Domus ſecundùm neceſſitatem uniuſcujuſque fideliter omnibus adminiſtret, ſicut etiam ſcriptum eſt: Dividebatur ſingulis prout cuique opus erat. Fratres non quærant amplius ex debito niſi panem & aquam: & veſtitus eorum ſit humilis, quia Domini ſunt pauperes, quorum ſervos nos eſſe fatemur: nudi & ſordidi incedunt, & turpe eſt ſervo, ut ſit ſuperbus; & Dominus ejus ſit humilis.

Caput VII.

Quid, & à quo portetur ad menſam.

Nemo præter Cellerarium de cibo vel potu ad menſam, vel à menſa, niſi per licentiam Magiſtri aliquid portet. Similiter ſi fieri poteſt, ad menſam ſimul omnes accedant, & ſimul poſt verſum, ſurgentes diſcedant.

Caput VIII.

Verſus Menſæ, niſi Clerici ſint præſentes, ita fiat.

Benedicite. Clerici reſpondent: Benedicite. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Pater noſter. Secrete dicatur. Quòd ſi Procurator domus fuerit præſens, vel qui locum ejus tenuerit, dicat: ℟. Et ne nos inducas in tentationem.

Alii reſpondeant: ℟. Sed libera nos à malo.

Adjungat: In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

Et ſic ad menſam ſedeant. Poſtea dicant omnes: Amen.

Poſtmodum ſurgentes à menſa dicant: Miſerere mei Deus.

Poſt ſubjungatur: Gloria Patri. &, ſicut erat. Deinde, Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Dicat ille, qui benedictionem dixerat, reſpondentibus aliis: ſed libera nos à malo.

Adjungatur: Benedicamus Domino; & omnes reſpondeant: Deo gratias.

Qui verò ignoraverint, Miſerere mei Deus: dicant quinquies Pater noſter.

Caput IX.

De Lectore ad Menſam.

PEr hebdomadam unus Clericus legat, Frater verò unus Laicorum ſerviat: quibus abſentibus Magiſter per alios ſuppleri faciat.

Caput X.

Ut non comedant niſi bis in die.

PRohibemus autem Fratribus, & Sororibus, ut non comedant, niſi bis in die, præter eos, qui ſunt infirmi, & imbecilles: Ipſa autem imbecillitas in arbitrio & providentia Magiſtri ſit: nil ob favorem, vel gratiam perſonæ ſeu (quod abſit) ob invidiam, ſaciendo: ſed cum Dei timore diſcretè agat.

Caput XI.

De Jejunio.

A Dominica prima poſt Feſtum omnium Sanctorum uſque ad Natalem Domini ſicut in quadrageſima jejunent. Omni verò quartâ & ſextâ Feriâ à feſto Sanctæ Crucis uſque ad feſtum Reſurrectionis Domini, ſicut in quadrageſima jejunent. Et qui renuerit, vino ſequenti die careat. Et ſi ſecundò fecerit, quartâ & ſextâ feriâ, in pane & aquâ jejunet.

Caput XII.

De Eſu Carnium.

CArnes verò non comedant niſi ter in hebdomada: videlicet die Martis, die Jovis, & die Dominico, niſi cauſa infirmitatis, vel niſi feſtum Natalis Domini fuerit. Et qui contra fecerit, tres dies in pane & aqua jejunet.

Caput XIII.

De recipiendis infirmis, & miniſtrantibus illis.

CUm ergò venerint infirmi, vel deportati fuerint in Domum Sancti Spiritûs, tali modo ſuſcipiantur. Primò; de peccatis Præsbytero confiteantur, & religioſè communicentur; & poſtea ad lectum deportentur, ſive ducantur: & ibi quaſi Domini, ſecundum poſſe Domus, omni die antequam fratres eant pranſum, charitativè reficiantur. Et dominicis diebus Sacerdotes, & Clerici, Fratres, & Sorores cum proceſſione in Domo ſancti Spiritûs pergentes: Miſſa, vel Epiſtola & Evangelium tantum dicatur. Horâ autem prandii pauperum, & hora cœnæ, campana pulſetur, ad cujus ſonitum Fratres, qui non ſunt in operibus, ſtatim occurrant, & devotè ſerviant.

Caput XIV.

De honeſtate Fratrum, & eorum ſervitio circa infirmos.

COnſtitutum eſt etiam, ut in Eccleſia honeſtus ſit eorum inceſſus, & converſatio idonea, ſcilicet ut Clerici ad Altare cum albis veſtibus deſerviant Præſbytero. Diaconus vel Subdiaconus, etſi neceſſitas fuerit, alius Clericus hoc idem exerceat officium, & lumen in Eccleſia ſit ſemper, die, noctuque. Et ad infirmorum viſitationem Præsbyter cum albis veſtibus incedat: religioſè portans Corpus Domini: & Diaconus, ſive Subdiaconus præcedat, vel ſaltem Acolytus ferens laternam cum candela accenſa, & Spongiam cum aqua benedicta.

Caput XV.

Qualiter Fratres ire, & manere debent.

IN Civitatibus, vel in Villis ſeu Caſtellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omninò comedant extra illas domos, niſi Prælatus loci tenuerit, vel invitaverit eos. Qui autem hæc præſumpſerit: tribus diebus continuis jejunet in pane & aqua: Et quatuordecim diebus in terra ſine menſa & mappa comedet.

Caput XVI.

De his, qui aliquo vadunt.

SI quis ex noſtris habuerit neceſſitatem, quoquam eundi, cum quibus Magiſter juſſerit ire, eat. In via verò videat, ne in omnibus moribus ſuis fiat, quod cujusquam offendat aſpectum, & quod ſuam dedeceat ſanctitatem. Sedens ad menſam, ſecundùm poſſe, ſilentium tenere ſtudeat.

Caput XVII.

Ut nullus ſolus eat.

NUllus pedes ſolus per Urbem vadat, nec ſocium ſibi ſumat, niſi qui à Magiſtro ſibi fuerit ſociatus, vel ab eo, qui,

Magiſtro abſente, vices ſuas gerit. Provideat autem Magiſter, vel qui vices ſuas gerit, honeſtam Societatem. Qui ſine mandato vel ſine ſocietate (ùt prædictum eſt) ire præſumpſerit, primâ vice in Terra ſedeat: ſecunda duobus diebus; tertiâ vice, ſeptem diebus pœniteat, & quartâ, & ſextâ feriâ in pane & aquâ jejunet.

CAPUT XVIII.

De Proceſſione in Hoſpitali.

IN hoſpitali ad proceſſionem in quadrageſima Sancti Martini, & majori, Clerici & Laici, & Sorores conveniant, & dicto Completorio Fratres ad ſuum dormitorium accedant, & Sorores ad ſuum cum ſilentio, ubi nullus extraneus admittatur, ad jacendum. & nunquam nudi jaceant, ſed veſtiti camiſcis lineis aut laneis, aut aliis quibuslibet veſtimentis, ſoli jacentes. Silentium etiam ibidem uſque mane obſervetur. Quod qui ruperit, vinum noius diei amittat, ſi ſe non correxerit, aliàs puniatur ſecundum proviſionem Præceptoris.

CAPUT XIX.

De ſilentio in Eccleſia.

SImiliter ſilentium in Eccleſia teneatur, ut non poſſit divinum officium impediri. Si quid autem dicendum fuerit de neceſſitate, in aure Fratris dicatur: & qui ſilentium ruperit, vinum amittat.

CAPUT XX.

De conſervanda charitate.

CHaritatem ad omnes homines habere ſtudeant: inter ſe pacem & concordiam habeant, avaritiam, invidiam, ſuperbiam, odium, iram, detractiones, murmurationes, & malitiam à ſe omninò abjiciant.

CAPUT XXI.

De Capitulo Fratrum Generali.

PER quatuor tempora anni primis diebus jejuniorum quatuor temporum Præceptor Domus cum Fratribus ſuis generale Capitulum teneat, & de negotiis Domus fideliter tractet. Qui ſi tunc fortè non fecerit, infra octo dies, quam citius poterit, faciat diligenter.

CAPUT XXII.

De Communitate Magiſtri.

SOllicitè autem provideat Præceptor, ut communitatem Fratrum, & conſuetudinem laudabilem Domus, & præcepta Regulæ per omnia teneri faciat.

CAPUT XXIII.

De Communitate Menſæ Fratrum.

PRæceptor ad communem Menſam Fratrum ſemper comedat, niſi propter hoſpites, vel aliàs ex honeſta cauſa ſeu neceſſaria remaneat.

CAPUT XXIV.

De Electione Magiſtri.

ELectio verò ejus infra menſem poſt deceſſum alterius per commune Fratrum conſilium celebretur, nec eligatur ſecundum dignitatem gentis, ſed ſecundum vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam.

CAPUT XXV.

De ſilentio Menſæ.

AD Menſam, ſicut ait Apoſtolus, Fratres panem ſuum cum ſilentio comedant: lectionem ſine tumultu audiant, ne ſolæ fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant verbum Dei. Quod ſi neceſſarium fuerit loqui, uni ſervitorum in aure ſub ſilentio dicat. Magiſter verò major, ſi voluerit, in audientia omnium pro neceſſitate loqui poteſt: cum diſcretione tamen & menſura hoc faciat. Et poſt Completorium non bibant, & in lectis ſilentium teneant, ſicut ſuperius ſcriptum eſt.

CAPUT XXVI.

De Correctione Clericorum.

COrrectio verò Clericorum & ſpecialium aliorum ad Præceptorem Laicum non pertineat, ſed ad Cardinales, quibus à Domino Papa ipſa Domus fuerit recommendata. Ipſi verò Cardinales ad tempus quamdiu voluerint, alicui Clerico de ipſa Domo poterunt committere vices ſuas.

CAPUT XXVII.

De Officio Clericorum & de primatu.

Præfati verò Clerici in diurnis & nocturnis officiis conſuetudinem Romanæ Curiæ obſervent, & Primi in Refectorio inſimul in una parte ante Laicos ſedeant, prioritate inter eos ſacrorum Ordinum obſervatâ.

Caput XXVIII.

De Conditione Clericorum.

SI quando verò contigerit aliquem de Clericis Fratribus ad aliquam Filiam deſtinari, vel illius Clerici commiſerint vices ſuas: ita tamen, quod ſecundum tenorem privilegii Domini Innocentii Papæ tertii, ſemper in ipſo Hoſpitali quatuor ad minus ſint Clerici Regulam ejusdem Hoſpitalis profeſſi, qui pro nobis, & prædeceſſoribus noſtris, ac ſucceſſoribus noſtris, ac Fratribus vivis pariter ac defunctis ſpecialiter obſecrantes, omnia ſpiritualia liberè adminiſtrent.

Caput XXIX.

De Correctione Clericorum.

CLerici verò, ſi in his deliquerint, pro quibus Laici ſedebunt in terra in refectorio ſine mappa, in honore Ordinis clericalis in terra non ſedeant, ne ex tali quaſi publica pœnitentia penes graves & bonos quodammodo efficiantur infames, ſed loco illius pœnæ ſingulis diebus, in quibus ſic pœnitere debent, uno priventur ferculo, & in loco ultimo ſedeant, nedum poſt Clericos, ſed poſt Laicos Fratres ſuos.

Caput XXX.

De Capitulo.

SEmel in hebdomada ad minus Magiſter, vel qui locum ejus tenuerit, cum Fratribus Capitulum teneat. Cùm Sororibus verò Magiſter Capitulum teneat cum Sacerdote Fratre, & cum duobus aliis Fratribus.

Caput XXXI.

De pœnis fornicantium.

SI quis Fratrum, vel ſi qua Soror deprehendatur in fornicatione, volumus ipſum includi in carcerem, & per annum ibi habitet, omni occaſione remotâ, & vita ſua ſit talis. Sextâ Feriâ in pane & aquâ jejunet, & per totum annum non præſumat carnes manducare, nec vinum potare: Et poſt annum, ſi inventus fuerit caſtigatus, & bonis moribus ornatus, ſecundum arbitrium Præſidentis, in Conventum cum cæteris Fratribus redeat. Ita fiat in prima vice. Et ſi ſecundâ deprehendatur, per duos annos fiat: ſicut ſuperius eſt relatum. Et ſi fortè (quod Deus avertat) tali facinore fuerit iterum deprehenſus, omni vitâ ſuâ absque remedio ibi habitet. Feriâ ſextâ infra octavas Natalis Domini licentiam habeat bibendi vinum. Etſi opus fuerit infra Octavas Paſchæ ſimiliter. Si etiam feſtivitas omnium Sanctorum evenerit in ſexta feria, quorum Vigilia quintâ feriâ celebratur in pane & aqua: Liceat ei uti cibis conditis in ipſa feſtivitate: Et ſit in poteſtate Præceptoris cum conſilio Capituli aliquandò (ſi neceſſe fuerit) pœnam mitigare.

Caput XXXII.

De Fratribus altercantibus, & percutientibus alterutrum.

FRater ſi altercatus fuerit cum aliquo Fratre, & clamorem habuerit Præceptor, talis ſit pœna: Septem diebus jejunet, quarta & ſexta feriâ in pane & aqua, comedens in terra ſine menſa & manutergio. Et ſi percuſſerit, quadraginta diebus manducet in terra, etſi ſanguinem effuderit, habitum dimittat. Si verò receſſerit à Domo ſine voluntate Præceptoris ſui, cui commiſſus fuerit, & poſtea reverſus fuerit; quadraginta diebus manducet in terra jejunans quarta & ſexta feria in pane, & aqua. Et per tantum temporis permaneat in loco extraneo quantum foris extiterit.

Caput XXXIII.

De Conſtitutione Horarum.

FRatres cùm ad Matutinas ſurrexerint, & in Eccleſia fuerint, Matutinas & Horas Beatæ Mariæ, ſtantes erecti, vel flexis genibus audiant, niſi infirmitas impedierit. Ad Matutinas diei, & horas, dum Pſalmi dicuntur, Lectiones leguntur & Reſponſoria cantantur, fratres ſedeant, ſed ad Gloria Patri propter reverentiam Trinitatis ſe elevent, & ad altare caput inclinent. Fratres, qui ordinati non ſunt, & in Eccleſia non fuerint, pro Matutinis Beatæ Mariæ dicant Pater noſter 12. Et pro Matutinis diei ſimiliter, & pro aliis horis ſingulis Beatæ Mariæ Pater noſter 7. & pro illis ſimiliter diei, & pro Veſperis 9. Et pro defunctis 9. ſimiliter. Omnibus computatis ſunt 133. Pater noſter.

Caput XXXIV.

De Fratribus malè ſe habentibus.

FRater ſi non benè ſe habens, ſi ab aliis Fratribus bis atque ter correptus & admonitus fuerit, & Diabolo inſtigante ſe emendare noluerit, Nobis mittatur pedeſter cum carta continenti ſuum delictum: tamen procuratio rara ei do-

donetur, ut ad nos venire poſſit, eúmque corrigemus.

CAPUT XXXV.

De Fratribus cum proprio viventibus.

SIquis Fratrum in morte ſua proprietatem habuerit, vivènsque Magiſtro ſuo, vel Sacerdoti ad utilitatem Domus non oſtenderit: nullum divinum officium pro eo agatur, ſed quaſi excommunicatus cum ipſa proprietate, extra cœmeterium ſepeliatur. Et ſi vivens proprietatem habuerit incolumis, eique reperta fuerit, & Magiſtro ſuo celaverit, ac poſtea ſuper eum inventa fuerit: ipſa pecunia ad collum ejus ligetur, & per Hoſpitale ſancti Spiritus, vel alias Domos, ubi permanſerit, ducatur.

CAPUT XXXVI.

De Proprietariis.

OMni anno in Capitulo Pentecoſtes proprietarii excommunicentur, & abſolutione receptâ reſtituant pecuniam, & ſeptem diebus pœniteant quartâ & ſextâ feriâ jejunantes in pane & aqua. Et ſi ſecundò reperti fuerint, pœna duplicetur eis. Si tertiò idem crimen (quod abſit) incurrerint, quadraginta diebus pœniteant, ab omni fratrum conſortio ſeparati.

CAPUT XXXVII.

De officio faciendo pro Fratribus & Sororibus defunctis.

CUM ſit valde neceſſarium, firmiter præcipimus fieri, & præcipiendo mandamus, ut de omnibus Fratribus & Sororibus viam univerſæ carnis ingredientibus in omnibus obedientiis quibuscúmque obierint in Domo S. Spiritus 30. diebus Miſſæ pro anima Fratris & Sororis celebrentur. Præsbyteri verò, qui fuerint in Domo S. Spiritus quinque Miſſas Fratris vel Sororis illius reddant. Cæteri verò Clerici duo Pſalteria. Fratres Laici, ſi ſeptem Pſalmos ſciverint, ſeptem vicibus illos dicant: ſi illos neſciverint, 200. Pater noſter dicant.

CAPUT XXXVIII.

De judicio in Capitulo.

DE omnibus clamoribus in Capitulo judicetur, & diſcernatur ſecundum amorem DEI & judicium rectum. Et hæc omnia (ut ſuprà diximus) ex parte Dei omnipotentis & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & ſancti Spiritus & Dominorum noſtrorum Infirmorum præcipimus, ut cum ſummo ſtudio, ita per omnia teneatur.

CAPUT XXXIX.

De Indumentis Pauperum.

PAuperes in hyeme, laneis veſtibus à Feſto omnium Sanctorum uſque ad Natalem Domini: & in æſtate, à Pentecoſte uſque ad feſtum S. Joannis, administrus quadraginta de pannis veteribus Fratrum & etiam Infirmorum veſtiantur. Hanc autem eleemoſinam Magiſter cum conſilio duorum Fratrum, ſemper indigentibus, ſecundùm charitatem Dei, non ſpecialem affectum, vel amorem largiatur.

CAPUT XL.

De Pauperibus requirendis.

PAuperes infirmi per vicos, una die cujuslibet hebdomadæ, & per plateas quærantur, & in Domum ſancti Spiritus deferantur, & eorum cura diligentiſſimè habeatur.

CAPUT XLI.

De Orphanis nutriendis & fœminis prægnantibus.

ORphani infantes projecti pro poſſe Domus nutriantur: & pauperes fœminæ prægnantes gratanter ſuſcipiantur, & eis charitativè miniſtretur.

CAPUT XLII.

De Servitio Pauperum.

SOrores infirmis Hoſpitalis die Martis capita, die Jovis pedes abluant; & linteamina, quando præcipitur, eis abluant.

CAPUT XLIII.

De Pauperibus ſuſcipiendis.

COmmunes pauperes qui in Domo ſancti Spiritus hoſpitari voluerint, pro poſſe Domus libenter ſuſcipiantur, & charitativè tractentur.

CAPUT XLIV.

De Religioſis ſuſcipiendis.

SI aliquis Religioſus ad hoſpitandum in eadem Domo, ſive in Domibus noſtris venerit, quaſi ſervus Dei benignè ſu-

ſuſcipiatur, & charitativè illi ſubminiſtretur.

CAPUT XLV.

De Hoſpitio Magnatum.

SI verò aliqua magna perſona fuerit, ſpeciale ſibi hoſpitium præparetur, & ſecundum poſſibilitatem Domus, ei reverenter ſerviatur.

CAPUT XLVI.

De peccatricibus ſuſcipiendis.

MUlieres peccatrices, quæ pro conſervanda caſtitate in Domo ſancti Spiritûs per ſeptimanam ſanctam habitare voluerint, uſque poſt octavas Paſchæ ſine contradictione concedatur eis.

CAPUT XLVII.

De litteris deferendis.

NUllus litteras portet, niſi prius audierit legere; & ſi lectis litteris, audierit in eis aliquid contineri, unde aliquod malum poſſit oriri, eas nullus portet; quia Urias detulit litteras mortis ſuæ.

CAPUT XLVIII.

De Depoſito.

COmmendationem nullus recipiat ſine conſcientia Magiſtri, & aliquorum Fratrum, excepto Hoſpitalario, qui peregrinorum tantum, & forenſium poterit depoſita cuſtodire.

CAPUT XLIX.

Ut nulli liceat Eccleſiam conſtruere.

NUllus conſtruere faciat Eccleſiam vel Domum abſque juſſu Magiſtri & Capituli. Et ſi contrà fecerit, quadraginta dies pœniteat: quarta & ſexta feriâ in pane, & aqua jejunet.

CAPUT L.

De Injuriis vitandis.

NUllus aliquem Fratrem clamare audeat proditorem, vel regeneratum, neque ore fœtentem, vel mentitum, vel filium meretricis, & qui in culpis iſtis ceciderit, ſine pœna non ſit, ſed ſeptem diebus graviter puniatur. Et quarta & ſexta feria in pane & aqua jejunet.

CAPUT LI.

De ſuſtentandis leproſis.

STatuimus, ut ſi quis Fratrum noſtrorum, vel Sororum in lepræ morbum inciderit, in Domo ſancti Spiritûs provideatur ei tanquam uni ex aliis Fratribus in aliquo loco Domus.

CAPUT LII.

De Receptione Munerum.

SI quis ex noſtris rem ſibi collatam celaverit, puniatur, & tanquam proprietarius judicetur. Etſi Frater aut Soror eulogias vel munuſculum acceperit à parentibus, vel amicis ſuis: non audeat ea ſibi retinere, niſi de licentia, & voluntate Præceptoris, Et ſi contrà fecerit, ipſas eulogias amittat, & quatuor dies pœniteat: quarta & ſexta feria in pane & aqua jejunet.

CAPUT LIII.

Ut nullus veſtes vendat, vel emat.

PRæcipimus firmiter & diſtrictè, ut nullus præſumat veſtes vendere, vel emere, niſi de conſenſu Magiſtri, vel qui locum ejus tenuerit: ut ſicut paſcimini ex uno cellario, ſic induamini ex uno veſtiario. Et veſtimentum ſit humile (ſicut ſcriptum eſt) & à Magiſtro, vel camerario emptum. Si verò aliter factum fuerit, Magiſter accipiat, & ipſe ſit in pœna ſeptem dierum, & quartâ & ſextâ feriâ in pane, & aqua jejunet.

CAPUT LIV.

Si quis Fratrum inciderit in Hæreſim.

SI quis Fratrum in hæreſim (quod abſit) inciderit, vel hæreticorum ſcienter participationem, & familiaritatem habuerit, & hoc ad notitiam Magiſtri vel Fratrum pervenerit, Domino Papæ denuncietur, vel ejus Viſitatori. Si quis autem alicui Fratrum tantum crimen objecerit, quod probare nequiverit, pœnam patiatur, quam paſſus eſſet alter. Si verò aliquis ex familiaritate hæreticorum ſuſpectus fuerit, coram Capitulo moneatur, & mandatur ei ex parte Capituli, ut eorum familiaritatem vitet, qui ſi poſt præceptum Capituli vitare noluerit, in carcere ſegregatus ab aliis, pœnitentiam agat.

CAPUT LV.

Qualiter Fratres à Fratribus ſunt corrigendi.

FRatres ſi duo, vel tres, vel amplius, fuerint, & unus illorum nequiter & malè vivendo ſe habuerit; alter Frater non debet eum diffamare, neque populo, neque præceptori; ſed primo per ſe ipſum caſtigare; etſi ſe noluerit caſtigare, adhibeat ſecum duos, vel tres ad eum caſtigandum; & ſi ſe emendaverit, inde gaudere debet. Si ſe noluerit

lueriṫ emendare, tunc culpam ejus ſcribat ſecretò Magiſtro ſuo: & ſecundum quod Magiſter miſerit, ita fiat de illo.

CAPUT LVI.

Qualiter Frater Fratrem accuſare debet.

FRater alium Fratrem accuſare non debet, niſi poſſit benè probare. Qui ſi de illo crimina dixerit, & in probatione defecerit, eandem pœnam, quam ipſe paſſurus eſſet, ſuſtinebit

CAPUT LVII.

Qualiter Fratres Crucis vexillum putare debent.

FRatres omnium obedientiarum, qui nunc, vel in antea offerunt ſe Deo, & Hoſpitali Sancti Spiritus, Crucis ſignum in Cappis & in Mantellis deferant. In cappis ante pectus, in Mantellis autem in ſiniſtro latere, ut per illud vexillum & operationem, & obedientiam Deus nos cuſtodiat, & à Diaboli poteſtate nos in hoc ſæculo & in futuro defendat in anima & corpore, & ſimiliter omnes benefactores noſtros.

CAPUT LVIII.

De obſequiis Fratrum defunctorum, & peregrinorum.

PRæcipimus etiam, ut omnia corpora mortuorum, atque aliorum Chriſtianorum, qui poſt horam omnium Veſperarum obierint, ſepeliri uſque in craſtinum differantur. Et in Hoſpitali, ubi obierint, non ſine lumine jaceant in feretris, de quibus indicitur, ut ante primam ad Eccleſiam deferantur.

CAPUT LIX.

De Cunabulis Puerorum.

AD opus infantium peregrinarum mulierum, qui in Domibus Sancti Spiritus naſcuntur, parva cunabula fiant: ut ſeorſum ſoli iaceant, ne aliquid incommodi infantibus poſſit evenire.

CAPUT LX.

Ut Magiſter proprietatem non habeat.

MAgiſter etiam proprietatem non habeat. Etſi inventus fuerit in morte habere, ſine conſcientia Clerici Fratris Hoſpitalis, cui Cardinalis commiſerit vices ſuas, & Camerarii, & aliorum duorum Fratrum, nullum pro eo (ſicut ſcriptum eſt) officium à Fratribus agatur, ſed quaſi excommunicatis extra cœmeterium ſepeliatur.

CAPUT LXI.

De Diſcretione Senum, & Puerorum.

SEnes & Pueri in diſcretione Præceptoris permaneant.

CAPUT LXII.

De Rectoribus filiarum Domorum.

OMnes Filiarum Domorum Rectores, quas genuit Domus ſancti Spiritûs de Roma, à Magiſtro & Capitulo in ea rectoriam vel habitum ſuſcipiant: nec ipſi aliquem, vel aliquam abſque juſſu Magiſtri præſumant recipere: quod ſi fecerint, habitum amittant: & pro excommunicatis judicentur, & rei perjutii habeantur &c.

CAPUT LXIII.

Ne uxoratus vel conjugatus recipiatur.

SI aliquis vel aliqua matrimonio legali conjuncti ſint nullo modo in ordine recipiatur ad habitum, quia ſcriptum eſt, quod Deus conjunxit homo non ſeparet.

CAPUT LXIV.

De Electione Magiſtri.

POſtquam verò Magiſter electus fuerit, ſi fortè deprehenſus fuerit culpabilis, admoneatur à Fratribus uſque ter. Etſi á pravitate (quod abſit) viam ſuam non converterit, Domino Papæ denuncietur, non Cardinali Viſitatori, quem Dominus Papa dederit: & pœna debita corrigatur: & etiam deponatur, ſi juſtum fuerit, & culpa ejus hoc

hoc exegerit: & alius, qui dignus ſit, in locum ejus ſubrogetur.

Caput LXV.

De Camerariis Domus.

DOmus nunquam ſit ſine Camerario, qui plenam habeat poteſtatem adminiſtrandi, & providendi in neceſſariis Fratrum, & Sororum, & Pauperum, tamen cum conſilio Magiſtri & Capituli ſingulis Calendis teneatur reddere rationem. Etſi tunc non fecerit, infra ſpatium octo dierum facere non poſtponat: quod ſi non fecerit, dum tamen fuerit requiſitum à Magiſtro, & Fratribus, in ſecunda, & quarta & ſexta feria in pane & aqua jejunet, quouſque id fecerit, & aliàs ſecundum providentiam Magiſtri, & Fratrum, ſi in protervia manſerit, puniatur. Etſi aliqui de Capitulo Rationem audire renuerint, Magiſter cum reſiduis audiat. Quod ſi Magiſtri negligentiâ vel malitiâ differretur, idem Magiſter huic pœnæ ſubjaceat, ut ſexta feria in pane & aqua jejunet. Clerici verò Fratres, ſi voluerint, interſint: ut ſi minus benè actum viderint, ſuper hoc maneant Fratres ſuos. Et ſi ſe neglexerint emendare, proclament ad Dominum Papam, vel ad Cardinalem, qui eis fuerit deputatus.

Caput LXVI.

De proventu Domus & expenſis.

VOlumus etiam ut omnes intratæ vel proventus Domus reponantur in uno ſcrinio, in quo ſint tres ſerraturæ & tres claves: quarum unam teneat Magiſter, & aliam teneat Capitulum & aliam Camerarius. Ita tamen quod proventus, qui provenerint, primò veniant ad notitiam Magiſtri, & Capituli, & Camerarii, & ex tunc in ſcrinio reponantur. Camerarius verò ex iſto ſcrinio recipiat ſumptus domus, quos facere debeat: & in ipſo ſcrinio ſigillum Capituli reponatur.

Caput LXVII.

De Infirmaria Fratrum.

VOlumus, ut una Domus ſit pro infirmis Fratribus, & unus Frater ſit infirmarius, qui de eis curam, & ſollicitudinem habeat & diligentiam. Qui etiam habeat ſervientes, quot ſibi ſunt neceſſarii, & opportuni, & quot à Camerario recipiat Viginti libras provenientium in Aſcenſione Domini, & expenſis illis: ſi plus fuerit opportunum, tribuatur ei à Camerario ſine contradictione alicujus, uſque ad alium annum: & quæ ſibi pro infirmis petierit, de cellario tribuatur. Et ipſe Infirmarius ter in anno teneatur reddere rationem.

Caput LXVIII.

De contumacia filiarum Domorum.

SI aliqua Domus ſancti Spiritus in rebellione contra præceptum Regulæ inſurrexerit, per Magiſtrum cum Conſilio Capituli acriter puniatur. Et ſi obedire noluerit, Romanæ Eccleſiæ denuncietur, & per ejus mandatum etiam ſæcularis potentiæ auxilium requiratur.

Caput LXIX.

De Juramentis Fratrum.

STatuimus, ut nullus omnino fratrum juret, niſi pro neceſſariis cauſis Domus: & tunc præbeat jusjurandum Laicus de conſenſu Præceptoris: Clericus verò de mandato Cardinalis, qui eis Protector fuerit deputatus vel illius, cui ipſe Cardinalis commiſerit vices ſuas, nec non de conſcientia Præceptoris.

Caput LXX.

Quomodo Fratres ſunt ſuſcipiendi.

QUando aliquis confraternitatem exigit Hoſpitalis ſancti Spiritus, Præceptor cum Fratribus habeat conſilium, ſi ipſum recipere voluerint. Si verò illum receperint, veniat coram omnibus Fratribus in Capitulo, & Præceptor inquirat ab eo, ſi Fraternitatem Domus voluerit, ſi Religionem ſuſtinere poterit, ſi caſtitatem ſervaverit, ſi obedientiam tenuerit, ſi ſine proprio vixerit: in corde ſuo provideat, antequam Profeſſionem faciat. Nam ante, cùm in Dominio ſuo fuit, quod voluit, fecit; ſed cùm in Religione erit, in poteſtate alterius erit. Si verò dixerit, Religionem cum Dei auxilio ſuſtinebo, & præcepta Domus voluntariè adimplebo, & dum vixero Dominis Infirmis ſervus ero: Iterum Præceptor inquirat ab eo, ſi uxorem habuerit, aut juraverit, & ſi

ſi promiſſionem cuiquam Religioni fecerit, aut debitum habuerit. Si ipſe omnia iſta negaverit, recipi poterit: ſi verò dixerit, quod uxorem habuerit, vel juraverit, vel alterius Religionis fuerit, ſeu promiſſionem fecerit, vel debitum habuerit, non recipiatur, niſi litteras ab Epiſcopo, ſeu à Monaſterio ſuo habuerit, & debitum ſolverit.

Caput LXXI.

De Receptione alicujus in probatione.

NUlli concedatur introitus Ordinis noſtri niſi unius anni ſpatio probetur. Regula & Conſtitutiones tunc ei legantur per Ordinem, & dicatur ei: Ecce lex, ſub qua militare vis. Qui ſi Regulam & Conſtitutiones Domus, & cuncta ſibi imperata promiſerit obſervare: & cum humilitate habitum petierit, ei habitus concedatur, & de officio ſuo ſemper in domo ſerviat, & hoc de voluntate Præceptoris, vel illius qui vices ejus gerit. Qui ſi renuerit facere, tanquam elatus & inobediens, dimittatur. Non enim videtur ſervum ſe pauperum ſtatuiſſe, qui quod in ſæculo egit pro ſuis neceſſariis acquirendis, pro pauperibus ipſis facere dedignetur.

Caput LXXII.

Ut nullus noſtrum intret alterum Ordinem.

NUllus audeat Ordinem noſtrum temerè tranſmutare, niſi ad arctiorem vitam ierit, & hoc cum litteris Capituli ſui faciat. Qui contra fecerit, ſciat ſe eſſe in ſententia excommunicationis.

Caput LXXIII.

Ut nullus pœnas ſtatutas renuat.

SI quis Fratrum in ſuperbia elevata pœnam ſtatutam obſervare renuerit, duplicetur ei pœna: quam ſi non compleverit, coram Capitulo moneatur: quod ſi ad mandatum Capituli non fecerit, Crux ei auferatur ſine voluntate Capituli non reddenda. Si autem Cruce ſibi ablatâ obedientias ſibi injunctas obſervare non vellet: ſecundum formam Privilegii, ſicut turbator Domus puniatur, & adjungantur ei pro pœna quatuordecim dies, & quarta & ſexta feriâ in pane & aqua jejunet.

Caput LXXIV.

De Obedientia.

PRæcipimus in virtute obedientiæ Fratribus & Sororibus noſtris obedientiam bonam non ſolum exhibere Magiſtro, ſed præcipimus, ut in bonis obediant ſibi ipſis adinvicem Fratres, ſcientes ſe per hanc obedientiam ituros ad Chriſtum.

Caput LXXV.

De forma juramenti, quam Magiſter præſtabit.

EGo N. Magiſter Hoſpitalis Sancti Spiritus, juro & promitto, quod negotia ipſius Hoſpitalis bonâ fide tractabo ad honorem Dei & utilitatem ipſius Domus: ad ſuſtentationem pauperum & infirmorum, de quibus cum auxilio Dei curam, & diligentiam ego ipſe habebo, & ab aliis faciam adhiberi. Eleemoſynas & proventus ejuſdem Hoſpitalis non convertam in alios uſus, niſi ad quos ſunt principaliter deputati, videlicet ad ſuſtentationem pauperum & infirmorum hoſpitum & familiæ, de quibus nihil fraudulenter transferam, vel tranſmittam ad aliam domum, vel aliam quamcunque perſonam. Poſſeſſiones & inſtrumenta ipſius hoſpitalis nullo modo diſtraham, nec aliquo titulo alienabo, inconſulto Romano Pontifice, cui ero per omnia obediens & fidelis. Sic Deus me adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.

Caput LXXVI.

De puellis retinendis, vel conjugandis.

OMnibus puellis projectis Domui Sancti Spiritus, quæ ad ſervitium pauperum remanere deſiderant, & vivere ſub obedientia, & in caſtitate, & ſine proprio, ad curam pauperum principaliter intendendo, promittunt: concedatur eis panis & aqua Domus. Aliæ autem maritali conjugio copulentur.

Caput LXXVII.

De interceſſione pro Fratribus.

VOlumus autem, ut ſi aliquis Frater pœnas incurrerit, quas eædem Inſtitutiones continent, & ipſas exolverit, ſi contigerit ibidem aliquem ex Magnati-

bus intereſſe, ſeu Religioſos advenire, qui Magiſtro & Capitulo preces fundant, ut eidem Fratri patienti indulgere dignetur, ſuorum precaminum interventu, Magiſter & Capitulum eum libenter & liberaliter debeant exaudire.

Caput LXXVIII.

Quod omnes in communi Dormitorio jaceant.

VOlumus, ut nullus Fratrum vel Sororum ſeu Oblatorum ad cubandum Cameram habeat ſpecialem, ſed omnes in communi jaceant dormitorio; & Camerarius in eodem habeat ſcrinium juxta lectum, in quo ſint ſumptus Domus: quia theſaurum Domus tutius ab omnibus cuſtodiri credimus in communi dormitorio conſtitutum, quam in camera ſpeciali ſingulari mancipatum cuſtodiæ.

Caput LXXIX.

Ut qui habent habitum, præſint.

VOlumus, ut ſi Frater Domus, qui habet aliquam Balivam & cum eo oblatus ſteterit; idem Frater præſit Oblato habitum non habenti.

Caput LXXX.

Ut fœminæ Capita Fratrum non lavent.

CApita Fratrum fœminæ non lavent, nec pedes: nec lectos eorum faciant, nec calceamenta eorum extrahant. Similiter nec Fratres fœminis: ſed viri viris, & mulieres ſerviant mulieribus, niſi cauſa infirmitatis, & hoc de licentia & mandato Magiſtri.

Caput LXXXI.

De Fratre percutiente Servientem.

FRater ſi Servientem Domus percuſſerit, vel Præceptor hoc viderit, vel clamorem inde habuerit; pœniteat per ſeptimana. Si Sanguinem fecerit (excepto de naſo) per dies 40. Si verò per plagam illam obierit, habitum perdat, & ad Dominum Papam tendat, & ab ipſo pœnitentiam accipiat. Poſtea ſi litteras Domini Papæ ſecum attulerit, & miſericordiam quæſierit: ſalvâ juſtitiâ Domus, quadraginta dies pœnitentiam illo agente recipiatur.

Caput LXXXII.

De ſerviente contra Fratrem rixante.

SErviens ſi contra Fratrem rixatus fuerit, & ipſe Frater clamorem Præceptori fecerit, ſerviens per palatium juſtitiam reddat. Si verò latronem, aut fornicatorem, vel malefactorem vocaverit, & hoc per Fratres nequiverit probare, per palatium & clauſtrum verberetur, & usque ad portam percutiendo ducatur, & à Domo projiciatur, & merces ſui ſervitii ſibi reddatur.

Caput LXXXIII.

De ſervientibus, ſi furtum fecerint.

SErvientes ſi aliquam rem Hoſpitalis, vel panem integrum furati fuerint, aut vendiderint, & procertò probari poterit, res illæ, quas furati fuerint, ad collum eorum ligentur & per palatium usque ad portam verberentur; & panem in manibus ſuis portantes à Domo projiciantur, & poſtea conventio, qua ſervierint, eis reddatur.

Caput LXXXIV.

De Fratre tranſmittendo ad aliam Domum.

STatuimus, ut ſi Frater Domus Sancti Spiritus de Urbe, motatutus in aliqua Domo filiâ tranſmittatur, honorificè recipiatur ibidem: & primus ſit ibi poſt illum, qui præfuerit in eadem Domo, niſi propter exceſſum ſuum, vel culpam ad illam Eccleſiam tranſmittatur.

Caput LXXXV.

De Servientibus rixantibus.

SErvientes, ſi inter ſe rixati ſunt, & clamor ad Præceptorem & Fratres pervenerit: Rei, qui offenſas fecerunt, coram omnibus per Hoſpitale corrigiis, vel virgis fortiter verberentur: quod ſi injurioſis verbis, vel ſanguinolentis verberibus ſeſe offenderint, aut gladiis, vel lapidibus, ſeu cultellis ſe percuſſerint, Reis, qui per teſtes fuerint comprobati, hæc eis pœna infetatur: Per clauſtrum, & Hoſpitale usque ad portam ducantur nudi: & durſſimè corrigiis

giis flagellentur : & à Domo projiciantur, mercesque eorum retineatur.

Caput LXXXVI.

De Fratribus recipiendis.

VOlumus, ut nulli tradatur habitus, nec ullus in Oblatum vel in probatione recipiatur ibidem, niſi in Capitulo Generali : præterquam ſi neceſſitas duxerit aliter faciendum, ſcilicet ut præter Generale Capitulum aliquis recipiatur ibidem : & tunc ſit de congruentia Domini Cardinalis.

Caput LXXXVII.

De Eleemoſynis colligendis.

PRo eleemoſynis colligendis fideles & honeſtæ transmittantur perſonæ, quæ ſobrie vivant, & caſtè & laudabiliter converſentur, ne inde Ordo Regularis vileſcat & devotio hominum retardetur.

Caput LXXXVIII.

Ut nullus extraneus in Domo retineatur.

STatuimus, ut nemini ab octo diebus ultra, victus in Domo vel extra Domum exhibeatur : abſque voluntate & conſenſu Præceptoris & Capituli. Ad Matutinum verò omnes ſurgant, quando alii Religioſi de Urbe ſurrexerint.

Caput LXXXIX.

De Viſitatore Domus.

QUoniam Domus ipſa Sancti Spiritus de bonis Romanæ Eccleſiæ dotata eſt : Decrevimus ut ſemper à Domino Papa Cardinalis petatur, qui ejusdem Domus Viſitator ſit & Protector.

Caput XC.

De his, qui ſuperbiunt pro bonis.

SI quis propter bona, quæ Deus per eum fecit in Domo Sancti Spiritus fortaſſe elatus, communem Fratrum vitam renuerit obſervare, & eam duxerit ſegregatam : quaſi ſufficienter benè fuerit operatus, & quod ſuis meritis exigentibus deceat ipſum menſâ refectorio, & dormitorio, & ſingulis aliis ſpecialibus præpotiri : acriter puniatur. Adjunctis ſeptem diebus in pane & aqua ſedens in terra ſine mappula. Quia taliter ſe habentem, hypocritam credimus, & pompoſum, & quod bona, quæ egit, non pro animæ ſuæ ſalute fecerit, ſed ad quamdam inanem gloriam, aut ad tempus ſerviens, in tempore requieſcere meditans, morem ſecutus illius, de quo dicitur in Evangelio : anima mea, habes multa bona repoſita in annos plurimos requieſce, comede, & bibe.

Caput XCI.

De his qui tranſeunt alicubi, quam ubi Præceptor mittit.

PRæcipuè hoc vitium radicitus amputandum eſt de Ordine noſtro ne quis præſumat tranſire de loco ad locum ſine juſſione Magiſtri quod ſi fecerit ſecundum arbitrium magiſtri puniatur. Nec præſumat quiſquam referre foris, quæcunque viderit, aût audierit in Capitulo, quia plurima deſtructio eſt : quod ſiquis præſumpſerit, ſeptem diebus pœniteat, & 4tâ & 6tâ feriâ in pane & aqua jejunet.

Caput XCII.

Ut nullus aliquid inhoneſtum de Domo dicat.

NUllus autem aliquid inhoneſtum de domo, vel de Fratre ſuo alicui extra Domum revelare præſumat, niſi Domino Papæ, vel Fratribus ejus, ſeu Viſitatori. Quod ſi de illo aliquid compertum eſt, habitum amittat : ſi autem amplius id fecerit, cùm Magiſtri Conſilio acriter puniatur.

Caput XCIII.

De Vicario Magiſtri eligendo.

MAgiſter Ordinis noſtri ſi habuerit quoquam eundi neceſſitatem, convocet Congregationem ipſe, & dicat quò iturus eſt, & de Fratribus eligatur unus à Magiſtro & Capitulo, qui uſque ad reditum ſuum regat Domum. Ipſe verò qui eligitur, non ſit multum edax

edax, non elatus, non turbulentus, non injurioſus, non tardus, non prodigus: Sed timens Deum, animam ſuam cuſtodiat, ſitque memor verbi Apoſtolici: qui bene adminiſtraverit, gradum bonum ſibi acquirit. Infirmorum, infantium, hoſpitum, & pauperum cum omni ſollicitudine curam gerat: ſciens ſine dubio, quia pro his omnibus in die judicii Rationem eſt redditurus. Et ſi quis ex eis, aliqua inflatus ſuperbiâ, repertus fuerit reprehenſibilis, correctus ſemel, & iterum, atque tertiò, ſi ſe emendare noluerit, deponatur, & alter in loco ejus, qui dignus ſit, ſuccedat.

Caput XCIV.

Ut nullus habitum dimittat.

Si quis habitum ſpontaneâ voluntate dimiſerit ſine conſilio Capituli, absque certa pœna non recipiatur, & diſciplinâ: ſcilicet 2dâ, & 4tâ & 6tâ feriâ. Vel ſi jejunium ante tempus ſolverit, vel ſe à communi menſa ſubtraxerit, absque licentia Præceptoris: vel qui biberit usque ad ebrietatem; ſeptem diebus pœniteat, & 4tâ & 6tâ feriâ ſit in pane & aqua. Poſtea à Præceptore corripiatur, & ſi in ebrietate ſua perſeverare voluerit, & noluerit emendare: ad domum mittatur, in qua vini abundantia non exiſtat, ne inebriari valeat.

Caput XCV.

De Balivis Domus.

Volumus, ut omnes Balivæ Domus diſtribuantur de voluntate Præceptoris, & totius Capituli ſtabiliantur & auferantur. Et ſi quis Fratrum vel Sororum contra Conſilium ire tentaverit: vel cum indignatione à menſa ſurrexerit, quatuordecim diebus pœniteat.

Caput XCVI.

De Comminationibus & Indulgentiis.

Nullius Fratrum alteri faciat comminari nec etiam preces pro ſe procuret offerri, ut Balivam habeat, vel retineat, vel aliquod indulgeatur ſibi contra regularia inſtituta. Qui contra hæc fecerit, ab omni Fratrum Societate projiciatur.

Caput XCVII.

Ut eidem Regulæ Sorores ſubjaceant.

Quidquid in Regula conſtitutum eſt, de Fratribus & Sororibus intelligitur, ut eidem regulæ ſubjaceant: quia indignum ſatis videretur, ſi in Domo Sancti Spiritus acceptio vel correctio Fratrum vel Sororum duobus modis fieret: Unde ordinatum eſt, ut ſicut ſub una Regula vivimus, ita ſub eiſdem judiciis Regulæ ſubjecti eſſe debemus.

Caput XCVIII.

De his qui ſine juſſione Præceptoris junguntur excommunicato vel inobedienti.

Si quis Frater vel Soror præſumpſerit ſine juſſione Præceptoris, vel qui vices ſuas gerit, Fratribus, vel Sororibus excommunicatis, vel inobedientiqus ſe jungere, aut loqui cum eo, vel mandatum eis dirigere, ſimilem patiatur excommunicationis pœnam vel vindictam.

Caput XCIX.

De Fratre inobediente.

Si Præceptor Fratri præceperit, ut aliquam Domum Sancti Spiritus, vel aliquod negotium Domus faciat, & ipſe facere noluerit, ſit in ſeptena. Si ſecundò renuerit, ſimiliter ſit. Si verò per obedientiam præceperit, & obedire ille Frater noluerit, habitum, & Balivam, quam habuerit, amittat. Si 4tò per obedientiam præceperit, ſit in carentia, & in carcere ponatur. Comedens panem & aquam. Si verò miſericordiam petierit: habitus ſibi reddatur, & ad Domum aliam mittatur.

Caput C.

De Fratre in Villa jacente.

Frater ſi in Villa jacere præſumpſerit, levitate Corporis ſui, ſive timore Magiſtri, vel quoquo modo, & Domus propinqua fuerit, & in ea jacere noluerit, habitum amittat. Et ſi à Domo receſſerit: & poſtea reverſus fuerit, & miſericordiam petierit, recipiatur, & quantum temporis foris extitit, tantum in loco extraneo permanebit. Ter-

Termino expleto, Magiſter cum Fratribus habitum ſibi reddant. Et ſi eis videbitur expedire, per quadraginta dies pœniteat, & 4tâ & 6tâ feria in pane & aqua jejunet.

Caput CI.

De Fratre fallente.

FRater ſi monetam in Villa, aut manticam, aut biſaccias ſuas commendaverit, & Magiſter de pecunia, & rebus aliis inquiſierit: & ille pannos ſuos in Villa commendaſſe dixerit, per quadraginta dies pœniteat. Si verò pecuniam, & biſaccias ſuas in villa commendâſſe negaverit, & poſtea biſacciæ inventæ fuerint, furti judicio condemnetur: in diſpoſitione tamen Magiſtri ponatur.

Caput CII.

De Fratre fugiente.

FRater ſi monetam in Domo, vel in Hoſpitali acceperit, vel aliquid aliud, & ad ſæcularia fugerit, & pecuniam illam vivendo luxurioſè, vel aliter diſſipaverit, & poſtea ad emendationem venerit, in providentia Magiſtri Fratrum ponatur, ſi fuerit recipiendus. Et ſi eum receperint, habitum ei reddere debent, & quadraginta dies pœniteat.

Caput CIII.

De Fratre ſuperbo & irreligioſo.

FRater ſi rem Hoſpitalis, vel Domus Comitibus, Baronibus, & Sæcularibus quibuslibet mutuaverit, vel plegariam fecerit, vel ſub pignore pro aliquo ſæculari rem Hoſpitalis poſuerit, habitum amittat, & à Domo projiciatur. Si Frater noviter ſit receptus, à Magiſtro per habitum conjuretur, ſi non à Fratribus præceptum iſtud audivit: Si autem ſe non audiſſe dixerit, per quadraginta dies pœniteat.

Caput CIV.

De Fratribus poſt Completorium rixantibus.

FRatres, ſi poſt Completorium rixati fuerint, vel in dormitorio verba otioſa inter ſe dixerint, primò debent corripi. Si ſecundò ceſſare noluerint, ſeptenæ judicio puniantur. Si tertiò iniquis ſermonibus litigaverint, videlicet manu tenentes Reges & Principes, puniantur per quadraginta dies. Nam ſolent hæ invidiæ frequenter deſtructionem generare, unde tanquam ruina Domus, debet à Fratribus evitari. Inde Apoſtolus, corrumpunt enim bonos mores colloquia mala.

Caput CV.

De Capitulo in Pentecoſten.

AD Capitulum venientes Domus, in qua debet teneri, mundetur. Fratres in ea coadunentur, & Prior Eccleſiæ cum proceſſione Clericorum Diacono reveſtito, & ſubdiacono, ad Capitulum veniant, & incipiant: Veni creator Spiritus, ter flectentes genua cum Fratribus, & tertia vice cantato Verſu Veni Creator: cantetur totus hymnus. Quo finito: Diaconus Evangelium legat: Cùm venerit Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ. Evangelio dicto proceſſio ad Eccleſiam redeat, Fratribus in Capitulo remanentibus. Tunc Prior, aut Frater alius, vel aliquis alius ſermonem faciat. Sermone dicto, Magiſter Fratribus inſtitutiones & Regulam S. Spiritus oſtendat. Eleemoſynas poſtea vivorum & defunctorum, quas ſecum detulerunt, requirat. Deinde Fratribus jubeat, ut unusquisque Balivam ſuam reddat. His peractis proprium à Fratribus exigat: poſtea Domorum continentiam, & Balivarum, à Fratribus inquirat: Si habent animalia, debitum, aut victualia; & ſi ſint omnia proſpera & taliter poterit cognoſcere, quis deterius aut melius tractaverit Domum, aut Officium ſive Balivam ſibi commiſſam. Etſi Magiſter de aliquo Fratre voluerit clamorem facere, vel aliquis Frater adverſus Fratrem, Fratres audiant clamorem, ſimiliter & reſponſionem. Clamoribus auditis, Fratres juxta clamorem juſtum judicium judicent: & reus, qui per teſtes probatus fuerit, ſecundum tenorem Regulæ adimpleat juſtitiam Domus. His dictis. Magiſter cum quibusdam Fratribus eligat Hoſpitalarium, Priorem in Eccleſia, Camerarium in Domo, & Theſaurarium ſive de illis, qui ante fuerant, ſive

ſive de aliis, qui præcepta Domus, & negotia fideliter poſſint adimplere. His itaque electis, ad Capitulum redeant, Magiſter & Capitulum dicant, & Magiſter eis Balivas aſſignet, oſculum pacis tribuens. Similiter Præceptores diſcreti ſint in cæteris Domibus ordinati. Iterum Magiſter ſi de aliquo facto vel Domus negotio Fratrum conſilium interrogaverit, fratres prout melius poterunt Conſilium præbeant: omnes autem esgardi, & electiones in providentia Magiſtri & ejus diſcretione ponantur.

Capitulo expleto, prior Eccleſiæ pro pace preces, pro Domino Papa, pro Regibus, pro Fratribus, pro Benefactoribus noſtris, & cætera cum orationibus dicat. Orationibus dictis, Fratres Magiſtrum oſculantes, & inter ſe oſculum pacis dantes: ad Balivas ſuas citò remeantes, animalia & res Domus, quæ intus & foris ſunt, bene cuſtodiant: Vineas fodere, terras excolere, & ſeminare faciant, nam qui defecerit in ſemine, non gaudebit in meſſe. Si fortiter laboraverint, ea quæ neceſſaria fuerint, ſufficienter habebunt. Ipſe Dominus tribuat omnibus Fratribus & Sororibus, qui per omnia vivit, & regnat, &c.

FRATRIBUS EIUSDEM ORDINIS B. CYRILLUS GENERALIS PRÆCEPTOR.

Vivendi Regulam, veteribus à Patribus nobis traditam, vidiſtis dilectiſſimi Fratres. Quam quisque noſtrûm non precariò, clam, aut vi, profeſſus eſt. Suaptè enim ſponte nos ipſos obtulimus, & Sancto Dei Spiritui, Beatæ Virgini, & Dominis Infirmis tradidimus, ut perpetui eſſemus eorum ſervi. Caſtitatem, Paupertatem, Obedientiam, & humilem Patientiam actu libero, nemine cogente, jurejurando, ſolemni Voto, ſumus polliciti. Ad quorum obſervationem nedum ex Regula ipſa, & veterum Patrum inſtitutis, ſed Obſervantia Mandatorum Dei, & Domini noſtri JEſu Chriſti exemplo, ante emiſſam Profeſſionem tenebamur, & modò magis atque magis tenemur. Etenim ea omnia ipſe Deus noſter fecit, & docuit, ut nos ejus actione inſtrueremur.

Caſtitatem, quam cum Dei adjutorio ſervare promiſimus, nos ipſe Dei Filius ſervare præcepit, & docuit, Matrem caſtam, & Virginem ſibi elegit; Virgo ipſe permanſit, & Virginum Sponſus dici voluit, nec baptizari niſi à Virgine, nec Matrem niſi Virgini commendare ſibi placuit. Viſus ſupra montem Sion eſt Agnus, & vox citharizantium ante ſedem Dei audita eſt, neque poterant dicere canticum niſi empti de terra, & qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Qui Agnum ſequebantur, quocunque ibat. Hæc & ſimilia Caſtitatem ſervantibus à Domino proponuntur.

Paupertatem etiam ipſe Dominus noſter eſt amplexus. Etenim, dum naſcitur, in præſepe reclinatur: dum vivit, locum, in quo reclinet caput, non habet: dum moritur, nudum Cruci affigitur. Non habet, unde vectigal ſolvat: fatigatus ex itinere aquam à muliere ſibi dari petit. Pauperes ſibi ſocios aſſumpſit. Pauperibus beatitudinem promittit Paupertatem ita-

itaque libenti animo ſectemur, Fratres, nam Domino relictus eſt pauper, & nobis orphanis erit adjutor.

Humilitatem quoque ipſe Dominus ſervando, ſervandam nobis oſtendit. Ex Nazareth, humili Galilææ Vico naſcitur. Ex Matre humili, cujus Dominus humilitatem reſpexerat: humiles dilexit, cum humilibus eſt verſatus, humilitatem docuit. Diſcite à me (Inquit) quia mitis ſum & humilis. Ad quam factis oſtendendam Hieruſalem iturus, non equum ſed aſinum aſcendit. Diſcipulorum pedes lavat, & in humilitatis actu inclinato capite decedit. Ejus itaque documenta imitemur, quia ſuſcipit Orationem humilium, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit, & humilium ſemper ei placuit deprecatio, ut nos in tempore tribulationis exaudiat.

Patientiam & Manſuetudinem docuit, cùm à Judæis verbis & factis injurias patienter ſuſtinuit: nunc ipſum Samaritanum, dæmonium habentem, nunc in Belzebub expellentem dæmones, nunc blaſphemum, nunc cum peccatoribus manducantem appellando, aliiſque verborum contumeliis afficiebant: factis inſuper, ejecerunt eum extra Civitatem, ſuſtulerunt lapides, ut in eum jacerent: Captum & ligatum, ſeductorem appellant: Principes eum illudunt: Unus Miniſtrorum dat alapam, nunc alba, nunc purpurea veſte indutum oſtendunt: Flagellis cædunt: præponunt ei latronem Barabbam: morte tandem turpiſſima eum damnant: nec propterea à patientia & manſuetudine recedit; proditorem amicum nominans; pro perſecutoribus exorans; & cum malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur. Nos itaque ipſius Domini noſtri exemplum incitantes non malum pro malo inter nos, nec maledictum pro maledicto reddentes, vincamus in bono malum. Et injuriis affecti recurramus ad Dominum, qui facit miſericordiam & judicium omnibus injuriam patientibus, & Fratribus noſtris dimittamus ut noſtra Dominus nobis dimittat.

Obedientiam inſuper, majoribus ipſe Dominus exhibendam præcipit, prout ipſi Patri, & parentibus exhibuit: & deſcendit cum eis & venit Nazareth, & erat ſubditus illis: Cibúmque dicebat eſſe ſuum, voluntatem ejus, qui eum miſerat perficere, & voluntatem non ſuam, ſed Patris quærere: & humilians ſeipſum factus obediens, non mea (inquit) voluntas, ſed tua fiat. Diſcere itaque debemus exinde poſtquam ſolemni voto nos DEO tradidimus. Velle, & Nolle, apud nos non remanſiſſe, ſed apud eos, qui nobis præſunt: caveamúſque, ne per inobedientiam incidamus in ſententiam illam. Quia vocavi & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret: Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis, quod timebatis, advenerit.

Paupertas, Patientia, Obedientia, Manſuetudo, & his ſimilia, militiæ noſtræ fructus ſunt, quos aſſecuti ſunt Chriſti ſervi. Eſurimus & ſitimus, dicebat Paulus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris: maledicimur & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; Blaſphemamur, & obſecramus: tanquam purgamenta mundi facti ſumus. Oportet ergò per patientiam currere ad propoſitum nobis certamen, inſpicientes in authorem fidei JEſum. Qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit Crucem, confuſione contemptâ. Ea itaque omnia, ut ſcimus, Fratres (nemine cogente) ſolemni voto DEO ſpopondimus, & ad aratrum manum miſimus. Si quis noſtrum aſpicere retrò voluerit, regno DEI non erit aptus. Minimè putandum eſt ex eo, quod caſtitatem & obedientiam voverimus, ſuſceperimuſque alia Regularia vota, nos beatam vitam poſſe conſequi: Si virtutibus mandatorum DEI juncta non fuerint. Quorum quidem mandatorum finis charitas eſt, Ordinis & Religionis noſtræ præcipuum fundamentum: in ea igitur noſtra omnia fiant opera, in ea firmati, in

ea creſcamus, Mater eſt optima, fovet infirmos, exercet provectos, arguit inquietos, diverſis diverſa benignè exhibens. Et ut filios omnes diligit. Eſt enim dum arguit, mitis; cùm blanditur, ſimplex: piè ſævit, ſine dolore mulcet, patienter iraſcitur, humiliter Indignatur, adverſa tolerat, proſpera temperat, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Ipſam ſi amplectamur, Fratres, nutriet inter nos concordiam, ſervabit unionem, ac in Spiritu Sancto congregati, DEus pacis, & conſolationis erit nobiſcum, qui ſit benedictus in Sæcula, Amen.

Sequitur modò Regula S. P. Auguſtini, quam etiam profitentur. Nempe:

Ante omnia, Fratres Cariſſimi, diligatur DEus, &c.

INDEX ALPHABETICUS
HISTORICO-MORALIS
VOCUM ET MATERIARUM

Hoc *quinto* Tomo contentarum.

A.

ABbas primus *Congregationis Olivetanæ* fit admodum invitus ipſe ejus Auctor S. Bernardus Ptolomæus. *Pag.* 4. Generalis Congreg. Olivetanæ quomodo eligendus. 76. In Congreg. Olivetana Officiales ſui Monaſterii aliaque ordinandi facultatem habet. 84. Generalis cum viſitatoribus diſpenſare poteſt ſuper ordinationibus Capituli Generalis. 116. Ei auxilium poſtulanti recuſare nemo in Congreg. Olivet. ſub pœna prohibetur. 102. Ejus in Capitulo Generali. abdicatio officii. 14. *S. Antonii Viennenſis Canonicorum Regularium* inter Proceres Delphinatus primum poſt Epiſcopum Gratianopolitanum locum obtinet & unde illi tanti honores. 122. Eum *Canonici Hoſpitalarii* in Hiſpania pro ſuo Generali non agnoſcunt. *ibid.* Ei noviter electo in Congreg. Olivet. obedientia promittenda. 78. Ejus authoritas in tota Congreg. Olivet. quanta ſit? *ibid.* Ei denunciandæ viſitationes & rationes Monaſteriorum recenſendæ tempore Capituli Generalis celebrati. 80. Idem vinum bibat, quod Monachi, nec habeat dolium ſeparatum pro ſe in Congreg. Olivet. 48. Semper comedat cum reliquis Monachis eosdem tantum cibos, quos reliqui habent. 57. Generalis prius examinari faciat ſcripta Monachorum Congreg. Olivet. antequam imprimantur. 58. Sine ejus licentia nihil imprimatur. *ibid.* Ad ſacros Ordines promovendos diligenter coram ſe & Viſitatoribus examinari faciat. 62. Prohibetur ſub proprietatis pœna equos aut mulos aut mulas extrahere 63. A reliquis Monachis quoad victum, veſtitum aliaque communia & neceſſaria aut ſervitia non diſtinquatur. *ibid.*

Abbates Generales regebant *Congreg. Olivet.* a ſuo exordio. 5. Primi quatuor Congreg. Olivetanæ quinam nominatim fuère. *ibid.* Brevi poſt mortem S. Bernardi Ptolomæi non erant ad dies vitæ ordinati, ſed tantum biennales & poſtmodum usque nunc triennales ſunt. 6. Quintus & ſextus Congreg. Olivet. fuere Franceſchinus, Fracozzanus & beatus Raynerius de Siena. *ib. Congreg. Olivet.* ſingulis trienniis jubentur eligi per Bullam Sixti quinti *ibid.* Ejus Congreg. benedictionem Abbatialem ab Epiſcopis non recipiunt, uſum tamen Pontificalium habent. 10. Titulares in qualibet Provincia inſtituuntur. *ibid.* Iis prohibitum erat dolium melioris vini pro ſuis uſibus conſervare. 5.

Abbatia S. *Antonii Abbatis Viennenſis* quomodo caput & principale Cœnobium totius Congregationis *Hoſpitalariorum* & *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii* evaſit. 122. Ejus Abbas eſt ſimul Magiſter Generalis natus Congreg. Hoſpitalariorum S. Antonii Abbatis Viennenſis. *ibid.* Campana primaria à Calviniſtis aſportata in ſuam Rempublicam Genevenſem. 123.

Abbatias Virorum mille, Sanctimonialium vero quingentas cum trecentis Præpoſituris Virorum numerabat *Ordo Præmonſtratenſis* quamdiu primævum Inſtituti rigorem obſervarunt. 166.

Abdicatio Magiſtratuum & Officiorum ante electionem Abbatis Generalis novi in *Congreg. Olivetana.* 78.

Abſolutionis forma in Capitulo culpatum danda eſt à P. Hebdomadario. 94. *Sacramentalis* forma à Confeſſariis *Barnabitis* ſuæ Congreg. Sacerdotibus rite confeſſis dandæ. 451.

Abſtinentia Monachorum Congreg. Olivet. quanta olim fuerit. 5.

Accona Eremi, ubi S. Joannes Ptolomæus cum duobus ſociis vitam Eremiticam incepit, deſcriptio. 2.

Adami (Ven.) Præmonſtratenſis Regula S. P. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi in XII. Capitula diſtincta. 330.

Adnomina, contumeliæ aut irriſionis cauſa alteri imponere quomodo in *Congreg. Olivet.* puniendum. 66.

Adoratio perpetua Corporis Chriſti à quo inſtituta. 17.

Adorno (Joannes Auguſtinus) Genuenſis Congregationem Clericorum Regularium *Minorum* fundavit Neapoli. 415. Suæ Congregationis Confirmationem à Sixto V. obtinuit per Bullam quæ habetur. *ibid.* Ante ſuſceptos ſacros Ordines apud Vallis Umbroſæ Eremitas Exercitia ſpiritualia fecit. 417. Suam Congregationem ClericorumRegularium Minorum plurimis Collegiis per Italiam & Hiſpanias auctam diviſit in duas Provinias. *ibid.* Anno 1591. poſtquam per duos annos & dimidium ſuam Congregationem rexit, piiſſimam animam in cœlum transmiſit. 417.

Ædificia nova conſtruere aut vetera reparare in Congreg. Olivetana ſine licentia Generalis & Viſitatorum non licet Abbati. 65. Qualia & quibus rebus inſtructa eſſe debent in Congreg. Olivet. *ibid.* Ære alieno non ædificanda ſed ex annuis reditibus erigenda aut reparanda. *ibid.*

Æs alienum non contrahendum in Congreg. Olivet. 114.

Ætas requiſita ad Abbatialem dignitatem in Congreg. Olivetana quænam? 100. Laicorum ad habitum in Congreg. Olivet ſuſcipiendorum quænam requiratur. 105.

Alchimiæ operam dantes quomodo inCongreg.Olivet. puniendi. 110. Ars omnino prohibetur in Congregatione Olivetana. 58.

Alphonſus Neapolitanorum Rex in cœnobio Neapolitano Montis Olivetani Fratribus ad menſam ſedentibus inſervivit. 9.

Ambitio Monachorum quorundam Congreg. Olivetanæ dignitates Ordinis non ſuis meritis, ſed Magnatum favore ambientium reprimitur. 7. Ejus occaſio Nobilitas plurium Monachorum hujus Congreg. quorum conſanguinei ſæculares exſpectabant imo prætendebant dignitates conferendas eſſe Monachis ex ſua Nobili familia. 9.

Ambroſius Picolominius Nobilis Patricius Senenſis S. Joannis Ptolomæi primus in Eremo Acconæ ſocius. 1.

Anaclynteria lanea in infirmariis Congreg. Olivetanæ habenda. 46.

Andreas Abbas Caſſinenſis quorum ope collapſam diſciplinam ſuorum reſtituit. 10.

Andreas Paulus de Aſſiſia Congregationem inſtituit ſub Regula S. Benedicti, pro perpetua adoratione SS. Corporis Chriſti. 17.

Animarum cura idoneis Sacerdotibus committenda in Congreg. Olivet. 98.

Anniverſarium pro propinquis & benefactoribus in fine Capituli Generalis agitur. 85.

Annus verus exordii Congregationis Olivetanæ quis fuerit. 4.

S. *Antonius* Abbas Monachorum Cœnobitarum tam in Oriente quam in Occidente protoparens fuit. 119. Ejus ſacras exuvias Conſtantinopoli Joſcelinus Comes adEccleſiam Parochialem S. Antonii Diœceſis Viennenſis in Delphinatu ſitam adduxit. *ibid.* Ejus ſacræReliquiæ morbum dictum *ignis infernalis* in Galliæ partibus graſſantem fuſis Deo precibus curant. *ibid.* Ejus Hoſpitale pro ægrotis & peregrinis erexit & fundavit Dominus Gaſton ob ſanitatem filio ſuo obtentam. *ibid.*

Antverpiæ S. Norbertus Tanchilini impiam Hæreſim extinxit. 165.

Appellatio à pœna per Abbatem loci injuncta prohibetur Monachis Olivetanis. 102.

Apoſtatæ quinam in Congreg. Olivet. pro talibus habendi & recipiendi. 39. Vel redire vel habitum deponere cogantur. 105. Aliarum Congreg. in Congregatione Olivetana non recipiendi. *ibid.* Eorum pœnæ quales ſtatuuntur apud PP. Olivetanos. *ibid.*

Aquila duorum capitum coronam in collo geſtans & ſupra capita aliam Imperialem & in pectore dictæ aquilæ ſigno THAU impreſſo, hæc ſunt arma à Maximiliano II. Imperatore conceſſa Religioni Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitus S. Antonii. 150.

Archi-Hoſpitale Romanum totius Ord. S. Spiritus caput, quoad magnifica ædificia & palatia 4. Quibus conſtat & magnificumCœnobium, aliaque ad illud ſpectantia graphice deſcribitur. 502. Eidem omnia alia Hoſpitalia ejusdem Ord. per Orbem Catholicum diſperſa annuum penſum perſolvunt, quo ſuam dependentiam ab ejus Magiſtro Generali agnoſcunt. *ibid.*

Archivium in qualibet Præceptoria Canonicorum Regularium S. Auguſtini

Habi-

Habitus S. Antonii habeatur in quo ſcripturæ jurium, obligationum, libri rationum aliaque ſecuriſſime cuſtodiantur. 153. Habeatur in ſingulis Monaſteriis Congreg. Olivetanæ, cui ſub duabus diverſis clavibus includantur ſcripturæ de rebus & ſubſtantia Monaſterii. 43.

Aretinus Epiſcopus Quido S. Joanni Ptolomæo, Sociiſque Regulam S. Benedicti cum habitu candido obſervandam præſcripſit. 2.

Arigonii (Joſephi Mariæ) Generalis Præpoſiti Cajetanorum mandatum pro edendis Conſtitutionibus Congreg. Cajetanorum. 347.

Arma omnis generis prohibentur Monachis Olivetanis. 11. Religionis Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii in Hiſpania à Maximiliano II. Imperatore conceſſa quæ ſint. 150.

Aroaſia in Arteſia labente Sæculo XI. exorta eſt una ex primis Congregationibus Reg. S. Auguſtini. 162.

Articuli XXII. Reformationis Monaſterii Ord. Præmonſtratenſis S. Mariæ Majoris Muſſipootanæ recenſentur & exponuntur. 334.

Aſſiſia (Andreas Paulus de) vide ſupra Andreas Paulus.

S. *Athanaſius* vitam S. Aotonii Abbatis apud Romanos promulgavit. 119.

S. *Auguſtini* Regula Canonicis Regularibus S. Spiritus de Saxia à S. Innocentio III. præſcripta præter quaſdam Cooſtitutiones. 500.

Authoritas Abbatis Generalis in Congreg. Olivet. quanta ſit. 78. Vicarii Generalis & cæterorum Vicariorum quanta ſit. 83.

Auxilium Abbati poſtulanti recuſantes in Congreg. Olivet. puniendi. 102. Ferant omnes Monachi Abbati ſuo dum delinquentem Monachum, & reſiſtentem incarcerare debet, quod conſtitutum eſt in tota Congreg. Olivetana. 39.

Aymondus de Moutenay XVII. Magiſter Generalis Hoſpitalariorum S. Autonii Abbatis quomodo litem ipſos inter & Benedictinos Montis Majoris diremit. 120.

B.

BArbo (Ludovicus) Monaſterium Paduanum ad veteris diſciplinæ Monaſticæ obſervantiam reduxit, ſicque Congreg. S. Juſtinæ (quæ nunc dicitur Caſſinenſis) initium dedit. 9.

S. *Barnabæ* Oratorium Mediolani ad inhabitandum acceperunt fundatores Barnabitarum, unde & hoc nomen traxerunt, locum ipſum pro capite Congregationis conſtituentes. 449.

Barnabitæ quare & unde ſic dicti; item quare dicti S. Pauli decollati. *ibid.* A quo, ubi & quando fundati. *ibid.* Eorum fundatoris ejuſque ſociorum fervor & zelus animarum deſcribitur. *ibid.* Eorum Congregatio à Clemente VII. per Bullam quæ hic adeſt anno 1533. approbata fuit. 450. Eorum Conſtitutiones à piiſſimo ſuo fundatore conditas & in ſequentibus Capitulis Generalibus varie auctas confirmavit Gregorius XIII. 452. Unacum ſuis Conſtitutionibus juxta quas mores ſuos dirigunt, retinent etiam Regulam S. Auguſtini. *ibid.* Eis merito favebat S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis quibus opima Monaſteria per Lombardiam Humiliatorum à S. Pio V. ſuppreſſorum conceſſa fuerunt. *ibid.* In varias Provincias & Regna propagati per totam Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Belgiam, Germaniam & Bohemiam, ubi ſumptuoſa & opima habent domicilia. *ibidem.* Conciones publicas habituri in plateis Crucem magni ponderis geſtabant & funem à collo dependentem. 450. Eorum victus in principio ſui Inſtituti qualis & quam parcus fuerit, *ibid.* Eorum habitus qualis fuerit. *ibid.* Epiſtolas S. Pauli rudi populo communiter explicabant in concionibus ſuis & quare. 451. Eos Paulus III. ab juriſdictione Epiſcoporum eximens, juſſit vocari Clericos Regulares S. Pauli decollati. *ibid.* Eorum Abſolutionis Sacramentalis forma propriis Sacerdotibus dandæ habetur. *ibid.* Eorum fervor in cura animarum multos commovit ad deſerendum ſæculum, & ſuum Inſtitutum ſub tribus votis ingrediendi. *ibid.* A ſuo piiſſimo Fundatore juſſi ſunt ſubeſſe Epiſcoporum juriſdictioni, nec ullam exemptionem ambirent. 450. Eorum Congregatione creſcente & ad alias civitates propagata, ab aliis Pontificibus in ſpecialem ſuam Protectionem aſſumpti ſunt, conceſſis Privilegiis aliarum Congreg. Cler. Reg. *ibid.*

Barnabitiſſæ Moniales à piiſſima Ludovica Comitiſſa de Guaſtalla fundatæ, & à piiſſimo Antonio Maria Zacharia Barnabitarũ Fundatore inſtitutæ. 451. Eas ſecundùm Regulam Auguſtinianam & Conſtitutiones Barnabitarum vivere & à juriſdictione Archiepiſcopi Mediolanen-

ſis exemptas eſſe joſſit Paulus III. Papa. 452. Poſtea Clauſuram obſervari juſſæ ad inſtar Monialium S. Dominici, quarum habitum geſtant cum ſune à collo pendente ſuper Scapulare tanquam ſigno ſuiproprii Ordinis. *ibid.*

Bavarus (Ludovicus electus Imperator) excommunicatus Mediolani coronâ ſerreâ à Guidone Aretino Epiſcopo coronatos. 2.

Bellovaci à S. Ivone Carnutenſium Epiſcop. inſtituta Congreg. Canonicorum Reg. quæ fuit una ex primis Congregationibus ſub Regula S. Auguſtini labente Sæculo XI. 162.

Benedictus Epiſcopus Avenionenſis Eccleſiam SS. *Juſti* & *Ruſi* quatuor ſuis Canonicis conceſſit anno 1036. qui emiſſis tribus Religioſis votis primam omnium Congreg. Canonicorum Reg. inſtituerunt. *ibid.*

Benedictinis PP. Monaſterii Montis Majoris data eſt SS. Reliquiarum S. Antonii Abbatis, & adminiſtratio Sacramentorum voti cauſa ad ſacras Reliquias adventantibus peregrinis, quousque ipſi Hoſpitalarii ſacris Ordinibus initiati vota Religionis emiſerunt. 120.

Benincaſa (B. Urſula) duarum Congregationum Cajetanorum in Italia fundatrix. 346.

Bernardinus Cyrillus Aquilanus Præceptor & Magiſter generalis totius Ord. *S. Spiritus in Saxia* Conſtitutiones ſeu Regulam totius Ordinis ſui Romæ edidit anno 1564. 502. Ejus ad omnes ſui Ordinis Religioſos Præfatio, Parœnetica piiſſima, cui inſeruntur ipſæ Conſtitutiones integræ Capitibus CV. conſtantes incipienda à p. 503. Ejusdem Parœneticæ poſt Conſtitutiones Reſiduum. 518.

S. *Bernardus* Ptolomæus peſtifera lue morientibus aſſiſtens Chriſtianis, eodem morbo correptus cum plurimis ex ſuis Monachis charitatis victima in cœlum evolavit. 6. Factus Abbas hoc nomen *Bernardi* loco *Joannis* prioris ſui nominis aſſumpſit. 4. A cæcitate mirabiliter curatus, ope B. Virginis Mariæ. *ibid.* Vercellis duo inſignia Monaſteria Congreg. Olivet. in Hungaria erexit, quæ poſtmodum ad aliós Ordines tranſierunt & quare. 9. Ejus nempe S. Ptolomæi feſtum ſob ritu duplici ab omnibus Benedictinis Alexander VIII. PP. celebrari juſſit. 7. Duos primos ſocios aliosque plures Reformatores inter Beatos habet numeratos. 17.

Bibliotheca publica in ſingulis Monaſteriis Congreg. Olivet. habenda & quibus mediis colligenda. 45

Blaſphemi in Congreg. Olivetana quibus afficiendi pœnis. 98.

Bona mobilia non vendenda in Congregatione Olivet. 114. Religionis Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii à Superioribus domorum non alienanda ſub pœna Excommunicationis. 143.

Bonifacii VIII. Bulla confirmans Canonicis Regularibus Monaſterium S. Antonii, illudque in Abbatiam erigens. 120.

Borbonius olim apud Gallos Comes ſtabuli ad partes Cæſaris Caroli V. deficiens Dux ſuit militum hæreticorum ejusdem Imperatoris qui Romam diripuerunt. 344.

Borromæus (S. Carolus) Archiepiſcopus Mediolanenſis maxime favebat Clericis Regularibus S. Pauli decollati ſeu *Barnabitis* & quare. 452.

Brunelli antiqui Poetæ ſententia de antiqua diſciplina *Præmonſtratenſium* carminicè expreſſa. 171.

Bulla aurea *Pauli tertii* P. in Capitulis Generalibus Congreg. Olivet. prælegenda integre exhibetur. 15.

Sixti V. Papæ, qua conſtituit ſingulis trienniis & quidem in Dominica III. poſt Paſcha Abbatem Generalem Congreg. Montis Oliveti eſſe eligendum. 6.

Gregorii XIII. excommunicantis Monachos Olivetanæ Congreg. per ſavorem Principum Prælaturas ambientes. 7.

Innocentii IV. pro Ord. Præmonſtratenſi hucusque inedita integre ex Monaſtico Scotico M. S. exhibetur. 166. *Honorii* II. qua confirmatur Ordo Præmonſtratenſis anno 1126. 173. *Clementis* VII. aprobantis Congregationem Barnabitarum habetur. pag. 450.

Joannis XXII. Papæ, confirmans Congregationem S. Mariæ de Monte Oliveto integra exhibetus.

Bonifacii VIII. confirmans Canonicis Regularibus Monaſterium S. Antonii, illudque in Abbatiam erigens. 120.

Petri Leonis & *Gregorii* S. R. E. Card. & *Callixti* II. qua ejusdem Pontificis nomine confirmant Ord. Præmonſtratenſem. 172.

Julii II. qua datur poteſtas Patribus Ord. Præmonſtratenſis, ut vetera Statuta mutent, minuant, vel in toto tollant, ac nova, quoties toties opus fuerit condant, & promulgent anno 1503. 179.

In-

Inſtitutoria & ſimul confirmatoria Ordinis *Hoſpitalariorum* S. Spiritus in Saxia qua confirmantur erectio Archi-Hoſpitalis Romani, ejusque unio cum Hoſpitali Montis Peſſulani integre habetur. 496.

Clementis VIII. Conſtitutionum Clericorum confirmatoria habetur integre. 347.

Sixti V. confirmatoria Clericorum Reg. *Minorum* habetur. 415.

Pauli V. confirmatoria Conſtitutionum Clericorum Regularium Minorum habetur. 448

C.

Cajetani Clerici Regulares à quibus quando & ubi fundati. 342. Eorum prima domus in campo Martio ſita ubi Apoſtolos & primos Chriſti Diſcipulos ad amuſſim imitantes, brevi creſcenti in dies Alumnorum numero facta eſt nimis anguſta. 344. Eorum 2da domus ſeu Collegium amplum apud Montem Pincinum erectum, ubi anno 1526. Capitulum primum Generale celebratum eſt & Conſtitutiones ſalutares ſunt ſancitæ. *ibid.* Eorum Præpoſitus Generalis primus ipſe piiſſimus Inſtitutor Epiſcopus Theatinus Conſtitutiones novæ ſuæ Congregationis ſancivit. *ibid.* Eorum Apoſtolica vita in ſui exordio qualis fuerit deſcribitur. *ibid.* Ab hæreticis militibus Caroli V. Imperat. Romam diripientibus crudeliſſimi habiti, novum ſuum Collegium & ipſam Romam relinquere coacti ſunt baculos ſolum & Breviaria manibus portantes. *ibid.* In direptione urbis à ſævis hæreticis militibus plurimos Chriſtianos actus charitatis exercuerunt & quales. *ibid.* Eos Roma expulſos Reſpublica Veneta liberaliter ſuſcepit, ubi ad S. Nicolaum Toletinum ſuam novam Congregationem reſtaurarunt, ubi hodiedum magnificum poſſident Collegium. 345. Anno 1527. in 2do generali Capitulo elegerunt S. Cajetanum in ſecundum Præpoſitum Generalem ſuæ Congregationis reſignante ſponte hoc officium Epiſcopo Theatino. *ibid.* Eorum Inſtitutum ob Paupertati Evangelicæ novam introductam formam non ſine diſceptatione approbatum fuit. 343. Eorum Paupertas Apoſtolica qualis fuerit, deſcribitur. *ibid.* Ob Fundatorum ſanctitatem à Clemente VII. approbatum fuit per Bullam quæ hic habetur. *ibid.* Sub S. Cajetano Generali eorum Congregatio ſe ſe late diffundens in primarias Italiæ civitates introducti ſunt. 345. Neapolim introductis Comes de oppido conceſſit magnificam Domum, & ab Archiepiſcopo illius urbis obtinuerunt Eccleſiam S. Pauli unacum magnifico Collegio. *ibid.* Ibidem divitias & terras opimas oblatas adeo conſtanter renuerunt acceptare, ut decreverint omnia ibi relinquere quam paupertatem ſuam Apoſtolicam infringere. *ibid.* Eorum Fundator Petrus Caraffa Epiſc. Theat. Cardinalis factus Romæ pro ſua Congreg. eximium Collegium erexit pro Reſidentia perpetua Præpoſiti Generalis & pro Capitulis generalibus ibi celebrandis. *ibid.* Eorum forma Regiminis immutata, & ab ipſomet Fundatore jam Papa facto approbata Præpoſiti Generalis auctoritas ſuppreſſa ad Patres conſcriptos devolvitur. *ibid.* Statim poſt mortem Pauli IV. Fundatoris in Capitulo generali anno 1560. Venetiis celebrato ſancitum eſt, ut ſingulis annis Capitula generalia celebrarentur quæ *antea triennalia* erant. 346. Eorum primæva Regiminis forma reſtituta Conſtitutiones promulgatæ ſunt juſſu Clementis VIII. *ibid.* Eos Sixtus V. Papa anno 1588. juſſit deinceps ſub poteſtate Præpoſiti Generalis vivere ſicut alii noviter erecti Ordines. *ibid.* Ob exactam diſciplinam Clericalem & Religioſam vocari ſolent ad primarias Eccleſiæ dignitates; ideo varias Apoſtolicas Miſſiones apud Infideles inſtituerunt. *ibid.* Fruuntur iiſdem Privilegiis cum aliorum Clericorum Regularium Congregationibus. *ibid.* Eorum Inſtituti per Italiam habentur duæ Congregationes Monialium a B. *Urſula Benincaſa* erectæ, quæ breviter hic deſcribuntur. *ibid.* Eorum Conſtitutiones confirmat Clemens VIII. per Bullam quæ adeſt. 347.

S. *Cajetanus* unacum Petro Carraffa poſtea Paulo V. Summo Pontifice Congregationem Clericorum Regularium emiſſis ad manus Clementis VII. Pont. tribus votis Religioſis inſtituerunt. 342. Qualis quantusque vir fuerit & ob animarum zelum *venator animarum* dictus ab Innocentio Sanctorum Albo adſcriptus, ab eo Patres Theatini vulgo nominantur *Cajetani*. *ibid.* Ab Officio Generalatus ſui Ordinis liber Neapolim tranſit ad magnificam domum ejus Ordini conceſſam occupandam. 345. Anno 1557. Neapoli mortuus, ob plurima Miracula ad ejus tumbam patrata Sanctorum Faſtis adſcriptus, interque tute-

tutelares Sanctos iſtius urbis aſſumptus fuit. 345.

Callixtus II. Papa S. Norberto Reformationem Canonicorum S. Martini Lauduni demandavit. 163. Confirmavit primo Ordinem Præmonſtrateoſem anno 1124. per Legatos ſuos Petrum Leonem Presbyterum & Gregorium Diaconum S. R. E. Cardinales. 172.

Calumniatores in judicio quomodo puniendi in Congreg. Olivet. 114. Extra judicium quomodo puniendi in Congreg. Olivet. *ibid.*

Camiſiæ laneæ prohibentur in Congreg. Olivet. 113.

Candidati quomodo in Ord. S. Spiritus de Saxia ſuſcipiendi & ad profeſſionem admittendi. 512.

Canon Pœnitentialis Clericorum Regularium Minorum habetur. 444.

Canones Pœniteotiales pro puniendis culpis quæ in Congreg. Barnabitarum committi poſſunt, habentur. 492.

Canonici Regulares Ord. S. Auguſtini Habitus S. Antonii Abbatis in Gallia pro norma vitæ Regulam S. Auguſtini profitentur. 119. Eorum memoria ante S. Chrodogangi tempora in Eccleſia Dei non fuit audita. *ibid.* Ab Hoſpitalariis S. Antonii Abbatis orti eorum Habitum nigrum cum litera TAU cerulei coloris in ſcapula ſiniſtra ſignatum portant. *ibid.* Eorum primum & præcipuum cœnobium eſt illud Viennenſe, ubi S. Reliquiæ S. Antonii aſſervantur, unde ipſi orti. 120. Hoc ſuum primum cœnobium convertunt in Abbatiam, cujus Abbas ſemper eſt Magiſter Generalis Congreg. Hoſpitalariorum. 122. Hic eorum Abbas & Generalis primum locum inter Proceres Delphinatus poſt Epiſcopum Gratianopolitanum obtinebat, & unde illi tanti honores. *ibid.* Etiam extra Galliam in alias Provincias & Regna propagati ſunt, quorum cœnobia *Præceptorias* nominabant & Superiores Præceptores. *ibid.* In Scotia apud Letham vulgo Leith prope Edinburgum habuerunt inſignem Præceptoriam erectam anno 1218. à Guillelmo Malvoiſino Epiſcopo Sant-Andreano. *ibid.*

Canonici Reg. S. Aotonii in Gallia, hunc non agnoſcunt pro ſuo Patriarcha ſed ſolum ſub ipſius Patrocinio Congregationem inſtituerunt. 119. Eorum Abbatem Viennenſem non agnoſcunt Præceptoriæ Hiſpaniæ pro ſuo Generali Magiſtro, ſed Generalem Præceptoriæ de Olite. 122. Eorum ſeparatio à Præceptoriis Hiſpaniæ quomodo & quando cootigit. 123. Apud eos in Gallia magna Conſtitutionum relaxatio irrepſit, quæ deſcribitur. *ibid.* Eorum in Gallia alia Reformatio facta eſt anno 1616. per Antonium Brunellum de Gramont Abbatem Generalem Viennenſem. *ibid.* Eorum Reformatio in Capitulo generali Viennenſi habito circa annum 1477. facta eſt, ubi Hiſpani ſe ſepararunt à Gallis. *ibid.* Eorum in Gallia domus à Calviniſtis ſæpius direptæ fuerunt. *ibid.* Eorum campanam primariam Abbatiæ Vienoenſis aſportarunt Calviniſtæ in ſuam Rempublicam Geneveoſem. *ibid.* Eorum Capitulum generale de ſexennio in ſexennium celebraodum. 149. Eorum Conjudices à quibus eligendi, & quænam eorum poteſtas & jurisdictio. 150. Eorum arma à Maximiliano II. conceſſa qualia ſint. *ibid.* In plures Congregationes quam ullius alterius Ordinis Sodales diſpartiti ſunt. 162. Eorum prima Congregatio ubi, quando, & à quibus orta. *ibid.* Item aliæ duæ apud Bellovacas, & apud Arteſios à quibus, & quando ortæ. *ibid.* Eorum primæ Congregationes nunquam ſub uno Capite ſeu Præpoſito Generali coaluerunt. *ibid.* Seu Clerici illi, qui ſub S. Auguſtino Eccl. Doct. vitam communem agebant. Item illi Canonici ſub S. Chrodogangi aut Aquisgranenſium Patrum Regula militabant, quia nullis Religioſis votis adſtringebantur, proprie loquendo Can. Reg. nequaquam erant. 119.

Canonici Reg. Præmonſtratenſes ineunte Sæculo XII. à S. Norberto, poſtea Archiepiſcopo Magdeburgenſi Ordinis Canonici Reformatore fundati. 162.

Canonici Regulares S. Spiritus de Saxia veram originem ab utroque Hoſpitali Romano & Montis Peſſulani ducunt. 500. Præter tria vota ſubſtantialia Religionis obligantur etiam ad gerendam ſpecialem curam ægrotorum, & infantum expoſitorum 502. Eorum Privilegia à Summis Pontificibus conceſſa quænam ſint. *ibid.* Quando & quare aſſumpſerunt hoc nomen *Canonicorum*, cum tamen Habitum Canonicum non portent. *ibid.*

Canonicis S. Martini Lauduni Reformatio demandata fuit à Summo Pontifice Callixto II. B. Norberto. 163.

Cantilenæ laſcivæ in Congreg. Olivet. prohibentur. 110.

Captivus à piratis aut latronibus Monachus Congreg. Olivet. pecunia quantocius redimendus. 56.

Capi-

Capitulum generale Congreg. Olivet. conſtitutio de eo celebrando. 19. Et annuale in Congreg. Olivet. & quinam ei intereſſe tenentur. 11. Ad illud non accedentes quid domi in ſuis Monaſteriis agere debeant. 13. Ejus Proviſor & Hebdomadarius quid agere debeant. *ibid.* Ejus Orator exhortationem ad Patres habere debet. 14. Ejus Scrutatores quomodo eligendi, 15. Ejus & Capituli infra biennium celebrandi locus & tempus in Congreg. Olivet. 72. His duobus Capitulis quinam de jure intereſſe debent. *ibid.*

Culparum quando & quibus cæremoniis in Congreg. Olivet. celebrandum. 94. Abſolutionis in eo dandæ forma præſcribitur. *ibid.* In eo culparum dicentes abſolvit Hebdomadarius Pater. *ibid.*

Capitulum generale Congreg. Olivet. dum celebratur, quid agere debeant reliqui Monachi domi manentes. 74. Ejus Proviſoris & Hebdomadarii electio & officium declarantur. *ibid.* Prima ejus die quænam facienda ſint. *ibid.* Negotiorum quater in anno habendum à Præceptoribus domorum in Ord. S. Spiritus in Saxia 507. Hebdomadale quomodo celebrandum. 508.

Congreg. Hiſpanæ Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii Abbatis Conſtitutiones antiquas in meliorem ordinem redegit & correxit anno 1731. 124. Ordinarium hebdomodale & extraordinarium v. g. pro Novitiis ſuſcipiendis in Congreg Canonicorum Reg. Habitus S. Antonii inHiſpania ſolos admittit ad votandum Sacerdotes & Choriſtas in ſacris Ordinibus conſtitutos. 128. Apud Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii *Hebdomodale* quomodo celebrandū, & quænam in eo obſervanda. 137. Generale Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii Congreg. Hiſpanæ à ſexennio in ſexennium celebrandum. 149. *Præmonſtratenſium* I. ad illud conveneṙunt 100. Abbates. 163.

Pentecoſtale quomodo in Ord. S. Spiritus in Saxia celebrandum. 517.

Captivi Monachi à piratis quomodo redimendi cito pecunia. 94.

Caraccioli (Franciſcus & Auguſtinus) Neapolitani piiſſimi Auguſtini Adorno Fundatoris Clericorum RegularumMinorum ſocii, eidem mortuo ſucceſſive ſocceſſerunt in Ordinis Regimine. 417. Sub eorum Regimine adeo Congregatio crevit, ut in Hiſpanis aliis duobus Provinciis augeretur. *ibid.*

Caraffa (Petrus) Epiſcopus Theatinus poſtea Paulus IV. Summus Pontifex unacum S. Cajetano Congregationem Clericorum Regularium emiſſis ad manus Clementis VII. Pontificis tribus votis Religioſis inſtituerunt. 342. Jeſuitarum Inſtitutum ſuæ Congregationi Theatinorum unire tentavit, eisque jam Pontifex ſevere injunxit pſallendi in Choro conſuetudinem. Hujus rei vide hiſtoriam. 345. Ipſum inter & S. Ignatium non nihil diſſidii interceſſit ratione unionis utriusque Inſtituti. *ibid.*

Carcer habeatur in ſingulis Monaſteriis in Congreg. Olivet. 39.

Carceres in omnibus Monaſteriis Congreg. Olivet. habendi & quare. 110. Iis deputati quo pacto extrahuntur in Congreg. Olivet. *ibid.*

Cardinalis Alexandrini ſupremi Inquiſitoris ad Abbatem Generalem & Viſitatores Congreg. Olivetanæ, ejus Conſtitutionum obſervantia mandatum. 117.

Carmen antiqui Poetæ nomine Brunelli de antiqua diſciplina Præmonſtratenſium. 171.

Carolus V. Imperator 2000. Aulicis & militibus ſtipatus in cœnobio Oliveti majoris hoſpitio exceptus fuit & liberaliter aliquo tempore habitus. 9.

Carneres non geſtant Monachi Olivetani. 115.

Carnes comedere quolibet menſe bis conceditur Monachis Olivetanis. 48. Comedunt Monachi Congreg. Olivet. tribus in hebdomade diebus, Dominica, Feria III. & V. 16.

Caſus reſervati Abbati Generali Congreg. Olivet. conceduntur etiam Abbatibus ejusdem Congreg. ut ab iis Monachos ſuos abſolvere valeant. 97.

Caſſinenſis Congreg. jurisdictioni pleraque modo Benedictina Italiæ parent. 10.

Cauſidici Monachi Congreg. Olivet. non ſint. 113.

Cœnobitica vita quando propagari cœperit apud Occidentales. 119.

Cæremoniæ quædam in Congreg. Olivet. declarantur. 94.

Cæremoniæ Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii in Choro exercendæ quænam ſint. 133.

Celatum nihil Abbati teneant Monachi Congreg. Olivet. 112.

Cellæ Hoſpitum non convertendæ in alios uſus. 104.

Cellerarii in Congreg. Olivet. quales eſſe debeant. 85. Dati & accepti quotidie rationem reddant. 103. Eis præſcribitur lex, ne largiantur quidquam ſine licentia Abbatis, & ut diebus feſtis interſint Miſſis & Veſperis. *ibid*

Cellerarius in Congreg. Olivet. conſtituitur per electionem, ejus officium per partes explicatur. 40

Claſſes IV. Collegiorum in ſingulis Provinciis Clericorum Regularium Minorum quoad diſciplinam Regularem deſcribuntur. 417.

Clemens VII. Papa Congregationem Barnabitarum approbat per Bullam quæ adeſt. 450. Idem approbavit Congregationem Clericorum Regularium Theatinorum ſeu Cajetanorum per Bullam quæ hic habetur. 343.

Clemens VIII. Conſtitutiones Cajetanorum confirmat per Bullam quæ adeſt. 347.

Clemens X. ejus Conſtitutio, qua approbantur & confirmantur Decreta aliquot Capitulorum generalium Clericorum Cajetanorum, ex ipſorum Actis excerpta, ipſique Conſtitutioni inſerta. 392.

Clerici Regulares *Minores* à quo fundati præter tria vota ſubſtantialia IV. habent de non ambienda dignitate extra ſuam Congregationem. 415. A Sixto V. *Minorita* confirmati & vocari juſſi Clerici Minores per Bullam quæ habetur *ibid.* Erectis per Italiam & Hiſpanias multis Collegiis diviſi ſunt in duas Provincias. 417. Omnibus Privilegiis aliorum Clericorum Regularium donantur à Gregorio XIV. & Clemente VIII. *ibid.* Per Italiam & Hiſpaniam IV. Provincias à ſuis Provincialibus ſuo uni Generali gubernatas. *ib.* Eorum ſingulæ Provinciæ diſtribuunt Collegia ſua in 4. Claſſes quorũ pulcherrima diſciplina deſcribitur. *ib.* Eorum diſciplina in particulari deſcribitur. 418. Eorum jejunium circulare quodnam ſit deſcribitur. *ibid.* Eorum Habitus deſcribitur. *ibid.* Vitam *activam* & *contemplativam* quam bene ducant deſcribitur. *ibid.* Eorum Inſtitutum ingreditur Sereniſſimus Princeps Erneſtus de Croy abjurata hæreſi Lutherana & in Collegio S. Agnetis piiſſime mortuus eſt. *ibid.* Eorum Conſtitutiones etſi ab exordio Inſtituti non fuerint ſcriptæ, videntur tamen fuiſſe à piiſſimo Inſtitutore conceptæ & ab omnibus practicatæ. *ibid.* In IV. partes ſunt diviſæ & quales. *ibid.* Eas à Cardinalibus & Epiſcopis ſuper Regulares Ordines conſtitutis reviſas motu proprio per litteras Apoſtolicas Paulus V. confirmavit. *ibid.* Earum bullata confirmatio integre habetur. 448.

Clerici illi, qui ſub Auguſtino Eccl. Doct. vitam communem agebant, item illi Clerici ſeu Canonici ſub S. Chrodogangi aut Aquisgranenſium Patrum Regula militabant, quia nullis Religioſis votis adſtringebantur, proprie loquendo Canonici Regulares nequaquam erant. 162.

Clericorum delinquentium correctio non à Magiſtris Laicis, ſed à Cardinalibus in Ord. S. Spiritus in Saxia fiat. 507.

Clerus ſæcularis Sæculo XV. & ſequenti ob morum laxitatem ſcandala potius quam exempla pietatis Chriſtiano populo præbebat. 342. Ut reformetur, Deus ſuſcitavit plures piiſſimos viros, qui ſuos Alumnos tribus votis adſtringentes ad primævum Chriſtianorum fervorem reducere conarentur. 342. Ejus prima reformatio facta eſt per ſanctiſſimos viros Petrum Caraffam Epiſcopum Theatinum, poſtea Paulum IV. Pontificem, & S. Cajetanum Thianæum, qui ſuos Clericos per tria vota Religioſa fecerunt Regulares. *ibid.*

Chartarum, talorum, aliique ludi, in quibus pecunia intervenerit, prohibentur Monachis Olivetanis. 107.

Cibi paulo lautiores in Congreg. Olivet. Hoſpitibus apponantur. 57.

Cibum ſumere extra ordinata tempora in Congreg. Olivet. non licet. 97.

Codices ſeu libri Monaſteriorum Congreg. Olivet. nulli laico accomodandi. 110.

Color Habitus Monachorum Olivet. eſt candidus. 2.

Collationum Lector vulgati ſermone rudibus explicet, quæ prius latinè lecta fuerant, ſic moris eſt apud PP. Olivetanos 49.

Collegia IV. Provinciarum Congreg. Clericorum Regularium *Minorum* diſtribuuntur in quatuor Claſſes, quorum pulchra diſciplina Clericalis & Regularis clarè deſcribitur. 417.

Commendatores Præceptoriarum apud Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antoni in Hiſpania quomodo officio ſuo ſatisfaciant circa Regimen domorum ſuarum circa redditus & Eleemoſynas, & quam ſollicitè Archivium cujuslibet domus cuſtodire teneantur. 152.

Commiſſiones more *Hetruſco* in Congreg. Olivet. ſub virtute ſanctæ obedientiæ prohibentur. 109.

Con-

Digitized by Google

Concilium Tridentinum quoad ordinationes Fratrum Congreg. Olivet. accurate obſervandum. 62.

Confeſſarii Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii Abbatis quales ſint & quænam obſervare debeant. 136.

Confeſſarii tum exterorum, tum ipſorum Monachorum in Congreg. Olivet. quinam conſtituendi. 61. In Congreg. Olivet. à Prælatis Monaſteriorum deputandi. 95.

Confeſſionis faciendæ terminus in Congreg. Olivet. qualis ſtatutus. *ibid.*

Confirmatio Congreg. Olivet. per Joannem PP. XXII. 5. Ante eam plurima jam Monaſteria ei ſubjecta erant. *ibid.* Prima Ordinis Præmonſtratenſis per Calixtum II. anno 1124. 172. 2da per SS. D. N. Honorium PP. II. facta anno 1126. 173.

Congregatio Olivetana à ſuo exordio per Abbates Generales regebatur 5. Non ſuſcipit alterius Congregationis Regulares. 61. Eam viſitandi modus deſcribitur. 86. Ejus viſitationes duplicis generis quales ſint. 16. Habet ſub ſe plurima Monialium Monaſteria, ſicut & Oblatas Nobiles S. Franciſcæ Romanæ. 17. Ejus Conſtitutiones habentur. 18. Per Italiam Cœnobia magnifica numero octoginta numerat. 9. Extra Italiam & Siciliam hæc Congr. non extenditur. *ib.*

Sanctæ Juſtinæ Paduanæ nunc Caſſinenſis unde ſumpſit exordium. 10. Bis in anno viſitanda & à quibus. 99. Regulam S. Benedicti variis Conſtitutionibus mitigatam obſervat. 16. Tribus in hebdomade diebus, Dominica, feria III. & V. carnes comedit, & ſolos Nobiles admittit ad profeſſionem. *ibid.* Ad eam tranſire poſſunt omnium aliorum Ordinum Religioſi præter Carthuſianos. 10. Gubernatur à Generali Abbate, cum ſuo Vicario & ſex Viſitatoribus. *ibid.* In tota hac Olivet. Congreg. XII. Abbates conſtituit Leo X. ex ſingulis nempe ſex Provinciis duos. *ibid.* Unde ſic dicta. 1. Ejus Auctor quis? *ibid.* Ejus primum Monaſterium quis fundaverit. 2. Ejus diſciplina quam rigida fuerit deſcribitur. 4. Quando incepit. *ibid.* Omnia ejus Monaſteria Deo conſecrantur in honorem Deiparæ Virginis. *ibid.* Ejus confirmatio per Bullam authenticam à Joanne XXII. Papa. 5.

Barnabitarum ſeu S. Pauli decollati à quo, ubi & quando fundata.. 449. Anno 1533. à Clemente VII. approbata per Bullam quæ adeſt. 450.

Clericorum Regularium Minorum à quo fundata. 415.

Clericorum Regularium Theatinorum vulgo *Cajetanorum* per quos inſtituta. 342. A Clemente VII. approbata per Bullam quæ hic habetur. 343. duplex Cajetanarum Monialium a B. Urſula Benincaſa inſtituta. 347.

Cler. Reg. Minorum in IV. Provincias diviſa, & in ſingulis Provinciis Collegia ſubdividuntur in 4. Claſſes, quarum diſciplina clare explicatur 4 7.

Prima moderni Inſtituti *Canonicorum Reg. S. Auguſtini* orta eſt in Eccleſia SS. Juſti & Rufi anno 1036. à IV. piis Canonicis, qui tribus votis Monaſticis ſe obſtrinxerunt. 162. Alia à S. Ivone Carnutenſi Epiſcopo apud Bellovacas, item alia ab Hildemaro & Conone Presbyteris cum Rogerio Laico apud Artheſios Congregationes Canon. Reg. inſtitutæ fuerunt labente Sæc. XI. *ibid.*

Congregationis Hiſpanæ Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii Abbatis Conſtitutiones in meliorem ordinem redactæ verbotenus, integreque exhibentur. 126. Eorum in Hiſpania Præceptor Generalis eſt ille, qui eligitur à Præceptoria Olitenſi, ubi ſemper reſidere tenetur. 146.

Congregationes plurimæ Ord. Can. Reg. à diverſis piis viris introductæ magnum ſplendorem Eccleſiæ attulerunt Sæculis præſertim XI. & XII. 162.

Conjudices Provinciæ Hiſpanæ *Canon. Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii* duo adjungendi Præceptori Generali à quibus eligendi, & quæ eorum poteſtas. 150.

Conſtitutio Congreg. Olivet. circa Caput III. Regulæ S. Benedicti. 28.

Clementis X. qua approbantur & confirmantur Decreta aliquot Capitulorum Generalium Clericorum Cajetanorum, ex ipſorum Actis excerpta ipſique Conſtitutioni inſerta. 392.

Conſtitutiones Congreg. Olivet. determinatæ in Capitulo Generali ſub Abbate Generali Barnaba Peruſino 1564. integre exhibentur. 71. Præfatio ad eas docens cauſam & occaſionem eas ſcribendi. *ibid.* Eorum à PP. Reformatoribus nominatim ſubſcriptis approbatio & confirmatio. 116.

Canonicorum Regular. S. Auguſtini Habitus S. Antonii Abbatis Congreg. Hiſpanæ hic integre exhibentur incipiendo à p. 126.

Cajetanorum hactenus ineditæ typis cut mandantur. 348. Ad eas Proëmium habetur. *ibid.* Non obligant ad culpam ſed tantum ad pœnam. *ibid.* Earum Iudex habetur. 349. Quater in anno in Refectoriis Ordinis legendæ. *ibid.* In tres partes præcipuas diſtribuuntur ſingularum contenta quænam ſint. *ibid.* Earum Pars I. continet ea, quæ pertinent ad divinum cultum per X. Capita. *ibid.* Earum Pars II. agit de obſervantiis quibusdam Congreg. iſtius per X. Capita à pag. 354. Earum Pars III. agit fuſe per decem Capitad e Religionis univerſæ Cajetanæ adminiſtratione a 361.

Conſtitutiones Barnabitarum ab eorum Fundatore conditas & poſtmodum varie auctas confirmavit Gregorius XIII. 452. Earum Liber primus agit de ipſis Conſtitutionibus & de Perſonis variis, ex quibus ipſa Religio Barnabit. conſtituitur perCapita VII. 453. Earum 2dus Liber agit de præcipuis rebus ipſius Congreg. nempe de votis, divino cultu, ſacris & ſpiritualibus exercitationibus, aliisque ad rectam diſciplinam pertinentibus per XV. Capita incipiendo à 461. Earum 3tius Liber agit de variorum munerum functionibus ad proximorum ſalutem præſtandis,& aliis huc ſpectantibus per Capita IV. incipiendo à 472. Earum IV. Liber complectitur quæ ad rectam adminiſtrationem totius Ordinis pertinent per Capita XIX. incipiendo à 476. Eis ſubjunguntur Canones Pœnitentiales culparum quarumcunque pœnas debitas præſcribentes. 492.

Clericorum Regularium Minorum approbavit & confirmavit per Bullam quæ adeſt. 448. Earum prima pars agit de Officio Divino tradens omnia præcepta ſcitu neceſſaria novem Capitibus comprehenſa ad illud rite intelligendum. 419. Earum Pars II. agit de tribus votis Religioſis quorum ſingilatim ſtrictiſſimam obſervantiam præſcribit per XII. Capitula incipiendo à 423. Earum Pars III. agit de variis officiis in ſacro Ordine unitatis Præpoſito Generali &c. ultimo loco ponitur Canon Pœnitentialis per novem Capita incipiendo. 432. Earum Pars IV. agit de Sacramentorum adminiſtratione, Regulisque certis obſervandis ab omnibus ad ea adminiſtranda deputatis, item Concionatores & Profeſſores inſtruit circa iſta ſua officia per 4. Capita incipiendo à 445.

Sacri Ordinis S. Spiritus in Saxia anno 1564. Romæ editæ à Reverendiſſimo Dom. Bernardino Cyrillo Aquilano totius Ord. Præceptore & Magiſtro Generali. 502. Eas Innocentius III. omnibus hujus Ordinis Religioſis utriusque ſexus præſcripſit unacum Regula S. Auguſtini obſervandas. *ibid.* Per eas præter tria vota ſolemnia Religioſa etiam ad gerendam ſpecialem curam ægrotorum & infantum expoſitorum aſtringuntur. *ibid.* Per eas inſuper plurimis gaudent Privilegiis & eximuntur à juriſdictione omnium Ordinariorum, omniaque aliorum Ordinum Privilegia ipſis ſunt conceſſa. *ibid.* Eorum fundamentum eſt Evangelium ſecundum Matthæum cap. 25. à verſ. 31. usque ad finem. 503. Ipſæ Capp. 105. conſtantes integræ habentur. *ibid.*

ConſtitutionumReligion. CanonicorumReg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii obligatio quanta ſit. 154. Declaratio, interpretatio, diſpenſatio, nec non in foro animæ abſolutio ad quem ſpectet. 155.

Contractus facere qua obſervatione utendum in Congreg. Olivet. 108.

Converſi quomodo voce privati intelliguntur in Congreg. Olivet. 110. Sacros Ordines temere adeuntes quomodo in Congreg. Olivet. puniendi. 111. In Congreg. Olivet. veſtibus à Clericis diſcernendi. 110.

Corporis Chriſti Congregatio Monachorum & Monialium ab Andrea Paulo de Aſſiſia ſub Regula S. Benedicti inſtituta pro perpetua adoratione SS. Corporis Chriſti. 17. Hujus Congreg. Moniales acceſſerunt ad Congreg. Olivet. à qua nunc reguntur. *ibid.*

Correctio & accuſatio fratrum quomodo in Ord. Spiritus in Saxia adhibenda. 510.

Crimen fragilitatis committentes Monachi Congreg. Olivet. qualiter puniendi. 109.

de *Croy* (Sereniſſimus Princeps Erneſtus) abjurata Hæreſi Lutherana Catholicam Fidem amplexus Clericorum Regularium Minorum Inſtitutum ingreditur, & in eo piiſſime mortuus eſt Romæ. 418.

Crux quomodo & quare in veſtibus portanda à Canonicis Regularibus S. Spiritus in Saxia. 511.

Cubicula Hoſpitibus deputata in Monaſteriis Congreg. Olivet. in alios uſus non convertenda. 104.

Culpæ leves, graves, graviores, graviſſimæ Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii in Hiſpania quænam ſint,

Google

ſint, & quænam iis debeantur pœnæ. 144. Quomodo puniendæ in Congreg. Olivet. 37. Graviores in ſpecie quomodo in ead. Congreg. puniendæ. 38. Earum in Congreg. Barnabitarum commiſſarum pœnæ debitæ per Canon. Pœnitentiales decernuntur. 492. Eas in Capitulo dicentes abſolvit apud PP. Olivetanos P. Hebdomodarius. 94.

Cultelli longiores prohibentur Monachis Olivetanis. 115.

Cultus divinus ſeu Latria in Templis Congreg. Olivet. quomodo exercetur. 87.

Cura animarum deputetur Sacerdotibus idoneis in Congreg. Olivet. 98. Infirmis & ſenibus in Congreg. Olivet adhibenda quanta & qualis. 99. Monialium à Monachis Congreg. Olivet. prohibetur ſuſcipi. 104.

Curia Romana non adeunda à Monachis Olivetanis. 112.

D.

DEambulatio prohibetur in Eccleſia PP. Olivetanorum. 96.

Decanorum officium in Congreg. Olivet. quodnam ſit. 37.

Declaratio Congreg. Olivet. ſupra Caput III. Regulæ S. Benedicti. 28.

Delarationes Congreg. Olivet. ad ſingula S. Benedicti Regulæ Capita. 25.

Decreta in Capitulis Generalibus Clericorum Regularium Congreg. Cajetanæ ab exordio Ordinis usque ad annum 1750. ſancita juxta Ordinem trium partium Conſtitutionum incipiendo à 370.

Defunctorum memoria qualiter celebratur in Congreg. Olivetana. 88.

Depoſita Laicorum apud Monachos Olivetanos ſumma fide cuſtodienda. 114.

Devotio tempore Capituli Generalis & Annualis in Congreg. Olivet. in ſingulis Monaſteriis præſcripta qualis. 13.

Dignitates petentes aut quovis favore illas quærentes quomodo in Congreg. Olivet. puniendi. 112.

Diploma Guidonis Epiſcopi Aretini pro condendo Monaſterio Montis Olivet. hic integre adducitur. 2. Apoſtolicum in Capitulo Generali Congreg. Olivet. publice legendum. 14. Hic integre exhibetur. 15.

Diſciplina quibus temporibus in Congreg. Olivet. facienda ſit. 98. Refectionis & jejunii apud PP. Olivetanos quænam obſervanda. 48. Primorum Præmonſtratenſium XII. & XIII. Sæculo rigidiſſima ad inſtar antiquorum Monachorum fuſe deſcribitur. 164. Introducitur in alia Canonicorum Reg. Monaſteria. 165. Antiqua eorundem verſibus expreſſa ab antiquo Poeta nomine Brunelli. 171. Optima Clericorum Regularium Minorum deſcribitur. 417.

Diſcreti in Congreg. Olivet. qualitates, electio, munus. 18. Qualitas & electio in Congreg. Olivet. 11. Ejus munus in quonam conſiſtat. 12.

Dolia vinaria, ne vinum, quod ſibi interdixerunt primi Monachi Olivet. conſervare poſſent, confregerunt. 5.

Dolium melioris vini ſeparatum non habeat Abbas Congreg. Olivet. ſed ex eodem dolio quo Monachi bibunt & ipſe bibat. 48.

Documenta ad externum Regimē Congreg. Olivet. pertinentia undecim Capitulis explicantur. 10.

E.

ECcleſia, in ea prohibetur deambulatio apud PP. Olivetanos. 96. Parochialis S. Antonii Abbatis prope Motam in Delphinatu urbem, ubi ſacræ Reliquiæ S. Antonii Abbatis Conſtantinopoli allatæ collocatæ fuerunt. 119. Hæc ob plurima miracula in ea patrata, crevit in inſigne Hoſpitale dein in ampliſſimum Cœnobium, quod totius Congreg. Canonicorum Reg. S. Antonii Caput evaſit. *ibid.*

Electio Abbatum Generalium Congreg. Olivet. fiebat primo ad dies vitæ. 2. Ad biennium. 3. Ad triennium, & hoc ultimum fine per Bullam Sixti quinti. 6. Diſcretorum ad Generale Capitulum mittendorum in Congreg. Olivet 73. Proviſoris & Hebdomadarii Capituli Generalis Congreg. Olivet. 74. Abbatis Generalis Congreg. Olivet. quomodo fiat. 76.

Ejecti propter incorrigibilitatem ex Congreg. Olivet. quomodo recipiendi. 39.

Eleemoſyna quomodo in Ord. S. Spiritus in Saxia colligendæ. 515. Conſuetæ non minuendæ ſed potius largiter augendæ in Congreg. Olivet. præſcribitur, 99.

Elogia aliquot Summorum Pontificum de Ord. Præmonſtrat. 173.

Epiſtola CXII. Innocentii III. concedentis Indulgentias omnibus iis, qui meretrices è lupanaribus extractas in legitimas uxores ducerent. 499.

Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli à Barnabitis cur populo frequenter explicentur. 451.
Equi in Monaſteriis Congreg. Olivet. quot & quales alendi. 63.
Equos eſſe ſuos dicentes Monachi Mont. Olivet. quomodo puniendi. 108.
Errata in Oratorio commiſſa quomodo apud PP. Olivet. punienda. 96.
Errores in Officio Divino commiſſi quomodo in Congreg. Olivet. puniendi. 51.
S. Evangelium ſecundum Matthæum Capite XXV. à verſiculo 31. usque ad finem eſt fundamentum Ordinis S. Spiritus in Saxia. 503.
Eucbariſtiæ SS. Sacramentum à Monachis Congreg. Olivet. quoties ſumenda. 95.
Excommunicatio culparum in Congreg. Olivet. quomodo fiat. 37. Ejus modus quis obſervandus in Congreg. Olivet. 38. Monachorum Congreg. Olivet. ambientium dignitates & Prælaturas per favorem Principum & Magnatum. 7.
Excommunicatis in abſentia Abbatis & Vicarii in Congreg. Olivet. quomodo proſpicitur. 97.
Exercitia quotidiana Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitus S. Antonii qua diſciplina fiant. 137.
Exordium Congreg. Canonicorum. Regularium S. Auguſtini Habitus S. Antonii quale fuerit. 119.
Exuviæ SS. Antonii Abbatis Conſtantinopoli adductæ & poſitæ in Eccleſia Parochiali S. Antonii & miraculis coruſcate cœperunt. 119.

F.

FAcultas recedendi à Congreg. Olivet. non eſt concedenda, nec credendum, niſi monſtrent in ſcriptis à Monachis Olivet. 107.
Falconius ſeptimus Hoſpitalariorum S. Antonii Abbatis ſupremus Magiſter Generalis quomodo cuſtodiam ſacrarum Reliquiarum S. Antonii Abbatis Benedictinis Patribus Montis Majoris erepram ſuis Sodalibus vendicavit. 120. Eccleſiam Magnificam, quod totius Congreg. Hoſpital. Caput eſt, ædificavit conſecrarique fecit, *ibid.* Ab Honorio III. impetravit mandatum ut omnes Fratres Hoſpitalis S. Antonii Abbatis tribus votis Religioſis deinceps obſtringerentur, & Regulam S. Auguſtini amplecterentur, ſicque evaſerunt Canonici Regulares retento Habitu Hoſpitalariorum charactere TAU ſignaro. *ibid.*
Famulum Laicum habere in Congreg. Olivet. nemini conceditur. 112.
Ferrarius (Bartholomæus) & Jacobus Moriga Presbyteri Mediolanenſes primi ſocii Antonii Mariæ Zachariæ in fundanda Congreg. Barnabitarum. 449. Hi duo poſt mortem Fundatoris fuerunt ſucceſſivè Generales Ord. ſui. 452. Cur in Bulla confirmatoria præponatur Antonio Zachariæ vero Fundatori & ptimo Generali Barnabirarum. 450.
Floriviense Monaſterium Ord. Præmonſtrat. anno 1121. fundarum fuit, ex quo & ex Monaſterio S. Martini Lugduni prodierunt Viri ſanctirate & doctrina perſpicui. 165.
Folomaus vide Ptolomæus. 1.
Forelli (Ludovica) Comitiſſa Guaſtallæ eximium Monaſterium pro Monialibus erexit, cujus directionem Patribus Barnabitis commiſit. 451.
Forma electionis diſcretorum ad Capitulum Generale Congreg. Olivet. mittendorum. 73. Suſcipiendi Novitios ad Habitum Religioſum & profeſſionem in Congreg. Olivet. 89. Antiqua Prælatos inſtituendi & deſtiruendi in Congreg. Olivet. 99. Abſolutionis Sacramentalis à Confeſſariis Barnabitis ſuis Sacerdotibus rite confeſſis dandæ, habetur. 451. Juramenti à Magiſtro præſtandi Ord. S. Spiritus de Saxia. 513.
Formula Profeſſionis Monialium Cajetanarum à B. Urſula Benincaſa inſtitutarum. 347. Profeſſionis apud Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitus S. Antonii in Hiſpania verbatim exhibetur. 128.
Profeſſionis & Receptionis Novitiorum in Ord. Canonicorum Reg. S. Spiritus in Saxia. 504.
Fragilitatis crimen committentes Monachi Congreg. Olivet. qualiter puniendi. 109.
Franceſchinus Fracozzanus de Aretino ſtatim poſt mortem S. Bernardi Ptolomæi fit Abbas General. Congreg. Oliv. 6.
S. *Franciſca* vidua Romana inſtituit oblatas Nobiles Virgines & Matronas ſecundum Regulam S. Benedict., ſed ſine votis cum libertate exeundi Monaſterio & nubendi. 17.
Fratres ſtudere nolentes in Congreg. Olivet. ad opera manualia damnentur. 61.

Fugi-

Fugitivi ſive ex levitate animi, ſive ob furtum criminale commiſſum quomodò in Congreg. Olivet. puniendi. 39.

Fugitivus Ord. S. Spiritus in Saxia quomodo puniendus. 517.

Fundamentum Ordinis Canonicorum Regularium S. Spiritus in Saxia eſt Evangelium Matth. Cap. XXV. à verſ. 31. usque ad finem. 503.

Fundator Hoſpitalis magni S. Antonii Abbatis prope Motam in Delphinatu Nobilis Dominus Gaſton. 119.

Fundatores Barnabitarum quinam fuerint. 449. A Clemente VII. ſui Inſtituti approbationem obtinuerunt per Bullam quæ adeſt. 450. Alumnos ſuos voluerunt Epiſcoporum jurisdictioni ſubeſſe & nullatenus exemptos. *ibid.*

Fures in Congreg. Olivet. qualiter puniendi. 112.

G.

GAſton nobilis Dominus ob filii ſui Grimidi ſeu Guerini morbo *ignis infernalis* laborantis ad ſacras S. Antonii Abbatis Reliquias obtentam ſanitatem, magnum Hoſpitale ægrotis & peregrinis curandis erexit, fundavitque S. Antonii Abbatis Congregationem. 119. Suæ novæ Congregationis Hoſpitalariorum primus ſupremus Magiſter ab Urbano II. conſtitutus in Concil. Claremont. anno 1095. 120.

Gelaſius Summus Pontifex S. Norberto facultatem diſſeminandi verbum Dei tribuit. 163.

Generalis Magiſter primus & ſimul Fundator *Ord. S. Spiritus* Quido Montis Peſſulani, qui utrumque Xenodochium Romanum nempe & ſuum Montis Peſſulani gubernavit. 496. Ejus ſucceſſores in Generalatu erant ſæculares usque ad annum 1458. quo à Pio II. juſſi ſunt impoſterum eſſe Clerici Ordinis Profeſſi. 501. Nunc totus Ordo à duobus Magiſtris Generalibus ſeparatim gubernatur quorum præcipuus in Archi - Hoſpitali Romano reſidet, alter in Monte Peſſulano Galliæ. *ibid.* Bernardinus Cyrillus Aquilanus totius Ord. S. Spiritus in Saxia Conſtitutiones ſeu Regulam totius Ord. ſui Romæ edidit anno 1564. 502.

Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii in Hiſpania ſemper eſt Præceptor Olitenſis Præceptoriæ. 146. Ejus licentiæ quænam ſint. *ibid.* Ab eo Conventualitates Religioſorum aſſignandæ. *ibid.* Penſiones à ſingulis Præceptoriis ei añuatim ſolvendæ ſingillatim recenſentur. 147. Omnes Præceptorias ſibi ſubjectas viſitare per ſe aut idoneum Deputatum quoties & quomodo tenetur. 148. Habeat duos Conjudices à Capitulo Generali eligendos, quæ eorum poteſtas, quod officium. 150. Ejus eſt in caſu vacaturæ providere ſingulis dómibus ſibi ſubjectis de novis Superioribus. *ibid.* Eſt Dominus ſpoliorum legitimus Defunctorum ſive Commendatorum, ſive Privatorum Religioſorum : quæ juxta Religionis diſpoſitionem de iis facienda, explicatur fuſe. 151. Eo mortuo quænam circa Præceptoriæ Generalis Regimẽ usque ad novam electionem, aliaque obſervanda tempore vacationis explicantur. *ibid.*

Generalis Præpoſiti *Cajetanorum* Joſephi Arigonii Mandatum pro edendis Conſtitutionibus ſui Ordinis. 347. Totius Ord. *Præmonſtratenſis* Petri Goſſetii Mandatum omnibus ſui Ordinis datum, de obſervandis Statutis per Capitulum anno 1630. approbatis & hic appoſitis. 175.

Barnabitarum primus, qui & Fundator *Antonius Maria Zacharias.* 450. II. & III. *Ferrarius* & *Morigia.* 452. Comitiſſæ Ludovicæ de Guſtalla Confeſſarius & Monialium ab eodem inſtitutarum Director Spiritualis. 451.

Giſlerii (Michaelis) vulgariter dicti Cardinalis Alexandrini de ſtricta obſervantia Conſtitutionum Congreg. Olivet. Mandatum. 117.

Goſſetii (Petri) Generalis totius Ordinis Præmonſtratenſis Mandatum quo univerſis ſui Ordinis Statuta in Capitulo Generali approbata ſtricte præcipit obſervari anno 1630. 175.

Gregorius XIII. Conſtitutiones Clericorum Reg. S. Pauli decollati ſeu Barnabitarum varie auctas confirmavit. 452. Ejus Bulla contra Monachos Olivet. ambientes Prælaturam aliasque dignitates in Ord. ſuo. 7.

Gregorius XIV. & Clemens VIII. omnia Privilegia aliis Clericorum Regularium Congregationibus conceſſa, conceſſerunt etiam Clericis Minoribus. 417.

Gregorius XV. conſtituit, ut Vicarius Generalis & Viſitator Hoſpitalis Montis Peſſulani tria vota ſolemnia emitterent, & Habitum Ord. induerent. 501.

Guaſtalla Comitiſſa Ludovica Fundatrix Congregationis Monialium Angelicarum ſeu Guaſtallanarum. 451.

Quido Epiſcopus Aretinus S. Joanni Prolomæo Sociisque Regulam S. Benedicti cum Habitu candido obſervandam præſcripſit. 2.

Tarlatus Aretinus Epiſcopus coronans coro-

corona ferrea Mediolani Ludovicum Bavarum excommunicatum,& ipſe ex-communicatus fuit,ſed precibus S. Joannis Ptolomæi ante mortem abſolutus piè obiit. 2. Primum Monaſterium Congreg. Olivet. fundavit. *ibid.* Ejus diploma pro condendo Monaſterio Montis Oliveti integre adducitur. *ibid.* Comes Montis Peſſulani Paulo ante Innocentium III. erexit in ſua civitate inſigne Hoſpitale ſub invocatione & protectione S. Spiritus. *ibid.* Hic ab Innocentio III Romam vocatus Archi-Hoſpitalis Romani ab eod. Pontifice conditi conſtitutus fuit primus Magiſter, qui utrumque Xenodochium ſub invocatione S. Spiritus gubernavit, *ibid.*

H.

Habitus Monachorum Congreg. Olivet. candidus. 2. Religionis qua forma, & quibus cæremoniis inCongreg. Olivet. traditur Candidatis. 89.

Clericorum Reg. Minorum quis ſit. 418. Ejus honeſtas apud *Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* qualis ſit deſcribitur. 138. Ejus dandi & Profeſſionem emittendi quæ forma modusque. 155.

Canonicorum Reg. S. Spiritus de Saxia eſt idem com habitu aliorum Clericorum ſæcularium cum cruce alba dupliciter transverſa aſſuta Habitui nigro ad pectus. 503.

Hæreſis in Ord. S. Spiritus in Saxia quomodo punienda. 510.

Hæreticè ſentientes aut loquentes tum ſerio tum joco in Congreg. Olivet. quomodò puniendi. 98.

Hebdomadarius Pater in Capitulo culparum apud PP. Olivet. omnes culpam dicentes abſolvit. 94. Capituli Generalis quomodò eligendus & quod ejus officium. 74.

Henrici V. Tyrannica tractatio Summi Pontificis Paſchalis II. ejusque Cardinalium commovit S. Norbertum tunc in ejus aula verſantem, ut ſæculum relinqueret. 163.

Hiſtoria Congregationis *Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii Abbatis* compendioſè traditur in Capite primo Conſtitutionum. 126. Ea ſynoptice exhibetur. 119.

Congregationis & Monaſterii *Montis Oliveti* ſynoptice exhibita. 1.

Honore ſe invicem præveniant Monachi tum Superiores Congreg. Olivet. 111.

Honorius II. per Bullam anno 1126. ſolemniter approbavit Ordinem Præmonſtratenſium. 170.

Honorius III. unionem Archi-Hoſpitalis Romani & Montis Peſſulani diſſolvit, concedendo Gallis diſtinctum & proprium Generalem Magiſtrum cum non modico diſpendio totius ſacri Ordinis. 500. Mandatum dedit Hoſpitalariis S. Antonii, ut tria vota Religioſa emitterent & fierent Regulares S. Auguſtini. 120.

Hora nocturni Officii in Congreg. Olivet. quæ aſſignatur. 33. Refectionis quænam aſſignatur apud PP. Olivet. 48. Canonica ante & poſt eam ab omnibus genoflexis fiat brevis oratio. 54.

Hoſpitalarii S. Antonii in Gallia qua occaſione & à quo fundati. 119. Eorum Habitus niger ſed humilis, & ad ſiniſtram ſcapulam charactere TAU cerulei coloris ſignatus. 120. Ab iis orta Congregatio Canonicorum Reg. S. Auguſtini cum eodem Habitu nigro S. Antonii littera TAU cerulei coloris. *ibid.* Ab exordio ſuo nondum votis Religioſis erant adſtricti, nec ſacris Ordinibus initiati. 120. Eorum loco cuſtodia ſacrarum Reliquiarum S. Antonii Abbatis & adminiſtratio Sacramentorum peregrinantibus data eſt PP. Benedictinis Montis Majoris. *ibid.* Eorum primus ſupremus Magiſter qui & Fundator Gaſton ab Urbano II. conſtitutus in Concil. Claramont. anno 1095. *ibid.* Quo anno & quomodo tribus votis Religioſis emiſſis excuſſo Benedictinorum Montis Majoris jugo facti ſint Canonici Regularis Ord. S. Auguſtini. *ibid.* Eorum prima Eccleſia Viennenſis, ubi S. Antonii Abbatis Reliquiæ aſſervantur, crevit in Cœnobium, poſtea in Abbatiam totius Congreg. principem. 122. Eorum Generalis Magiſter eſt ſimul hujus Abbatiæ Viennenſis Abbas, ubi ſemper reſidet. *ibid.* Eorum Abbas Generalis inter Proceres Delphinatus primum locum poſt Epiſcopum Gratianopolitanum obtinet, & unde illi tanti honores. *ibid.* Apud eos ſpatio unius anni quandoque ultra 100000. peregrinorum ad S. Reliquias S. Antonii advenerunt. *ibid.* Etiam extra Galliam in alias Provincias & Regna propagati ſunt, quorum Cœnobia Præceptorias nominabant, & Superiores Præceptores. *ibid.* In Scotia apud Letham vulgo Leith prope Edinburgum habuerunt inſignem Præceptoriam erectam anno 1218. à Gulielmo Malvoiſino Epiſcopo Sant-Andreano. *ibid.* Eorum ſeparatio à Præceptoriis Hiſpaniæ quomodo & quando contigit. 123. Eorum Reformatio in Capitulo Generali Viennenſi habito circa annum 1477. facta eſt, ubi Hiſpani ſe ſepararunt ab iis. *ibid.* Apud eos in Gallia magna Conſtitutionum

num relaxatio irrepſit quæ deſcribitur. 123. Eorum in Gallia alia Reformatio facta eſt anno 1616. per Antonium Brunellum de Gramont Abbatem Generalem Viennenſem. *ibid.* Eorum in Gallia domus a Calviniſtis ſæpius direptæ fuerunt. *ibid.* Campanam primariam Abbatiæ Viennenſis aſportarunt Calviniſtæ in ſuam Rempublicam Genevenſem. *ib.* Conſtitutiones pro Congregatione Hiſpana in Præceptoria Generali Olite correctæ & reformatæ hic integre exhibentur à 126.

Hoſpitalarii Milites in Gallia unde orti. 590.

Hoſpitale S. Spiritus in Saxia Romæ olim id eſt anno 715. in honorem S. Mariæ pro Saxonibus Anglis illuc peregrinantibus erexit eorum piiſſimus Rex Ina. 498. Illud diu neglectum Innocentius III. reſtauravit, univitque cum altero Montis Peſſulani inſtituto novo Ordine Canonicorum Regularium ſub Titulo S. Spiritus in Saxia pro peregrinorum pauperũ & infantium expoſitorum cura. *ibid.* Utrumque etſi ſub uno Magiſtro unitum, quoad bona tamen & Eleemoſynas ſeparationem obſervat. 500. Utriusque unionem Honorius III. diſſolvit concedendo Gallis diſtinctum & proprium Magiſtrum Generalem, unde ipſe ſacer Ordo brevi cœpit diſſipari. *ibid.* Ex ejus ſub uno Magiſtro unionis diſſolutione ſecuta eſt in Gallia magna Ordinis diſſipatio & quomodo. *ibid.* Ab ejus primæva inſtitutione huc uſque per Laicos regebatur, quibus ſubjecti erant Clerici Laicis præſertim in Gallia Eleemoſynas in ſuos uſus male convertentibus. *ibid.* Pius II. anno 1458. Ordinẽ mixtum ex ſæcularibus mutavit in verum Ordinem Religioſum ſtatuens illud in poſterum à ſolis Religioſis gubernari. 501.

Montis Peſſulani in Gallia ſeparatim à *Romano* gubernatur proprio Magiſtro Ordinis S. Spiritus de Monte Peſſulano. *ibid.* Poſt ſeparationem à Gallis reliqua Xenodochia S. Spiritus extra Galliam manent ſub juriſdictione Magiſtri Generalis Archi-Hoſpitalis Romani. *ibid.*

Hoſpitale S. Spiritus Memmingenſe in Suevia quoad temporalem juriſdictionem à Magiſtratu Lutherano dependens, publicum tamen exercitium Religionis Romano-Catholicæ in ſuo Xenodochio libere exercet. 502.

Romanum totius Ordinis S. Spiritus caput, quoad magnifica ædificia & palatia 4. quibus conſtat; & magnificum Cœnobium aliaque ad illud ſpectantia graphicè deſcribitur. *ibid.*

Ei omnia alia Hoſpitalia ejusdem Ord. per orbem Catholicum diſperſa annuum penſum perſolvunt, quo ſuam dependentiam ab ejus Magiſtro Generali agnoſcunt. *ibid.*

Hoſpitalitas Canonicorum Reg. R. Auguſtini Habitûs S. Antonii erga infirmos præſertim igne ſacro vulgo (S. Antonii) laborantes exhibenda fusè explicatur. 130.

Hoſpites quomodo ſuſcipiendi in Congreg. Olivetana. 54. Religioſi ejusdem Congreg. poſt duos dies ſub obedientia Abbatis diſciplinam ſervent, ſicut reliqui ibidem Profeſſi. 55. Sæculares, Eccleſiaſtici, ſupremi Proceres vel parentes ac conſanguinei Monachorum ad quor dies ad Hoſpitium ſuſcipiendi. *ibid.* Iis laventur pedes in adventu eorum à Præfecto Hoſpitii ejus. *ibid.* Iis in Congreg. Olivet. cibi paulo lautiores apponendi. 57.

Hoſpitium in Monaſteriis Congreg. Olivet. habeatur, quibus neceſſariis inſtructum eſſe debeat. 54.

Hoſpitum cubicula aut cellæ in alios uſus à Monachis non convertendæ quàm pro hoſpitibus. 104.

Hugo Burchardi Epiſcopi Cameracenſis Capellanus, primus diſcipulus & ſocius S. Norberti & poſt ejus obitum in Regimine Ordinis ſucceſſor. 163.

Humiliati Monachi ob morum nimiam laxitatem à Pio V. extincti, quorum Bona & Monaſteria per Lombardiam ceſſerunt Clericis Regularibus Barnabitis. 452.

Hungariæ Regnum duo olim habebat Cœnobia Congreg. Olivet. quæ nunc poſſidentur ab aliis Ordinibus. 9.

Hypocauſtum, ubi Monachi hyeme caleſiant conſtituit Congreg. Olivet. 33. Ibi modeſtia, & ſilentium obſervanda, eorumque prævaricatio punienda. *ibid.*

I.

JEjunia & abſtinentiæ Clericorum Reg. Minorum qualia ſint. 418. Quomodo & quibus diebus obſervanda apud PP. Olivet. 48. Canonicorum Regularium S. Spiritus in Saxia qualia ſint. 506.

Jenunium circulare Clericorum Regularium Minorum quale ſit. 418. In Congreg. Olivet. quomodo ſervandum. 97.

Jeſuitarum Inſtitutum vivente adhuc S. Ignatio Petrus Caraffa Theatinorum Fundator, poſtea Summus Pontifex Paulus IV. unire tentavit, eis ſevere injungens pſallendi in Choro conſuetudinem, cui ad tempus parendum fuit. Vide rei hiſtoriam pag. 345. In Hiſpania paſſim hodiedum, & alibi Theatini dicuntur. 346.

S. *Ignatius* cum Petro Caraffa Epiſcopo non nihil diſſidii habuit ob utriusque Inſtituti Theatinorum & Jeſuitarum unionem tentatam. 345.

Ignis habendus in aula apta hyemis tempore, ubi calefiant Monachi Olivetani. 33.

Ignis infernalis (morbi genus variis Galliæ partibus graſſans) nullo alio remedio niſi precibus & tactu ſacrarum Reliquiarum S. Antonii Abbatis extinqui poterat, ideoque verſo nomine *ignis ſacer* dictus. 119.

Immunitates ſtudentium Fratrum in Congreg. Olivetana quænam ſint. 104.

Imperium privatum ſuper alios tyrannice exercens in Congreg. Olivet. quomodò puniendus. 66.

Incorrigibiles quinam cenſendi in Congreg. Olivet. 39.

Incorrigibilitas apud Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii quomodò punienda. 145.

Incunabula pro infantibus peregrinarum mulierum in Hoſpitali S. Spiritus in Saxia ſint ſufficientia. 511.

Index in Statuta Ordinis Præmonſtratenſis, quæ diſtribuuntur in IV. diſtinctiones, & hæ iterum in ſua capita. 191.

Indiſcretio erga Profeſſos, Novitios aut Oblatos, eos cædendo, aut nimis acriter corripiendo in Congreg. Olivet. quomodò punienda. 66.

Indulgentiæ ab Innocentio III. conceſſæ iis, qui meretrices è lupanaribus extractas ducerent in legitimas uxores, ejus Epiſtola CXII. deſuper data habetur. 499.

Infantes peregrinarum mulierum in Hoſpitali S. Spiritus in Saxia incunabula ſufficientia accipiant. 511. Eorum nempe expoſitorum ſingularem curam habere obligantur Canonici Regulares Ord. S. Spiritus in Saxia vi Profeſſionis ſuæ. 502.

Infirmaria in ſingulis Monaſteriis Congreg. Olivet. habeatur, quibus rebus debet eſſe inſtructa, & quomodo infirmi ibidem curandi. 46.

Infirmi qua diligentia apud PP. Olivet. curandi. *ibid.* Religioſi Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii quomodò iis ſerviendum. 134. Quomodo recipiendi iisque miniſtrandum in Ord. S. Spiritus in Saxia. 506. Fratres in Ord. S. Spiritus de Saxia habeant domum ſeparatam cum Infirmario diligente. 512. Iis & lenibus in Congreg. Olivet. curam maximam adhibeat Abbas. 99.

Innocentius III. Canonicis Regularibus S. Spiritus de Saxia præſcripſit Regulam Auguſtinianam, cum quibusdam Conſtitutionibus. 500 Piſcatura mirabili plurimos infantes ab impiis Matribus ſuffocatos ex Tiberi extraxit. 495. Congregatis plurimis piis hominibus curam ſui Hoſpitalis S. Spiritus commiſit, quibus incumberet peregrinos pauperes & infantes derelictos curare & alere. 495. Hic ſui Archi-Hoſpitalis primum Magiſtrum conſtituit Quidonem Comitem Montis Peſſulani, qui hoc & alterum in ſua civitate à ſe erectum recte ſub invocatione S. Spiritus gubernavit. 496. Ejus Bulla confirmans erectionem Archi-Hoſpitalis Romani, ejusque unionem cum Hoſpitali Montis Peſſulani, qua ſimul inſtituitur novus Ordo Hoſpitalariorum S. Spiritus in Saxia exhibetur integre. *ibid.* Ejus Epiſtola CXII. qua concedit Indulgentias iis, qui meretrices è lupanaribus in legitimas uxores ducerent. 499.

Innocentius IV. Ordini Præmonſtr. Bullam ſub hoc titulo: *Generale Privilegium Ordini conceſſum &c.* conceſſit hactenus ineditam, quæ ex Monaſtico Scoticano M. S. hic integre exhibetur. 166.

Inſtrumenta Muſica præter Monochordum Monachis Congreg. Olivet. interdicuntur. 110.

Interpretatio Conſtitutionum dubiarum Congreg. Olivet. à quibus debeat fieri. 116.

Inventaria fiant pro ſingulis Monachis, quæ in cella aſſignantur in Congreg. Olivet. 105. Rerum & ſubſtantiæ Monaſteriorum Congreg. Olivet. Archivio includenda, & ab Abbate & Cellario inſpicienda. 43.

Joannes XXII. Papa S. Joannem Ptolomæum cum ſociis ad Epiſcopum Aretinum pro Regula aliqua ex jam approbatis obtinenda mittit. 2. Ejus Bulla confirmatoria Congreg. Olivet. B. V. Mariæ Integre exhibita. 5.

Joſcelinus Provinciæ Delphinatus Comes S. Reliquias S. Antonii Abbatis ex Conſtantinopoli atulit anno 1051. quas in Eccleſia Parochiali à ſe ædificata collocavit. 119.

Iter facere quibus conditionibus in Congreg. Olivet. liceat. 53. Ad Viſitatores, urbem Romam aut Generalem aut alioſum ſine licentia Abbatis Generalis facere non licet Monachis Olivetanis. 65.

Itinerantes Monachi Olivetani quænam obſervare debeant. 106.

Julii II. Papæ Bulla, qua datur poteſtas Patribus Ord. Præmonſtratenſis, ut vetera Statuta mutent, minuant, vel

in toto tollant ac nova, quoties toties opus fuerit condant, & promulgent anno 1503. 179.

Juramenti forma à Magiſtro præſtandi in Ord. S. Spiritus de Saxia 513.

S. *Juſtinæ* Paduæ Congreg. exordium. 9.

S. *Ivo* labente Sæculo XI. Congregationem Canonicorum Regularium apud Bellovacas inſtituit. 162.

L.

LAici ad Monaſteria Congreg. Olivet. advenientes non niſi deputatis Monachis per Monaſterium ducendi. 106. Quo pacto in Provinciam non ſuam ſint recipiendi. 101. Quomodo ad Ordinem & Profeſſionem Monaſticam in Congreg. Olivet. admittuntur. 89. Eorum depoſita ſumma fide cuſtodiantur in Congreg. Olivet. 114.

Latria ſeu Cultus divinus in templis Congreg. Olivet. quomodò exercetur. 87.

S. *Lazari* Ordo Militaris S. Spiritus rejicitur tanquam fabuloſus. 499.

Lectio ad Menſam in Congreg. Olivet. aſſiduè habenda. 97.

Lector Hebdomadarius apud PP. Olivetanos quos ad menſam legat libros. 47. Collationum apud PP. Olivetanos prius Latine lecta poſtmodum rudibus explicet vulgari ſermone. 49.

Leo X. PP. Abbates Titulares duodecim in Congreg. Olivet. inſtituit. 10.

Leproſi in Ord. S. Spiritus in Saxia quomodò curandi. 510.

Liber Monachi Olivetani imprimendus prius ab Abbate Generali per examinatores ad hunc idoneos examinandus. 58.

Libri venerea tractantes & prohibiti comburendi publice ab Abbate apud Monachos inventi. 98. Quos in ſingulis Monaſteriis Congreg. Olivet. habere debent Prælati. 116. Damnati, ſi qui apud Monachum Congreg. Olivet inveniantur, comburendi, & ipſe Monachus tales retinens graviſſime puniendus. 30.

Limites cujuslibet domus pro colligendis Eleemoſynis apud Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii in Hiſpania recenſentur. 142.

Littera qua cautela deferendæ in Ord. S. Spiritus in Saxia. 510. Eas nempe Apoſtolicas ſine licentia Abbatis Generalis impetrantes quomodò puniendi. 108. Commendatitias impetrantes Monachi Olivet. contraria votis ſuis ab Abbate Generali recipiant, 112. Pro aliqua dignitate aut munere acquirendo à nemine procuret Monachus Olivet. 55. Scribere aut accipere abſque licentia Abbatis in Congreg. Olivet. nemo audeat. *ibid.* Licet ſcribere ſine Prælati ſui licentia ad Abbatem Generalem & Viſitatores in Congreg. Olivetana *ibid.*

Lis inter Canonicos Regulares S. Auguſtini Habitûs S. Antonii Abbatis & Benedictinos Montis Majoris quomodò dirempta. 120.

Loca ſacra à Monachis Olivet. reformanda quæ ſint, quid circa ea obſervandum. 115.

Lombardia circa annum 1526. peſte, fame, bello miſere laborabat. 449.

Lotio pedum in Congreg. Olivet. quoties & quibus Monaſteriis Congreg. Olivet. facienda. 98.

Ludi chartarum & talorum Monachis Olivetanis prohibentur. 107.

M.

MAgdeburgenſis Archi-Epiſcopus fit S. Norbertus anno 1127. 165.

Magiſter Novitiorum in Congreg. Olivet. ab Abbate Generali per vota ſecreta eligendus, qualis vir debeat eſſe? 60. Expleto ſui officii tempore in Abbatem eligi poteſt. *ibid.* Supremus primus *Hoſpitalariorum* S. Antonii Abbatis in Gallia factus eſt ipſe eorum Fundator Gaſton ab Urbano II. in Concil. Claramont. anno 1095. 120. Generalis primus & ſimul Fundator *S. Spiritus* Guido Montis Peſſulani, qui utrumque Xenodochium Romanum nempe & ſuum Montis Peſſulani gubernavit. 496. Ejus ſucceſſores in Generalatu erant ſæculares uſque ad annum 1458. quo à Pio II. juſſi ſunt impoſterum eſſe Clerici Ordinis Profeſſi. 501. Nunc totus Ordo à duobus Magiſtris Generalibus ſeparatim gubernatur, quorum præcipuus in Archi-Hoſpitali Romano reſidet, alter in Monte Peſſulano Galliæ. 501.

Novitiorum apud *Canonicos Regulares S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania qualis vir ſit. 128.

Proprietarius in Ord. *S. Spiritus in Saxia* careat ſepultura in cœmeterio & Officio ſacro. 511.

Magiſtri Novitiorum in Congreg. Olivet. quales debeant eſſe. 85. Quo pacto diſcipulorum delicta puniant. 103.

Magnates qualiter ſuſcipiendi in Ord. S. Spiritus in Saxia. 59.

Malvoiſinus (Guilelmus Epiſcopus Sant-Andreanus in Scotia) inſignem erexit Præceptoriam pro Canonicis Regularibus S. Auguſtini Habitûs S. Antonii apud Letham vulgo Leith anno 1218. 122.

Mandatum Petri Goſſetii Generalis totius Ord. Præmonſtratenſis, quo ſingulis utriusque ſexus eundem Ordinem profeſſis præcipitur obſervantia Staturorum per Capitulum Generale anno 1630. approbatorum & hic appoſitorum. 175. Id quoties in Monaſteriis Congreg. Olivet. faciendum. 98.

Maria ſanctiſſima Deipara revelante Regulam S. Benedicti cum Habitu candido obſervandam accepit S. Joannes Ptolomæus. 2. Ejusdem honori dedicata omnia Monaſteria Olivetanæ Congregationis. 4. Ejus cultui ſummopere addictus S. Bernardus Ptolomæus & quare. *ibid.* S. Bernardo Ptolomæo lumen oculorum amiſſum reſtituit miraculo. *ibid.*

S. *Martini* Monaſterium Lugduni anno 1120. reformatur per Gualterium S. Norberti primarium diſcipulum, ex quo & ex Floriſienſi anno ſequenti fundato prodierunt Viri ſanctitate & doctrina eminentes. 165.

Matutinum, & Laudes Officii Mariani in æſtate ob noctium brevitatem pro opportunitate extra Chorum à Monachis Olivetanis perſolvendum. 33.

Maximilianus II. Imperator qualia arma conceſſit Religioni Antonianæ Canon. Reg. S. Auguſtini. 150.

Mediolani corona ferrea coronatus fuit Ludovicus Bavarus Imperator ab Aretino Epiſcopo Guidone. 2.

Mediolanum anno 1526. peſte & fame belloque miſere laborabat. 449. Ibi eodem anno piiſſimus Antonius Maria Zacharias unacum aliis duobus ſociis Congregationis Barnabitarum fundamenta jecit. *ibid.*

Memmingenſe Hoſpitale Ord. S. Spiritus in Suevia à Magiſtratu Lutherano dependens, publicum tamen exercitium Religionis Romano-Catholicæ in Xenodochio libere exercet. 502.

Menſa Abbatis ſemper ſit cum Fratribus in Refectorio, idemque victus tantum, qui reliquis Monachis. 57. Ejus ſervitor hebdomadarius apud PP. Olivet. ſemper adſtet fratribus comedentibus. 47.

Menſa primæ & ſecundæ apud PP. Olivet. ſilentium ſtrictiſſimè obſervandum. *ibid.* Et jejuniorum diſciplina apud Canonicos Regulares S. Auguſtini Habitûs S. Antonii deſcribitur. 139.

Militaris Ordo S. Spiritus S. Lazaro à quibusdam attributus fabuloſus eſſe creditur. 499.

Milites Hoſpitalarii unde orti in Gallia. 500.

Minores Clerici Regulares ab Auguſtino Adorno fundati unde ſic dicti. 415.

Miſſa B. Virginis in Eccleſiis Congreg. Olivet. ſingulis Sabbatis cantanda ſolemniter. 96.

Miſſa votivæ pro Matre Religione, pro Eleemoſynis &c. facienda à Canonicis Regularibus S. Auguſtini Habitûs S. Antonii Abbatis quænam circa eas obſervanda ſint. 135. Ordinariæ in qualibet domo Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii fundatæ, aliaque ſuffragia ſingulis menſibus facienda explicantur. 136.

Mobilia bona non vendenda in Congreg. Olivet. 114.

Modeſtia in opere Dei qualis ſervanda in Congreg. Olivet. 96. Monachorum ad Urbes miſſorum ſervanda quæ? 106.

Modus viſitandi Congreg. Olivet. deſcribitur. 86.

Monachi quibus temporibus tondendi. 115. Iis prohibentur geſtire cultellos & omnis generis arma. *ibid.*

Congreg. Olivet. ambientes dignitates Ordinis ſui per Bullam Apoſtolicam excommunicantur. 7. Omnes ſub Regula S. Benedicti Deo militant. 25. Primi Congreg. Olivet. vino penitus abſtinebant, poſtmodum neceſſitate cogente aqua dilutum admiſerunt. 5. Eorum abſtinentia & mortificatio quanta fuerit. *ibid.* Non eligantur in capita nationum. 115. Extra ſuum Monaſterium nullum iter inſtituant ſine licentia ſui Abbatis Generalis. 65. Mutati recta ad Monaſterium ſibi aſſignatum pergant. *ibid.* Tempore Capituli Generalis domi manentes quid agere debeant. 74. In Capitulo Congreg. Olivet. viſitandi & Monaſteriorum rationes inſpiciendæ. 80. Spectacula publica aut ludos non accedant, nec urbes ſine licentia. 53. Venientes in urbem aliquam ubi fuerit Cœnobium Congregationis non pernoctent apud ſuos Parentes aut amicos extra illud Cœnobium. 53. Nihil celatum Abbati teneant. 112. Cauſidici non ſint, neque negotia ſæcularium curent. 113. Eis non licet poſſeſſiones conducere in Congreg. Olivet. *ibid.* Collapſam diſciplinam in aliis Monaſteriis Benedictinis reſtituerunt. 9. Recedentes à loco aliquo quid occupare debeant. 93. A latronibus aut piratis capti pecunia cito redimendi. 94. Prohibentur per Monaſteria vel alia loca vagari. 106. Veſtiti dormiant. 108. Ad ſacros Ordines promovendi quid obſervare debeant. 96. In apoſtaſia S. Ordines ſuſcipientes quomodo puniendi? *ibid.* Presbyteri Congreg. ejusdem ſub pœna carceris non faciant Miſſas pro pecunia.

cunia. 61. Carnes comedunt tribus in hebdomate diebus Dominica, Fer. III. & V. 16. Nobiles tantum ad Profeſſionem admittunt. *ibid.*

Monachus à piratis aut latronibus captus Congreg. Olivet. pecunia quantocius redimendus. 57.

Monaſteria ſacrarum Virginum non licet Monachis Congr. Olivet. accedere. 104. Eorum rationes in Congreg. Olivet. & inventaria quoties & qua diligentia facienda. 103. Plurima in Congreg. Olivet. ante ejus confirmationem jam erant. 5. Eorum nempe Congreg. Olivet. Officiales per proprium Abbatem quinam ordinandi. 84. Eorum aliqua nominatim hic adducuntur. 9. *Congreg. Olivet.* per Italiam & Siciliam in ſex Provincias diviſa amplitudine & opibus ædificiorumque ſtructura reliqua ſacrorum Ordinum Monaſteria ſuperare videntur. 9.

Monaſterium Congreg. Olivet. cujus Abbas ex alia Provincia eſt, habeat Cellerarium ex ſua propria Provincia. 115. FloriſicenſeOrd. Præmonſtrat. an. 1121. fundatum fuit, ex quo ſicut & ex Monaſterio S. Martini Lugduni anno præcedente reformato prodierunt Viri ſanctitate & doctrina perſpicui. 165. S. Martini Lugduni anno 1120. reformatur per Gualterium S. Norberti primarium diſcipulum, ex quo & ex Floriſienſi anno ſequenti fundato prodierunt Viri ſanctitate & doctrina eminentes. 165. Primum S. Antonii Abbatis Caput totius Congregationis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii Abbatis in Gallia. 120.

Moniales in Congreg. Olivet. habentur. 17. Aliæ olim ad Congreg. Corporis Chriſti pertinentes etiam ad Congreg. Olivetanam acceſſerunt. *ib.* Non accedant ſub pœna Monachi aut etiam Abbates Congreg. Olivetanæ. 104. Eorum cura à Monachis Congreg. Olivet. prohibetur ſuſcipi. *ibid.*

Angelicæ ſeu Guaſtallanæ à Lodovica Comitiſſa Guaſtallæ fundatæ creverunt tandem in inſignem Congregationem Monialium. 451. Earum confirmationem à Summo Pontifice obtinuit Antonius Maria Zacharias Barnabitarum Fundator & Generalis. 452. Eis conceſſit Paulus III. ſecundùm Regulam Auguſtinianam & Conſtitutiones Barnabitarum vivere easque exemit à juriſdictione Archi- Epiſcopi Mediolanenſis. *ibid.* Ab exordio ſui Inſtituti ſtrictam Clauſuram non obſervabant, ſed miſſiones ad inſtruendum ſequiorem ſexum exercebant. *ibid.* Poſtea Clauſuram obſervari juſſæ adinſtar Monialium S. Dominici, quarum Habitum geſtant cum fune à collo pendente ſuper ſcapulare tanquam ſigno ſui proprii Ordinis. 452.

Monochordum ex omnibus inſtrumentis muſicis licet convenientibus horis Monacho Congreg. Olivet. cont ectare. 110.

Montis Oliveti Monaſterium primum Congregationis Olivet. à quo conditum & fundatum. 2. Hujus denominationis quæ cauſa & origo. 4.

Morbo Gallico affecti quomodo in Congreg. Olivet. puniendi. 109.

Morbus in quibusdam Galliæ partibus graſſans *ignis infernalis* dictus. virtute S. Reliquiarum S. Antonii Abbatis tantum curabilis, ideoque *ignis ſacer* dictus. 119.

Mors S. Bernardi Ptolomæi in quem annum incidit. 6.

Mortuorum memoria quomodo fit in Congreg. Olivet. 88. Suffragia in Ord. S. Spiritus in Saxia quænam fiant. 509.

Muli, aliaque ſimilia jumenta pro vehendis neceſſariis rebus concedunror haberi in Monaſteriis Congreg. Olivet. 63.

Munera dare, aut accipere accedentes ad Capitulum in Congreg. Olivet. quibus conditionibus licet. 13. Absque licentia Superioris nemo in Congreg. Olivetana accipere aut dare audeat. 55.

Muſica Inſtrumenta præter Monochordum Monachis Congreg. Olivet. interdicuntur. 110.

N.

Negotia ſæcularium non curent Monachi. 113.

Nobiles ſoli admittuntur ad profeſſionem in Congreg. Olivet. 16.

Nobilitas plurium Monachorum Congreg. Olivet. occaſio ambitionis. 9.

Nomina Provinciarum & Nationum Congreg. Olivet. recenſentur. 100.

S. *Norbertus* Ord. Candidi & Canonici Reformator Canonicos Præmonſtratenſes ineunte Sæculo XII. inſtituit. 162. Quis fuerit, docet ejus vitæ ſynopſis hic data. 163. Henrici V. Imperatoris Aulam cur deſerit. *ibid.* A Paſchale II. peccatorum venia impetrata domumque rediens Cameracenſem Epiſcopatum acceptare recuſavit. *ibid.* Apud Monachos Sigbergenſes Ord. S. Benedicti ſerio deliberavit de abdicando ſæculo. *ibid.* A Friderico Colonienſi Epiſcopo uno die Diaconus & Presbyter ordinatus. *ibid.* Poſtea in Eccleſia ſua Santena contra pravos mores Canonicorum concionans à ſuis Con- Canonicis ejicitur. *ibid.* A Gelaſio Summo Ponti-

 tifi-

tifice facultatem verbum Dei diſſeminandi impetrat. 163. Ejus primus diſcipulus & comes, & poſt obitum in Ordinis Regimine ſucceſſor Hugo Epiſcopi Cameracenſis prius Capellanus. *ibid.* Nudis pedibus, vilique tunica ex agninis pellibus indutus rigidiſſimam vitam ducens jejunium usque ad veſperam producens quadrageſimalibus tantum cibis contentus erat. *ibid.* Ei à Summo Pontifice Canonicorum Regularium S. Martini Lauduni Reformatio demandata fuit. *ibid.* Præmonſtrati locum in ſolitudine pene inacceſſum, ſibique à Deo deſtinatum pro futuro Capite, & ſede totius ſui Ordinis ad inhabitandum elegit. *ibid.* Lauduno ſeptem ditiſſimos ex ſchola Rodulphi convertit, ſecumque Præmonſtratum adduxit. 164. Acquiſitis plurimis diſcipulis, eos Præmonſtrati ad vota Religioſa ſolemniter emittenda admiſit ipſo Natalis Domini die feſto anno 1120. *ib.* De Regula prima, quam ſecutus eſt ipſe, ſuisque primis diſcipulis præſcripſit inter Doctos diſceptatur, an fuerit Benedictina, vel *Auguſtiniana* quam modo profitentur. *ibid.* Prima Religioſæ vitæ fundamenta apud Benedictinos Monachos didicit. *ibid.* Ejus Ordo in principio tam diſciplinam Canonicam quam Monaſticam adeo rigide obſervabat, ut antiquorum Monachorum vitam perfecte imitatus fuerit, ut fuſe deſcribitur. *ibid.* Ejus diſcipuli eundem diſciplinæ rigorem ineunte Sæculo XIII. obſervarunt, ut probat Vitriacus. 165. Gualterius ejus primarius diſcipulus fit Abbas S. Martini Lugduni, qui inibi introduxit Reformationem S. Norberti. *ibid.* Antverpiam miſſus Tanchilini Hæreſin extinxit. *ibid.* Ejus Ordini poſt Hæreſin extinctam plurima hinc inde Monaſteria erecta fuerunt. *ibid.* Ejus Ordine in Galliis & Belgio magnopere propagato in Germaniæ quoque Provincias longe lateque introductus eſt. *ibid.* Fit Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis ubi Canonicos Cathedralis iſtius Eccleſiæ ad vitam Apoſtolicam amplectendam reformavit, Ordinemque ſuum per vicinas Provincias propagavit. *ibid.* Ejus Ordo translatus in Angliam, Scotiam & Hiberniam plurima Cœnobia obtinuit. *ibid.* Ejus Ordo adeo propagatus eſt, ut poſt triginta ab ejus ortu annos C. omnino Abbates ad celebrandum Capitulum Generale convenerint Præmonſtratum. *ibid.* EjusOrdo in Scotia quoque VI. ampliſſima Cœnobia obtinuit, quæ nominatim recenſentur. 166. Ejus Ordo quamdiu primævum rigorem obſervavit, adeo propagatus eſt, ut mille virorum Abbatias cum trecentis Præpoſituris præter quingentas Sanctimonialium Abbatias numeraverit, quæ XX. Provincias quas Circarias nominant, conficiunt. *ibid.* Ejus Ordi rarius per Italiam, eo tamen pluta in Germania, Gallia, & Belgio, aliisque Regnis Catholicis adhuc poſſidet Cœnobia, etſi plura Hæreſis oppreſſerit uti in magnaBritannia &c. *ibid.* Ejus Ordini Innocentii IV. Bulla antehac nunquam edita ſub titulo: *Generale Privilegium Ordini conceſſum* &c. hic integre ex Monaſtico Scoticano M. S. exhibetur. 167. Ejus Ordo ab Honorio II. anno 1126. ſolemniter approbatus & à variis aliis SS. Pontificibus eximiis privilegiis decoratus fuit. 170. Ejus Ordo ad plures Epiſcopatus regendos aſſumptus fuit, quorum aliqui recenſentur. *ibid.* In ejus Ordinem lapſu tempori laxitates irrepentes per Capitula Generalia ſæpius abolitæ revocata antiqua diſciplina, ſed ubi opus fuit mitigata. 171. Ejus Ordinis prima confirmatio à Calixto II. anno 1124. per Legatos ſuos Petrum Leonis Presbyterum, & Gregorium Diaconum Cardinales. 172. Ejus Ord. II. confirmatio per Honorium II. facta anno 1126. 173. Ejus Ord. Generalis Petri Goſſetii Mandatum de obſervandis Statutis anno 1630. approbatis. 175.

Novitiatus pro Novitiis educandis in unaquaque Provincia Congreg. Olivet. duo erigantur, cum una tantum porta clauſa. 58. Ad eum quinam admittendi, quinam rejiciendi. *ibid.*

Novitii in Congreg. Olivet. quinam in ſpecie rejiciendi. *ibid.* Eorum diſciplina deſcribitur. *ibid.* Eorum admittendorum qualitates quænam requirantur. 59. Eorum inquiſitio & examen diligens circa eos inſtituendum antequam recipiantur. *ibid.* Eorum duratio quamdiu duret. *ibid.* Eorum Magiſter quibus qualitatibus imbutus eſſe debeat. *ibid.* Ante Profeſſionem de bonis ſuis diſponere debent, ut placet. 60. Sacerdotes alios Novitios in Congreg. Olivet. præcedant. *ibid.* Eorum Magiſtri in Congreg. Olivet. quales eſſe debeat. 85. Qua forma ad Habitum & Profeſſionem Religioſam admittendi in Congreg. Olivet. 89. Deſcendentes ex Monaſterio in quo probabantur, non recipiendi in alio Congreg Olivet. Monaſterio ſine Generalis licentia. 103. Eorum promiſſionis & receptionis formulæ in Ord. S. Spiritus in Saxia. 504. Eorum apud *Canon. Regular. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* qualis Magiſter ſit. 128.

128. Eorum domus & Magiſtri quales ſint aliaque huc ſpectantia explicantur. 140. Eorum diſciplina qualis ſit. 127.

O.

OBedientia novo Abbati Generali in Congreg. Olivet. ab omnibus promittenda. 78. Quam ſtrictè obſervanda à Monachis Olivet. 30.

Obedientiæ, paupertatis, caſtitatis vota apud *Canonicos Reg. Ord. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* tribus diſtinctis capitibus explicata habentur. 129.

Oblati & Converſi qua reverentia erga Monachos Profeſſos ſe gerant. 60. Eorum veſtitus qualis in Congreg. Olivet. ſit. 111. Suos Sacerdotes & Superiores in Congreg. Olivet. reverentur. *ibid.* Incorrigibiles à Congreg. Olivet. expellendi. *ibid.*

Oblatæ Nobiles Virgines & Matronæ à S. Franciſca Romana inſtitutæ non emittunt vota Monaſtica, quamdiu tamen in Monaſterio manent à Patribus Congreg. Olivet. diriguntur. 17.

Obſcœna loquentes qualiter puniendi in Congreg. Olivet. 109.

Officiales Monaſteriorum Congreg. Olivetanæ per proprium Abbatem ordinandi. 84. Monaſterii Montoliveti poſſunt amoveri ſine aſſignatione Prælaturæ. 116.

Officium Proviſoris & Hebdomadarii Capituli Generalis Congreg. Olivet. in quo conſiſtat. 74. Divinum quo pacto in Eccleſiis Congreg. Olivet. ordinandum. 95. Proviſoris & Hebdomadarii Capituli Generalis in Congreg. Olivet. in quo conſiſtat. 13. Divinum à *Canonicis Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* Abbatis qua diſciplina celebrandum. 132. In Congreg. Olivet. quibus horis in noctibus celebrandum. 33. Marianum quoad Matutinum & Laudes in æſtate à Monachis Olivet. extra Chorum recitare permittitur. *ibid.* Commendatnrum *Religionis Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania circa Regimen Præceptoriarum, uſum redditùum & Eleemoſynarum, & circa Archivium cujuslibet domus ſolicite ſervandum explicatur. 152.

Olite (Præceptoriæ in Hiſpania) Præceptor agnoſcitur ab Hiſpanis Hoſpitalariis S. Antonii pro Generali Congreg. Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii. 122. In ea celebrato Capitulo Generali Conſtitutionum mutatio & correctio facta eſt, cujus Inſtrumentum publicum Procœmii loco ipſis Conſtitutionibus præmittitur. 124.

Olitenſis Præceptoriæ Præceptor eſt ſemper Generalis Congregationis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii in Hiſpania. 146.

Oliveti Majoris Cœnobium caput totius Congregationis Olivet. quantæ amplitudinis erat. 9. In eo Capitula generalia & annualia celebranda in Congreg. Olivet. 11.

Opus Dei qua modeſtia peragendum. 96. Manuale in Congreg. Olivet. exerceant ſolum illi Fratres, qui ſtudere nolunt, ſtudentes vero ab eo eximendi. 52.

Oratio pro defunctis quæ, & quo ordine, & quibus temporibus fundenda in Congreg. Olivet. 88. Ejus reverentia quomodò obſervanda in Congreg. Olivet. 35.

Orationes pro defunctis benefactoribus confœderatis quænam præſcriptæ ſint in Congreg. Olivet. 36.

Orator in Capitulo Generali quid agere debeat. 14.

Ordinandi in Congreg. Olivet. qua diligentia & à quibus examinandi. 61.

Ordines ſacri dum Monachis Olivet. conferuntur, quæ circa eos obſervanda. 96. Eos in Apoſtaſia ſuſcipientes Monachi Congreg. Olivet. qua pœna afficiendi. *ibid.* Tum minores tum ſacri in Congreg. Olivet. quinam & qua diligentia ad eos mittendi. 61. Minores à Fratribus Congreg. Olivet. ſemper exerceantur, usque dum ad Majores promoveantur. *ibid.*

Ordo Canonicorum Regularium in plurimas Congregationes diverſas à diverſis piis viris introductas diſperditur. 162.

Ordo Candidus & Canonicus Præmonſtratenſis ineunte Sæculo XII. ortus ſub communi S. Auguſtini Regula, & uno Præſide Generali Deo militare cœpit. *ibid.* Quamdiu primævum rigorem obſervavit adeo propagatus eſt, ut Abbatias Virorum mille, Sanctimonialium vero quingentas Abbatias præter trecentas Præpoſituras numeraverit. 166. Rarius per Italiam, eo tamen plura in Germania, Gallia & Belgio, aliisque Regnis Catholicis adhuc poſſidet Cœnobia, etſi plura Hæreſis oppreſſerit uti in magna Britannia &c. *ibid.* Ei Innocentii IV. Bulla antehac nunquam edita ſub hoc titulo: *Generale Privilegium Ordini conceſſum* &c. hic integre ex Monaſtico Scoticano M. S. exhibetur. *ibid.* Eum Honorius II. ſolemniter appro-

approbavit anno 1126. 170. Ad plures Epiſcopatus regendos aſſumptus fuit, quorum aliqui recenſentur. *ibid.* In eum lapſu temporis laxitates irrepentes per Capitula Generalia ſublatæ & correctæ fuerunt. 171. Ejus antiqua diſciplina carmine expreſſa per antiquum Poetam nomine Brunelli. *ibid.* Ejus confirmatio prima à Calixto II. facta anno 1124. per Legatos ſuos Petrum Leonis Presbyterum & Gregorium Diaconum Cardinales. 172. Ejus II. confirmatio per Honorium II. Papam facta anno 1126. 173. Ejus Generalis Petri Goſſetii mandatum de obſervandis Statutis per Capitulum Generale anno 1630. approbatis & hic appoſitis. 175.

Ordo Humiliatorum ob nimiam laxitatem per S.Pium V.ſuppreſſus, cujus Bona & Monaſteria per Lombardiam conceſſa ſunt Clericis Regularibus P. Pauli decollati. 452.

Canonicorum Regularium S. Spiritus in Saxia ampliſſimum totius Eccleſiæ Hoſpitale ſub ſua directione poſſidet. 495. Ejus miraculoſum ortum quomodò referat Aſcanius Tamburinus. *ibid.* Ejus origines aliæ fabuloſæ referuntur & refelluntur. *ibid.* Ejus vera origo tribuenda Innocentio III. ſimul & Quidoni Comiti Montis Peſſulani ejus primo Magiſtro ab eod. Pont. conſtituto. 496. Confirmatur per Bullam Innocentii III. quæ integre exhibetur. *ibid.* Canonicorum Regularium S. Spiritus unioni utriusque Hoſpitalis Romani ſcilicet & Montis Peſſulani ſub Quidone primo utriusque Magiſtro anno 1201. originem ſuam debet. 499. Hic Ordo apud Italos vocatur *S. Spiritus in Saxia* apud Gallos vero *S. Spiritus de Monte Peſſulano ibid.* Ejus verum exordium debetur Guidoni Comiti Montis Peſſulani, qui ejus primus factus eſt Generalis Magiſter per Innocentium III. Papam poſt unionem utriusque Xenodochii. *ibid.* Incœpit denominari Ordo S. Spiritus quando Hoſpitale Romanum antehac *S. Mariæ* appellatum unitum fuit cum Hoſpitali S. Spiritus Montis Peſſulani. *ibid.* Ejus Regulam Auguſtinianam præſcripſit Innocentius III. cum Conſtitutionibus quibusdam. 500. Ejus Alumni vi Conſtitutionum tenentur non ſolum expoſitos infantes diligenter nutrire & inſtruere, ſed etiam omnes ægrotos & infirmos advenientes ſuſcipere, eisque ſedulò inſervire. *ibid.* Ejus unionem Honorius III. diſſolvit concedendo Gallis ſeparatum Magiſtrum Generalem, ex quo ſecuta eſt Ordinis diſſipatio. *ibid.* Sub Nicolao IV. diſſoluta unio iterum redintegrata fuit, in ſubjectionis ſignum Magiſtro Hoſpitalis Romani Magiſter Montis Peſſulani tres florenos aureos annuatim ſolvere promiſit. *ibid.* Per Orbem Catholicum late propagatus fuit. *ibid.* In eo Eleemoſynarum dilapidationes & abuſus varii unde provenerint. *ibid.* A primævo Inſtituto Laicis & Clericis mixtim conſtabat, ita ut Clerici Laicis ſubjicerentur, Laici vero Bona & Eleemoſynas in ſuos uſus profanos converterent. *ibid.* Anno 1458. ſub Pio II. veram rationem Religioſi Ordinis induit ſuppreſſis omnibus Laicis Magiſtris Commendatariis, ex quo tempore per ſolos Religioſos gubernatur. 501. Anno 1476. Xyſtus IV. mandavit per ſolemnem Bullam, ut omnes Magiſtri eſſent Religioſi Profeſſi & ſubderentur Magiſtro Hoſpitalis Romani. *ibid.* Anno 1619. Paulus V. conceſſit, ut in Gallia haberet proprium Vicarium Generalem quodammodo tamen dependentem à Romano Generali totius Ordinis. *ibid.* Gregorius XV. conſtituit, ut Vicarius Generalis & Viſitator Hoſpitalis Montis Peſſulani tria vota ſolemnia emitterent, & Habitum Ordinis induerent. *ibid.* Anno 1625. Urbanus VIII. ad inſtantiam Ludovici XIII. Magiſtrum Generalem Xenodochii Montis Peſſulani aliosque hujus Ord. per Regna Galliæ & Navarræ exemptos à jurisdictione Generalis Romani declaravit. *ibid.* In Gallia poſt exemptionem à Generali Hoſpitalis Romani cœpit iterum diſciplina Regularis relaxari & ſuppoſititius Ordo Militaris paſſim introduci. *ibid.* Ibidem talem Ordinem Militarem omnesque Præceptores & Commendatarios ſæculares juſſit Ludovicus XIV. ſupprimi, omnesque eſſe Regulares. *ibid.* Tandem unus ex prima Nobilitate Regni Galliæ conſtitutus eſt Magiſter Ordinis S. Spiritus de Monte Peſſulano, ſub quo omnes Religioſi & Fratres Laici vivere debent & Hoſpitalitatem ubique rite obſervare. 502. Ejus Archi-Hoſpitale Romanum totius Ordinis caput, quoad magnifica ædificia, & palatia IV. quibus conſtat & magnificum Cœnobium, aliaque ad illud ſpectantia graphice deſcribitur. *ibid.* Ejus Conſtitutiones & Regulam ab Innocentio III. præſcriptam edidit Reverendiſſimus Dom. Bernardinus Cyrillus Aquilanus totius Ord. Præceptor

& Magiſter Generalis anno 1564. 502. Ejus Alumni per eas præter tria vota ſolemnia etiam ad gerendam ſpecialem curam ægrotorum & infantum expoſitorum adſtringuntur. *ibid.* Ejus Alumni plurimis gaudent Privilegiis, & eximuntur à juriſdictione omnium Ordinariorum, omniaque aliorum Ord. Privilegia ipſis ſunt conceſſa. *ibid.* Ejus Alumni quando & quare cœperunt nominari Canonici Regulares Ord. S. Auguſtini, cùm Habitum Canonicum nunquam portent. *ibid.* Ejus Alumni Habitum eundem cum aliis Clericis ſæcularibus portant cum cruce alba dupliciter transverſa ſuper nigrum Habitum ad pectus. 503. Ejus fundamentum eſt Caput XXV. Evangelii ſecundùm Matthæum verſiculo 31. usque ad finem capitis. *ibid.* In eo promiſſio & receptio Novitiorum qua forma fiant. 504. In eo quomodò ſocietas Fratrum petentibus detur. *ibid.* In eo quomodò & quando, & qualiter jejunium obſervetur. 506. In eo quomodò infirmi recipiendi illisque miniſtrandum, item quanta honeſtate & decentia infirmis ſerviendum. *ibid.* In eo Præceptor domus quater in anno Capitulum Generale negotiorum teneat. 507. In eo novus Magiſter quando & qualis eligendus. *ibid.* In eo Clericorum delinquentium correctio à quibus fiat. *ibid.* In eo Clerici delinquentes quomodò puniendi. 508. In eo Capitulum hebdomadale culparum quomodò celebrandum. *ibid.* In eo fornicantes, altercantes, & ſe invicem percutientes quomodò puniendi. *ibid.* In eo Fratres proprietarii quomodò puniendi & ſic morientes quomodo ſepeliendi. 509. In eo pro defunctis Fratribus & Sororibus qualia ſuffragia fiant. *ibid.* In eo pauperes quomodò induendi, quomodò per vicos & plateas requirendi, Item orphani & fœminæ prægnantes nutriendi, & ſuſcipiendi. *ibid.* In eo quomodò pauperibus inſerviendum & quomodò ſuſcipiendi. *ibid.* In eo Religioſi & Magnates quomodò ſuſcipiendi. *ibid.* In eo peccatrices quomodò ſuſcipiendæ. 510. In eo litteræ qua cautela deferendæ. *ibid.* In eo quomodò leproſi curandi. *ibid.* Quid faciendum cum Fratre, qui in Hæreſin inciderit. *ibid.* In eo qualiter Frater à Fratre corrigendus & accuſandus. *ibid.* In eo quomodò & quare Crucem in veſtibus portare debeant. 511. In eo qualia defunctis Fratribus & peregrinis exhibenda obſequia. *ibid.* In eo pro infantibus peregrinarum mulierum incunabula habeantur. *ibid.* In eo Magiſter proprietarius non ſepeliendus in cœmeterio nec pro eo Officium habendum. *ibid.* In eo nec uxoratus, nec conjugatus recipiendus. *ibid.* In eo Magiſter electus delinquens Papæ denunciandus. *ibid.* In eo Camerarium habeat domus quælibet. *ibid.* In eo ſit domus pro infirmis Fratribus curandis deſtinata cum Fratre infirmario, qui in omnibus curam habeat. 512. In eo quomodò Fratres ſuſcipiendi. *ibid.* Quomodò in eo ad probationem recipiendi Candidati. 513. In eo qualiter obediendum. *ibid.* In eo forma juramenti à Magiſtro præſtandi habetur. *ibid.* In eo Puellæ quomodo retinendæ vel nuptui tradendæ. *ibid.* Ut omnes in communi dormitorio jaceant, ubi etiam ſit ſcrinium pro cuſtodiendis ſumptibus domus. 514. In eo Fratribus non ſerviatur à fœminis nec fœminis à Fratribus. *ibid.* In eo Eleemoſynæ quomodo colligendæ. 515. In eo ipſa domus S. Spiritus viſitetur per Cardinalem à Papa delegatum. *ibid.* In eo ſuperbientes pro bonis præſtitis quomodò puniendi. *ibid.* In eo Vicarius Magiſtri electus quomodò ſe gerat. 514. Ejus Regulis etiam ſorores ſubjaceant. 516. In eo Frater inobediens quomodò puniendus. *ibid.* In eo Frater fugiens quomodò puniendus. 517. In eo frater ſuperbus & irreligioſus quomodò puniendus. *ibid.* In eo Capitulum Pentecoſtale quomodò celebrandum. *ibid.*

Ordo Militaris S. Spiritus à S. Lazaro & SS. Sororibus erectus rejicitur ab eruditis inter fabulas. 499.

Origo Congregationis Montis Olivetanæ. 1.

P.

PAcem Congreg. Olivet. perturbantes quomodò puniendi. 102.

Patritius de Patriciis Nobilis Senenſis S. Joannis Ptolomæi in eremo ſocius. 1.

S. *Pauli* Apoſtoli Epiſtolas communiter Barnabitæ populis ad concionem explicabant & quare. 451.

Paulus III. Pont. Barnabitas ſua Apoſtolicæ Sedis protectione aſſumptos ab Epi-

Epiſcoporum juriſdictione exemit, vocarique juſſit S. Pauli decollati Congregationem. 451. Moniales Barnabatiſſas ſeu Goaſtallanas exemit à juriſdictione Epiſcoporum. 452. Ejus *Aurea Bulla* prælegenda in Capitulo Generali *Congregationis Olivetanæ* contra ambitioſos. 15.

Paulus V. Pont. conceſſit Hoſpitalariis Montis Peſſulani habere proprium Vicarium Generalem, quodammodo dependentem à Generali Romano totius Ordinis. 501. Ejus Bulla confirmatoria Conſtitutionum Clericorum Regularium minorum habetur. 448.

Pauperes quomodò induendi iisque quomodò ſerviendum, item Magnates quomodò ſuſcipiendi in Ord. S. Spiritus in Saxia. 509.

Paupertas Cajetanorum ſeu Theatinorum Patrum in quo conſiſtat explicatur. 343.

Peccatrices in Ord. S. Spiritus in Saxia quomodo ſuſcipiendæ. 510.

Pedum lotio in Congreg. Olivet. quoties facienda. 98.

Penſiones à ſingulis Præceptoriis Congregationis Hiſpanæ *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* Domino Præceptori Generali ſingulis annis ſolvendæ recenſentur. 147.

Percuſſores quibus afficiendi pœnis in Congreg. Olivet. 111.

Peſtifera lues per Italiam graſſans è medio ſuſtulit S. Bernardum Ptolomæum plurimosque ex ejus Monachis, dum aliis hac lue infectis aſſiſterent. 6.

Petenti Fratri nihil neget Frater in Congreg. Olivetana. 112.

Petrus Leonis Presbyter & Gregorius Diaconus S. R. E. Cardinales Legati Apoſtolici nomine Calixti II. confirmant Ordinem Præmonſtratenſem, & hæc eſt prima ejus confirmatio. 172.

Picolominius (Ambroſius) Nobilis Senenſis primus S. Joannis Ptolomæi in eremo ſocius. 1.

Pius II. Papa multa Privilegia inſignia Congreg. Olivet. contulit in Bullario Rom. Tom. I. videnda. 9. Anno 1458. ſuppreſſis Magiſtris Laicis Ordinis S. Spiritus in Saxia juſſit in poſterum gubernari eum per ſolos Magiſtros Religioſos. 501. Idem novo Ordini Militari de Bethleem adunavit omnes ſuppoſititias Commendas, quæ prius Boois & Eleemoſynis Ord. S. Spiritus abutebantur. *ibid.*

Pœnæ in percuſſores quales in Congreg. Olivet. declarantur. 111. Monachis Apoſtatis in Congreg. Olivet. S. Ordines ſuſcipientes quænam ſtatuantur. 96. In blaſphemos quænam ſtatuantur in ead. Congreg. 98. Pro culpis levibus, gravibus, gravioribus, & graviſſimis quomodò & à quibus imponendæ apud *Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii.* 145. Pacem Congreg. Olivet. turbantium quales. 102. Quales ſtatuantur in Apoſtatas apud PP. Olivetanos. 105. In revelante Statum Congreg. Olivet. quænam ſtatuantur. 102. Culpis quibusvis debitæ apud Barnabitas per Canones certos Pœnitentiales præſcribuntur. 492. Fornicantium, altercantium, & ſe invicem percutientium in Ord. S. Spiritus in Saxia quænam ſint. 508.

Pœnitentia injuſta in viſitatione exponenda in Congreg. Olivet. & examinanda. 65.

Pontifices Romani cum Cardinalibus & tota ſuaCuria ſæpius diverterunt adMonaſterium Oliveti Majoris. 9.

Pontificum aliquot Summorum Elogia de Ordine Præmonſtratenſi. 173.

Præceptor Generalis *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania à ſolis Religioſis Præceptoriæ Olirenſis (ubi & ſemper reſideat) eligendus, ſed ab omnibus cæteris Præceptoribus ut Generalis agnoſcendus &c. 146. Ejus licentiæ quænam ſint? ab eo Conventoalitates Religioſorum aſſignandæ. *ibid.* Penſiones à ſingolis Præceptoriis ei annuatim ſolvendæ ſingillatim recenſentur. 147. Ei adjungendi duo Conjudices à Capitulo Generali eligendi, quodnam eorum officium & poteſtas. 150. Omnes Præceptorias ſibi ſubjectas viſitare per ſe aut Idoneum Deputatum quoties & quomodo reneatur. 148. Ejus eſt providere de Superioribus domorum in caſu mortis cujusdam Præceptoris. 150. Eſt legitimus ſpoliorum defunctorum Superiorum & Religioſorum particularium ſuæ Religionis, quorum inventuram accipiat, & de iis diſponat ſicut explicatur. 151. Eo mortuo Præceptoriæ Generalis Regimen per Præſidem à ſe adhuc vivente conſtitutum, vel ſaltem à Capitularibus

bus electum usque ad novi Præceptoris Generalis electionem teneatur, aliaque obſervanda tempore vacaturæ explicantur. 151.

Præceptoria inſignis *S. Antonii Abbatis* apud Letham (vulgo Leith) prope Edinburgum erecta à Guilelmo Malvoiſino Epiſcopo Sant - Andreano. 122.

Præceptoriæ ſic vocantur Cœnobia omnia Congregationis Hoſpitalariorum *S. Antonii Abbatis*, eorumque Superiores vocantur *Præceptores* excepto Abbate Viennenſi , qui prætendit eſſe Generalis natus. *ibid.*

Hiſpanæ Congreg. Hoſpitalariorum S. Antonii Abbatis non agnoſcunt Abbatem Monaſterii Viennenſis pro Generali ſuo , ſed Superiorem Præceptoriæ de Olite. *ibid.*

Præfatio ad Conſtitutiones Congreg. Olivetanæ. 71. Ad Statuta Præmonſtratenſium. 183

Præfectus Hoſpitii in quolibet Congreg. Olivet. Monaſterio ad annum ab Abbate eligendus, in quibus ejus officium conſiſtat. 54.

Prælati Congreg. Olivet. quales teneantur habere libros in ſingulis Monaſteriis. 116. Ejusdem Congreg. inſtituendi & deſtituendi ſunt juxta antiquam formam. 99. Quid facere debeant. 95.

Præmonſtratenſes quam rigide Sæculo XII. (quo orti ſunt) & Sæculo XIII. diſciplinam Monaſticam & Canonicam obſervaverint fuſe deſcribitur. 164. Quamdiu primævum rigorem obſervarunt adeo propagati ſunt , ut Abbatias Virorum mille , Sanctimonialium vero quingentas Abbatias præter trecentas Præpoſituras numeraverit. 166. In Germania , Gallia , Belgio , aliisque Regnis Catholicis (rarius in Italia) poſſident etiamſi in magna Britannia & alibi multa Cœnobia Hæretici oppreſſerint. *ibid.* Eis ab Innocentio IV. Bulla ſeu Generale Privilegium conceſſum , quæ nunquam antea impreſſum fuerat, ex Monaſtico Scoticano M. S. hic exhibetur. *ibid.* Eos Honorius II. ſolemniter approbavit anno 1126. 170. Ad plures Epiſcopatus regendos aſſumpti fuerunt , quorum aliqui recenſentur. *ibid.* Eorum laxitates ſubinde irrepentes ſæpius in Capitulis Generalibus ſublatæ & correctæ fuerunt. 171. Eorum antiquam diſciplinam carminice deſcribit Brunelli antiquus Poeta. *ibid.* Eorum confirmatio prima per Calixtum II. anno 1124. 172. Eorum II. confirmatio per Honorium II. P. anno 1126. facta. 173. Eorum Generalis Petri Goſſetii mandatum de obſervandis Statutis anno 1630. approbatis. 175.

Præmonſtratenſis Orde unde ſic dictus quando & à quo fundatus. 162.

Præmonſtratum locus pene inacceſſus in ſolitudine S. Norberto in viſione monſtratus , à quo denominationem ſuam Canonici Præmonſtratenſes habent, in Diœceſi Laudunenſi ſitum eſt. 163. Ibi congregatis plurimis diſcipulis & ſociis anno 1119. inchoavit S. Norbertus novum Ordinem ſuum Canonicum , & anno 1120. perfecit, ad vota Monaſtica eos admittendo. 164.

Præpoſitus Monaſterii in Congreg. Olivet. qualis ſit & quodnam ejus officium. 64.

Præſentare ad Sacramenta Baptismi aut Chriſmatis prohibetur in Congreg. Olivet. 109.

Privilegia Congreg. Olivet. tum à Summis Pontificibus, tum Imperatoribus ſpeciatim Carolo V. collata quænam. 10. A Summis Pontificibus & Regibus Catholicis *Canonicis Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* conceſſa, quanta cura à ſingulis Superioribus domorum obſervanda & cuſtodienda ſint. 143.

Procurator ſemper in Curia Romana conſervandus & alendus eſt à *Canonicis Regularibus S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* pro negotiis totius Religionis tractandis. 154.

Proœmium Conſtitutionum Patrum *Cajetanorum.* 348. Conſtitutionum *Congregationis Hiſpanæ Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii.* 124.

Profeſſi noviter apud *Clericos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* qualem habeant diſciplinam. 140.

Profeſſionis formula apud *Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania verbatim exhibetur. 128. Religioſæ in Congreg. Olivet. forma qualis. 89. Formula quam emittunt Moniales Cajetanæ à B. Urſula Benincaſa fundatæ. 347. Forma , modusque in Religione *S. Antonii Canonicorum Reg. S. Auguſtini* quis ſit. 158.

Prologus Regulæ S. P. Benedicti. 25.

Proprietarii quomodo puniendi, & taliter morientes quomodò ſepeliendi io Ord. *S. Spiritus in Saxia.* 509.

Proprietarius Magiſter in *Ord. S. Spiritus in Saxia* non ſepeliendus in cœmeterio benedicto, nec Officium pro eo habeatur. 511.

Proprietas Monachorum in Congreg. Olivet. tollenda. 108. Ejus vitium quanta induſtria cavendum in Congreg. Olivet. 43.

Provincia quævis Congreg. Olivet. quot habere debeat Abbates. 100. Quot alere teneatur Monachos. 101.

Provinciæ ſex in Italia & Sicilia Congreg. Olivet. 9.

Provinciarum Congreg. Olivet. nominatio, quot, & quæ loca habeant ſingulæ. 100.

Proviſiones novorum Superiorum in ſingulis domibus *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in caſu vacatoræ ad Præceptorem Generalem ſpectant. 150.

Proviſor Capituli Generalis quomodò eligendns & quod ejus officium. 74.

S. *Ptolomæus* (Joannes) cum ſuis Sociis de fide accuſatus apud S. Pontificem, ſed innocens agnitus ad Epiſcopum Aretinum pro Regula vitæ obtinenda mittitor. 2. Invitus ſuæ Congregationis novæ primus Abbas creatus, nomen ſuum ſæculare *Joannem* mutavit in Bernardum. 4. Congreg. Olivet. Inſtitutor. 1. Quis fuerit? *ibid.* Ejus converſionis occaſio quænam? *ibid.* Repente cæcus factus per miraculum viſum recepit. *ibid.* In ſolitudinem Acconæ ſecedens vitam Eremiticam cum aliis duobus inchoavit. *ibid.* Ejus primi Socii quinam fuêre. *ibid.*

Puellæ quomodò retinendæ vel nuptui tradendæ in Ord. S. Spiritus in Saxia. 513.

Pueri quomodò tractandi in Congreg. Olivet. 40.

Q.

QUindenia (penſio quædam ſingulis quindecim annis ſolvenda) quomodò ſolvenda. 114.

R.

RAtiones Monaſteriorum Congreg. Olivetanæ, & *Inventaria* quam diligenter facienda. 103. Omnium Monaſteriorum Congreg. Olivet. per Viſitatores recenſendæ. *ibid.* Expenſarum in itinere factarum ab itinerantibus Monachis Olivetanis faciendæ. 106.

B. *Raynerius* de Siena ſextus Abbas Generalis Congreg. Olivet. 6.

Recipiendi in Ord. *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii Abbatis* in Hiſpania quales debeant eſſe. 126.

Refectorarius annuus in Monaſteriis Congreg. Olivet. conſtituendus, qui res neceſſarias pro uſu Refectorii ſub ſuâ cura habeat. 47.

Reformationis Monaſterii S. Mariæ Majoris Muſſipontanæ Ord. *Præmonſtratenſis* Articuli XXII. recenſentur, exponunturque. 334.

Reformatores (PP.) *Congreg. Olivet.* confirmant & approbant Decreta & Conſtitutiones ſuæ Congregationis de anno 1568. emanatas & hic appoſitas. 116.

Regimen externum totius *Congreg. Olivet.* ordinatur per diffinitores. 10. Ab ejusdem Congreg. exordio fiebat per Abbates Generales. 5. Præceptoriæ Generalis, Generali defuncto ſit penes Præſidem, vel à defuncto ante mortem electum, vel ab ipſis Capitularibus electum usque ad novi Præceptoris Generalis electionem apud *Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii.* 151. Cæterarû domorum Commendatore aliquo defuncto, ſit penes Præſidem ad hoc munus electum, quousque alius Superior conſtituatur. 154.

Regula quæ debeat ſequi in *Congreg. Canonicorum Regularium S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania. 126.

Regula S. P. *Auguſtini Hipponenſis* Epiſcopi per Ven. Adamum Præmonſtratenſem in XII. Capitula diſtincta. 330.

S. *Benedicti* revelante B. Virgine à Guidone Aretino Epiſcopo S. *Joanni Ptolomæo*, Sociisque ejus obſervanda præſcribitur. 2.

S. *Auguſtini* præſcripta *Canonicis Regularibus* S. *Spiritus de Saxia* unacum quibusdam Conſtitutionibus ab Innocentio III. 500. Seu Conſtitutiones ſacri *Ordinis S. Spiritus in Saxia* anno 1564. Romæ editæ à Reverendiſſimo Dom. Bernardino Cyrillo Aquilano totius Ordinis Præceptore & Magiſtro Generali. 502. Etiam à fœminis obſervanda. 515.

S. *Benedicti*, ſub ea omnes Monachi *Congreg. Olivet.* Deo militant. 25.

Inte-

Integra unacum declarationibus *Congreg. Olivet.* hic exhibentur. 25.

Regulæ pro rite adminiſtrandis SS. Sacramentis, item pro Concionatoribus & Profeſſoribus ſcientiarum à *Clericis Reg. Minoribus* obſervandæ. 445.

Religionis Bona non alienanda à Superioribus domorum apud *Canonicos Regulares S. Auguſtini Habitûs S. Antonii.* 143. Ejus arma à Maximiliano II. Imperatore conceſſa quænam ſint. 150.

Religioſorum numerus & præferentia in ſingulis domibus *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* qualis ſit. 142.

Reliquiæ S. Antonii Abbatis Conſtantinopoli allatæ in Gallias, morbum ibidem graſſantem dictum *ignis infernalis* fuſis ad Deum precibus curant, ideoque morbus ille mutato nomine *ignis ſacer* hodiedum dicitur. 119. Ad eas magnum Hoſpitale pro ægrotis erexit, fundavitque nobilis Dominus Gaſton ob filii ſui recuperatam ſanitatem. 120.

Revelantes ſtatum *Congreg. Olivet.* quibus pœnis afficiendi. 102.

Reverentia orationis quanta obſervanda in templis *Congreg. Olivet.* & transgreſſores quomodò puniendi. 35.

Rheda aut lectica in *Congreg. Olivet.* nemo utatur niſi Abbas Generalis quandoque pro neceſſitate, cujus Rheda ipſa non ſit propria. 63.

Roma à militibus hæreticis Caroli V. Imp. direpta. 344.

S.

SAbbatis ſemper Miſſa B. V. in Eccleſiis *Congreg. Olivet.* cantanda ſolemniter. 96.

Sacerdos Congreg. Olivet. non deputatus ab Abbate ſuo Laicorum confeſſiones non audiat. 97.

Sacerdotes idonei ad curam animarum in *Congreg. Olivet.* deputandi. 98. Novitii alios Novitios non Sacerdotes in Congreg. Olivetana præcedant. 60.

SS. *Sacramenta* quo pacto adminiſtranda in abſentia Abbatis & Vicarii in *Congreg. Olivet.* 96. Baptiſmi aut Chriſmatis ad ea non licet Monacho *Congreg. Olivet.* aliquem præſentare. 109.

Sacramentorum adminiſtrandorum Regulæ à Clericis Regularibus minoribus obſervandæ. 445.

Sacramentum SS. Evchariſtiæ quoties à Monachis *Congreg. Olivet.* ſumendum. 95.

Sacriſtæ quales eſſe debeant. 85. Apud PP. *Olivetanos* officium particulatim explicatur. 51.

Saulnier Carolus Canonicus Præmonſtratenſis Stivagii Prior & Tractus Srivagienſis Officialis Præmonſtrat. Hiſtoriographus Staruta ſui Ord per Capit. Generale approbata novis Commentariis adornavit. 172.

Saxia titulus Archi-Hoſpiralis Romani S. Spiritus, quia olim pro Saxonibus Anglis illuc peregrinantibus ab eorum piiſſimo Rege Inna anno 715. primo erectum fuit. 498.

Sæcularium negotia non curent Monachi. 113.

Sæculo XV. & ſequenti Clerus ſæcularis ſcandala populo præbebat. 342.

Scotia habuit olim inſignem Præceptoriam *Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congreg. S. Antonii Abbatis,* quam Guilelmus Malvoiſinus Epiſcopus Sant-Andreanus apud Letham vulgo Leith anno 1218. erexit 122.

Scripta Monachorum *Olivetanorum* prius rite examinanda quam imprimantur. 58.

Scrutatores in Electione Abbatis Generalis in Capitulo Generali *Congreg. Olivetanæ* quomodò eligendi. 15. Eorum authoritas, juramentum ipſorum & Officium Generalis. 76.

Senenſis Urbs patria S. Joannis Ptolomæi. 1.

Seniores Monaſteriorum in *Congreg. Olivet.* quinam habendi. 29.

Serò venientes ad Opus Dei & menſam quomodò in *Congreg. Olivet.* puniendi. 50.

Sfondratus Cardinalis *Congreg. Olivet.* Protector mandat obſervantiam Conſtitutionum. 16. Ejus Mandatum hic integrè exhibetur. *ibid.*

Sigilla Religionis *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania tum pro inſtrumentis publicis, tum pro viſitationibus faciendis, quibus arma ipſius Religionis inciſa ſint. 150.

Silentium poſt Completorium & aliàs in locis Regularibus juxta caput ſextum Regulæ Benedictinæ à Monachis *Olivetanis* ſub ſtatutis pœnis obſervandum. 98. In menſa 1. & 2. ſtrictiſſimè ſub pœna ſervandum apud Patres Olivetanos. 47. Poſt Completorium præcipue & aliàs quomodò ſervandum, ejuſque violatores quomodò puniendi in Congreg. Olivet. 49. Apud *Canonicos Regulares S. Auguſtini Hibitûs*

tûs S. Antonii quibus in locis, quando & quomodò ſervandum. 138.

Simon de Thure IV. Abbas Generalis *Congreg. Olivet.* ſub ejusRegimine propagata eſt Congregatio per plures Italiæ urbes. 5.

Sixtus V. Papa ex Ordine *Minorum* confirmavit Congregationem novam Clericorum Regularium, quos proprii Inſtituti amore Minores vocari juſſit. Bulla habetur. 415. Ejus Bulla, qua conſtituit ſingulis trienniis, & quidem in Dominica 3. poſt Paſcha Abbatem Generalem *Congreg. Montis Oliveti* eſſe eligendum. 6.

Societas Fratrum in Ord. *Canon. Reg. S. Spiritus in Saxia* quomodò petentibus conceditur. 504.

Spectaculis publicis intereſſe prohibentur *Monachi Olivet.* 53. Iis intereſſe prohibetur Monachis *Montis Olivet.* 107.

Spiritus ſuſcipiendorum ad Habitum in *Congreg. Olivet.* quomodo probatur an ex Deo ſit, an non? 89.

S. Spiritus in Saxia Ordo Religioſus & Hoſpitale à quo, quando, & quare fundatum, & unde ejus titulus in Saxia. 495. Hoc magis dilucidatur. 498.

S. Spiritus Canonici Regulares veram ſuam originem ducunt ab utroque Hoſpitali Romano ſcilicet & Montis Peſſulani ſub primo utrinsque ſimul & Ordinis Magiſtro Quidone anno 1201. 499. Milites in Gallia unde orti. 500.

Spolia defunctorum Superiorum & particularium Religioſorum Religionis *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania ſpectant ad D. Præceptorem Generalem, quorum inventura ad eum mittenda, ut de iis diſponat, ſicut explicatum habetur. 151.

Statuta Candidi & Canonici Ordinis *Præmonſtratenſis* anno 1630. renovata, & à Capitulo Generali plene reſoluta, acceptata, & ad ſtrictè obſervandum omnibus impoſita, variorum Capitulorum Generalium Decretis illuſtrata, Notisque à P. Carolo Saulnier adornata, integre hìc apponuntur. 172. Ad ea Præfatio, 183 Eorum prima diſtinctio per XXIV. Capita, quibus accurate deſcribitur diſciplina Præmonſtratenſis Ord. quoad Eccleſiam & Officium Divinum, & quoad ipſos Religiolos privatos incipiendo a 192. Eorum II. diſtinctio per XXV. Capita quibus deſcribuntur Abbatis, ſingulorumque cæterorum Officialium officia, nec non de Converſis, ac Monialibus incipiendo à 238. Eorum III. diſtinctio per XVI. Capita omnis generis culpæ, earumque pœnæ exacte deſcribuntur incipiendo a 276. Eorum IV. diſtinctio per XXXIII. Capit. quibus explicantur omnia ea quæ ſpectant ad Capitulum Generale, Provinciale, electiones, & viſitationes, aliaque particularia incipiendo à 293. Eorum Index ſecundùm quatuor ſuas diſtinctiones, earumque capita. 191.

Stivagium eſt inſigne Monaſterium Ord. *Præmonſtratenſis* in confinibus Galliæ ſitum, habens propriam Diœceſin, cujus Officialis erat P. Carolus Saulnier Statutorum Præmonſtratenſium quæ hìc habentur, editor. 171.

Studentes Fratres in *Congreg. Olivet.* ab opere manuali eximendi. 52. Eorum immunitates quænam. 104.

Studia in Monaſteriis *Congreg. Olivet.* erigantur, & quomodò tractanda. 44. Juniorum in *Congreg. Olivet.* quomodò promovenda. 104. Eorum domus apud *Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* quænam ſint & quomodò ſuſtententur, & qualia ſtudia in iis tradantur. 141.

Suffragia pro defunctis quomodò à Sacerdotibus & non Sacerdotibus perſolvenda in *Congreg. Olivet.* 36. Pro defunctis Religioſis apud *Canonicos Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* quænam facienda. 135. Pro defunctis Fratribus & Sororibus Ord. *S. Spiritus in Saxia* quænam præſcribantur. 509.

Superbientes in *Ord.* S. *Spiritus in Saxia* quomodò puniendi. 515.

Suſcipiendi ad Habitum Religioſum in Congreg. Olivet. quomodò probandi. 89.

Syndici in Capitulo Generali *Congreg. Olivet.* ſtatutis horis cauſas audiant. 80.

T.

Taciturnitatis diſciplina in *Congr. Oliv.* quænam ſit obſervanda. 30.

Tamburinus (Aſcanius) originem Ordinis S. Spiritus in Saxia refert. 495.

Tanchelmus Hæreſin extinxit S. Norbertus. 165.

Tarlatus (Guido) Epiſcopus Aretinus quare excommunicatus, & qua ratione abſolutus. 2.

Tau (Litera) cerulei coloris àd ſiniſtram ſcapulam ſignatus eſt *Habitus Canonicorum Reg. S. Antonii* in Gallia. 120.

Ex

Ex qua materia fiat tam pro privatis quam pro Superioribus. 138.

Tempus Officii Divini nocturni perſolvendi quale. 33.

Teſtamentum à Monachis conficiendum debet eſſe ante Profeſſionem, & quibus ſolemnitatibus id faciendum in *Congreg. Olivet.* 109.

Theatinorum inſtitutum ob Paupertatis Evangelicæ novam formam non ſine diſceptione approbatum fuit. 343. Eorum Paupertas Apoſtolica qualis fuerit deſcribitur. *ibid.* Ob Fundatorum ſanctitatem à Clemente VII. approbatum fuit per Bullam quæ hic habetur. *ibid.*

De iis reliqua nomina ſcienda vide ſupra in littera C. titulum Cajetani.

Tridentinum Concil. quoad ordinationes Fratrum aliaque Sacerdotum munia in *Congreg. Olivet.* exactiſſimè obſervandum. 62.

SSS. *Trinitati* ſolemni Sacrificio gratiæ perſolvuntur in fine Capituli Generalis *Congreg. Olivet.* 81.

U.

Ughellus in ſua Italia ſacra adducit Diploma fundationis Guidonis Epiſcopi Aretini pro Monaſterio *Montis Olivet.* 2.

Urbanus II. D. Gaſton Congreg. *Hoſpitalariorum S. Antonii* in Gallia Fundatorem ſuæ Congreg. ſupremum conſtituit Magiſtrum anno 1095. 120.

Urbanus VIII. ad inſtantiam Ludovici XIII. Magiſtrum Generalem, aliosque hujus Ordinis Superiores Hoſpitalis Montis Peſſulani per totam Galliam & Navarram à juriſdictione Generalis Archi-Hoſpitalis Romani exemit. 501.

Urbes ingredi qua moderatione conceditur *Monachis Olivetanis.* 53. Diebus feſtis & Bacchanalibus ſpectacula publica videndi cauſa ſtrictè prohibetur *Monachis Olivetanis.* 107.

B. *Urſula Benincaſa* duarum Congregationem Cajetanarum in Italia Fundatrix. 346.

Uxorati & conjugati non recipiendi in Ord. *S. Spiritus in Saxia.* 511.

V

Vagari per Monaſteria vel alia loca prohibetur Monachis Olivet. 106.

Vaticanum M. S. de anno fundationis *Montis Oliveti* quomodò intelligendum. 4.

Venari non licet Monachis *Congregationis Olivet.* 107.

Venator animarum ſic appellatus S. Cajetanus Cajetanorum Co-Inſtitutor ob animarum zelum quo ardebat. 342.

Venditiones quibus ſolemnitatibus fieri debeant in *Congreg. Olivet.* 108.

Verba obſcœna, ſcandaloſa &c. quomodò punienda in *Congreg. Olivet.* 30.

Veſtiaria cella in Monaſteriis *Congreg. Olivet.* pro veſtimentis novis & veſtibus Monachorum ſervandis habeatur. 56.

Veſtimenta qualia & quomodò accipiant Monachi *Congreg. Olivet.* 56.

Veſtiti dormiant Monachi *Congreg. Olivet.* 108

Veſtitus modeſtia qualitas & quantitas in *Congreg. Olivet.* deſcribuntur. 92. Oblatorum qualis in Congreg. Olivet. ſit. 111.

Vicarii Generales in *Congreg. Olivet.* quænam de his obſervanda. 79. Ejus aliorumque Vicariorum authoritas quænam ſit. 83.

Victus qualitas & quantitas, & circa eum quæ diſciplina obſervanda in *Congreg. Olivet.* 92. *Monachorum Olivet.* ex melioribus frumentis, vinis & oleis, leguminibusque parandus eſt ſemper. 48.

Vigiliæ nocturnæ quomodò perſolvuntur in *Congreg. Olivet.* 34.

Vina optima, ſed aqua bene diluta pro ſe emebant, & conſervabant iidem *Monachi Olivetani*, deteriora vero vendebant. 48. Meliora Monachis Olivetanis ſubminiſtranda, pejora vendenda. 48. Eo olim penitus etiam in ſolemnioribus Feſtis abſtinebant Monachi *Olivet. Congreg.* 5.

Viſitandi modus *Congreg. Olivet.* deſcribitur. 86. Congregationem Olivet. modus explicatur quoad ſingula in actu viſitationis obſervanda. 67.

Viſitatio Præceptoriarum Congreg. *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* in Hiſpania à Præceptori Generali quoties & quomodò facienda. 148. *Congreg. Olivet.* bis in anno & à quibus facienda. 99.

Viſitator Congreg. Olivet. ſuperveniente ægritudine, alium ſubſtituere poteſt. 100.

Viſitatoribus Congreg. Olivet. durante eorum officio quænam permittantur. 99.

Vota Religioſa ad manus Pontificis Clementis VII. SS. Fundatores *Congreg. Theatinorum* ſeu Cajetanorum emiſerunt. 343. Canonicorum Regularium *S. Spiritus in Saxia*, aliæque eorum obligationes quænam. 502. In Capitulo *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Ha-*

bitûs S. Antonii In Hiſpania habent ſoli Sacerdotes & Choriſtæ in Sacris ordinati. 128. Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis *Canonicorum Reg. S. Auguſtini Habitûs S. Antonii* Abbatis tribus diſtinctis capitibus explicantur. 129.

X.

XIſtus IV. per ſolemnem Bullam anno 1476. ſtatuit, ut totus Ordo *S. Spiritus in Saxia* gubernaretur per Magiſtrum Generalem Hoſpitalis Romani. 501.

Z.

ZAcharias (Antonius Maria) unacum Bartholomæo Ferrario & Jacobo Moriga Mediolanenſibus Presbyteris Congregationem PP. *Barnabitarum* ſeu S. Pauli decollati fundavit, ubi & quando. 449. S. Barnabæ oratorio in caput ſuæ novæ Congreg. conſtituto, & aſſociatis ſibi multis piis Clericis ſuæ Congreg. approbationem à Clemente VII. obtinuit per Bullam quæ adeſt. 450. Accepta approbatione ſuæ novæ Congreg. à Papa Mediolanum reverſus vota Religioſa emiſit in manus ſui Archi-Epiſcopi. *ibid.* Expreſſè elegit, ut ſui Alumni jurisdictioni Epiſcoporum ſubeſſent, nullatenus exemptos eos eſſe volens. 450. Ejus Congregationem indies creſcentem & latius ſe ſe propagantem Summi Pontifices in ſuam ſpecialem protectionem aſſumentes exemerunt à jurisdictione Epiſcoporum. *ibid.* Suæ Congregationis primus Generalis & ſolus verus Fundator dicendus, etſi in Bulla confirmatoria Bartholomæus Ferrarius præponatur. *ibid.* Pecunia Comitiſſæ Guaſtallæ magnificum Monialium Monaſterium Mediolani erexit juxta Conſtitutiones *Barnabitarum*. 452. Ordinem Monialium *Barnabitiſſarum* ſeu Guaſtallanarum à ſe inſtitutum confirmari à Summo Pontifice obtinuit. *ibid* Conſtitutiones quas pro recto ſui Ord. Regimine condidit, in Cap. Gen. varie auctas, Gregorius XIII. confirmavit. *ibid.* Eum poſt mortem in Generalatus officio ſucceſſive ſecuti ſunt duo ejus Co-Inſtitutores Ferrarius, & Moriga. *ibid.*

Digitized by Google

Digitized by Google